C. CORNELII TACITI
OPERA

AD OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM

RECOGNOVIT

ET ANNOTATIONE PERPETUA

TRIPLICIQUE INDICE

INSTRUXIT

GEORGIUS ALEXANDER RUPERTI.

VOLUMEN II.

SEX POSTERIORES ANNALIUM LIBROS COMPLECTENS.

HANNOVERAE
IN LIBRARIA AULICA HAHNII.
MDCCCXXXIV.

C. CORNELII TACITI

ANNALIUM LIBRI SEX POSTERIORES.

AD OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM

RECOGNOVIT

ET ANNOTATIONE PERPETUA

INSTRUXIT

GEORGIUS ALEXANDER RUPERTI.

HANNOVERAE
IN LIBRARIA AULICA HAHNII.

MDCCCXXXIV.

C. CORNELII TACITI ANNALIUM
LIBER XI.

BREVIARIUM LIBRI XI.

Cap. 1—3. *Valerii Asiatici et Poppaeae Sabinae accusatio morsque voluntaria.* 4. *Somnium Petris fratribus causa necis. Sapiens Scipionis responsum.* 5. *Cincia lex flagitata propter perfidiam advocatorum.* 6. 7. *Modus praemiis pro patrocinio capiendis positus.*

8—10. *Regnum Armeniae a Mithridate recuperatum. Certamen Gotarzis et Bardanis fratrum de imperio Parthorum huius nece compositum.*

11. *Ludi saeculares. Maior plebis favor in L. Domitium Neronem quam in Britannicum.* 12. *Messalinae amor in C. Silium.* 13. 14. *Aliae Claudii curae: censura, edicta de theatrali lascivia populi et feneratoribus; fontes aquarum Urbi inferendi et novae literarum formae.* 15. *SCtum de haruspicum disciplina.*

16. *Italicus rex datus Cheruscis petentibus.* 17. *Haec discordiae bellique causa.* 18. 19. *Corbulonis disciplina severa et res ab eo feliciter gestae adversus Chaucos Frisiosque. Ardor eius a Claudio oppressus.* 20. 21. *Fossa ab eodem inter Mosam Rhenumque ducta. Triumphalia data ei et Curtio Rufo.* 22. *Supplicium Cn. Nonii. Munus gladiatorium quotannis edendum a Quaestoribus. Horum origo, numerus et negotia.* 23. 24. *Civitas Rom. et ius senatorum in Urbe expetitum a primoribus Galliae Comatae et impetratum oratione a Principe habita.* 25. *Primum id Aeduis datum. Patricii suppleti. Conditum lustrum.*

26. 27. *In absentia Principis Ostiam profecti nuptiarum sollennia palam celebrata a Messalina et Silio.* 28. 29. 30. *Aulicorum deliberationes et metus. Res a Narcisso ad Caesarem delata per duas eius pellices.* 31. *Pavor Claudii. Messalinae et Silii bacchatio in festo vindemiali.* 32. *Deprecatio Messalinae.* 33. 34. *Princeps nutans et vix tius a Narcisso confirmatus.* 35. 36. *Sontium poena.* 37. 38. *Supplicium Messalinae properatum ignaro Principe et re nuntiata parum affecto.*

Haec gesta annis fere duobus, a. U. c. 800. et 801.

TI. CLAUDIO CAESARE IV. ET L. VITELLIO III.
A. VITELLIO ET L. VIPSTANO COSS.

CAPUT I.

Nam Valerium Asiaticum bis consulem fuisse quondam adulterum eius credidit; pariterque hortis inhians, quos ille a Lucullo coeptos insigni magnificentia extollebat, Suillium accusandis utrisque immittit. Adiungitur Sosibius Britannici educator, qui per speciem benevolentiae moneret Claudium, cavere vim atque opes Principibus infensas: praecipuum auctorem Asiaticum interficiendi Caesaris: non extimuisse in concione populi Romani fateri gloriamque facinoris ultro petere: clarum ex eo in Urbe, didita per provincias fama, parare iter ad Germanicos exercitus, quando genitus Viennae multisque et validis

propinquitatibus subnixus turbare gentiles nationes promptum haberet.

1. *Nam Valerium Asiaticum* cet. Liber hic mutilus est in principio et prae ceteris scatet mendis scripturae in exemplaribus antiquis tam scriptis quam editis. Perierunt praeter extrema libri VI. capita et libri XI. principium integri Annalium libri VII. VIII. IX. X. „Desunt res annis circiter decem gestae et in his C. Caesaris (Caligulae) principatus in universum et primores anni sex Claudiani imperii.“ *Lips. Iam Valerium* ed. Put. 2. Quae primis cap. XXII. traduntur, gesta sunt a. U. 800. quo consules fuere Ti. Claudius Caesar IV. et L. Vitellius III. (cuius filius Imp. Vitellius) non, quod in edd. rec. inde a Lips. I. annotatum, C. Valerius Asiaticus II. et M. Valerius Messala: (immo M. Iunius Silanus) nam hi a. U. 799. consulatum gessere, illi vero a. 800. quo et censura a Claudio acta et ludi saeculares celebrati. v. Dio 60, 27. et 29. Plin. 7, 48. s. 49 extr. Suet. Claud. 16. et Vit. 2. Censorin. de die nat. c. 17. inscriptt. (Spon. Misc. antiq. p. 303. Gud. p. XLIV, 4.) Fasti et inf. cap. 11. pr. (*iisdem consulibus* [Claudio IV. et L. Vitellio III.] *ludi saeculares octingentesimo post Romam conditam* anno *spectati sunt*; ex quibus verbis etiam intelligitur, annos Urbis conditae a Tacito fuisse computatos ut a Varrone) et ad cap. 13 pr. 37. „Si fides habenda Suetonio Claud. c. 14., hic Imperator *novo circa Principem exemplo in locum demortui* (L. Vitellii III.) *suffectus* est consul. Quum itaque Dio non meminerit huius rei nec uspiam demortuus hic nominetur, plus quam verisimile, eum sive ante consulatum initum sive in illius principio mortuum atque ita Principem huius locum implesse.“ *Ryck.* Idem coniecit Oudend. ad Suet. l. l. et Claudium ex illa designatione quartum consulatum sive ex accepto imperio *tertium*, ut Suet. dixerit, et ordinarium Kal. Ian. iniisse. Ceterum idem Dio 60, 27. tradit, Valerium Asiaticum sponte consulatu altero se abdicasse, ut evitaret invidiam, quam propter immensas opes novumque consulatus honorem subiisset, easdem vero divitias illi causam fuisse exitii. Cf. Zonar. 11, 9. — *bis consulem*, qui bis consul fuit. Prioris consulatus nulla fit mentio in Fastis; unde Ryck. colligebat, eum procul dubio fuisse prius consulem suffectum. „Puto imperante C. Caesare, qui in primis amicis eum habebat. v. Sen. de const. sap. c. 18. Nam quum C. Caesar occideretur, hic Asiaticus iam erat vir consularis. v. Dio 59, 30. et Ioseph. A. J. 19, 1.“ *Walth.* Cf. Pigh. Annal. ad a. 798. — *adulterum eius*, np. Poppaeae Sabinae, quae filia fuit Poppaei Sabini et mater filiae eiusdem nominis, uxor autem P. Cornelii Scipionis. v. cap. 2. 6, 39. 13, 43. 45. et Ind. I. — *credidit* sc. Messalina uxor Imp. Claudii, quae Asiatici *hortis inhiabat*, ut Agrippina Statilii Tauri hortis, de quo v. ad 12, 59. Claudius occidi iussit Messalinam, ἐς τοὺς τοῦ Ἀσιατικοῦ κήπους, δι᾽ οὕσπερ οὐχ ἥκιστα ἀπολώλει, ἀναχωρήσασαν, Dio 60, 31. Similiter et ex eo Ioh. Antioch. Malala: τῶν μὲν βασιλείων ἐξωσθεῖσα, περὶ δὲ τοὺς Ἀσιατικοῦ κήπους πλανωμένη, ὧν ἕνεκα τὸν δείλαιον Ἀσιατικὸν μικρῷ πρόσθεν ἀπολωλέκει. *hortis* edd. Put. 1. 2. Ber. et dein omnes. *ortis* MS. Guelf. et ed. pr. ut cap. 32. pr. *ortos* edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. — *a Lucullo coeptos*, v. ad 1, 50, 1. *coeptos* omnes paene MSS. et edd. vet. *ceptos* c. Guelf. *captos* ed. pr. sed *emptos* in marg. MS. Harlei codicisque Vat. a Vettranio inspecti et in edd. prioribus Lipsii, qui idem in libris vett. reperit. „Hi horti a Messalina vi rapti in Principum res pervenerunt manseruntque in iis ad aetatem Traiani. De iis Plut. Lucull. c. 81. p. 518. ὅπου καὶ νῦν, ἐπίδοσιν τοιαύτην τῆς τρυφῆς ἐχούσης, οἱ Λουκουλλιανοὶ κῆποι τῶν βασιλικῶν ἐν τοῖς πολυτελεστάτοις ἀριθμοῦνται.“ *Lips.* „Ita et *Luculliani* dicuntur c. 32. 37. Plut. Lucull. c. 37. 39. (ut *Augustiani* Suet. Ner. 25. *Serviliani* inf. 15, 55. H. 3, 38. *Varianus, Drusianus, Orfitianus, Silanianus* similiaque)

sed *Lucullani* Suet. Tib. 73. Frontino de aquaed. c. 22. Sexto Rufo et Aurel. Vict. qui eos in colle Hortulorum sive reg. IX. ponunt. Sic *Augustani* 14, 15, 2. *Pompeianus, Lepidanus* et al. Distinguendi autem hi horti, qui ad Urbem, a villa L. Luculli apud promont. Miseni, in qua Tiberius obiit. v. ad 6, 50, 1." *Ryck.* De his hortis aliisque operibus a L. Licinio Lucullo exstructis refectisque v. etiam Plut. Lucull. 37. 39. 43. Donatus de urbe Roma 3, 23. Aurel. Vict. et inpr. Sachse Gesch. d. alt. Stadt Rom T. I. p. 590 sq. — *insigni magnificentia extollebat:* „h. e. statuis aliisque eiusmodi monimentis ornabat. *Extollere,* Gr. ἐξαίρειν, est evehere ad maiorem praestantiam, dignitatem, ut 1, 2. 13, 21. H. 4, 28. et *extollere aliquem laudibus* pro celebrare, ut 12, 11. *extollebat* MSS. Flor. Guelf. Bud. aliique, ut edd. Spir. Ber. Rhen. 1. et rec. inde a Lips. 1. *excolebat* edd. Put. 1. 2. Riv. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. quod non absurdum est. Sic *excolere Urbem* et *circum marmoreis carceribus auratisque metis* ap. Suet. Oct. c. 28. et Claud. c. 21." *Walth.* Ita etiam *excolere* pro *exornare* dixerunt Suet. Oct. 72. Plin. ep. 9, 39, 3. Plin. H. N. 35, 11. sect. 40, 30. Flor. 4. 12, 23. Sed *extollebat* firmatur auctoritate librorum et usu Taciti. Cf. ad 1, 2, 6. 14, 53. extr. et ad 13, 21, 2. ubi etiam ad moles in altum eductas respici potuit. Illo sensu dicitur etiam *augere,* de quo v. ad 1, 3, 2. — *Suillium* MSS. Flor. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. Bekk. *Suillum* ed. Spir. *Suilium* edd. rec. inde a Lips. I. praeter Bekk. Eaedem lectiones in iisdem libris reperiuntur c. 2. 4. 5. 6. 13, 42. 43. Cf. ad 4, 31, 2. *Suillium accusandis utrisque,* Asiatico et Poppaeae Sabinae, *immittit,* v. ad 6, 45, 2. et Ind. III. v. *Gerundia et Gerundiva in Dativo.*

2. *Adiungitur Sosibius:* „nescio an ille sit, qui Arnobio l. 4. p. 144. et Clem. Alex. ad gentes nominatur. Suidas etiam in v. Σωσίβιος literatoris meminit hoc nomine." *Lips.* — *Britannici,* de quo Claudii filio v. Ind. I. *Brittannici* MS. Flor. *Britannici* MS. Guelf. omnesque edd. — *educator* „libertus, paedagogus, sive etiam servus adhuc. Sic Anicetus libertus et Neronis *educator* 14, 3. ut Neronis *paedagogus* ap. Suet. Ner. 35. et tales *educatores* ap. Cic. p. Planc. 33. Mentio etiam *educatoris* in inscr. ap. Murator. p. 1021, 1." *Ern.* Cf. 12, 41. 13, 15. 15, 62. extr. ad G. 20. n. 2. et O. 28. 29. — *benevolentiae* ubivis edd. Lips. et rec. sed *benivolentiae* MSS. (Flor.) Guelf. edd. vet. ut in Grut. inscr. p. 443, 6. Cf. Oudend. ad Suet. Oct. c. 66. — *moneret Claudium, cavere vim* cet. pro vulg. *ut caveret sibi a vi* (potentia; v. Ind. II.) *et opibus* (opulentia) Asiatici. *Ita Neronem orabant cavere insidias* 13, 13. et *monere* seq. infin. verbi activi 1, 63. 4, 67 extr. 12, 46. 13, 37. 15, 54. 16, 11. H. 4, 33. 5, 24. ut *admonuit Cestium dicere* 6, 7. *perpulit Verritum preces suscipere* inf. c. 54. *impellere, instare, hortari, postulare* et similia verba. Cf. Ind. III. v. *Infinitivi* N. 7. Ruddim. inst. gram. T. II. p. 230 — 238. Ramshorn. Gram. p. 426. 427. Günther in Athenaeo II, 1. p. 95 sq. II, 2. p. 288 — 290. ubi ad eundem loquendi usum, non ad Graecismos, referuntur *est videre* G. 5. et *certus procul ab Urbe degere* 4, 57. *cavere* h. l. MS. Guelf. edd. Ern. et rec. *caveret* c. Agr. quemadmodum omisso vel adiecto *ut* et *ne,* 1, 8. 12, 27. 13, 9. H. 3, 40. sed h. l. ingratum auribus *moneret Claudium, caveret,* neque probanda distinctio Vertranii *moneret, Claudium caveret,* ut a Claudio caveret sibi Asiaticus. *auri* MS. Bud. a m. pr. et Flor. si fides habenda Pich. Id probat Lips. quoniam *auri vis* (copia, ut 16, 1.) Asiatico fuerit causa necis et Sosibius nimis vere monuerit, *aurum et opes Principibus infensa* esse, ut Aristot. Polit. 4, 11. οἱ μὲν ἐν ὑπεροχαῖς εὐτυχημάτων ὄντες, ἰσχύος καὶ πλούτου καὶ φίλων καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, ἄρχεσθαι οὔτε βούλονται οὔτε ἐπίστανται. Sed *vis auri* languet, quia est id. qd. *opes.* In MS. Farnes. *cauri,* litera tamen *c* superius appicta. *caveri* MSS. Flor. (quod testantur

Victorius, Abr. et Iac. Gron. et Furia) et Reg. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. *caveri indeque opes* MS. Bud. a. m. sec. „Hinc illud restituo cum Iac. Gron. et quia Tacito eximie convenit. Sic 1, 63. *Arminius colligi suos et propinquare silvis monitos vertit repente*, et *caveri vim*, ut H. 1, 36. *gregarius miles caveri insuper praepositos iubebat*, H. 3, 38. *cavendum hostem*, H. 4, 71. *cavendis hostibus*. Similis est structura in dictione *placet quaeri alicuius confessionem*, *intrari curiam* et *pertentari animum* 4, 67. 16, 25. H. 1, 29. Nam ut *moneret cavere vim* dictum est pro *moneret, ut caveret vim*, ita *moneret caveri vim* ponitur pro *moneret, ut caveretur vis*." *Walth.* Sed illa loquendi forma et frequentissima est Tacito, ut paulo ante dixi, et minus ambigua. — *praecipuum auctorem Asiaticum interficiendi Caesaris* (Caligulae, nisi leg. *C. Caesaris*) fuisse: *non extimuisse in concione populi Romani*, militum praetorianorum aliorumque qui accurrerant, id *fateri* — *petere*. Iosephus A. I. 19, 1, 20. tradit, eum inter coniuratos fuisse, et Dio 59, 30. ἐπεὶ δὲ τὸ δορυφορικὸν ἐταράττετο καὶ διαθέοντες ἐπυνθάνοντο, τίς Γάϊον ἐσφαξεν, Οὐαλέριος Ἀσιατικὸς, ἀνὴρ ὑπατικὸς, θαυμαστὸν δή τινα τρόπον αὐτοὺς ἡσύχασεν, ἀνελθὼν ἔς περιφανές τι χωρίον καὶ ἐκβοήσας, Εἴθε ἐγὼ αὐτὸν ἀπεκτόνειν. Καταπλαγέντες γὰρ ἐπαύσαντο τοῦ θορύβου. Itaque res h. l. invidiose augetur: nam proprie non *fassus* est tale quid, sed se optare dixit, ut interfecisset ipse Caium; *Ern.* Qui talia exclamat, is haud dubie gravem movet suspicionem conscientiae, nec deerant calumniatores, qui suo more haec interpretarentur; *Walth. in concione* vel *contione* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Riv. Rhen. Ald. Pich. Ern. Brot. Lün. Kiessl. *concione*,' i. e. in concione, ex scriptis legendum censebat Lipsius. *contionem* MS. Flor. test. Victorio. *concionem* ed. Spir. Ita et c. Bud. sed omisso verbo *fateri*, quod probabat Rhen. *non extimuisse concionem pop. Romani, fateri gloriamque f. u. p.* edd. Lips. Bip. Oberl. Bekk." Recte. *In concione* veritati repugnat: innuit enim *concionem* convocatam et Valerium coram ea dicentem. Immo turba hominum fuit sponte concurrentium, et Valerius non extimuit fateri, quanquam circumdatus multitudine audientium: igitur non extimuit populi Rom. concionem, fateri. Structura est a Graecis, qui ita ponunt infinitivum omisso ὥστε, ut Thucyd. 3, 6. τῆς μὲν θαλάσσης εἶργον μὴ χρῆσθαι Μυτιληναίους. Sic 12, 50. *haec percellunt Vologesen omittere praesentia*." Cf. ad c. 29. n. 2 extr. et ad c. 37. n. 1. Sed vulgaris est dictio *non extimuit fateri*, et durior verborum structura *non extimuisse concionem fateri*. Qui vero circumdatus *concione*, i. e. multitudine audientium, fatetur, idem facit *in concione*. — *ultro petere*, v. ad 3, 36, 1. — *didita per provincias fama*, passim opera data et fraude sparsa ac vulgata. v. intpp. Virg. Aen. 7, 144. 8, 132. et Sil. 1, 186. *didita* MSS. Flor. Bud. a m. rec. Guelf. a m. pr. edd. Lips. Pich. et rec. *dedita* MSS. Bud. a m. pr. Guelf. a sec. m. Vatic. duo test. Vertran. et edd. vet. ante Lips. Fallit et fallitur Acid. qui verba *didita fama* nominandi casu accipit; *Gron.* — *gentiles nationes*, cognatas; *Ern.* — *promptum haberet*, ut *habere compertum*, *cognitum*, *incognitum* aliaque: et *promptum* est, quod facile factu; *Walth.* Cf. de verbo *habere* cum part. perf. pass. Manut. ad Cic. ep. ad div. 2, 16. 10, 24. Cort. ad Sall. Cat. c. 58. *promptum haberet* MSS. Flor. (test. Vict.) Guelf. edd. omnes praeter primam. *promptum habere* MS. Flor. (test. Furia) ed. Spir. *porpretii haberet* alter Vatic.; *Lips.* Hinc *pro pretio* et *operae pretium h.* coni. Bip.

CAPUT II.

At Claudius nihil ultra scrutatus citis cum militibus, tanquam opprimendo bello, Crispinum praetorii praefectum misit,

a quo repertus est apud Baias vinclisque inditis in Urbem raptus. Neque data senatus copia intra cubiculum auditur Messalina coram et Suillio corruptionem militum, quos pecunia et stupro in omni flagitio obstrictos arguebat, exin adulterium Poppaeae ac postremum mollitiam corporis obiectante. Ad quod victo silentio prorupit reus et, *Interroga*, inquit, *Suilli, filios tuos; virum esse me fatebuntur:* ingressusque defensionem, commoto maiorem in modum Claudio, Messalinae quoque lacrimas excivit. Quibus abluendis cubiculo egrediens monet Vitellium, ne elabi reum sineret. Ipsa ad perniciem Poppaeae festinat, subditis, qui terrore carceris ad voluntariam mortem propellerent, adeo ignaro Caesare, ut paucos post dies epulantem apud se maritum eius Scipionem percontaretur, *cur sine uxore discubuisset?* atque ille *functam fato* responderet.

1. *At Claudius* cet. hic capitis II. initium feci, non cum verbis *Neque data senatus copia.* — *tanquam opprimendo bello Crispinum pr. pr. misit,* cf. Ind. III. v. *Gerundia et Gerundiva in Dativo.* Rufius *Crispinus praetorii praefectus* cum Lusio Geta, (cf. cap, 31. 12, 42. et ad 1, 7, 3.) qui ex Poppaea Sabina filium suscepit, privignum Neronis et iussu eius mari mersum. Cf. c. 4. 12, 42. 13, 45. 15, 71. 16, 17. Suet. Ner. 35. — *vinclisque inditis,* v. ad 3, 28, 3. — *Neque data senatus copia intra* cet. Ita edd. vet. ante Ernestium, qui maiorem distinct. posuit post *copia* ratus, elegantiorem orationem et Tacito digniorem esse, si verba *data copia* non pro ablativis, sed pro nominativis accipiantur. Non video, quid elegantius ita prodire possit; *Walth.* — *intra cubiculum* Imperatoris. — *Messalina coram,* cf. Ind. II. v. *Messalina* et Ind. III. v. *Praepositiones Nominibus postpositae. Messalina* edd. vet. *Messallina* MS. Guelf. edd. Lips. et dein pleraeque. v. ad 2, 32, 1. — *Suillio — obiectante* MSS. edd. vet. et rec. inde a Pich. *Silius — obiectare* edd. Lips. *Suillio* MS. Bodl. et edd. vet. *Suilio* edd. rec. Cf. ad 4, 31, 2. — *pecunia et stupro obstrictos in omni flagitio:* „non, ut omne flagitium committerent, (hoc esset *in omne flagitium obstrictos,* uti volebat Rhenanus) sed in omni flagitio, quod Asiaticus commisisset vel commissurus fuisset, h. e. in omni flagitii occasione sive materia, ἐν πάσῃ πονηρίᾳ. Similia sunt 15, 44. *in crimine convicti.* Suet. Claud. c. 14. in *maiore fraude convictos.*" *Walth.* Sic et Cic. p. Sulla 30. *in hoc scelere convictus,* Suet. Tit. 9. *convictos in affectatione imperii.* Cf. Ramshorn. Gram. p. 188. — *exin:* in ed. Spir. *exinde.* — *Poppaeae* edd. Lips. et rec. *Poppe* MS. Flor. quo *Poppaeae, postremum* clarissime indicari putabat I. Gron. *Poppeae* MS. Guelf. et edd. vet. De ea et de filia v. Ind. I. et ad cap. I. n. 1. — *ac postremum,* cf. ad 1, 74, 1 extr. *ad postremum* MSS. Guelf. Harl. Ies. — *mollitiam corporis,* impudicitiam, ut 15, 49. et *mollis,* Gr. μαλακὸς, μαλθακὸς, μυρχὸς, (unde Venus Murcia) ἁπαλὸς. Cf. ad G. 12. n. 4. Burm. ad Phaedr. 4, 14. 1. intpp. Petron. 23. et Catull. 25. Weichert. poet. lat. reliq. p. 430 sq. *mollitiam* edd. Rhen. et dein omnes. *mollitiam* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Riv. — *victo silentio* MSS. Flor. Bud. Guelf. Covarr. edd. Put. 1. 2. Ber. Riv. Rhen. Ald. et rec. *indicto s.* veteres habere dicit Lipsius, non vero, quinam illi sint. Idem et Boxhorn. illud probant, sed varie interpretantur. Ille putabat, Asiaticum *prorupisse* ad loquendum, etsi silentium ante iussum; hic, silentium potius *indictum* accusatori ab Asiatico reo, viro animi maximi et tunc inprimis commoti, vel a Claudio et Messalina." Longe melius *victo silentio.* Nam reis silentium nunquam indicebatur, et videtur Asiaticus, dum Suillius verba faceret, tacuisse, quum vero *mollitiam cor-*

poris sibi obiectari audiret, silentium vicisse; *Pich.* Immo *silentium* (patientia) Asiatici *victum* est ab impudentia Suillii: nam qui ἀποκαρτερεῖ nec se continet diutius, is vincitur, non vincit; *Gron.* „Destinatum fuit Asiatico, silentio ferre, quae obiectarentur; silebat igitur et *silentio vincebat* cupiditatem respondendi. At postremum *victum* est *silentium*, h. e. non potuit amplius silere. Cogita de contentione sensuum intra animum viri. Sic *victo gemitu* 4, 8." *Walth.* In ed. Spir. *inito silentio;* unde *finito s.* coni. Ern. *inciso* (interpellato) malebat vir doctus a Boxh. laudatus. Sed verum est *victo.* — *virum esse me* MSS. Flor. Guelf. Agr. et alii test. Brot. *Virum me esse* MS. Bud. et edd. omnes praeter Bekk. et Walth. Illud rectius: nam vis orationis cadit in *esse* potius quam in *me.*" *Walth.* Immo cadit maxime in *virum;* deinde magis in *me* quam in *esse.* Sed illud gratius est auribus, et orationis vis post *esse* iterum, etsi minus intendi potest. „Asiaticus dicere voluit, non se pathicum esse, sed tales esse Suillii filios: (hos Asiatico se stupro venum dedisse; *Walth.*) quoniam autem *magna inter molles concordia* (ita Iuvenal. 2, 47.) seu naturalis quaedam propter eandem vitae turpitudinem amicitia et conspiratio, hinc Asiaticus iubet Suillii filios de pudicitia sua dicere testimonium, quippe qui, quum ipsi essent pathici, congenerum suorum notitiam habere praesumerentur." *Ryck.* „*Vir* opponitur pathicis, cinaedis. Sic ap. Suet. Vesp. 13. *ego tamen vir sum.*" *Ern,* Cf. ad G. 12. n. 4. — *ingressusque defensionem,* v. ad 6, 4, 1. *ingr. def. commotus maiorem in modum: Claudio Messalinae q. l. e.* ed. Spir. — *lacrimas* MS. Flor. teste Vict. et edd. rec. *lachrymas* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. *lacrymas* edd. Lips. et cet. ante Ern. Cf. ad 1, 1, 2. — *Vitellium,* v. ad cap. 33. n. 1.

2. *Ipsa ad perniciem* (*pernitiem* ed. pr. ubivis) *Poppaeae festinat subditis,* (subornatis; cf. ad 1, 6, 6.) *qui terrore* cet. Ita omnes MSS. et edd. praeter c. Flor. et ed. Spir. in quibus est *subditos,* quam lectionem revocavit Walther tanquam longe elegantiorem et h. l. digniorem. Sed *festinare aliquid* recte dicitur, non *festinare aliquem ad aliquid.* — *adeo ignaro Caesare* — *responderet,* cf. cap. 25. extr. 27 — 38. Iuvenal. 10, 341. 342. Dio 60, 18. — *paucos post dies,* ut 15, 37. et alibi *ante* vel *post paucos dies.* „Sed *ante* et *post* alio sensu adhibentur, ubi praeponuntur Accusativis et ubi Ablativis postponuntur: nam *ante paucos* s. *aliquot dies* dicitur ratione eius habita qui loquitur, et *paucis* s. *aliquot diebus ante,* ubi res gesta, de qua sermo est, respicitur." *Stallb.* ad Ruddim. inst. gram. T. II. p. 291. In his dictionibus *ante* et *post* Adverbia sunt, ut *multos ante* et *post annos* 14, 9. 12. Sic et *paucis ante annis* 1, 10. *post paucis diebus* 13, 11. Cf. ad Agr. 45. n. 8. Ramsh. Gram. p. 274. — *percontaretur* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Lips. Grut. *perconctaretur* ed. Rhen. 1. *percunctaretur* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Pich. et rec. Cf. ad G. 11. n. 8. — *cur sine uxore discubuisset*: „Hinc discis, uxores vulgo adhiberi solitas in convivio. *Quem enim Romanorum,* (ut contra Graecorum) *pudet uxorem ducere in convivium?* Corn. Nepos in Praef. Et olim quidem in conviviis viri iacebant in lectis, uxores in sellis sedebant. v. Serv. ad Virg. Aen. 7, 176. Valer. Max. 2. 1, 2. (Boettigeri Sabina tab. XII.) Postea etiam accumbebant: in quo accubitu ille mos, ut recumberent in sinu virorum. v. Ovid. Am. 1, 4, 5. 35. Sed et amicae puerique meritorii non aliter iacebant apud amatores: quod vocabant *interiorem* vel *inferiorem iacere.* v. Gell. 7, 12. Id arguit mollitiam a decubitu ipso; unde Caesar a Dolabella dictus *sponda interior regiae lecticae* ap. Suet. Caes. 49. Eodem faciunt verba Suet. Cal. 24. *cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit, plenoque convivio singulas infra se vicissim collocabat uxore supra cubante:* nam sorores *infra se,* i. e. in sinu, collocabat quasi iustas uxores, legitima consorte

loco pulsa. Nec aliud significat Cic. ep. ad div. 9, 26. *infra Eutrapelum Cytheris accubuit*, et Livius 39, 43. de scorto *illam infra eum accubantem*; nisi leg. *intra*." *Lips.* Sic et ἀνακεῖσθαι et εἶναι ἐν τῷ κόλπῳ τινὸς in evang. Ioh. 13, 23. Luc. 16, 22. 23. Sed illae dictiones etiam ad proximum in lecto locum referri possunt: nam olim in tricliniis accumbi solebat reclinata supera corporis parte in cubitum sinistrum, infera in longum porrecta ac iacente, capite leviter erecto, dorso a pulvillis modice suffulto; ita vero ut capite convivae alicuius sinus quasi pectusque alterius ei proximi tangeretur et expleretur, ut primus iaceret ad caput lecti eiusque pedes porrigerentur iuxta secundi dorsum, secundus pulvillo interiecto decumberet ad umbilicum sinumve primi, pedibus extentis ad dorsum tertii et sic porro. Inde locus *summus*, *medius* et *imus*. Medius erat dignior reliquis et dignissimus in medio lecto: post hunc honoratissimus locus summus, vilissimus autem imus. Cf. ad 3, 14, 1. intpp. Gell. 7, 12. Iuvenal. 2, 120. (*ingens Coena sedet: gremio iacuit nova nupta mariti*) Apull. Met. 6. (*accumbebat summum torum maritus Psychen gremio suo complexus*) Catull. 61, 171. (*aspice intus ut accubans vir tuus Tyrio in thoro totus immineat tibi*) Lips. de ritu conviviorum apud Romanos et antiq. lectt. 3, 1. — *atque ille functam fato responderet* MS. Guelf. edd. vet. et quaedam rec. *ad quod ille functam fato responderit* edd. Oberl. et al. ex emend. Heins. *atque ille responderе* leg. censebat Acid. et *respondebat* vel *respondit* Ern. ratus, ignorantiam Caesaris non potuisse facere, ut Scipio sic responderet, sed Scipionem sic respondisse rei tegendae causa, ne Cassarem epulantem perturbaret aut Messalinam irritaret. „Sed sine Caesaris ignorantia Scipio minime ausus esset dicere *fato functam* esse. Locus hic comparatus est ut sexcenti alii. Solent scriptores in iis rebus enarrandis, quas explicandi causa annectunt, ita versari, ut semel coeptam structuram continuent, licet res non eadem plane ratione cohaereant. Sic cap. 12. *vacuoque adultero potiretur* et similia 1, 79, 1. 2, 58, 2. 14, 47. (*addiderit*) Suet. Iul. c. 22. *responderit*." *Walth.* „Sic et c. 34. *uteretur*, 14, 33. *acciperet*, 14, 34. *imponerent*, 15, 16. pr. *prodiderit*." *Bekk.*

CAPUT III.

Sed consultanti super absolutione Asiatici flens Vitellius, commemorata vetustate amicitiae, utque Antoniam Principis matrem pariter observavissent, dein percursis Asiatici in rem publicam officiis recentique adversus Britanniam militia quaeque alia conciliandae misericordiae videbantur, liberum mortis arbitrium ei permisit: et secuta sunt Claudii verba in eandem clementiam. Hortantibus dehinc quibusdam inediam et lenem exitum, remittere beneficium Asiaticus ait, et usurpatis, quibus insueverat, exercitationibus, lauto corpore, hilare epulatus, quum se honestius calliditate Tiberii vel impetu C. Caesaris periturum dixisset, quam quod fraude muliebri et impudico Vitellii ore caderet, venas exsolvit, viso tamen ante rogo iussoque transferri partem in aliam, ne opacitas arborum vapore ignis minueretur. Tantum illi securitatis novissime fuit.

1. *Sed consultanti* Caesari *super absolutione Asiatici — liberum mortis arbitrium ei* Asiatico *permisit*, cf. Dio 60, 29. qui tradit, Claudium iam in eo fuisse, ut *absolveret* Asiaticum, (τοῦ Κλαυδίου ἀπολύειν αὐτὸν μέλλοντος) sed mutasse sententiam, quia Vitellius, ut gratificaretur Messalinae, (cf. cap. 2.) falso dixisset, culpam ab eo agnosci nec nisi mor-

tis peti arbitrium, *παρακεκλῆσθαι ἔφη ὑπ' αὐτοῦ, ἵν' ὅπως ἂν βουληθῇ ἀποθάνῃ· ἀκούσας δὲ τοῦτο ἐκεῖνος ἐπίστευσέ τε αὐτὸν ὄντως ἑαυτοῦ διὰ τὸ συνειδὸς κατεγνωκέναι, καὶ κατεχρήσατο.* *consultante* (Caesare) MS. Harl. edd. Oberl. Bekk. 1. Lün. Kiessl. *consultanti* cet. MSS. et edd. „Sed nullo modo inducere possum animum, ut credam Tacitum dixisse *consultanti* (Claudio) — *Vitellius — liberum mortis arbitrium ei* (Asiatico) *permisit.* Saltem leg. *consultante* vel *consultantibus*; et tum *permisit* accipi poterit pro *petit*, *ut permittatur* vel *permittendum censuit*. v. ad 2, 86, 1.“ *Ern.* „Immo *consultanti*, non *consultante*: nam in *permisit* latet *respondit se permittere* vel suam esse sententiam, ut Asiatico liberum mortis arbitrium permittatur; (v. ad 2, 86, 1.) et casu tertio *consultanti* indicatur is, cui vel ad quem sententiam suam dixit Vitellius. Structura a Graecis orta et Nostro frequens. Sic 2, 76. *consultanti — Piso — censebat*, 6, 46. *etiam de Claudio agitanti — imminuta mens eius obstitit*, h. e. apparuit, imminutam mentem eius obstare, 14, 8. *centurioni ferrum destringenti — exclamavit*, 14, 13. *cunctanti — disserunt*, G. 6. *in universum aestimanti plus penes peditem roboris*, h. e. aestimanti intelligitur vel aestimatur vel simile quid.“ *Walth.* „Hi Dativi dici possint absoluti. Sic et 11, 14. extr. *quae usui* pro *quae quum usui fuissent*, 12, 11. *neque usui crebras mutationes*, H. 3, 20. *usui allaturos* H. 3, 20. (cf. H. 1, 79. 4, 17. G. 5.) H. 2, 14. *obtentui*, H. 2, 50. 3, 8. 4, 17. *reputantibus*, H. 5, 11. *turres procul intuentibus pares*.“ *Roth.* ad Tac. Agr. in Exc. XXII. Cf. ad Agr. 11. n. 5. et Ind. III. v. *Dativus* nr. 6. Illa tamen huius Dativi exempla non plane congruunt h. l. neque iis removetur difficultas ab Ernestio recte notata. Fortasse dictio nostra referenda est ad *Anacolutha*, de quibus v. Ind. III. et quale narrationi inexspectatae rei consentaneum est. — *flens Vitellius* cet. „Messalina commota erat, quae iure iniuria perditum volebat Asiaticum; nedum Claudius, cui nullum in eum proprium erat odium. Ergo hic auditis partibus sententias rogaturus aliquid iecit, ex quo apparebat, eum ipsum placatum et absolventes aequis auribus admissurum esse. Tum Vitellius docuit, *laudantes esse pessimum inimicorum genus*, (Agr. 41.) mirificaque machina circumegit Claudium, hominem instabilem et stolidum, *cui non iudicium, non odium erat nisi indita et iussa*, 12, 3. Lacrimae enim illae detestabiles et commemoratio amicitiae meritorumque rei et captatio misericordiae fidem ei fecere benevoli. Idem mox petens et pro beneficio rei et suo nomine voluntariam mortem duplici miserum praeiudicio gravat, tanquam qui semet ipse, et quem homo benevolentissimus ac precator supplicio dignum agnosceret. Id satis fuit Claudio, perinde hic ut prius *nihil ultra scrutato* (c. 1.) et iam dudum quae dixisset ipse Asiaticus oblito. Omnia autem Vitellii facta et dicta calculum album large promittebant, quum subito velut scorpii cauda niger apparet, — *liberum mortis arbitrium ei permisit*, rogavit Principem et suo et Asiatici nomine, ut ei tanquam confesso convictoque concederetur sponte mori, non sub carnifice.“ *Gron.* — *Antoniam Principis*, Claudii, ut et Germanici *matrem*, v. 3, 3. 18. 13, 18. — *observavissent* MSS. Flor. Guelf. edd. Pich. et rec. *observassent* edd. vet. — *dein:* in ed. Spir. *deinde*. — *percursis*, ut 4, 40 pr. et *cursare tempora* Agr. 2. ubi v. nota 1. *percusi* MS. Flor. — *officiis* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Lips. et rec. *beneficiis* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. — *Britanniam:* in MS. Flor. *Brittanniam*. — *quaeque alia conciliandae misericordiae videbantur esse*. Cf. Ind. III. v. *Gerundia et Gerundiva in Dativo*. — *liberum mortis arbitrium ei permisit* MSS. Flor. Harl. Bodl. Ies. Guelf. *liberum ei mortis a. p.* edd. omnes praeter Bekk. 2. et Walth. *illi* pro *ei* c. Bud. De re v. ad 4, 30, 2. — *et secuta sunt Claudii verba in eandem clementiam*, cf. Ind. II. v. *In* p. 668.

2. *Hortantibus dehinc quibusdam inediam et lenem exitum:* „Ad similitudinem verbi graeci πείθειν τινά τι et per cognationem pro *suadentibus*. Lipsius et Brot. corr. *ad inediam*. Gronovius vero docuit, veteres dixisse et *hortari aliquem* et *hortari ad aliquid* et *hortari aliquid*, locutionisque postremae exempla esse Cic. ad Att. 6, 2. 7, 14. ad Q. fratrem 1, 1. Gell. 13, 23. aliaque ab eo laudata ad Sen. ep. 21. et Diatr. in Stat. c. 35. (cf. Ern. clav. Cic.) Ne tamen putes, *hortari ad inediam* et *hortari inediam* idem plane esse. Immo *hortamur ad aliquid*, quod fieri cupimus; *hortamur aliquid*, quod inter plura, quae fieri possint, optimum nobis videtur. Sic nos ermahnen, ermuntern zu etwas, et zu etwas rathen. Miratur Ricklefs, quomodo *inedia* dici possit *lenis* exitus prae venarum exsolutione. Nimirum venas exsolvere caedes est; inedia mori fatali exitui simile. *Lenis* igitur non spectat ad mortis dolorem, sed potius viam.“ *Walth.* „Sed *hortari aliquid* et *ad aliquid* non ita diverso sensu dicuntur, et *hortari aliquid* est Gr. παρακελεύεσθαι vel παραινεῖν τι. v. Duk. ad Thuc. 4, 126.“ *U. D.* in Hall. Allg. Lit. Zeitung a. 1833. N. 164. „*inediam et lenem exitum* per ἓν διὰ δυοῖν et apposit. dictum vel pro *inediam propter lenitatem exitus*.“ *Roth.* p. 45. Cf. Ind. III. v. *Hendiadyoin. lenem* MSS. Flor. Guelf. edd. Ber. Rhen. Micyll. Lips. et rec. *levem* edd. Spir. Put. 1. 2. Riv. Ald. *exitum*, v. ad 2, 71, 1. — *remittere* se (v. ad 5, 5, 1.) *beneficium*, non accipere, ut H. 3, 5. 4, 11. Cf. ad 3, 55, 1. — *et usurpatis:* copula in edd. Lips. omissa, non in MSS. et edd. cet. — *lauto* (loto) *corpore hilare epulatus:* nam Romani tam ante quam post coenam lavabant, et ante Imperatorum tempora hora nona balnei, decima coenae erat; postea hieme nona, aestate octava balnei. Cf. Plin. ep. 3, 1, 8. Vitruv. 5, 10. Martial. 3, 36. 4, 8. 7, 50. 10, 48, 1 sq. 11, 53. Iuvenal. 1, 143. 6, 419. 11, 204 sq. Salmas. Exc. Plin. p. 648. Lips. Exc. ad Tac. Ann. 14, 2. — *impetu:* in MS. Guelf. a. m. sec. *imperio*. — *C. Caesaris:* ubivis in MS. Bud. *G. Caes.* in ed. Bekk. 2. *Gai Caes.* more Graecorum. A Romanis scribi quidem in comp. solebat *C.* et *Cn.*, sed plene, ut pronuntiabantur, *Gaius*, Γάϊος, et *Gnaeus*, Γνάϊος et Γνήϊος. Ita in optimis MSS. numis et lapp., non *Caius* et *Cneius*, *Gneus*, *Gneius*, etsi in quibusdam *Cneus* et *Cnaeus*. Cf. 12, 64. Gruter. inscr. p. 274, 2. (*Gnaea*) intpp. Quintil. I, 7, (al. 13.) 29. Spanhem. de usu et pr. num. T. II. p. 30. Festus et al. „*Gai* reperitur in monimentis quibusdam, ut ap. Gruter. p. 250. 574. Cf. P. Diaconus de not. lit. p. 1589. ed. Putsch. Sed disertis verbis dixit Quintil. inst. or. 1, 7, 28. *nam et Gaius litera* C *notatur, quae inversa mulierem denotat*. Cf. Terent. Maur. p. 2402. Diomed. p. 408. Mar. Victorin. p. 2469. ed. Putsch. et Serv. ad Virg. Ge. 1, 194. Neque praetermittendum est, *G* literam demum post primum Punicum bellum inventam esse a Sp. Carvilio auctore Plut. Quaest. Rom. p. 54. ed. Hutten. Cf. Terent. Scaurus p. 2233. ed. Putsch. qui nomen Carvilii in Sp. Carvutium corrupit. v. Noris. ad cenot. Pis. diss. IV. c. 5.“ *Walth.* ad O. 17. — *periturum:* „intell. *fuisse* propter verba seq. *quod caderet*, non *esse*, ut vult Kiessl. Sic 15, 16. *relicturos* et c. 35. *victurum fuisse*.“ *Walth.* — *impudico Vitellii ore;* quae verba referenda videntur vel ad fellationem, (*ore morigerari*, λείχειν, λειχάζειν, λεσβιζῆν s. λεσβιάζειν, φοινικίζειν, μολύνειν τὸ στόμα, τῷ στόματι μολύνεσθαι) vel ad basium Florentinum lingua datum in os alicuius inserta linguamque eius lambente. De illo obscenissimo libidinis genere v. Suet. Tib. 44. 45. intpp. Horat. epod. 8 extr. Iuvenal. 6, 301. Ruhnk. ad Timaeum p. 195. de hoc Suet. Vit. 2. Aristoph. Equit. Act. IV. extr. et Michaelis Bibl. or. T. VII. p. 169. 170. *impudico*, non *inpudico*, MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. — *venas exsolvit*, v. ad 4, 22, 2. *exsolvit* MS. Flor. edd. Lips. et rec. *exolvit* MS. Guelf. edd. vet. praeter Spir. in qua *solvit*. —

Tantum illi securitatis novissime fuit, cf. ad 1, 8, 1. et 3, 44, 2. *novissime* MS. Flor. (teste Vict.) Guelf. edd. Spir. Ber. Rhen. 1. Iac. Gron. Kiessl. Walth. *novissimae* edd. Put. Rhen. 2. 3. Ald. et cet. Hoc firmari putabat Ern. locis Virg. Aen. 6, 231. 11, 825.

CAPUT IV.

Vocantur post haec Patres, pergitque Suillius addere reos Equites Romanos illustres, quibus Petra cognomentum ac causa necis ex eo, quod domum suam Mnesteris et Poppaeae congressibus praebuissent. Verum nocturnae quietis species alteri obiecta, tanquam vidisset Claudium spicea corona evinctum, spicis retro conversis, eaque imagine gravitatem annonae dixisset. Quidam pampineam coronam albentibus foliis visam atque ita interpretatum tradidere, vergente auctumno mortem Principis ostendi. Illud haud ambigitur, qualicunque insomnio ipsi fratrique perniciem allatam. Sestertium quindecies et insignia praeturae Crispino decreta. Adiecit Vitellius sestertium decies Sosibio, quod Britannicum praeceptis, Claudium consiliis iuvaret. Rogatus sententiam et Scipio: *quum idem,* inquit, *de admissis Poppaeae sentiam quod omnes, putate, me idem dicere quod omnes,* eleganti temperamento inter coniugalem amorem et senatoriam necessitatem.

1. *addere reos,* scil. hos aliis vel Poppaeae et Asiatico, ut c. 13 extr. *addidit* sc. prioribus, et 1, 54 pr. neque corrigendum *agere reos* cum Ursino; *Gron.* Ita et c. 14. *additae sunt* sc. aliae. — *Equites* (duos) *Romanos illustres,* v. ad 1, 73, 1. *illustres* MS. Guelf, et edd. tam vet. quam rec. *inlustres* constanter MS. Flor. et hinc ed. Walth. — *quibus Petra cognomentum* MSS. Vatic. quatuor et Guelf. edd. omnes praeter Spir. in qua *quibus pet c.* In MS. Reg. *q. praeter cognomen.* Cf. ad 4, 28, 1. Ab his *ala Petrina,* opinor, nominata; *Lips.* Cf. ad H. 1, 70, 4. *cognomentum. at causa necis ex eo quod* cet. MSS. Flor. (test. Vict.) Bud. ed. Spir. *cognomentum. at causa necis, quod* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. *ac,* non *at,* in MS. Flor. esse affirmat Pich. et illud saltem aptius est, quia mox sequitur *verum.* Idem substitutum a Kiessl. quem secutus sum, etsi malim *et.* Ernestius leg. censebat *cognomentum* vel *cognomen erat. Causa* cet. „Additamentum *ex eo* genuinum est. Cf. 1, 5. 13. 2, 2. 16, 15. Tacitus dicit, illam fuisse *causam necis,* non ab accusatore adhibitam, sed inde ortam, ut 16, 15." *Walth.* Lege Iulia de adulteriis, qua tenebantur Equites illi, mitior infligebatur poena, exsilium; *Vertr.* — *Mnesteris* pantomimi, quem perdite amabant Messalina et Caligula. Cf. cap. 28 pr. et 36. Dio 60, 22. 28. Suet. Cal. c. 36. 55. 57. Gruteri inscr. p. 615. Alius Mnester libertus Agrippinae 14, 19. *mnesteris* vel *in nesteris* c. Bud. quod affirmat Oberl. non *nestoris,* quod enotavit Rhen. *nesteris* MS. Flor. (test. Fea) et libri scripti, a Lipsio inspecti, non vero designati. *M. Nestoris* edd. Rhen. 2. 3. et Ald. ut *M. Nestor* c. 36. ubi *Mnester* MS. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Lips. et rec. *menester* c. Guelf. et *minister* ed. Spir. Nostro loco *Mnesteris* edd. Lips. et cet. ante Ern. Sed *Valerii* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. in marg. Guelf. Agr. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Ern. et rec. De MSS. Vatic. tacet Brot. ut permultis locis. *Mnesteris* optimorum MSS. auctoritate firmatur et *Valerii* haud dubie substitutum a librariis, quibus ignotum erat illud nomen, notum vero hoc ex cap. 1. 2. 3. et proximum. Neque audiendi Ern. et Ryck. qui dicunt, de Pop-

paeae et Valerii, non Mnesteris adulterio quaestionem fuisse, nec verisimile esse, Mnesterem tum temporis amatum a Messalina et tamen adulterii cum Poppaea accusatum. Suillius Valerio et Poppaeae alios *addidit reos*, et his verbis vera fortasse causa continetur, cur Messalina exitium paraverit Poppaeae, non congressus eius et Valerii, sed Mnesteris, quem non partiri, sed sola habere voluit. (cf. ad Iuvenal. 3, 121.) Sic Iuniam Silanam matrimonio C. Silii exturbavit, ut *vacuo adultero poliretur*, cap. 12. — *praebuissent*: in MS. Guelf. et Ies. *praebuisset*. „Id probant Iac. Gron. et Stromb. putantes, sic singulis fratribus singula crimina obiectari, alteri, quod domum suam praebuisset, alteri, quod vidisset cet. Falsi sunt. Nam ex vera illa causa, *quod domum suam — praebuissent*, neuter fratrum accusatus est; hoc silentio premebat accusator. *Verum nocturnae quietis species alteri obiecta*, et Tacitus mox disertis verbis dicit: *illud haud ambigitur, qualicunque insomnio ipsi fratrique perniciem allatam*. Alterius igitur fratris damnatio alterum in perniciem traxit: ambo una domo usi sunt. Hinc etiam ab h. l. aliena est explicatio Kiesal. qui *verum* substantive dictum accipit, ut inter se opponantur *causa* h. e. causa praetexta et *verum* h. e. causa vera. Immo vera causa fuit *ex eo, quod domum — praebuissent*, praetexta *nocturnae quietis species*.“ *Walth.* — *nocturnae quietis species*, ut mox *imago*. v. ad 1, 65, 1. — *alteri obiecta*, oblata per quietem, ab eo visa, ut *si tale visum obiectum est a deo dormienti* ap. Cic. qu. Acad. 2, 16, 49; *Kiesel.* Immo *alteri obiecta* est ab accusatore criminis loco, *tanquam vidisset* cet. — *spicea corona*: „quae Cereri propria et sacerdotum Arvalium. v. Plin. 18, 2. Ea alias non infelix omen triste habuit, quod esset *spicis retro conversis*, sicut quod ante pugnam in Philippis corona inversa Cassio imposita. v. Plut. Brut. c. 56. p. 1002.“ *Lips.* — *gravitatem annonae*, ut 6, 13. *caritatem a.* MS. Reg. idemque coni. Urs. et Mur. „Sed *gravitas* dicitur de omnibus, quae male affecta sunt, non bene se habent, ut *gravitas corporum* et *membrorum* ap. Cic. Tusc. qu. 3, 1. et de fin. 4, 12.“ *Ern.* Similiter *saevitia annonae* 2, 87. et *annona gravis* ap. Plaut. Stich. 4, 2, 52. Contra *levari* et *laxari annona* dicitur. — *dixisset*: „Frustra *praedixisset* vel *significari dixisset* leg. putabat Rhen. et *praedixisse, etsi quidam* Heins. Nam et *dicere* ponitur pro *praedicere*, ut Heinsius ipse et Burm. docent ad Virg. Ecl. 1, 17. et Aen. 7, 370.“ *Ern.* „Immo hic non agitur praedictio, nec quisquam damnari poterit ob insomnium gravitatem annonae futuram significans, quod etiam non pertinet ad maiestatem: sed hoc Petrae vertebatur crimini, quod illa imagine et per narrationem, qua insomnium exposuerat, Caesarem incusavisset de gravitate annonae eique obiecisset annonae incuriam.“ *Walth.* Ad verba tamen *gravitatem annonae* supplendum videtur *significari* vel simile quid. — *Quidam pampineam coronam ostendi*: „Consentit cum interpretatione huius somnii Artemidorus 1, 79. ubi observat, coronam e vite praeter Dionysiacos artifices mortem ac vincla significare propter pampinos implicatos et inflexos. Similia crimina valuisse apud Constantium non inscite narrat Ammianus 15, 3, 5. *Mercurius somniorum appellatus comes — si per quietem quisquam, ubi fusius natura vagatur, vidisse aliquid amico narrasset, id venenatis artibus coloratum in peius patulis Imperatoris auribus infundebat; et ob hoc homo tanquam inexpiabili obnoxius culpae gravi mole criminis pulsabatur. Haec augente vulgatius fama tantum aberat, ut proderet quisquam visa nocturna, quum* (propr. *ut*) *aegre homines dormisse sese praesentibus faterentur externis; maerebantque docti quidam, quod apud Atlanteos nati non essent, ubi memorantur somnia non videri:* (cf. Herodot. 4, 184. Plin. 5, 8. Mela 1, 8, 11. Salmas. ad Solin. p. 410.) *quod unde eveniat, rerum scientissimis relinquamus.*“ *Lips.* — *visam*: intell. Claudii capiti circumdatam: nam ad Clau-

dium pertinere coronam contextus docet; *Walth.* — *interpretatum* sc. esse a Suillio. Passive dictum ut Liv. 28, 11. Cic. leg. 2, 12. et aliis. Cf. Kritz. ad Sall. Cat. c. 7, 3. et Giese ad Cic. de div. 1, 25, 63. — *vergente auctumno,* v. ad 2, 43, 1. *vergente* MSS. Flor. Guelf. Bud. et edd. omnes. *vertente* c. Farnes. *auctumno* rectius scribitur quam *autumno*, quia vox, ut Festus dicit, formata est ab *auctum*, Supino et Participio verbi *augeo*. Cf. Kreussig. comment. de Sallust. Hist. lib. III. fragm. P. II. p. 6. 45. — *ostendi*, significari, portendi. Hinc *ostenta*, ut *signa* et *portenta*, futurorum indicia. — *ambigitur:* in MS. Guelf. *ambigebatur.*

2. *Sestertium quindecies,* v. ad 2, 37, 1. *Sestertium* edd. Put. 2. Ber. Rhen. et dein omnes. *Sextertium* edd. Spir. et Put. 1. Paulo post *sextercium* MS. Guelf. et ed. pr. De *Crispino, Vitellio* et *Sosibio* v. cap. 1. et 2. — *insignia praeturae Crispino decreta:* idem *consularibus insignibus donatus* 16, 17. fortasse serius. — *Adiecit,* adiiciendum censuit. v. ad 2, 86, 1. — *Sosibio, quod — iuvaret,* cf. cap. 1. et ibi nota 2. — *Scipio,* cuius uxor fuit Poppaea. — *de admissis Poppaeae,* delictis, sceleribus admissis. Sic *admissum* et *admissa* Ovid. A. A. 1, 376. 2, 381. *tale admissum* ap. Liv. 25, 23. et plene *male admissa* O. 12. — *sentiam* omnes edd. praeter primam. *sententiam* MS. Guelf. *assentiam* duo MSS. Medic. a Pich. inspecti et Bud. *assenessentiam* MS. Flor. teste Pich. *assenescentiam* ed. Spir. Hinc *uxoris sentiam* coni. Bip. et *ac secus sentiam* Walth. ratus, *secus* esse id. qd. *peius, gravius,* ut Gr. ἑτέρως. Sed utrumque significat *male,* non *peius.* — *eleganti temperamento* tum *coniugalem amorem* servans, tum *senatoriae necessitati* parens; *Brot.* „Haec duplicem sensum habent. Alterum dignum amore coniugali: nemo credit, vera esse, quae Poppaeae obiecta sunt, nemo probat factum, nec ego. Alterum periculo vitando aptum: credo quae obiecta sunt, et eadem quae ceteri senatores decerno. *Elegans* et *elegantia* de subtilitate et acumine. v. Clav. Cic.“ *Ern.* Ante *eleganti* in ed. Riv. inserta *interpretati sunt.*

CAPUT V.

Continuus inde et saevus accusandis reis Suillius, multique audaciae eius aemuli: nam cuncta legum et magistratuum munia in se trahens Princeps materiam praedandi patefecerat, nec quicquam publicae mercis tam venale fuit quam advocatorum perfidia, adeo ut Samius insignis Eques Romanus, quadringentis numorum millibus Suillio datis et cognita praevaricatione, ferro in domo eius incubuerit. Igitur incipiente C. Silio consule designato, cuius de potentia et exitio in tempore memorabo, consurgunt Patres legemque Cinciam flagitant, qua cavetur antiquitus, ne quis ob causam orandam pecuniam donumve accipiat.

1. *cuncta legum et magistratuum munia in se trahens Princeps,* ut 1, 2. ubi v. nota 6. *nece* pro *munia* c. Farnes. Utrumque ut glossema delendum putabat Lips. immemor loci simill. 1, 2. *intra se trahens* c. Guelf. — *materiam,* „occasionem, opportunitatem. In sex prioribus Annalium libris constanter legi *materiem,* nunquam *materiam.* Cf. 1, 32. 2, 26. 3, 31. Paulo post *publicae mercis* intell. in publico loco venalem expositam.“ *Walth.* — *advocatorum perfidia,* v. ad O. 1. n. 2. — *insignis Eques Romanus,* v. ad 1, 73, 1. — *millibus:* in MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. *milibus.* Cf. ad G. 33. n. 4. O. 16. n. 5. Duk. ad Flor. 3, 19, 6. Beier. ad Cic. off. 3, 24, 93. 3, 82, 114. — *et cognita praevaricatione,*

v. ad 1, 13, 2. *Praevaricari* proprie dicitur arator, qui devertit a rectis sulcis arvumque obliquis proscindit; (v. Plin. 18, 19. s. 49, 2.) hinc advocatus s. causidicus et accusator *in contrariis causis quasi varie positus*, (ita Cic. partit. c. 36.) qui diversam partem adiuvat prodita causa sua et cum reo colludit; (quem *praevaricatorem* Festus a *praetergrediendo*, Labeo a *varia certatione* ita vocatum putabant) deinde qui transit dicenda breviterve attingit, vera crimina argumentaque reticens, falsas excusationes admittens. Cf. Lexica. — *incubuerit:* in ed. Spir. *succubuerit.*

2. *incipiente C. Silio consule designato, cuius — memorabo,* quod factum est cap. 12. et 35. *incipiente* sc. sententiam dicere, sententiam primo loco dicente, quia *consul designatus* erat. v. ad 3, 22, 3. *G. Silio* ed. Spir. *Gaio Silio* ed. Bekk. 2. v. ad cap. 3. n. 2. — *cuius de potentia et exitio* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. et rec. *cuius de potentiae exitio* ed. Spir. *et* omissum in MS. Flor. *cuius de potentia* pro *de cuius pot.* Cf. Ind. III. v. *Praepositiones nominibus postpositae.* — *in tempore,* v. ad 1, 1, 2. — *consurgunt Patres,* nam stantes sententiam dicebant, inprimis longioribus usuri orationibus. Orator stare, auditores sedere solebant. Cf. Liv. 9, 8. 27, 34. Cic. ad Att. 1, 13. Iuvenal. 7, 115 sq. — *legemque Cinciam flagitant, qua cavetur antiquitus, ne quis ob causam orandam pecuniam donumve accipiat:* „Hanc legem *de donis ac muneribus,* quam *muneralem* apte Plautus dixit apud Festum, tulit a. U. 550. M. Cincius Alimentus tribunus plebis. (Ea cautum, *ne quis ob causam orandam donum munusve caperet: ne quis ultra certam summam donaret: ut in donationibus mancipatio traditiove interveniret.*) Eandem vetustate evanescentem retulit iterum Augustus et novo SCto firmavit: τοὺς ῥήτορας ἀμισθεὶ συναγορεύειν ἢ τετραπλάσιον ὅσον ἂν λάβωσιν ἐκτίνειν ἐκέλευσε, Dio 54, 18. Haec noto, ne quis miretur, quum plebiscitum fuerit, vocari SCtum inf. 13, 42. et Plin. ep. 5, 21. Sed SCtum a Plinio memoratum credo fuisse a Traiano.“ *Lips.* „Hinc 13, 42. *SCtum poenaque Cinciae legis* cet. est id. qd. SCtum factum ad legem Cinciam emendandam, qua poena constituta *adversum eos, qui pretio causas oravissent:* nam Ulpianus fragm. 1, 1, 2. dicit, legem Cinciam (proprie sic dictam) fuisse *imperfectam* h. e. nullam ea poenam constitutam.“ *Ern.* ad 13, 42. et Exc. XXIV. ad Suet. Cf. de lege Cincia 15, 20. Liv. 34, 4. Cic. or. 2, 71. de sen. c. 4. (ubi v. intpp.) ep. ad Att. 1, 20. Manut. de legg. 18. Cuiac. obss. 6, 18. Schulting. iurispr. Anteiust. p. 561 sq. Ern. Clav. Cic. p. 12. Fr. Brummeri comment. de lege Cincia et, qui doctissime de ea disputavit, Savinius in Zeitschrift für geschichtl. Rechtswiss. herausg. von Savigny, Eichhorn und Goeschen IV, 1. *Cinciam* edd. Spir. Lips. et rec. *Ciciam* MS. Flor. teste Vict. *Titiam* male MSS. Broterii, Guelf. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. Riv. Rhen. Ald.

CAPUT VI.

Deinde obstrepentibus his, quibus ea contumelia parabatur, discors Suillio Silius acriter incubuit, *veterum oratorum exempla* referens, *qui famam et posteros praemia eloquentiae cogitavissent pulcherrima. Alioquin et bonarum artium principem sordidis ministeriis foedari: ne fidem quidem integram manere, ubi magnitudo quaestuum spectetur. Quodsi in nullius mercedem negotia eant, pauciora fore: nunc inimicitias, accusationes, odia et iniurias foveri, ut, quomodo vis morborum pretia medentibus, sic fori tabes pecuniam advocatis ferat. Meminissent C. Asinii et Messalae ac recentiorum Arruntii et Aesernini: ad*

summa provectos incorrupta vita et facundia. Talia dicente consule designato, consentientibus aliis, parabatur sententia, qua lege repetundarum tenerentur, quum Suillius et Cossutianus et ceteri, qui non iudicium, (quippe in manifestos) sed poenam statui videbant, circumsistunt Caesarem ante acta deprecantes.

1. *obstrepentibus his* edd. Put. 1. 2. Rhen. et rec. *obstr. iis* MS. Guelf. et ed. Ald. *si* ante *his* insertum in MS. Flor. *his* omissum in ed. Spir. — *discors Suillio Silius acriter incubuit,* invectus est, tum in eiusmodi causidicos et praevaricatores, tum in Patres talia legi contraria tolerantes. cf. ad 4, 24, 1. „Haec verba non significant, hac in causa Silio aliud, aliud Suillio visum, sed nihil exprimunt nisi quod ex sequentibus satis noscitur. Tacitus dedita opera interiecit, nobiles publicasque inter Silium et Suillium fuisse simultates, ut intelligeremus, actionem eam, etsi foret in commune utilis, non tamen tam amore egregii publici quam odio et cupidine inimicum ulciscendi a Silio inceptam esse." *Gron. suillio: Silius* edd. Put. 1. 2. *suillo — Suillus* ed. Spir. *Sillus* pro *Silius* MS. Flor. *Suilio* in plerisque edd. v. ad cap. 1. n. 1. — *famam et posteros* MSS. Flor. et Bodl. edd. Iac. Gron. Bekk. 2. Walth. *famam ad p.* MS. Flor. in marg. *famam in p.* edd. omnes praeter illas tres. cf. ad 6, 46, 1. Sed lectio MS. praeferenda propter vocem num. plur. *praemia,* quae etiam obstat quo minus *famam et posteros* per ἓν διὰ δυοῖν dicta censeas. Itaque *fama et posteri* id. qd. *gratia praesentium et in posteros ambitio* 6, 46. vel potius *posteri* id. qd. *gloria ad posteros* 1, 8. et *posterorum gloria* 3, 72. — *cogitavissent:* in MS. Flor. *cogitabissent,* ut c. 19. *immunibit,* 13, 10. extr. *fabor* pro *favor,* 13, 14. *indebilis* pro *inde vilis.* Frequens est in MSS. et monumm. ant. haec literarum *b* et *v* permutatio, quae potissimum librariis medii aevi tribuenda est. Hinc et *beneficium* pro *veneficium* 13, 14. *illos invidiae* pro *illo sibi die* 14, 7. vet. *Bibullium* pro *Vibullium* 13, 28. *libere* pro *livere* 13, 42. *sibi* pro *siva* 1, 36, 2. *habitus* pro *Avitus* 13, 54. Cf. etiam ad 12, 69. 15, 23. H. 5, 19. — *bonarum artium principem,* eloquentiam, *quae olim omnium artium domina* fuit O. 32. — *sordidis ministeriis,* ut Gr. ἀνελεύθερα, qualia esse solent hominum de plebe, qui in officia praestanda emuntur; *Walth.* Cf. ad Agr. 4. n. 4. *Turpe, reos empta miseros defendere lingua* Ovid. Am. 1, 10, 39. *sordis* MS. Guelf. — *ne fidem quidem integram* MSS. Flor. Reg. Guelf. Agr. edd. Spir. Put. Ber. Rhen. 1. Bern. Gron. et rec. *ne fidem integram* MS. Bud. *nec fidem integram* edd. Rhen. 2. 3. Ald. et cet. ante Berneg. — *spectetur* edd. omnes. *spectatur* MS. Reg. Ex MS. Flor. Ryckius enotavit *spectaretur* et Iac. Gron. *specteretur* supra prius *et* posito *c,* h. e. *corrige.* — *negotia erant,* ed. Bekk. 2. ex emend. I. Fr. Gron. ut fere 3, 50. 14, 61. *negotiant* MS. Flor. si Furiae, sed *negotia sint,* si Iac. Gronovio, et *negotiantur,* si Victorio fides habenda. *negotia tueantur* MSS. Bodl. in marg. Guelf. et edd. omnes praeter Bekk. 2. *negotiantur* MS. Bud. aliique a Brot. et Lips. inspecti. Ex MS. Agr. Heinsius enotavit *negotiantur,* et Ryck. *negotia tueantur, pauciora fore crimina. negotia sint* (ut e MS. Flor.) corr. Iac. Gron. *negotia curentur* Ern. *neg. vertantur* Croll. *neg. tractentur* Kiessl. *quod si sine ullius mercede negotia sustineantur* Heins. *quod si nullius in mercedem negotia tueantur* Acid. h. e. *nullius negotia in mercedem,* mercede vel ob mercedem, ut G. 24. quod prob. Kiessl." Ego vulgatum integrum esse censeo, neque tamen ad verbum *tueantur* cum Ern. intelligo *oratores* vel *advocati,* (*in cuius* enim *mercedem* hi tuerentur negotia, nisi in suam?) sed *senatores,* ut postea ad *meminissent:* nam ad eos haec dicuntur, et sic laudantur verba ad senatum (vel in concione) loquentium, ut 3, 33. *cogitarent ipsi* et 3, 69 extr. *darent.* Silius coram senatu

dixit *negotia tueamini, pauciora erunt.* Haec vero Noster debebat *referre,* ut supra factum est. Ceterum *negotia tueri in nullius mercedem* significat cavere legibus, ne quis inde mercedem percipiat. De verbo *tueri* cf. Cic. de off. 1, 25. *Omnino, qui rei publ. praefuturi sunt, duo Platonis praecepta teneant; unum, ut utilitatem civium sic tueantur,* ut cet.“ *Walth.* Bene; et similiter, structura verborum mutata, *decernerent* et *darent* 1, 19. *coleret — redderet — ne pavescerent* 1, 59. *denserent ictus — quaererent* 2, 14. *sic obviam irent* 3, 34. *firmarent — retineret* 6, 30. *cogitaret* 11, 7. *omitteret* et *pergeret* 14, 61. — *pauciora fore:* in marg. c. Bud. *potiora f.* — *odia,* v. ad 12, 49, 1. — *fori tabes,* v. ad 2, 69, 2. Ad eam spectant *inimicitiae, accusationes, odia* et *iniuriae.* — De *Asinio* v. ad 1, 12, 2. de *Messala* ad 2, 32, 1. de Arruntio ad 1, 13, 1. de *Aeserning* ad 3, 11, 2. Hi quatuorviri etiam coniunguntur cap. 7., ut duumviri *Asinius* et *Messala* O. 12. sed *Asinius* ibidem et cap. 7. sine praenomine *C,* quod hinc una cum copula *et,* quae in MSS. et ed. Spir. omissa est, delendum censet Walth. Haec tamen copula addita c. 7. O. 12. ut etiam ante *Aeseryini,* et h. l. aptissima est. *C. Asinii et Messalae* edd. Lips. et rec. Sed e MS. Flor. *Gali Asinii Messalae* enotavit Iac. Gron. et *Galbae A. M.* Victorius. *Galli, Asinii, Messale* c. Bud. *Galbe: et Assinii Messallae* MS. Guelf. *Gauinii Assinii messalae* ed. Spir. *T. Galbae, C. Asinii et Messallae* edd. Put. 1. 2. ut et Ber. Rhen. Ald. in quibus tamen *Messalae* scriptum, de quo v. ad 2, 32, 1. Broterius de suis MSS. tacet, ut saepissime. Monstra illa lectionum haud dubie orta ex plena praenominis *C.* scriptura *Gaii,* (v. ad cap. 3. n. 2.) et praenomen non omnibus locis, ubi duorum pluriumve et ipsorum consulum nomina memorantur, (v. c. 6, 1. 14, 1. 15, 48.) cuivis eorum adiicitur, hoc vero loco soli Asinio addi potuit, ut eo indigitaretur celeberrimus ille *C. Asinius Pollio,* κατ᾽ ἐξοχὴν ita dictus, non *C. Asinius Gallus* filius eius vel aliquis nepotum, *C. Asinius Saloninus* aut *C. Asinius Gallus* aut *C. Asinius Pollio.* v. ad 1, 12, 2. — *Arruntii:* in MS. Guelf. *Aruntis,* in ed. Spir. *Aruntii,* sed c. 7. *Arūcios.* — *Aeseryini:* in MS. Guelf. et edd. pr. *Eserniri,* ut c. 7. *Eserninos.* — *ad summa,* ad suprema honorum fastigia, ut c. 8. 26. 14, 54. H. 2, 75. — *provectos* sc. eos esse. Ita MSS. Flor. Reg. Bud. Agr. edd. Lips. Pich. et rec. *praevectos* ed. Spir. *provectorum* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Riv. Rhen. Ald. Bern. quod magis placet Kiesslingio. — *et facundia:* in c. Agr. *facundiaque.*

2. *consentientibus aliis:* „in MSS. Guelf. et Ies. non male *censentibus aliis* sc. in verba Silii. Sic absolute dicitur 13, 26. *qui censerent* scil. quod efflagitatum ab aliis, quod alii dixissent, vel consule referente.“ *Iac. Gron.* et *Ern.* Sed aptior est vulgata et maiori librorum auctoritate firmatur. — *lege repetundarum tenerentur,* v. ad 1, 74, 3. „Legibus repetundarum cavebatur, ne quis magistratuum in provinciis et Romae ob accusandum vel non accusandum et rem iudicandam pecuniam acciperet. v. Venuleius lib. III. Publicorum, D. de lege Iul. repetund. Non vero in iis ut h. l. reperias scriptum, perfidos quoque advocatos et praevaricatores repetundarum reos fuisse.“ *Vertr.* „*Teneri* universe dicuntur quae deprehenduntur et qui in re aliqua, crimine, deprehenduntur, quoniam rem negare non possunt atque adeo convicti sunt alicuius criminis neque se expedire possunt; deinde *lege, iureiurando, pacto aliave huiusmodi re teneri,* quibus ea lege cet., quae ad eos pertinet, necessitas imposita est alicuius rei aut faciendae aut omittendae, quique ideo, si contra, quam lex cet. postulabat, fecerunt, accusari possunt et puniri, vel ex ea rei sunt et eius *poena tenentur* h. e. hanc meruere.“ *Ern.* clav. Cic. Cf. c. 7. et 2, 50. 3, 13. 50. 67. — *Cossutianus* Capito Tigellini gener, qui nunc repetundarum reus et a. U. 811.

iterum factus et damnatus est. De eo v. Ind. II. Quintil. 6, 1, 14. Iuvenal. 8, 93. Dodwell. Annal. Quintil. §. 6. — *manifestos* delicti, criminis, ut plene 2, 85. et 13, 26.

CAPUT VII.

Et postquam annuit, agere incipiunt: *Quem illum tanta superbia esse, ut aeternitatem famae spe praesumat? Usui et rebus subsidium praeparari, ne quis inopia advocatorum potentibus obnoxius sit. Neque tamen eloquentiam gratuito contingere: omitti curas familiares, ut quis se alienis negotiis intendat. Multos militia, quosdam exercendo agros tolerare vitam: nihil a quoquam expeti, nisi cuius fructus ante providerit. Facile Asinium et Messalam inter Antonium et Augustum bellorum praemiis refertos aut ditium familiarum heredes Aeserninos et Arruntios magnum animum induisse. Prompta sibi exempla, quantis mercedibus P. Clodius aut C. Curio concionari soliti sint. Se modicos senatores, qui et a re publica nulla nisi pacis emolumenta peterent. Cogitaret plebem, qua toga enitesceret. Sublatis studiorum pretiis etiam studia peritura.* Ut minus decora haec, ita haud frustra dicta Princeps ratus capiendis pecuniis posuit modum usque ad dena sestertia, quem egressi repetundarum tenerentur.

1. *agere incipiunt* sc. orationem, ut ap. Cic. de sen. 6. nam *agere* dicitur orator, cuius oratio est vehemens et simul actio, ut fere histrionum, a quibus res magis agi quam narrari solet. Cf. Cic. Brut. 92. or. 2, 17. 3, 56. *agere* MSS. Flor. a. m. sec. Reg. edd. Ern. Brot. et rec. *dicere* c. Agr. *tacere* MSS. Flor. a. m. pr. Bud. a. m. pr. et ed. Spir. *tacens* MSS. Guelf. Bud. a. m. sec. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. et cet. commate post *tacens* posito. *iacere* coni. Freiosh. *aspere* Hiller. *ita fere* Heins. *annuit placere* Boxh. *a. facere* Iac. Gron. — *Quem illum tanta superbia esse* MSS. Flor. Reg. Bud. Agr. edd. Spir. Lips. et rec. *Quem ullum t. s. e.* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Lips. „Vitiose. Quis enim ita loquitur?“ *Ern.* Utrumque recte dici potest: verum in *quem illum* latet notio magnificentiae, quae verbis *tanta superbia* egregie convenit; *Walth.* Cf. ad 12, 36, 1 extr. — *usui et rebus subsidium praeparari* „scil. eloquentia comparanda: eam comparari hoc consilio, ut prosit amicis, rei publicae; *Ern.* *praeparari* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. et rec. *praeparare* MSS. Flor. Bud. ed. Spir. — *potentibus* MSS. Flor. Guelf. Bud. edd. Spir. Iac. Gron. Bekk. 2. Walth. Cf. 1, 2. 75. 6, 48. 12, 42. 16, 19. H. 1, 22. O. 2. 6. 10. *potentioribus* edd. cet. — *curas familiares*, v. ad 6, 16, 3. *familiares* MS. Guelf. et edd. vet. *familiaris* edd. Iac. Gron. et dein paene omnes. — *ut quis se alienis negotiis intendat:* in MSS. Guelf. et Agr. *ut qui se.* Acidalius coni. *ut quis se a. n. impendat*, et Heinsius delendum putabat *se* coll. 3, 73. H. 4, 79. „Frustra. Nam *intendere* sine *se* intellecto *animum* est inclinare, affici amore, studio alicuius rei. At *intendi* vel *intendere se* alicui rei plus dicit, totum se alicui rei dare, strenuum, diligentem esse in ea agenda; quod hic valet. Particula *ut* est Germ. so wie, sobald als, je nachdem.“ *Walth.* — *exercendo agros*, ut *exercere tellurem, colles, rus* ap. Virg. Ge. 1, 99. et Aen. 7, 798. Colum. 8, 1. „*Exercere* propr. se, corpus, animum in aliqua re; deinde omne id, quod fit more, consuetudine, labore, v. c. *bellum* et *accusationes* 6, 31. 12, 32. H. 2, 10.

(Germ. das Kriegs- und Angeberhandwerk) *artes* 6, 29. *solum* 13, 54. *agrum* G. 29. *arva, metalla et portus* Agr. 31. *Africam et Aegyptum* 12, 43. *odium* 13, 37. *amicitiam, avaritiam et scelera* H. 1, 72. *exerceri* (vexari) *curis* Agr. 39. Virg. Aen. 5, 779. „*Günther* in Athenaeo II, 2. p. 261. Cf. Ind. II. et ad 14, 2 extr. Heyne ad Virg. Ge. 1, 99. 4, 159. Aen. 8, 94. 10, 808. Burm. ad Virg. Ge. 3, 529. et ad Val. Fl. 3, 162. Duk. ad Flor. 4, 12, 60. Drak. ad Sil. 8, 566. — *nihil:* in MS. Guelf. *nil.* — *providerit* e MS. Flor. enotarunt Iac. Gron. et Victor. sed *praeviderit* Pich. Haec verba et *pervidere* simili scripturae compendio in MSS. et edd. vet. exprimuntur et hinc saepius permutantur. *providerit* MSS. Bud. Agr. edd. Spir. Rhen. 2. 3. Iac. Gron. Kiessl. Walth. *praeviderit* MS. Guelf. edd. Pich. Ryck. et cet. *praevidetur* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1." Sed *praevidere* est simpl. res futuras videre antequam eveniant, ita ut ante scias, quid eventurum sit, Germ. vorher sehen. *Providere* cautionem adhibere circa res futuras, cavere in posterum, τῶν ἔπειτα μελέτην ἔχειν. Iam recte quidem dici potest *ante providere*, ut Virg. Ge. 1, 167. sed *ante praevidere* intolerabilis est pleonasmus. Sententia h. l. est: unumquemque, antequam aliquid expetat et aggrediatur, consultare, quomodo, et providere, prospicere, ut fructus inde percipiat." *Walth.* Cf. ad 2, 14, 1. Oudend. ad Suet. in Oct. c. 10. in Tib. c. 14.

2. *Facile* quidem *Asinium et Messalam praemiis bellorum inter Antonium et Augustum* gestorum *refertos* (cf. Ind. II. v. *refercire*) aut *Aeserninos et Arruntios* (de his et illis v. cap. 6. et ibi nota 1.) *magnum animum induisse* et induere potuisse; at *prompta sibi exempla* esse cet. Male *refectos* MS. Bud. Nam *reficiuntur*, qui ante erant exhausti; *Walth.* — *quantis mercedibus P. Clodius aut C. Curio concionari soliti sint*, orare, perorare, causas agere. De *P. Clodio* v. Cic. de har. resp. c. 20. C. *Curionem violentissimum tribunorum ingenti mercede defensorem paravit* Caesar, Suet. Iul. c. 29. Cf. Appian. B. C. 2, 26 sq. et Val. Max. 9, 1, 6. *soliti sunt* ed. Spir. — *se modicos senatores* esse, non *ditium familiarum heredes*. Cf. ad 1, 73, 1. et Ind. III. v. *Ellipses* 1. β. — *qui et* (etiam) *a re publica nulla nisi pacis emolumenta peterent*, praemia eloquentiae, qualia in pace parari possint, non *bellorum praemia*. Sic MSS. Flor. Guelf. Bud. et Broterii, edd. Kiessl. et Walth. *qui a re p. — peterent* edd. vet. ante Pich. *quieta re p. — petere* edd. Pich. et cet. *quieta re p. — emolumenta. petere ut cogitaret* malebat Iac. Gron. Cf. O. 36. pr. — *Cogitaret* Princeps, Claudius, (cf. ad c. 6. n. 1.) *qua* via, ratione, quomodo, *toga*, pacis artibus et eloquentia forensi, *enitesceret*, claresceret, famam consequeretur; quomodo fieri posset, ut plebeii homines eloquentiae studiis ad maiorem dignitatem pervenirent, si tollerentur studiorum pretia; *Walth.* Verba *cogitaret plebem* cet. ad Silium potius referenda coll. cap. 6. ut et priora, censet Boetticher. „Libera re publica necesse erat, gratuitam clientibus praestare operam, quia is aditus ad gratiam et honores adeo. Mutata re publica, quum Princeps honores largiretur, nulla apud populum gratia esset, nullus patrocinii fructus, quis alienam causam susciperet sine honorario?" *Bach.* hist. iurispr. Rom. p. 361. *Cogitaret plebem, qua toga enitesceret* MSS. Flor. Guelf. Bud. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Walth. *Cogitare pl. qua t. e.* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. Pich. *Cogitaret plebem, quae toga enitesceret* edd. rec. ex emend. I. Fr. Gron. qui interpretatur: meminisset, magnam partem de plebe esse, qui *enitescerent* atque in lucem se proferrent *toga*, pacis artibus, qui non possent tam *magnum induere animum* et operam illam gratuitam praestare, nisi esurire domi et fame perire velint, dum alios beatos faciant. *Cogitare et plebem, qua* (ratione) *t. e.* corr. Lips. ut sensus sit: etiam quemvis e plebe occupa-

tum esse, ut emergeret se et nitidiore toga uti posset. *C. plebem, quam i. e.* coni. Kiessl. *toga*, v. ad 1, 12, 4. *enitesceret*, cf. ad 12, 58, 1. — *pretiis*, praemiis. Cf. Ind. II. *studia peritura ut minus decora. Haec* cet. male interpuncta sic verba in edd. vet. ante Freinsh. Deinde *ita haud frustra dicta. Princeps capiendis* coni. Ern. quod probatur in Ephem. schol. Darmst. a. 1830. n. 16. p. 128. Immo bene se habet vulgata lectio et lepide depingit stolidum Claudium, cui non ipsi iudicium, sed satis erat audivisse quaedam pro illa re dicta, ut secundum ea decerneret; *Walth.* Cf. 12, 3 extr. *frustra*, sine idonea causa vel ratione, temere, ut 3, 58. 6, 6. *Frustra et sine causa* dixit Cic. ep. ad div. 2, 6. — *capiendis* a causidicis *pecuniis posuit modum usque ad dena sestertia* cet. Quae SCti Claudiani verba bene conciliari possunt cum verbis Suet. Ner. 17. *cautum* a Nerone eiusve temporibus, *ut litigatores pro patrociniis certam iustamque mercedem darent.* „Claudius permisit aliquid capere, sed nihil *certi* constituit, nisi quasi terminum, ultra quem progredi non liceret. Nero constituit etiam, quantum ius esset pro unoquoque causarum genere postulare et dare, ut neque patroni plus iusto petere ac capere, neque litigatores minus quam iustum esset dare possent.“ *Ern.* ad Suet. l. l. Cf. ad c. 13. n. 1. Iuvenal. 7, 122. Plin. ep. 5, 4. et 21. Gron. de pec. vet. 2, 5. p. 82. et Brummer. de lege Cincia c. 4. p. 41 sq. Tacitus tamen 13, 5 pr. dicit, eiusdem Neronis temporibus a. U. 808. *SCto constitutum, ne quis ad causam orandam mercede aut donis emeretur.* Hinc Bachius in Traiano p. 92 sq. suspicatur, SCta diversis temporibus sub Nerone facta esse, atque hoc quidem initiis imperii, quibus Nero mimum boni Principis egerit: quamvis enim Taciti et Suetonii verba eodem modo capi possint, quum saepe scriptores vetitum dicant, quod certa tantum ratione cohibitum sit, tamen in primis movere illud, quod Tacitus 13, 5. addat, *adversatam fuisse Agrippinam, tanquam acta Claudii* (11, 7.) *subverterentur.* — *quem egressi* sc. *modum*, ut 13, 2. *quem* MS. Flor. (test. Pich. non Victor. Iac. Gron. et Furia, qui siluerunt; unde haec lectio satis dubia Walthero videbatur) edd. Pich. et rec. *quae* MSS. Guelf. Bud. et edd. vet. — *repetundarum* lege *tenerentur*, v. ad cap. 6. n. 2.

CAPUT VIII.

Sub idem tempus Mithridates, quem imperitasse Armeniis .... Caesaris vinctum memoravi, monente Claudio in regnum remeavit fisus Pharasmanis opibus. Is rex Iberis idemque Mithridatis frater nuntiabat, discordare Parthos summaque imperii ambigua, minora sine cura haberi. Nam inter Gotarzis pleraque saeva, qui necem fratri Artabano coniugique ac filio eius praeparaverat, unde metus eius in ceteros, accivere Bardanen. Ille, ut erat magnis ausis promptus, biduo tria millia stadiorum invadit ignarumque et exterritum Gotarzen proturbat, neque cunctatur, quin proximas praefecturas corripiat, solis Seleucensibus dominationem eius abnuentibus. In quos, ut patris sui quoque defectores, ira magis quam ex usu praesenti accensus implicatur obsidione urbis validae et munimentis obiecti amnis muroque et commeatibus firmatae. Interim Gotarzes Daharum Hyrcanorumque opibus auctus bellum renovat, coactusque Bardanes omittere Seleuciam Bactrianos apud campos castra contulit.

1. *Sub idem tempus*: in MS. Guelf. *Sub id t.* — *Mithridates* edd.

Ber. Rhen. Ald. Bern. et rec. *Mitridates* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. *Mithradates* edd. Pich. Lips. Grut. Kiessl. Breve *a* ut *i* a Romanis pronuntiabatur. — *quem imperitasse Armeniis .... Caesaris vinctum memoravi;* „sc. in libris, qui periere et quibus descriptae res C. Caesaris. Rem breviter tangit Dio 60, 8. (non vero aliis locis) τὸν Μιθριδάτην τὸν Ἴβηρα, ὃν ὁ Γάϊος μεταπεμψάμενος ἐδεδέκει, οἴκαδε πρὸς ἀνάληψιν τῆς ἀρχῆς ἀπέπεμψεν. Eum non vinctum modo, sed in exsilium missum fuisse significat Sen. de tranq. c. 11. *Ptolemaeum Africae regem, Armeniae Mithridatem inter Caianas custodias vidimus: alter* (sc. Mithridates) *in exsilium missus est, alter ut meliore fide mitteretur optabat.*" *Lips.* De hoc *Mithridate,* Iberiae Armeniaeque rege, et de *Pharasmane* cf. 6, 32 sq. Dio 58, 26. et Ind. I. v. *Mithridates Iberus;* de *Mithridate Bosporano* v. ad 12, 15, 1. *Armeniis ..... Caesaris vinctum* MS. Flor. (teste Vict.) et ed. Walth. *armeniis caesaris vinctum* MS. Agr. et ed. Spir. sine lacuna, quae in MS. Guelf. (de aliis MSS. id non constat) et in edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. et cet. ante Walth. expleta verbis *et ad praesentiam,* quae ab h. l. aliena sunt, seu *vectum,* seu *vinctum* deinde legatur, et pro quibus olim conieci *et ad praescriptum C. Caesaris,* (ut ap. Liv. 10, 22. Caes. B. C. 3, 51. et alios) quod probavit Ricklefs. *et ad praesentiam Caesaris vocatum* (ut μεταπεμψάμενος ap. Dion.) dedere Bip. Oberl. Bekk. Lün. *et ad praesentiam* (per aliquod tempus) *C. suspectum* corr. Hand. ad Tursell. p. 128. *perductum* MS. Reg. *vectum* MSS. Guelf. Bud. in marg. Bodl. Harl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. et rec. quod retinendum censet Kiessl. coll. 12, 21. *victum* MS. Bud. sed rectius *vinctum* MSS. Flor. et alii a Lipsio inspecti, (nescio qui) edd. Spir. Ern. Walth. et nostra, ut ἐδεδέκει ap. Dion. — *Pharasmanis* cet. cf. Ind. I. *farasmanis* MS. Flor. et ubivis. *remeavit. Fisus faras magnis opibus* ed. Spir. In eadem *hiberis* pro *Iberis,* in MSS. Guelf. et edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. aliisque *Hyberis.* Cf. ad 6, 32, 2. — *minora:* in ed. Spir. *minore.* — *inter Gotarzis pleraque saeva:* „h. e. quum Gotarzis pleraque saeva essent. Sic cap. 10. *inter ambiguos,* i. e. quum ambigui essent, (sed cf. ibi nota 3.) H. 4, 59. *oratio varie excepta inter spem metumque ac pudorem,* Agr. 32 extr. *inter male parentes et iniuste imperantes.*" *Walth.* In MS. Flor. et ed. Spir. *Gotharzes,* et c. 10. *godarzem* in MS. illo. *pleraque,* cf. ad 3, 28, 4. — *qui necem fratri Artabano* cet. „Dissentanea ab his scribit Iosephus A. I. 20, 2. scil. mortuo Artabano successisse primo *Bardanen* filium, huic paulo post interfecto, quoniam bellum in Romanos meditatus sit Parthis nolentibus, suffectum fratrem *Gotarzen,* huius itidem brevi per insidias sublati locum occupasse alium fratrem *Vologesen,* qui *Pacoro* fratri natu grandiori Mediam, *Tiridati* minori Armeniam dederit." *Ryck.* „Dissensum Taciti ego non video. Nam Tacitus non refert, Gotarzen Artabano successisse, sed succedere voluisse, *necem ei praeparasse,* h. e. parasse ea, quae fuerint necessaria ad necem futuram patrandam, ut *tres gladios in necem suam praeparatos* ap. Suet. Cal. 24. et *profectionem praeparare* ap. Suet. Tib. 38. Arguitur clandestinus illius necis auctor, quam ipse praeparaverit aut veneno adhibito aut subditis percussoribus. Itaque Artabano mortuo accivere Bardanen; Bardane interfecto successit Gotarzes. Mureto et I. Fr. Gron. nihil certius fuit quam Tacitum scripsisse *properaverat.* Sed *properare necem alicui,* h. e. necem destinatam ante tempus destinatum patrare, (beschleunigen, ut 2, 31. 13, 17. Virg. Aen. 9, 401.) ab h. l. alienum est." *Walth.* Ab eodem et Bekk. sublata parenthesis signa, quibus verba *qui necem — ceteros* Rhenanus et dein omnes editores incluserunt. — *unde metus eius in ceteros,* cf. Ind. II. v. *In.* Supra 4, 59. *hinc metus in omnes,* neque tamen propterea h. l. delendum *eius,* ut putabant Acid. et Ern. *in certos* MS. Guelf. — *accivere Vardanen:*

„Nescio an hic sit Bardanes, quem in eo tractu regem a se visum et conventum dicit Apollonius ap. Philostr. 1, 21. Tempus patiatur: sed et ibi notatur, pulsum eum regno fuisse et tertium tunc annum iterum regnasse." *Lips. praeparaverat. Unde m. e. in ceteros et accivere B.* male ed. Spir. Sed *et accivere* etiam MS. Flor. In eodem scriptum *Bardanen*, ut paulo post et c. 10. *Gotarzen*, c. 9. *Mithridaten*, c. 10. *Erinden, Sinden, Meherdaten*, c. 14. *Palameden* et *Simoniden*. Sic et in altero MS. Flor. *abdacesen* 6, 43. *abdagaesen* 6, 44. *Eunonen* 12, 15. 18. *Tiridaten, Vologesen* cet. fere ubivis. Sed *Bardanem, Gotarzem* cet. edd. paene omnes. Cf. Ind. III. v. *Accusativi sing. num. nominum peregrin. et declin. tert.* Ceterum *vardanes, vardanis, vardane* paulo post et c. 9. 10. MS. Flor. (test. Fea) quae scriptura ascita a Bekk. nobisque. *Vardanes* etiam et *Vardane* ed. Spir. c. 9. omnesque libri 13, 7. *Bardanes* est scriptura medii aevi. v. ad cap. 6. n. 1.

2. *biduo tria millia stadiorum invadit:* „Verbum *invadere* absolute dictum, ut 1, 36. 76 extr. pro *impetum facere*, et accusativus *tria millia stadiorum* describit dimensionem invasionis. Sic Herodot. 1, 31. σταδίους δὲ πέντε καὶ τεσσαράκοντα διακομίσαντες (sc. matrem) ἀπίκοντο ἐς τὸ ἱρόν." *Walth.* In MS. Bud. *biduo* omissum. „Ingens est cursus in biduo: sed noctes etiam haud dubie assumptae. Est idem cursus, quem Hannibal confecit a Scipione victus. v. Appian. in Pun. et conf. mea epist. 59. in Centuria Epistolarum ad Italos." *Lips.* „Tiberius adeo CC mill. pass. emensus est nocte ac die, quum festinaret ad Drusum fratrem in Germania aegrotantem. v. Plin. 7, 20." *Brot.* Kritzius loco laud. ad 2, 30, 1. coni. *triduo duo m. st. i.* — *proturbat* MS. Flor. edd. Spir. Rhen. 2. 3. et dein omnes. *perturbat* MSS. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. „Sed huius verbi notio iam est in *exterritum*, et *proturbat* dictum ut ap. Iustin. 3, 4. *in exsilium proturbatus*." *Walth.* — *proximas praefecturas*, ut 13, 37. 39. 15, 28., Armeniae partes, quas Herodotus 1, 192. σατραπείας appellat, quibus sui *praefecti*, satrapae; *Ern. Armenia dividitur, quod certum est, in CXX praefecturas, quas στρατηγίας vocant: quasdam ex iis vel singula regna quondam barbaris nominibus* Plin. 6, 9. — *corripiat*, v. ad 4, 3, 1. — *soliis Seleucensibus* — *commeatibus firmatae*, cf. ad 6, 42. — *patris sui defectores*, qui a patre suo defecissent. Cf. Ruddim. inst. gram. T. II. p. 42. — *quam ex usu praesenti:* non enim vindicandae iniuriae, quum paranda benevolentia; *Brot.* — *obiecti amnis*, Tigridis. — *Daharum H.* in MS. Flor. *deharum h.* in ed. Spir. *duarum hircanorumque.* — *omittere*, v. ad 3, 47, 1.

CAPUT IX.

Tunc, distractis Orientis viribus et quonam inclinarent incertis, casus Mithridati datus est occupandi Armeniam, vi militis Romani ad excidenda castellorum ardua, simul Ibero exercitu campos persultante. Nec enim resistere Armenii, fuso, qui proelium ausus erat, Demonacte praefecto. Paululum cunctationis attulit rex minoris Armeniae Cotys, versis illuc quibusdam procerum: dein literis Caesaris coercitus, et cuncta in Mithridaten fluxere, atrociorem quam novo regno conduceret. At Parthi imperatores, quum pugnam pararent, foedus repente iaciunt, cognitis popularium insidiis, quas Gotarzes fratri patefecit; congressique primo cunctantur, dein complexi dextras apud altaria deum pepigere fraudem inimicorum ulcisci atque ipsi inter se concedere. Potiorque Bardanes

visus retinendo regno: at Gotarzes, ne quid aemulationis exsisteret, penitus in Hyrcaniam abiit; regressoque Bardane deditur Seleucia septimo post defectionem anno non sine dedecore Parthorum, quos una civitas tam diu eluserat.

1. *distractis Orientis viribus*, copiis, exercitibus, ut H. 2, 31. 57. 74. 3, 2. Agr. 14. 25. 38. Cf. Duk. ad Flor. 4, 2, 44. *distractis O. copiis* MS. Bud. ex interpretam. — *incertis* hic non intell. est de iis, qui nescirent, sed potius de iis, quae nescirentur; *Walth.* Immo illud praeferendum et intell. Participium verbi substant. Cf. Ind. III. v. *Ellipses* I. *γ*. — *vi militis Rom.* scil. *conversa*, quod in *persultante* latet; *Ern.* et *Kiessl.* Cf. ad 2, 20, 2. Immo simpl. indicatur ratio, qua Mithridates occupaverit Armeniam, et illum in eo usum esse vi militis Rom. ad excidenda ardua castella; *Walth. castellorum ardua*, cf. Ind. III. v. *Adiectiva neutra pro Substant.* In ed. Spir. *castrorum ardua*, et in MS. Guelf. *ad excitanda cast. ardua — exercitu presultante.* — *resistere* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. Put. 1. 2. Rhen. 2. 3. et dein omnes. *restitere* MS. Guelf. edd. Ber. Rhen. 1. — *Paululum*: in ed. Spir. *paulum.* — *cunctationis* edd. Spir. et rec. ut et MS. Flor. plerisque locis. *contationis* et *conctationis* aliae edd. vet. sed non eaedem constanter. — *rex minoris Armeniae Cotys*, de quo v. Ioseph. A. I. 19, 8. et Dio 59, 12. qui dicit: Caligula a. U. 791. *Σοαίμῳ μὲν τὴν τῶν Ἰτυραίων τῶν Ἀράβων*, (cf. 12, 23.) *Κότυϊ δὲ τήν τε Ἀρμενίαν τὴν σμικροτέραν καὶ μετὰ τοῦτο καὶ τῆς Ἀραβίας τινὰ, τῷ τε Ῥυμητάλκῃ τὰ τοῦ Κότυος, καὶ Πολέμωνι τῷ τοῦ Πολέμωνος υἱεῖ τὴν πατρῴαν ἀρχὴν, ψηφισαμένης δὴ τῆς βουλῆς, ἐχαρίσατο.* *Cotis* MS. Guelf. *Chotis* ed. Spir. — *dein* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. Pich. et rec. ut paulo post et cap. 10 extr. 12, 27. al. et omnes paene libri 2, 3. 4. 11. 16. 69. 12, 61. 13, 21. al. et *exin* c. 2, 10. 2, 16. al. *deinde* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. cet. ut c. 10. 12, 27. *Exinde* MS. Bud. c. 10 pr. — *coercitus* est *et cuncta in Mithridatem fluxere*, ad eum inclinarunt. Cf. ad 1, 3, 5.

2. *foedus repente iaciunt* MSS. Flor. (test. Vict.) Reg. Bud. aliique, edd. vet. omnes. *faciunt* edd. Lips. Pich. Ern. et aliae, quod etiam in MS. Flor. inveniri dicit I. Gron. ad c. 7 extr. *iciunt* MS. Agr. edd. Ryck. Bip. Oberl. Bekk. Lün. Kiessl. *sanciunt* coni. Aurel. „Recte *foedus repente iaciunt*, h. e. verba repente faciunt, iniiciunt de foedere sanciendo, sermones spargunt de foedere, ab una alteraque parte, ut fit, verba audiuntur de foedere. Sic *iacere* 15, 50. et similiter 1, 10. 3, 66. 4, 7. 68. 6, 4. 31. 46. *iaci* in ore hominum esse inf. c. 18 extr. ut *iactari* ap. Suet. Iul. c. 51. et Galb. 12. Ceterae lectiones contortam narrandi rationem Tacito obtrudunt: nam primum *foedus repente iciunt* vel *faciunt* vel *sanciunt*, tum *congressi cunctantur*, deinde *complexi* sunt *dextras*, denique *apud altaria deum pepigere*, ut ita, quod ultimum erat, primo loco ponatur.“ *Walth.* ad h. l. et ad c. 18. „Ita saepius *iacere* dicitur pro: mentionem alicuius rei iniicere, inpr. obiter vel clam et oblique, suspicionis movendae, pungendi, irridendi causa, ut *iactare* palam vel crebro apud omnes dicere, et *iactari* potissimum de rebus, quae fama celebrantur.“ *Ern.* ad c. 18. Cf. Ind. II. Sed *repente* non satis ita aptum. — *quas Gotarzes fratri Bardani patefecit*: „Muretus corr. *patri* et Broterius *fratris f.* (filio) quod auctore Iosepho A. I. 20, 3. frater Gotarzis Artabanus fuit huiusque filius Bardanes. Sed Artabanus unum habuisse videtur filium cum eo interfectum. v. cap. 8. Potuit etiam duos fratres habere, Artabanum et Bardanen.“ *Ern.* Cf. ad c. 8. n. 1. et ad 3, 38, 1. *patefecit* MSS. Flor. Guelf. et Broterii, edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Bekk. Kiessl. *patefecerat* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. et cet.“ Aoristus hic melius se habet quam plusquamperfectum. Nam verba *quas G.*

fr. patefecit per se constant et simpliciter indicant rem factam. Si scribis *patefecerat*, tum haec apponuntur, ut accuratius describantur *insidiae popularium* atque distinguantur ab aliis insidiis, quas Gotarzes fratri non patefecisset." *Walth.* Sed *patefecit* h. l. dictum pro *patefecerat*, ut Agr. 6. *filium brevi amisit* pro *amiserat* et similia. Cf. Ind. III. v. *Verborum Tempora* nr. III. p. 847. — *cunctantur* MS. Reg. edd. Spir. Ern. et dein paene omnes. *cunctanter* MSS. Guelf. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Ern. quod restituerunt Bekk. et Kiessl. Mihi longe melius videtur *cunctantur*, dubitant primo quid agant, deinde confirmati dextras complectuntur; *Ern.* „Non damno *cunctanter*, neque tamen coniungo *congressi cunctanter*, sed intelligo: postquam *congressi* sunt, *primo cunctanter* sc. *agunt* vel simile quid. Sic eadem sententia prodit, quae est in *cunctantur*." *Walth.* Cf. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 2. — *dein*, cf. nota 1. — *apud altaria deum*, v. ad 16, 31, 1. — *pepigere* — *ulcisci*, cf. ad c. 1. n. 2. — *atqui ipsi* fratres, Bardanes et Gotarzes, *inter se concedere*, comparare; infinit. hist. *concedere* edd. Put. 1. 2. et dein omnes. *concessere* MS. Harl. *concesserunt* MS. Reg. et ed. Spir. — *potiorque* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Pich. et deinde omnes. *potior* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. et cet. ante Pich. — *Bardanes* et deinde *Bardane*, v. ad c. 8. n. 1. — *Hyrcaniam:* in c. Guelf. et edd. Spir. Put. 1. 2. *hircaniam*. — *Bardane* MSS. Flor. (test. Iac. Gron. ad H. 1, 7. sed cf. ad c. 8. n. 1.) Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. et cet. ante Lips. *Bardani* edd. Lips. et dein fere omnes. Sed tempus hic agitur, quo, neque is, cui Seleucia se dedidit; *Walth.* — *deditur:* in MS. Vat. (test. Lips.) et ed. Spir. *dedit se urbs.*

CAPUT X.

Exin validissimas praefecturas invisit, et reciperare Armeniam avebat, ni a Vibio Marso Syriae legato bellum minitante cohibitus foret. Atque interim Gotarzes poenitentia concessi regni et vocante nobilitate, cui in pace durius servitium est, contrahit copias. Et huic contra itum ad amnem Erinden, in cuius transgressu multum certato, pervicit Bardanes prosperisque proeliis medias nationes subegit ad flumen Sinden, quod Dahas Ariosque disterminat. Ibi modus rebus secundis positus: nam Parthi, quanquam victores, longinquam militiam aspernabantur. Igitur exstructis monimentis, quibus opes suas testabatur nec cuiquam ante Arsacidarum tributa illis de gentibus parta, regreditur ingens gloria atque eo ferocior et subiectis intolerantior, qui dolo ante composito incautum venationique intentum interfecere primam intra iuventam, sed claritudine paucos inter senum regum, si perinde amorem inter populares quam metum apud hostes quaesivisset. Nece Bardanis turbatae Parthorum res. Inter ambiguos, quis in regnum acciperetur, multi ad Gotarzen inclinabant, quidam ad Meherdaten prolem Phrahatis obsidio nobis datum. Dein praevaluit Gotarzes, potitusque regiam per saevitiam ac luxum adegit Parthos mittere ad Principem Romanum occultas preces, quis permitti Meherdaten patrium ad fastigium orabant.

1. *Exin*, v. ad c. 9. n. 1. — *invisit* MSS. Flor. (test. Vict.) Bud. a m. rec. Urs. edd. Spir. Walth. *invasit* MSS. Bud. a m. pr. Guelf. edd.

Put. 1. 2. Ber. Rhen. et cet. „Sed hoc significat, validissimas praefecturas tum adhuc hostiliter egisse contra Bardanen, quod non est verisimile. Nam Parthi illum in regnum acciverant. At suspecti erant praefecti quidam, et cognoverat Bardanes per fratrem insidias popularium. Hinc *invisit* validissimas praefecturas h. e. percucurrit, ut cognosceret et ordinaret res, quae sine cura haberi viderentur, et coerceret praefectos, quorum dubia fides innotuisset. Sic *Aethiopiam invisere* ap. Curt. 4, 8, 2. et Gr. ἐπισκοπεῖν.“ *Walth.* — *et reciperare Armeniam avebat, ni cohibitus foret*, v. ad 1, 35, 3. et 1, 74, 3. *reciperare Armeniam avebat* edd. Oberl. Lün. Bekk. 1. Walth. *reciperare Arm. habebat* edd. Spir. et Bip. quod *habebat* dictum putant pro *poterant:* sed non plane conveniunt dictiones *habeo dicere*, *polliceri*, *affirmare* ap. Cic. Rosc. Am. 35. ep. ad div. 1, 5. Liv. 44, 22. et Gr. ἔχω διδάξαι, ἀποδοῦναι cet. de quibus v. Burm. ad Val. Fl. 1, 671. Gron. ad Sen. controv. 1, 1. et obss. in eccl. script. c. 22. Drak. ad Sil. 16, 208. Heusing. ad Vechneri Hellenol. p. 409. *reciperare A. hēbat* MS. Reg. *recip. A. in animo habebat* MS. Agr. *rec. A habeat* MSS. Flor. (test. Pich.) et Vatic. opt. a Lips. inspectus, litera alia superne adiecta. Hae lectiones inde videntur ortae quod olim pro *avebat* scriptum *havebat* et in medio aevo *B* pro *V*, de quo v. ad 11, 6, 1. *reciperare A. parabat* MSS. Guelf. Bud. in marg. Harl. Bodl. Ies. Urs. edd. Put. 1, 2. Ber. Rhen. 1. Kiessl. quod glossema est. *reciperare Armeniam, ni* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. et cet. ante Oberl. ut et Bekk. 2. quod *reciperare* accipitur pro *reciperabat*. Sed in dictione, qua Tacitus usus est, nusquam ab eo ponitur infinitivus. Cf. Ind. III. v. *Verborum Modi* 1, 1. *reciperare audebat* et *vadebat* et *ibat* coni. Lips. *rec. hiabat* Heins. *reciperabat* Mur. et Acid. *reciperaret* et *reciperasset* Harl. — *ni a Vibio* MSS. Flor. Guelf. Bud. a m. rec. Agr. edd. Iac. Gron. et deinde omnes. *nisi a V.* MSS. Reg. Bud. *nisi a Iubeo* ed. Spir. *ni Vibio* cod. vet. Urs. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. et cet. — *foret;* in c. Bud. *esset*. — *et vocante* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. Walth. *revocante* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. et cet. *cui et vocante nobilitate in pace: durius s. est* ed. Spir. — *contrahit:* in MS. Guelf. *contra hic*. — *huic:* in ed. Spir. *hic* h. e. *hinc*. — *Erinden* MS. Flor. ed. Bekk. 2. Cf. ad c. 8. n. 1. *Erindem* MS. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. et cet. *Eridem* ed. Spir. Hic amnis non ab alio memoratur. *Charindam* corr. Ryck. Hic fluvius Mediam Hyrcaniamque disterminat. v. Ptol. 6, 2. Ammian. 23, 6, 40. Mannerti geogr. V, 2. p. 140. — *transgressu:* in MS. Flor. *transgressum*. — *certato*, cf. Ind. III. v. *Participia Perf. pass. in sexto casu absolute posita*. — *flumen Sinden, quod Dahas Ariosque disterminat*, v. Mannerti geogr. V, 2. p. 431. 433. *Sinden* MS. Flor. Guelf. Bud. Agr. et Broterii, (nisi quod *Synden* in quibusdam libris) edd. Spir. Brot. Bekk. 2. Cf. ad c. 8. n. 1. *Sindem* c. Covarr. ed. Walth. *Synden* ed. Kiessl. *Gynden* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Ginden* edd. Rhen. 2. 3. Ald. et cet. Sed *Gindes* est Assyriae, non Mediae fluvius, de quo v. Herodot. 1, 189. 202. 5, 52. et intpp. Tibull. 4, 1, 141. — *Dahas:* in ed. Spir. *dachas* et deinde *ubi* pro *ibi*. — *longinquam militiam* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. et dein omnes. *long. quamque mil.* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *long. amicitiam* MS. Guelf.

2. *exstructis monumentis* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. *e. monimentis* edd. Lips. et al. v. ad 3, 23, 1. *munimentis* MS. Flor. edd. Spir. Rhen. Ald. *extinctis* ed. Spir. — *testabatur:* in MS. Guelf. *testabantur*. — *nec cuiquam* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. Ald. et dein omnes. *nec enim cuiquam* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *parta* MS. Bud. a m. pr. edd. Ald. Pich. et rec. *parata* MSS. Flor. Bud. a m. rec. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Lips. Grut. Sed rectius dicitur *de gentibus parta*. — *intolerantior* omnes libri praeter MS.

Agr. qui *intolerabilior* habet ex interpret. Cf. ad 3, 45, 2. — *incautum venationique intentum interfecere* Bardanen, quem Iosephus A. I. 20, 3. interfectum tradit, quod Izati bellum inferret et adversus Romanos meditaretur; *Brot. interficere* MS. Guelf. *quem dolo — nationique intentum interfecerunt — inter se uni regum — inter hostes quaesivisset* ed. Spir. — *claritudine*, cf. Ind. III. v. *Ablativi qualitatis* et *Ellipses* 1. γ. — *paucos inter*, cf. Ind. III. v. *Praepositiones nominibus postpositae*. In MS. Agr. *claritate paucos pares fuisse uni regum*, et Muretus coni. *paucis inferiorem regum*. In marg. ed. Lips. 1581. ab eo adscriptum est: „MSS. *se uni regum*."

3. *Nece Bardanis*, cf. ad c. 8. n. 1. *Nec* ed. Ber. — *turbatae Parthorum* res: in ed. Spir. *turbatus P. rex*. — *Inter ambiguos, quis in regnum acciperetur, multi* cet. Ita haec distincta a Mur. et Kiessl. sed in reliquis edd. *turbatae Parthorum res inter ambiguos, quis in regnum acciperetur. Multi* cet. *Inter ambiguos* dictum putat Kiessl. ut cap. 7. *inter Antonium* et *Augustum*, alio autem sensu Walther, de quo v. ad c. 8. n. 1. Neutra ratio probanda videtur. *in regno* MS. Flor. et omnes edd. ante Lips. 2. — *Meherdaten prolem Phraatis* IV., eius nepotem, Vononis I. filium, *obsidio nobis datum*, cf. 12, 10. et ad 2, 1, 1. 2, 3, 2. *Meherdaten*, non *Meherdatem*, MS. Flor. Cf. ad c. 8. n. 1. — *obsidium*, h. e. *obsidem*, corr. Ryck. Cf. Ind. III. v. *Abstracta pro Concr*. „Sed *obsidio datum* eodem iure dicitur, quo 3, 9. *praesidio Africae ducebatur*, 6, 20. *coniugio accepit*, Liv. 2, 53. *eunt subsidio*, Caes. B. G. 7, 60. *praesidio reliquit*, Cic. off. 2, 22. *habere quaestui rem publicam*." *Walth*. Cf. Ind. III. v. *Dativus obiectivus*. — *Dein*, cf. ad c. 9. n. 1. — *potitusque regiam* MSS. Flor. (nisi quod vitiose *posituque*) Vatic. optimus Lipsii, edd. Spir. Pich. et dein omnes, ut ap. Iustin. 6, 4. 12, 7. Nep. Eum. 3. et alios. Cf. ad 1, 5, 5. et 3, 2, 1. Sed Tacitum h. l. scripsisse potius crediderim *regnum* vel *rerum*, saltem *regia*, ne concurrant duo substantiva eiusdem terminationis. *regia* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. *rerum* MS. Agr. Rothius ad Agr. p. 156. *potitus* absolute dictum putat pro *potitus rerum* et *regiam saevitiam*, ut *regium facinus* 16, 23. et *regius animus* (qualis est regum in oriente) Liv. 32, 32. *saevitiam* et *saeviciam* edd. vet. ante Lips. ut Bekk. et Walth. *sceuitiam* MS. Guelf. ut plerumque. *saevitiem* edd. Lips. et cet. — *permitti Meherdaten patrium ad fastigium orabant*, „h. e. ut potestatem daret eundi in patriam et capessendi regni paterni. Cf. Gron. obss. 2, 13. Drak. ad Liv. 3, 70. Grut. ad Martial. 10, 12." *Ern*.

CAPUT XI.

Iisdem consulibus ludi saeculares octingentesimo post Romam conditam, quarto et sexagesimo quam Augustus ediderat, spectati sunt. Utriusque Principis rationes praetermitto, satis narratas libris, quibus res Imperatoris Domitiani composui: nam is quoque edidit ludos saeculares, iisque intentius affui sacerdotio quindecimvirali praeditus ac tum praetor. Quod non iactantia refero, sed quia collegio Quindecimvirum antiquitus ea cura et magistratus potissimum exsequebantur officia caerimoniarum. Sedente Claudio circensibus ludis, quum pueri nobiles equis ludicrum Troiae inirent interque eos Britannicus Imperatore genitus et L. Domitius adoptione mox in imperium et cognomentum Neronis ascitus, favor plebis acrior in Domitium loco praesagii acceptus est, vulgabaturque, affuisse infan-

tiae eius dracones in modum custodum: fabulosa et externis miraculis assimilata; nam ipse, haudquaquam sui detractor, unam omnino anguem in cubiculo visam narrare solitus est.

1. *Iisdem consulibus ludi saeculares — spectati sunt,* v. ad cap. 1. n. 1. De his ludis eorumque origine, causis, ritibus et tempore v. Censorin. de die nat. c. 17. Zosim. 2, 4. 5. 6. Suet. in Oct. c. 31. in Claud. c. 21. in Dom. c. 4. Dio 54, 18. Val. Max. 2, 4. 5. Liv. epit. XLIX. Horat. carm. saec., Reitemeier ad Zosimum, Pagius Crit. Bar. ad a. Chr. 88. et diss. Hypat. II, 10. Scalig. de emend. temp. p. 486. Onufrii Panvinii, Gattereri, Beckii aliorumque scripta laudata a Mitscherl. qui ad Horat. l. l. optime de hac re disputavit. Ludi saeculares in campo Martio ad aram Ditis et Proserpinae ibi occultatam ex praecepto librorum Sibyllinorum quondam pestis aliorumque malorum, maxime physicorum, (quorum causae potissimum a sole et luna, Apolline et Diana, arcessebantur) avertendorum causa variis temporibus et plerumque ante Augustum quovis paene anno centesimo et decimo, deinde ex Imperatorum arbitrio et pro talium sollennium celebrandorum cupiditate editi sunt, et primum quidem a. U. c. 245. aut 295. (sed sec. Zosimum a. 353.) tertium P. Claudio Pulchro et L. Iunio Pullo coss. a. 501. quartum L. Marcio Censorino et M'. Manilio coss. a. 605. quintum ab Augusto a. 737. C. Furnio et C. Iunio Silano coss. (ita Tacitus, Suetonius, Dio, Fasti Capitol. ap. Grut. p. 295. Marm. Ancyr. in tab. prima a dextra et numus in Eckhel. doctr. NN. ad a. U. 737.) sextum a Claudio a. 800. septimum a Domitiano a. 841. octavum a Septimio Severo a. 957. nonum a Philippo Arabe a. 1000. *Hisdem* ed. Spir. *saeculares* edd. Lips. et rec. *seculares* edd. vet. Sed cf. Grotef. Gram. T. II. §. 176. — *spectati:* in ed. Spir. *exspectati.* — *Utriusque Principis,* Augusti et Claudii, *rationes satis narratas libris,* qui periere, nobis vero ignotas. — *iisque intentius affui:* in MS. Flor. *ieque intentius affuit,* in MS. Guelf. et ed. Spir. *hisque,* in MS. Guelf. et edd. Ber. Rhen. cet. *intentius,* in edd. Spir. Put. I. 2. *intentus,* in MS. Guelf. et edd. vet. omnibus *affui,* nisi quod *affuit* in Spir. In eadem paulo post *adfuisse,* in ceteris *affuisse.* — *sacerdotio quindecimvirali,* v. ad 3, 64, 2. et 6, 12, 1. — *tum:* in ed. Spir. et Bekk. *tunc,* ut saepius. — *antiquitus:* in ed. Spir. *antiqui.* — *ea cura* erat. — *magistratus,* potissimum praetores. Tacitus autem tunc et quindecimvir fuit et praetor, adeoque prae ceteris huius rei gnarus; *Lips. caerimoniarum* edd. Rhen. 2. 3. Ald. et rec. *cerimoniarum* MS. Guelf. et edd. priores. Sed prior scriptura reperitur in lapp. Cf. Duk. ad Flor. 1, 2. pr.

2. *Sedente,* praesidente, *Claudio circensibus ludis,* (cf. ad 14, 20, 1.) *quum pueri nobiles equis ludicrum Troiae inirent;* qui ludus s. lusus Troiae primum fuisse videtur cursus ὁπλίτης, similis priscae Cretensium aliorumque populorum saltationi armatae, ὀρχήσει ἐνόπλῳ, (quae a Pyrrhicho inventore dicta πυῤῥίχη) et curulis, (Τρωϊκὴ διφρεία ap. Xenoph. Cyrop. VI.) deinde equester nobilium puerorum maiorum minorumque. v. ad 1, 3, 8. et cf. Dio 43, 23. 48, 20. 49, 43. 51, 22. Suet. Iul. c. 39. et Oct. c. 43. Athen. 14, 12. Virg. Aen. 5, 545 — 603. ibique Heynii Exc. V. — *interque eos:* in MS. Guelf. *i. hos,* et deinde in ed. Spir. *L. vero Domitius* et *favore plebis.* — *Britannicus:* in MS. Flor. h. l. et plerumque *brittannicus,* nonnunquam *brittanicus.* — *L. Domitius — ascitus,* v. ad 1, 8, 2. et 4, 75, 1. — *affuisse infantiae eius dracones in modum custodum:* nam serpentes Aegyptiis, Etruscis aliisque populis olim symbola divinitatis, naturae, solis, ubertatis, sanitatis, potentiae, felicitatis, sapientiae, aeternitatis erant et ut *custodes,* genii, ἀγαθοδαίμονες, hominum locorumque coli solebant; unde orta ὀφιολατρεία et ὀφιομαντεία.

v. Herodot. 2, 74. Strab. IX. p. 349. ed. Tzschuk., Philostr. vit. Apoll. 1, 14. 3, 3. Bocharti hieroz. I, 1, 3. II, 3 — 6. 14. Seguini diss. de Agathod. et in Sel. Num. p. 85. Spanh. de pr. NN. diss. III. p. 173. 192. Herrmann Handb. d. Mythol. T. III. p. 77—98. Zoëga in Numis Aegypt. Imperat. p. 109. 201. 233. 400. Tychsen Bibl. d. a. Lit. u. Kunst VII. p. 34 sq. Voss mythol. Briefe II. p. 123. Creuzer Symbolik u. Mythol. T. I. p. 324 sq. II. p. 176. III. p. 321. IV. p. 207 sq. ed. 1. „Rem paulo aliter tradit Xiphil. 61, 2. qui exuvias duntaxat serpentis ad caput Neronis pueri in lecto inventas ait, idque vates ita interpretatos, magnam ei potentiam ab homine sene permissum iri, quia serpentes positis exuviis senectutem exuerent. Cf. Suet. Ner. 6.“ *Lips.* In honorem quoque Neronis nummus ab Aegyptiis cusus et in eo serpens cum inscr. νέος ἀγαθοδαίμων. v. Zoëga l. l. tab. II. n. 9. et Creuzer l. l. T. I. tab. I. n. 12. *affuisse infantiae eius*, tutorem, custodem, genium eius fuisse in infantia. *eius* est in omnibus edd. vet., non in MSS. Guelf. Bud. edd. Ern. Oberl. aliisque. *aff. inf. duos dracones* coni. Bip. quod minime firmatur per seq. *unam*, uti videbatur Oberlino; *Walth.* — *fabulosa:* in ed. Spir. *fabulosa res.* — *assimilata* MS. Guelf. et ed. Spir. *adsimilata* MSS. Flor. et Bud. *assimulata* MSS. Reg. Agr. edd. paene omnes. v. ad 1, 28, 2. et G. 9. n. 6. — *sui detractor*, ut alia verbalia in *or*, *ix*, *io* et *us* iuncta genitivis *mei*, *tui*, *sui*, *nostri*, *vestri*. v. Ruddim. inst. gram. T. II. p. 45. *detractator* volebat Burm. ad Ovid. Met. 5, 246. quod verum putabat Ern. ratione non adiecta.

CAPUT XII.

Verum inclinatio populi supererat ex memoria Germanici, cuius illa reliqua suboles virilis, et matri Agrippinae miseratio augebatur ob saevitiam Messalinae, quae semper infesta et tunc commotior, quo minus strueret crimina et accusatores, novo et furori proximo amore detinebatur. Nam in C. Silium, iuventutis Romanae pulcherrimum, ita exarserat, ut Iuniam Silanam, nobilem feminam, matrimonio eius exturbaret vacuoque adultero potiretur. Neque Silius flagitii aut periculi nescius erat; sed certo, si abnueret, exitio et nonnulla fallendi spe, simul magnis praemiis, opperiri futura et praesentibus frui pro solatio habebat. Illa non furtim, sed multo comitatu ventitare domum, egressibus adhaerescere, largiri opes, honores: postremo, velut translata iam fortuna, servi, liberti, paratus Principis apud adulterum visebantur.

1. *Germanici, cuius illa reliqua suboles virilis* erat, sc. *L. Domitius Nero.* Cf. ad 4, 75, 1. *suboles* MS. Flor. edd. Lips. Pich. et rec. *soboles* MS. Guelf. et edd. vet. Cf. Festus p. 246. ed. Lindem. intpp. Hor. od. 3, 13, 8. et Lucret. 4, 12, 25. — *Messalinae*, quae Claudii coniux erat. — *strueret crimina et accusatores*, v. ad 2, 42, 1. et 4, 67, 4. — *detinebatur* MS. Bud. edd. Spir. Ern. et rec. *distinebatur* MSS. Flor. Guelf. et Broterii, edd. Put. 1. 2. et cet. „Illa lectio est vera, ut ap. Cic. Phil. 9, 2. *putat nos alio bello detineri*, scil. quo minus eum coerceamus. *Detinere* est retinere, ab aliqua re abstrahere; *distinere* in diversas partes trahere. In *distinendo* duae ad minimum res intelligi debent, in detinendo sufficit una. Hic Messalina *distinebatur* quidem studio ultionis et amore, sed *amore detinebatur, quo minus strueret crimina et accusatores.* Verba illa saepe confunduntur a librariis. v. Drak. ad Liv. 5, 20.

et Heins. ad Ovid. Her. 8, 69. Ita etiam H. 4, 55. ubi verum est *detineri* i. e. occupatos esse, (nam singuli exercitus singula habebant bella, non pluribus *distinebantur*, distrahebantur) et Ann. 14, 25. ubi scribendum *Parthi Hyrcano bello detinebantur*, ut ap. Liv. 27, 12. *Hannibalem acerrimo bello detineret* et ap. Cic. Phil. II, 2. *detineri bello* in edd. vet. omnibus. Sed ap. Cic. Phil. 12, 2. et ap. Liv. 2, 15. *pax distineri* recte dicitur, quia coit, convenit, ergo *distinetur*, quum impeditur. Sic et *distineri* sup. 3, 59. et H. 2, 32." *Ern.* ad h. l. et in Clave Cic. „Aptius h. l. est *detinebatur*, sed 14, 25. *distinebantur* et H. 4, 55. *distineri*. Nam *distinere* est Germ. entfernt halten, at *detinere* nostrum abhalten, festhalten." *Walth.* — *C. Silium*, de quo v. cap. 5. et Ind. I. ut de patre eius (cos. a. U. 776. et legato Germaniae sup.) Ind. I. — *exarserat* amore. — *Iuniam* MS. Flor. edd. Spir. Lips. et rec. *Iuliam* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Lips. Sic et 13, 19. — *Silanam* edd. rec. inde a Gron. 1672. ex emend. Mur. *Sillanam* ed. Spir. *Syllanam* edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. *Sylanam* edd. Pich. Bern. Lipsius putabat, eam sororem M. et L. Silanorum, (v. 13, 1.) sed Reinesius Ep. 50. et Ryckius, eam filiam fuisse M. Iunii Silani cos. a. 772. sororem vero Claudiae Silanae s. Iuniae Claudillae, quae prior Caligulae coniux fuerit. v. 2, 59. 6, 20. 45. 13, 1. — *feminam* MS. Guelf. edd. Lips. et rec. *foeminam* omnes edd. vet. Cf. ad 6, 16, 1. — *vacuoque adultero poteretur*, v. ad 1, 3, 2. et 11, 4, 1. — *vacuo quo* (ut) aut *quo* (ut) *vacuo ad. pot.* corr. Ryck. et Ern. quia haec verba non ex *ut* pendere possint. Sed v. ad c. 2. nota 2 extr. *adulterio* MSS. Ies. Guelf. ed. pr. quod accipi potest pro *adultero*. Cf. Ind. III. v. *Abstracta pro Concr.* Ita et *adulterium* MS. Guelf. in fine huius cap. et *adulteriorum* ed. Spir. cap. 26. pr. quod ex ea recepere Brot. Ern. Bip. Ob. Lün. Bekk. Kiessl. Sed cur ibi tantum et ex unica editione et quidem ea, quae innumeris vitiis scatet?

2. *Neque Silius flagitii* cet. Cf. de hac re Dio 60, 31. et Iuvenal. 10, 329—345. — *sed certo — exitio — spe — praemiis*, cf. Ind. III. v. *Ablativi Substant. absoluti* p. 800. — *fallendi*, Cf. ad 15, 66, 1. — *opperiri* edd. Ber. Rhen. et dein omnes. *operiri* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. „*Illa* nihil curabat, quomodo res lateret. Sed vix dubito Tacitum scripsisse *ipsa*. Crederem *at* post *habebat* excidisse, nisi mox sequeretur." *Ern.* Immo *illa* satis aptum est h. l. — *ventitare domum* Silii, *egressibus* (v. ad 12, 49, 1.) *adhaerescere*, lateri eius in publicum egredientis. Cf. Ind. III. v. *Abstracta pro concr.* et ad 3, 33, 3. *et gressibus* MS. Bud. — *servi, liberti, paratus* (v. Ind. II.) *Principis*, ut et *domus* regia. Sic c. 30. *domum, servitia*, (servos; cf. Ind. III. v. *Abstracta pro concr.*) *et ceteros fortunae paratus*, cap. 35. *quicquid habitum* (*avitum*) *Neronibus et Drusis in pretium* (praemium, v. ad 2, 9, 2.) *probri*, matrimonii nefandi, *cessisse*, et ap. Dion. 60, 31. οἰκίαν αὐτῷ βασιλικὴν ἐχαρίσατο, πάντα τὰ τιμιώτατα τῶν τοῦ Κλαυδίου κειμηλίων συμφορήσασα ἐς αὐτήν. — *apud adulterum* edd. Put. 1. 2. et deinde omnes. *a. adulterium* MS. Guelf. *apud alterum* MS. Flor. et ed. Spir. „Hinc coniicio *ad adulterum* sc. ire, nisi *translata iam fortuna* posita sint in primo casu." *I. Gron.*

CAPUT XIII.

At Claudius, matrimonii sui ignarus et munia censoria usurpans, theatralem populi lasciviam severis edictis increpuit, quod in P. Pomponium consularem (is carmina scenae dabat) inque feminas illustres probra iecerat. Et lege lata saevitiam creditorum coercuit, ne in mortem parentum pecunias filiis

familiarum feneri darent. Fontesque aquarum Simbruinis collibus deductos Urbi intulit. Ac novas literarum formas addidit vulgavitque, comperto, Graecam quoque literaturam non simul coeptam absolutamque.

1. *At Claudius matrimonii sui ignarus*, coniugis amores et ignorans et non curans. Cf. ad cap. 27. et Ind. III. v. *Abstracta pro Concr.* — *munia censoria usurpans*: nam Claudius *gessit censuram intermissam diu post Plancum Paulumque censores* (a. U. 731.) v. Dio 59, 2. Suet. Claud. 16. et quidem non modo a. U. 800. quo nonnulli ab eo senatu moti, (v. Dio 60, 29.) sed per quinquennium: nam mentio censurae ab eo a. U. 803. actae fit infra 12, 5. et censura ab Imperatoribus per quinquennia geri solebant. Ab Augusto certe, qui perpetuam censuram sibi oblatam repudiaverat, et censoria potestas et magisterium morum in quinquennium receptum a. U. 735. et 742. et censura cum eo simul acta a Tiberio. v. Dio 54, 2. 10. 13. 26. 28. 30. Suet. in Aug. 97. in Tib. 21. Inde etiam patet ab eodem Suet. Claud. 16. perperam dici *censuram intermissam diu* cet. „In censura vel maxime iterabatur formula *ex tui animi sententia uxorem habes*, hinc etiam iocis subiecta, ut notat Cic. or. 2, 64. quo nunc respicere in primis Tacitum opinor.“ *Iac. Gron.* Immo verba *munia cens. usurpans* non nisi ad seqq. sunt referenda. — *theatralem populi lasciviam severis edictis increpuit*, v. ad 1, 16, 2. et 3, 6, 1. *dictis* quaedam edd. Lips. inde ab a. 1574. non a. 1607 et posteriores. Vitio operarum irrepsit; *Ern.* „De eo dubitari licet: nam et *edictum* unum pluribus *dictis* contentum sufficiebat, et *dicta* etiam 6, 3. et al. pro *edictis*.“ *Kiessl.* „Verum si Claudius populum *increpuit*, per se intelligitur, eum *dictis* increpuisse; sufficiebat dici *severe increpuit*, et odit Noster ambages. *Edicta* hic commode possunt accipi de uno edicto.“ *Walth.* Cf. Ind. III. v. *Numerus plur. pro sing.* et ad 3, 6, 1. 6, 3, 1. — *P. Pomponium Secundum consularem; is carmina scenae dabat*: „Consul fuit a. U. 782. et sub Caio a. 794. Sed *L.* dicitur 12, 27. et *Q.* Dioni 59, 6. ut frater eius 6, 18. 13, 43. et Dioni 59, 29. Fuit autem legatus Germaniae sup. cui decreta triumphalia, et scriptor non Atellanarum, qui dictus L. Pomponius Bononiensis, (notus ex Gell. 3, 17. 10, 24. 12, 10. 18, 6. Vell. 2, 9. Seneca, Macrobio, Nonio, Festo) sed tragoediarum. v. Quintil. 8, 3, 31. (ubi cf. Spald.) 10, 1, 98. Plin. ep. 3, 5, 3. 7, 17, 11. Eius vitam scripsit Plinius maior ei cognatus. v. Plin. 7, 19. 13, 12. s. 26. 14, 4. s. 6.“ *Lips.* Cf. ad 5, 8. 6, 18. 12, 27. 28. (quae loca ad eundem Pomponium spectare videntur, non ad duos, ad quos in Ind. I. relata sunt) O. 13. Dio 59, 8. Iuvenal. 4, 81 — 93. Langius in vindic. trag. Rom. Progr. a. 1822. p. 8 sqq. Quod infra 13, 43. traditur, *Q. Pomponium ad necessitatem belli civilis detrusum* a Suillio, non ab aliis narratum et a Ryckio relatum ad motum Scribonianum a. 795. de quo v. Dio 60, 15. Verba *quod in P. Pomponium — dabat* omissa in ed. Spir. ut illa *et lege lata s. cr. coercuit* in MS. Guelf. — *lege lata*, SCto. v. ad 1, 15, 1. — *saevitiam creditorum*, „exquisite sic vocat avaritiam et lucri sordidum studium, quam et *acerbitatem* appellant. Hinc *acerbissimi feneratores* ap. Cic. ad Att. 6, 1. et *cruentae usurae*.“ *Ern.* — *ne in mortem parentum pecunias filiis familiarum feneri darent* creditores. „Ipsa CSti verba supersunt in L. I. D. ad SC. Macedonianum. Nam SCtum, quod h. l. memoratur, est *SC. Macedonianum*, ita dictum a Macedone improbo feneratore, qui ei causam dedit, non a filiofamilias huius nominis, uti tradit Theophilus paraphr. Inst. §. 7. *quod cum eo, qui in alien. potest*. Potior enim debet videri auctoritas SCti ipsius, in quo illud dicitur, quam Theophili longe posterioris scriptoris fides. Quicquid itaque dicant Heineccius hist. iur. 1, 219. aliique, ut fidem Theophili defendant,

contortum est et a ratione latini sermonis alienum. Ceterum idem SC. attribuitur Vespasiano a Suet. c. 11. Sed hic tantum renovavit illud et asperius retulit." *Bach.* hist. iurispr. Rom. p. 361. Ad hanc rem referendum idem quod de lege Neroniana dictum ad c. 7. n. 2. „Iam a U. 490. a M. Laetorio Planciano trib. pl. lata lex contra circumscriptiones adolescentum, qua minorennitatis, ut vocant, anni definiti sunt et cautum est, *ne XXV annis minores stipulari possent*, i. e. *ἐπερωτᾶσθαι*, ut ait Priscianus, sive stipulanti respondere. v. Suet. l. IV. Rhetor. ap. Priscianum et fragmenta Suet. Cf. Cic. de N. D. 3, 30. (ubi iudicium rei privatae publicum hac lege factum dicit) de off. 3, 15. Plaut. in Pseud. 1, 3, 68. (ubi lex *quina vicenaria* vel *quinta vicenaria* vocatur) et in Rud. 5, 3, 25. Eadem lege sancitum, ut adolescentibus lascivis et dementibus curatores darentur. v. Capitol. M. Anton. c. 10." *Ern.* Clav. Cic. in Ind. leg. „Laetoria lex nullam feneris aut pecuniae mentionem fecerat caveratque tantum iis qui intra XXV annos; alios insuper habuerat. Claudius universe constituit de omnibus filiis familiarum, etiam supra legitimam aetatem." *Lips. ne in mortem parentum*, post eam reddendas *pecunias* cet. *filiis familiarum:* in ed. pr. *filiis familias*, in quibusdam edd. *filiisfamiliarum*. v. ad 3, 8, 1.

2. *Fontesque* (v. ad 2, 37, 1.) *aquarum Simbruinis collibus deductos Urbi intulit:* haec est *aqua Claudia* Romam perducta, a Caligula inchoata et omnium magnificentissima. Conf. 14, 22, 2. *discumbentis Neronis apud Simbruina stagna* s. lacus, *cui Sublaqueum nomen est*, (*villa Neroniana Sublacensis* ap. Frontin. de aquaed. c. 93. a quo etiam *via Sublacensis* sub Nerone strata memoratur c. 7. 13 sq.) Plin. 3, 12. s. 17. *lacus tres amoenitate nobiles, quos Anio in monte Trebanorum ortus defert in Tiberim, quique nomen dedere Sublaqueo s. Sublaceo* (oppido illis *lacubus* subiacenti, hod. *Subiaco* et *la Badia di Subiaco* ad Anienem, de quo Aimoinus gest. Franc. 2, 16. *Benedictus pater effulsit in loco, qui Sublacus dicitur et ab urbe Roma XL millibus abest*), Suet. Claud. 20. *Claudiae aquae gelidos et uberes fontes, quorum alteri Caeruleo, alteri Curtio et Albudino* (qui duo distinguuntur a Frontino) *nomen est, simulque rivum Anienis novi lapideo opere in Urbem perduxit divisitque in plurimos et ornatissimos lacus*; vetus inscriptio ap. Gruter. p. 176. *Tiberius Claudius — aquas Claudiam ex fontibus, qui vocabantur Caeruleus et Curtius, a milliario XLV. item Anienem novam a milliario LXII. sua impensa in Urbem perducendas curavit*; Plin. 36, 15. s. 24. *Vicit antecedentes aquarum ductus novissimum impendium operis inchoati a C. Caesare et peracti a Claudio: quippe a lapide quadragesimo ad eam excelsitatem, ut in omnes Urbis montes levarentur, influxere Curtius atque Caeruleus fontes. Erogatum in id opus sestertium quinquagies quinquies et quingenties. Quodsi quis diligentius aestimaverit aquarum abundantiam in publico, balineis, piscinis, domibus, euripis, hortis, suburbanis, villis spatioque advenientis exstructos arcus, montes perfossos, convalles aequatas; fatebitur, nihil magis mirandum fuisse in toto orbe terrarum*; Piranesi Antichita Romane T. I. tab. XVII. Oberl. ad Vib. Seq. p. 53. Sachse Gesch. d. a. St. Rom. *Simbruinis collibus* edd. Rhen. Ald. Lips. Grut. Ryck. Kiessl. Walth. Sic *Simbruina stagna* 14, 22. (in omnibus libris, nisi quod vitiose *simbruma* in ed. Spir.) et *Simbruinae* (aquae) ap. Cels. 4, 5. Sed *subinbruinis* MS. Flor. *sub imbruinis* alii MSS. et edd. vet. ut et Pich. Bern. I. Fr. Gron. *ab Simbruinis* edd. Iac. Gron. Ern. Bekk. *sub Imbrivinis* collibus coni. Lips. ratus, fontes aquarum Romam perductos *sub collibus* illis fuisse et hos colles significari Liv. 8, 30. et Sil. 8, 369. At priori loco leg. videtur *Imbrinium*, altero *Simbruvio*. „Vulpius in vet. Latio T. X. p. 492. *Simbruinos colles* dictos putabat, quod simul *imbres* in subiectum lacum demitterent. Illi inter sacrum specum

(*il monastero del sacro speco*) et Sublaqueum (*Subiaco*) conspicui agrum Romanum terminant orientem versus. Tria olim erant stagna: nunc unius tantum manent vestigia iuxta Divi Placidi sacellum." *Brot.* — *novas literarum formas addidit*, cf. ad c. 4. n. 1. et ad rem cap. 14. — *comperto*, v. ad 1, 46, 1. *comperto Graecam quoque literaturam* edd. Lips. et rec. *comp. quoque Graecam lit.* MSS. Flor. (test. I. Gron.) Guelf. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. *comperit quoque Gr. lit.* ed. Spir. „*Literatura* h. l. literarum series et ordo, quod vulgo alphabetum dicitur. Ita nusquam alibi, quod sciam. Apud Cic. est vel literarum formatio vel eruditio, ap. Quintil. *γραμματική*. Proxime ad h. l. accedit Sen. ep. 88. *prima illa, ut antiqui vocabant, literatura, per quam pueris elementa traduntur, non docet liberales artes, sed mox percipiendis locum parat.*" *Boett.* in Lex. Tac. *Literatura constat ex notis literarum et ex eo, in quo imprimuntur illae notae* Cic. orat. partit. 7.

CAPUT XIV.

Primi per figuras animalium Aegyptii sensus mentis effingebant: ea antiquissima monimenta memoriae humanae impressa saxis cernuntur. Et literarum semet inventores perhibent: inde Phoenicas, quia mari praepollebant, intulisse Graeciae gloriamque adeptos, tanquam repererint, quae acceperant. Quippe fama est, Cadmum classe Phoenicum vectum rudibus adhuc Graecorum populis artis eius auctorem fuisse. Quidam Cecropem Atheniensem vel Linum Thebanum et temporibus Troianis Palamedem Argivum memorant sedecim literarum formas, mox alios ac praecipuum Simonidem ceteras reperisse. At in Italia Etrusci ab Corinthio Demarato, Aborigines Arcade ab Evandro didicerunt; et formae literis Latinis, quae veterrimis Graecorum. Sed nobis quoque paucae primum fuere; deinde additae sunt. Quo exemplo Claudius tres literas adiecit, quae usui imperitante eo, post obliteratae, aspiciuntur etiam nunc in aere publicandis plebiscitis per fora ac templa fixo.

1. *Primi per figuras animalium*, volucrum, anguium, scarabaeorum cet. ut et hominum et rerum, v. c. crucis ansatae, clavium, plantarum, *Aegyptii sensus mentis effingebant:* (v. ad 6, 28, 1.) *ea antiquissima monimenta memoriae humanae impressa saxis cernuntur* in obeliscis, (cf. 2, 60.) pyramidibus, annulis, mumiis. Hae sunt notae hieroglyphicae ad res sacras et religionem potissimum relatae et saxis primum incisae, serius etiam pictae. Verum *et* (etiam) *literarum semet inventores perhibent* Aegyptii. His duo *γραμμάτων τύποι* s. *μέθοδοι* tribuuntur ab Herodoto 2, 36. (*γράμματα γράφουσιν Ἕλληνες μὲν ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δέξια φέροντες τὴν χεῖρα, Αἰγύπτιοι δὲ ἀπὸ τῶν δεξιῶν ἐπὶ τὰ ἀριστέρα. — διφασίοισι δὲ γράμμασι χρέωνται, καὶ τά μέν αὐτῶν ἱρὰ, τὰ δὲ δημοτικὰ καλέεται*) et Diodoro 3, 3. 4. tres a Diogene ap. Porphyr. in vita Pythag. §. 11. 12. et Clemente Alex. Strom. V, 4. p. 555. ed. Sylburg. p. 657. ed. Pott. *ἐπιστολογραφικὴ*, Briefschrift, in negotiis vitae communis, *ἱερατικὴ, ᾗ χρῶνται οἱ ἱερογραμματεῖς*, vel Bilderschrift, vel Buchstabenschrift, et *ἱερογλυφικὴ*, Bilderschrift, Gemähldeschrift: ut Aethiopibus ab Heliodoro 4, 8. et Theodoreto Quaest. in Genes. L. *γράμματα δημοτικὰ καὶ βασιλικὰ, ἃ δὴ τοῖς Αἰγυπτίων ἱερατικοῖς καλουμένοις ὁμοιοῦνται.* v. Tychsen Bibl. der alten Lit. und Kunst Fasc. VI. p. 1 — 36. Heeren Ideen über die Politik u. s. w. T. II. P. II. p. 455 —

466. ed. III. Zoëga de obeliscis, Champollion sur la découverte des hieroglyphes acrologiques Paris 1827. Rambach ad Potteri Archaeol. T. III. p. 237 sq. 281 sq. et Spohnii scripta. *ea antiquissima — cernuntur* a Freinsh. et aliis parenthesi includuntur. *ea* edd. rec. ex emend. Lips. et edd. vet. — *inde Phoenicas,* (duce Cadmo) *quia mari praepollebant, intulisse* literas *Graeciae* et Graecos Italiae — *tanquam repererint* cet. „Ita creditum plerisque scriptoribus, ut Clem. Alex. Strom. I, 16. Plin. 7, 56. 57. Curt. 4, 4. Isid. 1, 3.“ *Lips.* „v. Scalig. anim. ad Euseb. Graeca p. 110. Montefalc. Palaeogr. Gr. 2, 1 sq. Chishull. ad inscr. Sigeam in Antiq. Asiat. p. 4. et ib. p. 24. tabula, in qua naturae et orbis alphabetum exhibetur.“ *Ern.* Cadmus XVI literas, Palamedes ΘΞΦΧ, Simonides ΖΗΨΩ invenisse creditur. Cf. de literarum repertoribus *Cadmo, Cecrope, Lino, Palamede* aliisque Iani Archaeol. bibl. I, 1. p. 411 sq. Bellermann Handb. d. bibl. Lit. T. I. p. 53—77. Rambach l. l. intpp. Plin. 7, 56. 57. et Casaub. ad Suet. Claud. 41. Hic etiam defendit vulgatam h. l. lectionem contra Lipsium, cui verba vel traiicienda vel emendanda videbantur. *quia* MS. Guelf. et edd. omnes, nisi quod *qui* in ed. Spir. — *Linum Thebanum,* cf. Diodor. 3, 67. (φησὶ τοίνυν παρ' Ἕλλησι πρῶτον εὑρετὴν γενέσθαι Λίνον ῥυθμῶν καὶ μέλους) et Plin. l. l. — *Palameden* et *Simoniden* MS. Flor. ed. Iac. Gron. *Palamedem* et *Simonidem* edd. paene omnes. Cf. ad c. 8. n. 1. *Pallamedem* ed. Spir. — *mox alios,* Epicharmum et Pythagoram. — *sedecim* MS. Flor. edd. Spir. Put. 2. et rec. *sedicim* Put. 1. *sexdecim* MS. Guelf. edd. Ber. Rhen. Ald.

2. *At in Italia Etrusci* edd. Spir. Ber. Rhen. et rec. *At in It. et Etrusci* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. — *ab Corinthio Demarato,* ex nobili Bacchiadarum gente oriundo, quae a Bacchio s. Bacchide originem ducebat et propter opes mercatura partas summam regiamque Corinthi obtinebat potestatem, sed luxuriae aut affectatae dominationis causa a Cypselo tyranno expellebatur. v. Pausan. 2, 4. 5. 17—19. Herodot. 5, 3 sq. 93 sq. Aelian. V. H. 1, 19. Schol. Apollon. 4, 1212. intpp. Liv. 1, 34. Plin. 35, 3. et 12. „Sed *Demaratus* s. *Damaratus,* de quo h. l. Taciti agitur, longe antiquior est patre Tarquinii Prisci, et ab illo Etruscos paulo ante Troiana tempora literas accepisse colligo ex Plin. 16, 44. et ex tabula Eugubina, quam Gori in Museo Etrusco p. 54 sq. explicavit.“ *Brot.* „Corinthium optimatem a popularibus exactum venisse Tarchonion s. Tarcyniam ibique ad honores ascendisse, non Italica, sed Corinthia traditio esse videtur, ex qua saltem colligi poterit, Corinthiis commercium fuisse cum Tarquiniensibus. Artifices Corinthios cum Demarato in Etruriam venisse Plinius 35, 43. tradit. „*Ottfr. Müller:* die Etrusker T. I. p. 194. T. II. p. 260. Cf. Wachsmuth die ält. Gesch. des Röm. Staats 6, 1. *Demarato* MS. Flor. edd. Rhen. 2. 3. Ald. ut in tab. aenea, de qua v. ad cap. 24. n. 1. *Demaratho* edd. Spir. (in qua etiam *Corintheo*) Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Damarato* edd. Lips. et rec. quae Dorica forma est, ut *Damocritus, Damoreles, Damiurgos, Nasos, Nicodamus* in optimis exemplaribus Livii. v. Drak. ad Liv. 1, 34. „Ceterum id falsum videtur: nam *Etrusci* ante habuere literas Pelasgicas, quae sunt Cadmeis antiquiores.“ *Ern.* v. Herodot. 1, 57. 8, 44. Diodor. 3, 67. et alios. — *Aborigines* antiquissimi veteris Italiae s. Latii incolae, qui primum ad Apenninum, circa Carseolos et Reate, habitasse et deinde cum Pelasgis permixti Siculos expulisse videntur. v. Heynii Exc. IV. ad Virg. Aen. VII. Niebuhrii hist. Rom. T. I. p. 52. 53. 80—94. ed. III. Ottfr. Müller die Etrusker T. I. p. 5. 16. *aboriginibus* MS. Flor. — *ab Arcade Evandro didicerunt* literas. Cf. Niebuhr l. l. p. 96 sq. *Arcade* edd. Ber. Rhen. et dein omnes. *Arcades* MSS. Flor. et Guelf. *Archades* ed. Spir. *Archade* edd. Put. 1. 2. — *et formae literis Latinis,* (scil. *sunt,* non *erant*) *quae veterrimis Graecorum,* non Etruscorum, qui a dextra

manu ad laevam scribebant. Cf. Ottfr. Müller die Etrusker T. II. p. 296. 312. Hard. ad Plin. 7, 58. (Literas *veteres Graecas fuisse easdem plane, quae nunc Latinae, indicio erit Delphica tabula antiqui aeris, quae est hodie in Palatio.*) Herodot. 5, 56—58. et quos laudavi in nota 1. „*veterrimis Graecorum* sc. Phoeniciis. Rem ita esse videbit, qui vel Chishulli tabulam (v. not. 1.) inspiciet. Swintonus autem de priscis Rom. literis diss. V. p. 13. *veterrimas* intelligit Pelasgicas s. Etruscas, et *literas Latinas* non recentes, quae Taciti aetate fuere, sed antiquiores, quae eaedem cum Etruscis. Falso: nam Tacitus diserte Phoenicias h. e. Cadmeas antiquissimas facit.“ *Ern. formae* edd. Ber. Rhen. Ald. et cet. ante Berneg. *formas* MS. Flor. quod perperam probabat Iac. Gron. ut ad praec. *sedecim literarum formas* referatur. *forma* MSS. Bud. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Bern. et rec. — *nobis quoque paucae primum fuere:* „non nisi XVI. literae. Kappa Sallustius ludimagister invenit. Gamma Spurius Carvilius, literam X aetas Augusti.“ *Lips.* — *deinde additae sunt* scil. aliae. Cf. ad c. 4. princ. — *Claudius tres literas adiecit*, quasi maxime necessarias, et de earum ratione privatus librum edidit. Ita Suet. Claud. 41. Sed neque Tacitus neque Suet. dixit, quaenam fuerint illae. „Prima fuit Aeolicum digamma pro V. Eius facies literae F inversae, ut in lapidibus Claudianis TERMINAℲIT AMPLIAℲIT et DIℲI ap. Grut. p. 196. 236. 238. et Fabret. inscr. p. 473. *Nec inutiliter Claudius Aeolicam illam Ⅎ ad hos usus literarum adiecerat* Quintil. 1, 7, 27. *Aeolicae quoque literae, qua c e r v o m s e r v o m que dicimus, etiamsi forma a nobis repudiata est, vis tamen manet* id. 12, 10, 29. Hanc non Claudius solus inter literas habendam censuit, sed et Varro, si credimus Annaeo Cornuto in orthogr. ap. Cassiod. n. 1. in Putschii Sylloge p. 2281. *hanc literam Terentius Varro dum vult demonstrare, praescribit VA. Qui ergo in hac syllaba sonus est, idem literae erit.* Gellius 14, 5. dicit: *propter syllabae finalis, quae per duo U scribenda est, sonum declarandum reperta est nova litera, quae digamma appellatur.* Secunda litera Claudii fuit antisigma h. e. duo sigma obverso dorso ϽC, qua semilunae figura C prisci Graeci sigma (Σ) formabant. *Huic S praeponitur P et loco Ψ fungitur; pro quo Claudius antisigma hac figura Ⅹ scribi voluit: sed nulli ausi sunt antiquam scripturam mutare* Priscian. 1, 4. p. 557. In tertia litera haeremus, nec auxilio sunt Grammatici; non ille, qui AI diphthongum fuisse censet, quia in Claudii aevo lapidibus ANTONIAI DIℲAI et similia scripta; (nam haec diphthongus antiquitus creberrime usurpata) nec Vertranius, qui literam nescio quam inventam a Claudio leniendo R putat ex corruptis Velii Longi verbis; sed nec Martianus Capella, qui 1, 3. sic scribit: *Huic literae S. Divus Claudius P adiecit aut C propter Ψ et Ξ Graecas, P s a l t e r i u m, S a x a.* Censet enim ille, a Claudio novum X repertum, quod vanum puto, quia X in usu iam temporibus Augusti, ut diserte monet Isidorus 1, 4. Sed et X a Varrone et Quintil. 1, 41, 9. inter non necessarias censetur. Varro in fragmento quopiam ex libro de Grammatica: *Literarum partim sunt et dicuntur, ut A B, partim dicuntur et non sunt, ut H et X, partim sunt neque dicuntur, ut Φ et Ψ.* Ex his verbis non absurde collegeris, duabus his literis Φ et Ψ, quae necessariae Varrone teste, novam formam induisse Claudium nomenque: et de Ψ quidem clarum, cui antisigma respondet; de Φ Claudiano neglexerunt tradere Grammatici, et alius eius sonus quam F, uti monuit etiam Quintil. 12, 18, 29.“ *Lips.*, Burmannus et Ern. ad Suet. Claud. 41. antisigma ϽC non pro PS vel Gr. ψ, sed pro ξ positum existimabant, ut SAϽCA pro SAXA. His adstipulabatur Ruhnk. Schol. ad Suet. p. 512. „Sed *cs* vel *ks* multo ante Claudium per singularem literam scribebatur: similem ergo optavit pro *bs* vel *ps*.“ Wolf. ad Suet. l. l. Tertiam Claudii literam fuisse Ⱶ vel *F* et signum soni inter *I* et *U* medii,

suspicabantur Broter. ad h. l. Taylor ad marmor. Sandvic. p. 47. 48. et Seyfert. Gram. §. 156. p. 99. Quae coniectura firmatur verbis Velii Longi de orthogr. in Putschii script. rei gram. p. 2236. *In VIRO et VIRTUTE scribitur I et paene U enuntiatur: unde Tib. Claudius novam quandam literam excogitavit similem ei notae, quam pro aspiratione Graeci ponunt, per quam scriberentur eae voces, quae neque secundum exilitatem, neque secundum pinguetudinem literae sonant, ut in VIRO, VIRTUTE, neque rursus secundum latum literae sonum enuntiarentur, ut in eo quod est LEGERE, SCRIBERE.* Alia commenti sunt Ursinus et Crollius. Cf. Quintil. 1, 4, 7. 8. ibique Spald. — *quae usui,* v. ad c. 3. n. 1. — *in aere publicandis* (publice proponendis, *Ern.*) *plebiscitis per fora ac templa fixo,* cf. ad 3, 57, 2. et Suet. Claud. 41 extr. *Plebiscita* vero sub Imperatoribus haud facta. Hinc Lipsius corr. *publicandis scitis,* sed longe melius Grotius *publicandis plebi SCtis.* v. ad 12, 53 extr. et cf. 12, 41. *in aere publico. dis plebiscitis* MS. Flor. *in aere publico plebiscitis* MS. Reg.

CAPUT XV.

Retulit deinde ad senatum super collegio haruspicum, *ne vetustissima Italiae disciplina per desidiam exolesceret. Saepe adversis rei publicae temporibus accitos, quorum monitu redintegratas caerimonias et in posterum rectius habitas: primoresque Etruriae sponte aut Patrum Romanorum impulsu retinuisse scientiam et in familias propagasse; quod nunc segnius fieri publica circa bonas artes socordia et quia externae superstitiones valescant. Et laeta quidem in praesens omnia, sed benignitati deum gratiam referendam, ne ritus sacrorum inter ambigua culti per prospera obliterarentur.* Factum ex eo senatus consultum: *viderent pontifices, quae retinenda firmandaque haruspicum.*

1. *collegio haruspicum,* de quo v. Ottfr. Müller: die Etrusker T. II. p. 4 sq. *aruspicum* MS. Guelf. et edd. vet. ante Lips. Sed *haruspicum* rectius scriptum in lapp. et optimis MSS. quia sacerdotes illi ita dicti non ab *ara,* sed *haruga* s. *haruiga,* hostia, in *hara,* stabulo, includi solita, et ab *inspicere,* si fides habenda Festo et Donato ad Terent. Phorm. 4, 4, 28. Cf. Periz. ad Aelian. V. H. 2, 31. *Haruspices* enim ex *inspectis* extis, in primis pulmone, iecore et corde, futura praedicebant et interpretabantur, quid quibusque ostendatur monstris, prodigiis, portentis, et quibus hostiis immolandum cuique deo. v. loca class. Lucani 1, 621 sq. Iuvenal. 6, 548 sq. Cic. de harusp. resp. 9. de div. 1, 39. 41. 58. 2, 22. de leg. 2, 12. Cf. Ottfr. Müller: die Etrusker T. II. p. 9. 12. — *vetustissima Italiae disciplina,* ut *ars vetusta* ap. Sil. 1, 123. nam ea iam Pelasgis in usu fuit. — *saepe adversis rei publ. temporibus accitos* ex Etruria scil. retulit ad senatum. Ita vetus cod. Urs. et edd. rec. Sed *acciti* MSS. et edd. vet. ante Freinsh. „Id non absurdum est et enuntiat rationem, cur Claudius ad senatum referat, *ne — exolesceret,* quum *saepe — acciti sint* haruspices.“ *Walth.* Ars vero haruspicum maxime exculta ab Etruscis; unde in rebus gravissimis ex ipsa Etruria acciri solebant haruspices. Cf. Liv. 5, 15. 17. 9, 36. 27, 37. Cic. Cat. 3, 8. de harusp. resp. 12, 25. de leg. 2, 9. de div. 1, 2. 41. 42. 2, 23. — *rectius:* in ed. Spir. *rectiores.* — *primoresque Etruriae — propagasse,* cf. locus class. Cic. de div. 1, 41. *Bene apud maiores nostros senatus tum, quum florebat imperium,* (a. U. 600.) *decrevit, ut de principum filiis sex singulis Etruriae populis in disciplinam traderentur, ne ars tanta propter tenuitatem hominum a religionis auctoritate abduceretur ad mercedem atque quaestum.*

Ex h. l. vulgo colligitur, Romanorum *principum filios* in Etruriam fuisse missos, ut haruspicinam discerent. Sed haec verba potius referenda esse ad Etruscorum *principum filios* et legendum *ut de principum filiis* X (deni) *ex singulis Etr. pop.*, bene docuit Ottfr. Müller: die Etrusker T. II. p. 4. et 346. — *quod nunc segnius fieri*, v. ad 6, 13, 2. — *publica* — *socordia*, cf. Ind. III. v. *Ablativi substant. absoluti*. In edd. Put. 1. 2. *pauca* pro *publica*, et deinde *externe* — *presens*. — *circa bonas artes*, κατά, respectu earum, ut c. 29. H. I, 13. G. 28. O. 3. 22. — *externae superstitiones*, inpr. Chaldaeorum, Aegyptiorum et Iudaeorum. v. ad 2, 27, 1. 2, 85, 2. — *valescant* MS. Flor. edd. Lips. Pich. et rec. *valescunt* c. Bud. et ed. Spir. *invalescant* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. — *in praesens*, v. ad 1, 1, 2.

2. *Factum ex eo* (ideo) *SCtum*, (in MS. Flor. *S. C.* ut et aliis locis) ut *viderent pontifices*, qui sacris praeessent, *quae retinenda firmandaque haruspicum* instituta et ritus forent. Vulgaris formula: *videant consules ne quid detrimenti capiat res publica.* Ex hoc autem loco intelligitur, multa tum disciplinae et arti haruspicum perperam fuisse immixta, haud dubie ex *superstitionibus externis*, praecipue Chaldaeorum, quorum superstitia tum *valescebat*. Cf. Müller l. l. p. 16. Ernestius suspicabatur, post *haruspicum* excidisse *disciplina*.

CAPUT XVI.

Eodem anno Cheruscorum gens regem Roma petivit, amissis per interna bella nobilibus et uno reliquo stirpis regiae, qui apud Urbem habebatur, nomine *Italicus*. Paternum huic genus e Flavio fratre Arminii, mater ex Catumero principe Chattorum erat: ipse forma decorus et armis equisque in patrium nostrumque morem exercitus. Igitur Caesar auctum pecunia, additis stipatoribus, hortatur gentile decus magno animo capessere. Illum primum, Romae ortum, nec obsidem, sed civem, ire externum ad imperium. Ac primo laetus Germanis adventus atque, eo quod nullis discordiis imbutus pari in omnes studio ageret, celebrari, coli, modo comitatem et temperantiam, nulli invisa, saepius vinolentiam ac libidines, grata barbaris, usurpans. Iamque apud proximos, iam longius clarescere, quum potentiam eius suspectantes, qui factionibus floruerant, discedunt ad conterminos populos ac testificantur, adimi veterem Germaniae libertatem et Romanas opes insurgere. *Adeo neminem iisdem in terris ortum, qui principem locum impleat, nisi exploratoris Flavii progenies super cunctos attollatur? Frustra Arminium praescribi; cuius si filius hostili in solo adultus in regnum venisset, posse extimesci infectum alimonio, servitio, cultu, omnibus externis. At si paterna Italico mens esset, non alium infensius arma contra patriam ac deos penates quam parentem eius exercuisse.*

1. *Cheruscorum gens regem Roma petivit*, v. ad 2, 3, 2. et ad G. 7. n. 1. Haud temere Eccardus de orig. Germ. p. 320. ad hanc legationem pertinere existimat, quae Suet. Claud. 25. memorat; *Brot. Roma petivit* (ut 2, 1. 12, 14. et regem *Roma poscere* 6, 31.) edd. Ald. et rec. ex emend. Rhen. *Romae p.* MSS. Flor. Bud. Guelf. et edd. vet. Id posset intelligi de gentis legatis, qui Romae praesentes regem petiverunt;

Walth. — *uno reliquo*, cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita.* — *qui apud Urbem habebatur*, v. ad 2, 58, 2. et 3, 46, 2. *habebantur* ed. Spir. — *Italicus* MS. Agr. a m. sec. edd. Ryck. Ern. et rec. *Italus* MSS. Brot. et Guelf. edd. vet. ante Ryck. *Ytalus* MS. Bud. Sed cap. extr. *Italico* MS. Flor. Edd. Spir. et rec. *Italo* cet. edd. vet. et *Itali* c. Guelf.. Cap. 17. *Italicum* MS. Flor. edd. Spir. et rec. *Italum* MS. Guelf. et cet. edd. vet. — *e Flavio fratre Arminii*, cf. 2, 9. *Flavio* MS. Guelf. et edd. omnes, nisi quod *Flavo* est in ed. Spir. in qua tamen paulo post *Flavii*. Cf. ad 2, 9, 1. *facte* pro *fratre* ed. pr. *Arminii* edd. Ber. Rhen. et sqq. *Armenii* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Cf. cap. 17. ubi *Arminio* est in omnibus edd. praeter Put. 2. in qua est *Armenio*, ut in MS. Guelf. — *Catumero* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. et sqq. *Actumero* MSS. Flor. Vatic. Lipsii, Bud. Agr. ed. Spir. *Cactumero* MS. Bodl. *Cacumero* MS. Ies. Cf. cap. 17. ubi *Actumero* MS. Flor. et *Catumero* MSS. Bud. Guelf. et edd. omnes. *Cattumero* (Cattorum principe) edd. Oberl. Liin. Bekk. e coni. Bip. *Οὐκρόμερος* ap. Strab. VII. pag. 292. — *Cattorum* edd. Spir. Ber. Rhen. *Cactorum* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Cf. ad G. 29. n. 1. et 30. n. 1. — *erat* natus. — *Caesar auctum pecunia* cet. v. ad 1, 3, 2. et G. 42. n. 9. *Caesar augustus* p. MS. Flor. et ed. Spir. — *hortatur* — *capessere*, cf. Ind. III. v. *Infinitivi* n. 7. — *gentile decus*, ut *gentile imperium* 6, 32.

2. *atque eo* (ideo, cf. Ind. II. v. *Is*) *quod nullis discordiis* — *ageret*, *celebrari*, *coli*, (celebrabatur, colebatur) MSS. Flor. Covarr. Bud. edd. Spir. Bip. Walth. *atque eo magis quod* — *ageret*: *celebrari*, *coli* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. cet. — *nulli invisa*: „quae summa virtutis laus: at vitia sapientibus odiosa, barbaris tantum grata.“ *Brot.* Sed *obvia comitas ignota Parthis virtus* dicitur 2, 2. extr. *nulli invisa* MS. Flor. quod recepi pro vulg. *nulli invisam.* Sic paulo post *vinolentiam ac libidines grata barbaris.* Cf. Ind. III. v. *Praedicatorum et Subiectorum numeri et genera diversa iunguntur.* De *vinolentia* Germanorum v. G. 22. 23. At iisdem invisae *libidines*, impudicitia. v. G. 8. 18. 19. 20. Hinc *vinolentiam intra* vel *cis libidines* (non ad libidines progredientem, ut *cis*, *citra*, *intra* 3, 72. 6, 11. 30. 12, 22.) *gratam barbaris* corr. Herel Magazin für Philol. Bremen 1797. T. 2. p. 213. sq.. Cf. ad c. 30. n. 2. „Sed *libidines* h. l. petulantia, insolentia, ferocia quaecunque. Nec male *violentiam* MS. Guelf. quod etiam praefert Stromb. Ita enim omnia hic exacte sibi respondent et opponuntur: *modo* = *saepius*; *nulli invisam* = *grata barbaris*; *comitas* = *violentia*; (nam *violentia* h. l. non crudelitas in cives, sed vehementia affectuum, ut *insita violentia* Arminii 1, 59.) *temperantia* = *libidines*, ut *σωφροσύνη* et *ὕβρις* ap. Xenoph. Cyr. 8, 4, 14.“ *Walth.*

3. *Iamque apud proximos* MSS. et edd. omnes praeter Lips. in quibus est *ad* pro *apud.* — *iam* male omissum in MS. Bud. et edd. Rhen. 2. 3. Ald. — *Adeo neminem* cet. Cf. Ind. III. v. *Accusativi cum Infinitivis* n. 1. — *qui principem locum impleat*, v. ad H. 1, 16, 7. *principem locum* MS. Flor. edd. Pich. et rec. ut 1, 13. 3, 75. 4, 38. 60. *principis locum* MSS. Guelf. Bud. aliique et edd. vet. — *exploratoris Flavii*, cf. 2, 9. 10. — *super cunctos* edd. Spir. Bekk. *supra* c. MSS. Guelf. et edd. cet. Cf. ad c. 38. n. 2. — *attollatur* (non *adtollatur*) MSS. Flor. Guelf. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. et rec. *attolitur* ed. Spir. *extollatur* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *Frustra Arminium praescribi*, frustra iactari, Arminium esse patruum Italici; *Brot.* v. ad 4, 52, 2. — *hostili in solo*, Ravennae. Cf. 1, 58. extr. *solo* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. Ald. et rec. *loco* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *venisset*, *posse extimesci* recte edd. Ber. Rhen. 2. 3. et rec. *venisse posse Testimesci* MS. Flor. et ed. Spir. *venisse posset. Temitesci* c. Bud. *venisse poset extimesci* MS.

Guelf. ed. Put. 1. 2. *venisset, posset extimesci* ed. Rhen. 1. — *infectum,* utpote infectum. Cf. ad G. 4. n. 1. — *alimonio* MSS. Flor. Bud. Agr. edd. Spir. Pich. et rec. *alimonia* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. cet. Cf. Oudend. et Burm. ad Suet. Cal. 42. — *omnibus externis,* quae omnia essent externa. — *At si* MS. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. sqq. *ac si* MSS. Reg. Guelf. edd. Spir. Brot. — *Italico,* v. nota 1. — *deos penates,* v. ad 2, 10, 2. — *parentem* (Flavium, de quo v. 2, 9. 10.) edd. Spir. Pich. (in marg. et notis) Brot. Lall. Ern. sqq. *parentes* MSS. Guelf. Bud. Put. 1. 2. Ber. Rhen. cet.

CAPUT XVII.

His atque talibus magnas copias coegere: nec pauciores Italicum sequebantur. *Non enim irrupisse ad invitos, sed accitum* memorabant. *Quando nobilitate ceteros anteiret, virtutem experirentur, an dignum se patruo Arminio, avo Catumero praeberet. Nec patrem rubori, quod fidem adversus Romanos volentibus Germanis sumptam nunquam omisisset. Falso* l i b e r t a t i s *vocabulum obtendi ab iis, qui privatim degeneres, in publicum exitiosi, nihil spei nisi per discordias habeant.* Adstrepebat hinc alacre vulgus, et magno inter barbaros proelio victor rex; dein secunda fortuna ad superbiam prolapsus pulsusque ac rursus Langobardorum opibus refectus per laeta, per adversa res Cheruscas afflictabat.

1. *His atque talibus,* cf. Ind. III. v. *Ablativi absoluti ex omisso Participio verbi substant. pendentes vel pro Accusativis cum* ob, propter p. 800. — *Italicum,* v. ad c. 16. n. 1. — *Non enim irrupisse* scil. *se,* (cf. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 14. nisi hoc excidit post *irrupisse*) *ad invitos, sed accitum memorabant.*" *memorabat* scribendum pro vulg. *memorabant.* Nam Italico tantum talis oratio convenit, et Tacitus paulo post dixit *adstrepebat huic,* non *a. his.*" *Walth.* in obss. ad Taciti opera spec. II. p. 17. Idem vero in edit. Taciti animadvertit, haec neque ad Italicum referri posse, quia a pluribus iacta sint, neque ad rem (*huic* sc. orationi) quia id non patiatur latinitas et ita potius *his* quam *huic* scribendum fuisset. Propterea retinuit *memorabant* et deinde ex ed. Spir. recepit *adstrepebat hinc,* i. e. ab hac parte. (cf. ad c. 20. n. 1.) ut significetur hisce verbis, vulgi studia fuisse penes hos, non penes illos. — *Arminio* et *Catumero,* v. ad cap. 16. n. 1. — *nec patrem rubori* MSS. Flor. Bud. Agr. edd. Spir. Ern. et rec. *nec patrem illi rubori* MS. Covarr. *nec patrem illi rubori esse* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Ern. *nec patrem rubori* sc. esse sibi. Cf. ad G. 13. n. 7. et de re 2, 9. 10. — *adversus:* in MS. Agr. *adversum.* — *volentibus Germanis,* v. ad 1, 59, 1. Paulo post *omissis: sed falso* ed. Spir. — *ab iis* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. sqq. *ab his* MSS. Flor. Bud. ed. Spir. Cf. ad 2, 43, 1.

2. *Adstrepebat hinc;* cf. nota 1. — *magno inter barbaros proelio;* scilicet inter Romanos illud proelium non fuisset dignum magnitudinis nomine; *Walth.* Lipsius in marg. posuit *ut inter barbaros:* sed *ut* etiam alibi et apud alios interdum in tali forma omittitur; *Ern.* De hac locutione v. ad G. 2. n. 8. — *dein* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Ern. et rec. *deinde* MS. Bud. *dehinc* MS. Bodl. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Ern. — *ad superbiam prolapsus,* ut *prolabi in rabiem* 1, 31. et *studio* (in studium) *magnificentiae prolabi* 11, 17. nisi ibi absolute potius dictum *prolabi,* scil. in morum corruptelam. Cf. *Roth.* ad Agr. p. 162. — *Langobardo-*

rum edd. Ber. Rhen. sqq. *Longobardorum* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Spir. Put. 1. 2. v. ad G. 40. n. 1. — *Cheruscas* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Rhen. 2. 3. et sqq. *ethruscas* edd. Ber. Rhen. 1.

CAPUT XVIII.

Per idem tempus Chauci, nulla dissensione domi et morte Sanquinii alacres, dum Corbulo adventat, inferiorem Germaniam incursavere duce Gannasco, qui natione Canninefas, auxiliare aes diu meritus, post transfuga, levibus navigiis praedabundus Gallorum maxime oram vastabat, non ignarus, dites et imbelles esse. At Corbulo provinciam ingressus magna cum cura et mox gloria, cui principium illa militia fuit, triremes alveo Rheni, ceteras navium, ut quaeque habiles, per aestuaria et fossas adegit; lintribusque hostium depressis et exturbato Gannasco, ubi praesentia satis composita sunt, legiones operum et laboris ignaras, populationibus laetantes, veterem ad morem reduxit, ne quis agmine decederet nec pugnam nisi iussus iniret. Stationes, vigiliae, diurna nocturnaque munia in armis agitabantur: feruntque militem, quia vallum non accinctus, atque alium, quia pugione tantum accinctus foderet, morte punitos. Quae nimia et incertum an falso iacta originem tamen e severitate ducis traxere; intentumque et magnis delictis inexorabilem scias, cui tantum asperitatis etiam adversus levia credebatur.

1. *Chauci*, v. ad G. 35. n. 2. — *nulla dissensione* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. sqq. *milia d.* MS. Flor. *militia d.* ed. Spir. — *Sanquinii*, v. ad 6, 4, 2. *Antiquinii Alac rex* ed. Spir. — *Corbulo*, v. ad 3, 31, 2. — *inferiorem Germaniam incursavere*, v. ad G. 1. n. 1. et G. 35. n. 4. — *Canninefas*, v. ad 4, 73, 1. et H. 4, 15, 2. — *auxiliare aes* (ut *aes militare*, militum) *diu meritus* edidi ex emend. Merceri et Iac. Gron. Ita MS. Vat. teste Mercero, sed *es* pro *aes*; neque multum differunt lectiones aliorum MSS. in quibus, ut saepissime, vel *es* vel *ex* pro *aes* scriptum. *auxiliare ex diu meritis* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) et Bud. a m. sec. *auxiliaris ex diu meritis* MSS. Bud. a m. pr. Bodl. Agr. prob. Ryck. *auxiliaris et ex diu meritus* MSS. Guelf. Harl. Ies. *auxiliares diu meritis* MS. Reg. *auxiliare esd in meritis* MS. Vat. Lipsii. *auxiliare esdui meritis* ed. Spir. *auxiliare ex drumentis* MS. Farn. *auxiliaris et diu meritus* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. sqq. h. e. inter auxiliares etiam diu meritus stipendia; *Kiessl.* Hinc varia coniecere viri docti. *auxiliaris ex frumentariis* et *auxiliaris, dein emeritus* Lipsius. *auxiliaris et dux gentis* I. Fr. Gron. coll. 4, 46. *auxiliares inter diu meritus* Acid. *Auxiliaris is ex diu meritis* Heins. *auxiliare stipendium meritus* (ut 2, 52 pr.) Bip. *natione Canninefas, auxiliare stipendium meritis* Walth. h. e. ex iis nationis Canninefatis, qui aux. st. meruerunt, ut ablativus *meritis* referatur ad voc. collect. natione. Sed probabilior est nostra lectio. — *levibus navigiis*, ut paulo post *lintribus*. Cf. Caes. B. G. 1, 53. — *vastabat*: in MS. Agr. *infestabat*.

2. *At Corbulo provinciam* cet. Cf. Dio 60, 30. et sup. ad 3, 31, 2. — *gloria, cui* (cuius) *principium illa militia fuit*, cf. Ind. III. v. *Dativus obiectivus*. In MS. Bud. *cum gloria, cui* cet. — *triremes in alveo Rheni*, cf. ad 2, 6, 2. — *ceteras navium* MSS. Flor. Guelf. Bud. edd. Spir. Put. 1. 2. Rhen. 2. 3 sqq. *ceteras naves* edd. Ber. Rhen. 1. — *habiles*, v. ad

2, 6, 1. — *aestuaria et fossae* plurima inter Scaldis, Mosae et Rheni ostia; *Brot.* Drusiana fossa et lacus, qui plures tunc in unum meridialem *coiverunt*; *Lips.* Cf. ad 2, 7, 1. *aestuariae* ed. Spir. et mox *luntribusque* MS. Flor. — *depressis:* in MS. Guelf. *deprehensis*, in ed. Put. 1. 2. *depraehensis*. „Fortasse scriptum olim *deprēsis* et leg. *deprensis*. Sed certi nil definiri potest.“ *Walth.* — *laboris ignaras*, ei non adsuetas; *Ern.* Cf. ad 2, 48, 2. Milites Rom. otio segnes munia aegerrime tolerare et lascivire solebant. v. 1, 16. 31. 13, 35. H. 1, 5. et ad 1, 35, 1. *laboris ignaras* MSS. Bud. et Vat. 1958. a m. pr. ut edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. sqq. *l. ignavas* MSS. Flor. Farn. Bud. a m. rec. Reg. Guelf. Vat. 1863. 1864. 1958. a m. sec. et edd Spir. (in qua *labori signa uas*) Brot. *laboribus ignavas* MS. Ies. — *nec pugnam:* in MS. Guelf. *ne pugnam.* — *Stationes, vigiliae*, v. ad 1, 28, 3. — *diurna:* in MS. Guelf. et ed. Put. 1. 2. *diuturna*. — *munia*: in MS. Flor. *minia* test. Victorio, nisi eius nota ad verba *quae nimia* pertinet; *Walth.* — *quia vallum non accinctus*, cinctus s. succinctus scil. gladio et cingulo, *atque alium, quia pugione tantum accinctus foderet:* nam *milites gladio cincti fossam aperiunt* Veget. 3, 8. „In munitionibus Romani non nudos stipites, sed *leves et bifurcos plerosque et trium aut, quum plurimum, quatuor ramorum vallos caedebant*, et istos ita defigebant, ut inter se connecterentur implicarenturque: tum aggesto caespite magis etiam vinciebant atque confirmabant. Ita Liv. 33, 5. et Polyb. 17, 14. 18, 1.“ *Freinsh.* Hinc ille h. l. corr. *vallum — ferret* vel *caederet* et Heins. *feriret*. Sed *vallum* h. l. est neutrum et terra aggesta vel agger castrorum structus ex terra et caespite, cui infigebantur valli, pali acuti vel ramosi stipites, Germ. Pallisaden. — *Quae nimia*, cf. Ind. II. *que munia* cod. Urs. et edd. Put. 1. 2. Rhen. Pricaeus ad Apul. Met. I. p. 7. coni. *quae immania*. — *iacta* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. et rec. *iactata* c. Urs. *acta* MSS. Flor. Guelf. Bodl. in marg. Bud. ed. Spir. *aucta* MS. Bodl. edd. Pich. Kiessl. „*Falso aucta* intolerabilis pleonasmus est. Nemo enim eo sensu potest augere aliquid ita ut non falso augeat. *Acta* vix defendi poterit: sed *iacta* vel *iactata* bonum sensum praebet.“ *Walth.* Cf. ad c. 9. n. 2. *iacta, aucta* ed. Riv. *iacta vel aucta* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Haesitante librario utrum praeferret, utrumque adscripsit; *Lips.* — *delictis:* in MS. Flor. et ed. Spir. *delectis*. — *cui tantum asperitatis etiam adversus levia credebatur* esse. Cf. Ind. III. v. *Dativus obiectivus* et *Ellipses* 1. *β. quoius* (h. e. cuius) *tantum asp. e. a. l. credebantur* MS. Guelf.

CAPUT XIX.

Ceterum is terror milites hostesque in diversum affecit. Nos virtutem auximus, barbari ferociam infregere. Et natio Frisiorum, post rebellionem clade L. Apronii coeptam infensa aut male fida, datis obsidibus consedit apud agros a Corbulone descriptos. Idem senatus, magistratus, leges imposuit ac, ne iussa exuerent, praesidium immunivit, missis, qui maiores Chaucos ad deditionem pellicerent, simul Gannascum dolo aggrederentur. Nec irritae aut degeneres insidiae fuere adversus transfugam et violatorem fidei. Sed caede eius motae Chaucorum mentes, et Corbulo semina rebellionis praebebat, ut laeta apud plerosque, ita apud quosdam in sinistra fama. *Cur hostem conciret? Adversa in rem publicam casura: sin prospere egisset, formidolosum paci virum insignem et ignavo Principi*

praegravem. Igitur Claudius adeo novam in Germanias vim prohibuit, ut referri praesidia cis Rhenum iuberet.

1. *nos virtutem auximus.* „Sic *auget vires* 4, 24. et *auxit saevitiam* ap. Suet. Tib. 62. Frustra *nos virtute* (terrorem) *auximus* volebant Lips. et Brot.“ *Walth.* Cf. ad 4, 41, 2. et H. 3, 45, 2. — *Et natio Frisiorum post rebellionem clade L. Apronii coeptam,* cf. 4, 72. 73. *post rebellionem* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. Lips. Pich. sqq. *per reb.* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. Vitium originem traxit e comp. scripturae; *Walth.* — *aut male fida,* ut 4, 74. 14, 13. H. 1, 52. ap. Horat. Sat. 1, 2, 129. (ubi cf. Heind.) 1, 3, 45. 1, 4, 66. Virg. Aen. 2, 22. *et male fida* MS. Guelf. — *senatus* MSS. Flor. Guelf. ed. Spir. Recte: nam plures senatus haud dubie instituit in pluribus pagis; *Walth.* *senatum* edd. cet. — *praesidium,* v. ad 2, 67, 1. *Praesidium* fuisse videtur, ubi nunc Groninga, in Frisiis trans Flevum ea parte, quae Amisiae et Chaucis proxima est; *Alting.* notit. Germ. inf. p. 48. — *immunivit,* ibidem munivit; *Gron.* Immo ut φρούρια ἐντειχίζειν ap. Xenoph. Cyr. 3, 1, 27.; *Walth.* *immunivit* MSS. Lipsii (sed quinam?) et Bud. edd. Spir. Lips. sqq. *immunibit* MS. Flor. Cf. ad c. 6. n. 1. *inde munivit* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. *ibi munivit* coni. Victor. *inibi munivit* Acid. *endomunivit* Lips. — *maiores Chaucos,* v. ad G. 34. n. 3. et G. 35. n. 2. „C. Plinius, qui et maiores et minores Chaucos adiit, illos primo loco, i. e. inter Amisiam et Visurgim, hos ultimo, inter Visurgim et Albim, collocat 16, 1. et recte quidem, quia hi ab illis spatio terrarum vel duplo superentur. Erroris manifestus Ptol. 2, 11. qui contraria dispositione utitur.“ *Alting.* notit. Germ. inf. p. 42. *canchos* et paulo post *Caucorum* ed. Spir. — *nec irritae aut degeneres insidiae,* alienae a moribus Rom., *Ern.* „Non indignae nomine Rom. aut ipso Corbulone, quia nempe *adversus transfugam et fidei,* sacramenti, violatorem, desertorem militiae.“ Lips. Haud tamen ita nobiles, licet Grotio de iure belli et pacis III, 4, 18. probatae; *Brot.* Cf. 2, 88. In MS. Guelf. *ac degeneres.*

2. *semina rebellionis,* cf. ad 3, 41, 1. — *apud quosdam in sinistra fama,* intell. *habita* vel simile quid; *Walth.* Suppl. ὄντα. Cf. Ind. III. v. *Ellipses* 1. γ. *in sinistra fama* MS. Flor. edd. Spir. Walth. *in* omissum in reliquis edd. et MS. Guelf. — *Cur hostem conciret,* excitaret s. irritaret; *Ern.* Haec sunt *quorundam* iudicia et verba. *conciretur* edd. Rhen. 2. 3. — *adversa in rem publicam casura — praegravem,* adversa rei publ. nocitura, prospera ipsi Corbuloni; *Lips.* „Immo: *sin prospere egisset* Corbulo, eum animos maiores sumpturum et *formidolosum,* periculosum futurum *paci et ignavo Principi,* Claudio, vel versurum arma in Claudium, unde bellum civile.“ *Freinsh.* et *Ern.* *in republica* MS. Flor. et ed. Spir. *casura: sin prospere* edd. Pich. et rec. ex emend. Merceri. *casuras in prospere* MS. Flor. *casurus in prospere* ed. Spir. *casurus ni pr.* MS. Agr. *casura ni pr.* MS. Bud. a m. pr. *casura cum pr.* MSS. Bud. a m. rec. et Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. *pari* pro *paci* MS. Agr. prob. Heins. — *Igitur* MSS. Flor. Guelf. Bud. Oxon. Agr. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Iac. Gron. sqq. *ideo* edd. Rhen. et cet. — *ut referri praesidia* (v. ad 2, 67, 1.) *cis Rhenum iuberet,* quod iam decreverant Augustus et Tiberius. v. ad 1, 11, 4. et Luden Gesch. d. teutschen Volks T. II. p. 687.

CAPUT XX.

Iam castra in hostili solo molienti Corbuloni eae literae redduntur. Ille re subita, quanquam multa simul offunderentur, metus ex Imperatore, contemptio ex barbaris, ludibrium

apud socios, nihil aliud prolocutus quam *beatos quondam duces Romanos!* signum receptui dedit. Ut tamen miles otium exueret, inter Mosam Rhenumque trium et viginti millium spatio fossam perduxit, qua incerta Oceani vetarentur. Insignia tamen triumphi indulsit Caesar, quamvis bellum negavisset. Nec multo post Curtius Rufus eundem honorem adipiscitur, qui in agro Mattiaco recluserat specus quaerendis venis argenti, unde tenuis fructus nec in longum fuit. At legionibus cum damno labor, et fodere rivos quaeque in aperto gravia humum infra moliri. Quis subactus miles, et quia plures per provincias similia tolerabantur, componit occultas literas nomine exercituum precantium Imperatorem, ut, quibus permissurus esset exercitus, triumphalia ante tribueret.

1. *Corbuloni eae literae* MS. Flor. et ed. Bekk. ut c. 26. *C. hae l.* edd. cet. Cf. ad 2. 43, 1. *Corbulonicae l.* ed. Spir. — *offunderentur*, cf. ad 1, 68, 2. — *prolocutus* MSS. Guelf. Bud. edd. Spir. Rhen. 2, 3 sqq. *perlocutus* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Confusio orta e comp. scripturae; *Walth.* — *beatos quondam* (liberae rei publ. temporibus) *duces Romanos* edd. rec. ex emend. Lipsii hausta ex verbis Dionis 60, 30. ὢ μακάριοι οἱ πάλαι ποτὲ στρατηγήσαντες. *quosdam* MSS. Guelf. Bud. et edd. omnes ante Lips. quod defendit Salin. et retulit ad Sullam, Caesarem, Pompeium aliosque ex arbitrio bella moderatos. — *Ut tamen miles otium exueret* cet. cf. ad c. 18. n. 2. et 1, 35, 1. *Ut* MS. Reg. edd. Spir. Pich. et rec. Idem coniecerat Lipsius, qui in marg. ed. 1581. haec annotavit: „Ad sententiam emendo *ut;* vel pro *exueret* scribe *exerceret.*" Pichena ipse dicit, emendationem esse a Lipsio. *Ne t. m. otium exueret* (pacem turbaret) MSS. Guelf. Bud. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. ut et Kiessl. *Vi* MS. Flor. quod cum *ut* confundi solere docent Drak. ad Liv. 4, 51. et alii; *Ern.* — *inter Mosam Rhenumque trium et viginti millium passuum spatio fossam perduxit* Corbulo, ut ap. Dion. 60, 30. διετάφρευσε πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ τε Ῥήνου καὶ τοῦ Μόσου σταδίους ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μάλιστα: nam stadia CLXX conficiunt milliaria XXIII. duobus stadiis et semi minus, ita ut septem stadia cum dimidio pro milliari capias; *Lips.* „Ortelius hanc *Corbulonis fossam* esse putabat Leccam Hollandiae fluvium, e Rheno paulo supra oppidum *Wyck* dictum descendentem inque Mosam apud pagum *Krimpen* se exonerantem habentemque in longitudine plus minus octo milliaria nostratia: quae fossa ab eodem in Belgii veteris Tabula dicitur Rheni alveus inter Batavodurum s. Durostadium et Merovaei fossam. Huic sententiae acriter contradixit Cluverius de tribus Rheni alveis c. 6. et Germ. ant. 2, 31. tribus argumentis utens, e quibus tamen solum secundum eam destruere videtur, quod inter Batavodurum et pagum Krimpen distantia sit tantum XXX millium passuum. Qui nodus solvi poterit, si fossa haec e Rheno apud Batavodurum ducta non usque ad confluentes Mosae et Leccae sive pagum Krimpen, sed duntaxat ad vicum Leccae sinistrae ripae impositum, cui vocabulum Lexmonda. Ut ita sentiam, tribus inducor rationibus. Prima, quod a divortio huius fossae ad Lexmondam sit idem circiter intervallum, quod a Tacito et Dione fossae Corbulonis adscribitur. Secunda nomen ipsum, indubitatum praebens ostii indicium, *Lecksmonde*, uti in vicinis locis *Yselmonde, Dortsmonde, Giessenmonde.* Tertia, quod apud accolas duret adhuc opinio a maioribus tradita, amnem fuisse infra Lexmondam, in quem olim a Batavoduro derivatus Rhenus fuerit." *Ryck.* „Maxime consentaneum videtur, *fossam Corbulonis* ad Rhenum coepisse a capite rivi Lugdunensis, cui nomen *de Vliet* s. *Fliet.*

Sed ideo asserere cum Cluverio, hanc fossam esse eandem, quae hodie a Lugduno per Delfensem urbem ducit ad Mosaelandiae cataractas, (*Maesland-sluys*, ad vicos Maesland et Sluys, ubi alveolus hic Rheni iungitur Mosae) plane adversatur fidei manifestae annalium Hollandicorum, qui novi operis tum annum, tum auctorem liquido edunt. Corbulonis enim aggerem mox post ripas, longe firmiore opere in oceanum usque munitas, ceu inutile pondus iterum in fossam deiectum, dubitare haud licet nullo eius vestigio uspiam apparente.“ *Alting.* notit. Batav. s. Germ. inf. p. 47. „Sed unice vera videtur sententia Cluverii, et ea exacte congruit spatio, quod fossae Corbulonis a Tacito et Dione tribuitur. Pars eius prope Lugdunum etiam nunc vocatur Vliet, et rudera castelli ab Imp. Claudio exstructi (Arcis Britannicae) in distantia DC passuum a vico Katwyk latent sub maris fluctibus. v. Bertuch Neue allg. geogr. Ephemeriden VII, 1. p. 47.“ Wilhelm, Germanien p. 66. 67. *millium*: in MS. Guelf. et edd. Spir. Put. Kiessl. *milium*. v. ad G. 33. n. 4. et O. 16. n. 5. *perduxit* MSS. Flor. (si Furiae fides habenda) Guelf. edd. Spir. Ern. et rec. ut ap. Dion. 60, 30. διετάφρευσε. *produxit* edd. Put. 1. 2. et cet. ante Ern. *praeduxit* e comp. scripturae in MS. Flor. dedit lac. Gron. „Hoc dicitur quidem de fossis Nostro 14, 32. et aliis, (v. Lips. mil. Rom. 5, 5. Heins. et Drak. ad Sil. 10, 411.) ut Gr. προβάλλεσθαι, sed semper de iis fossis, quae in castris in obsidionibus, fiunt muniendi, arcendi, intercludendi causa. Hoc loco est pacis opus, non belli, et recipiendae aquae factum, non arcendae.“ *Ern.* „Sed facta est fossa, qua *incerta Oceani vetarentur*, igitur arcendi causa. Sexcenties tamen *per*, *pro*, *prae* propter similitudinem compendiorum scribendi in vett. libris permutantur.“ *Walth.* — *qua incerta Oceani vetarentur*, „h. e. arcerentur, prohiberentur, ne restagnando terris nocerent. v. obss. meas 1, 5.“ *Gron.* „Interpretatur Dio 60, 30. ἵνα μὴ οἱ ποταμοὶ ἐν τῇ τοῦ ὠκεανοῦ πλημμυρίδι ἀναῤῥέοντες πελαγίζωσιν. Fuisse ergo necessum est fossam Corbulonis in Bataviae inferioris parte inter Rhenum veterem Mosamque, ubi fere ubique inter duos fluvios XXIII milliarium intervallum. Supra agrum Batavum, inter Mosam et adhuc integrum Rhenum, esse non potuit, quoniam illic certe periculum nullum ab aestu. Non placet correctio Vertranii *vitarentur*, ut fossam eam perduxerit Corbulo, qua commeari a Mosa ad Rhenum posset, ne Oceani pericula necessum esset subire; multo minus annotatio Ferretti, qui Mosam hic cum Mosella confudit.“ *Lips.* *vetarentur* MSS. Flor. Bud. Agr. et omnes edd. *uectarentur* MS. Guelf. *verterentur* coni. Boxh. coll. 1, 79. pr. — *Insignia tamen triumphi* cet. Cf. ad 1, 72, 1. et Suet. Claud. 24. *triumphi* omissum in ed. Spir.

2. *Curtius Rufus*, de quo v. ad c. 21 pr. *C. ruffus* ed. Spir. ut c. 21. *ruffi*, sed dein *Rufe*. — *in agro Mattiaco*, v. ad 1, 56, 2. ad G. 5. n. 7. et G. 29. n. 5. *Mattiaco* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. sqq. *Mathiaco* MS. Flor. *Mathiacho* ed. Spir. *Machiaco* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Jes. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Machiacho* MS. Bud. *Matiaco* MS. Reg. *agro Maciaco* vel *Mazyaco* (in Africa) coni. Lipsius. „Sed ex c. 21. clare perspicitur, Curtium consulare imperium et triumphi insignia iam ante consecutum quam Africam obtinuerit, et Tacitus haec eius insignia Corbulonis insignibus continuo subiicit. Idem non singulatim dicit, qua in provincia ager iste fuerit, quia eandem Germaniarum provinciam intelligebat, quam paulo ante Corbulo obtinuerat cuiusque pars Mattiacum in Chattis.“ Cluver. Germ. ant. 3, 7. — *et fodere rivos quaeque* (et quae) *in aperto* quoque *gravia*, molesta sunt, *humum infra moliri* fodere. Intellige haec de utriusque ducis legionibus et refer *rivos effodere* ad Corbulonis, *humum infra moliri* ad Curtii Rufi milites; *Pich.* Minus probanda explicatio Ernestii, qui verba *fodere rivos* referebat ad

fossas, quibus aquarum rivi e metallis deducerentur. *et fodere* omnes et MSS. et edd. ante Lips. quod revocavit Walth. *ecfodere* edd. Lips. Pich. et al. *effodere* edd. Ern. et rec. praeter Walth. e coni. Rhen. — *quis*, quibus laboribus, *subactus*, cf. Ind. II. *Subacti atque durati bellis* Liv. 42, 52. — *componit occultas literas* cet. cf. Gron. de pec. vet. 4, 9. — *ut triumphalia* insignia s. ornamenta, *ante tribueret*, scil. ne gloriam triumphi quaererent laboribus et molestiis, quae militibus crearentur, ut a Suetonio et Curtio Rufo; *Brot.* et *Ern.* Alia causa memoratur in simill. loco Suet. Claud. 24. *epistola communi legionum nomine exstitit petentium, ut legatis consularibus simul cum exercitu et triumphalia darentur, ne causam belli quoquo modo quaererent.*

CAPUT XXI.

De origine Curtii Rufi, quem gladiatore genitum quidam prodidere, neque falsa prompserim, et vera exsequi pudet. Postquam adolevit, sectator quaestoris, cui Africa obtigerat, dum in oppido Adrumeto vacuis per medium diei porticibus secretus agitat, oblata ei species muliebris ultra modum humanum et audita est vox: *Tu es, Rufe, qui in hanc provinciam pro consule venies.* Tali omine in spem sublatus digressusque in urbem et largitione amicorum, simul acri ingenio, quaesturam et mox nobiles inter candidatos praeturam Principis suffragio assequitur, quum hisce verbis Tiberius dedecus natalium eius velavisset: *Curtius Rufus videtur mihi ex se natus.* Longa post haec senecta et adversus superiores tristi adulatione, arrogans minoribus, inter pares difficilis, consulare imperium, triumphi insignia ac postremo Africam obtinuit, atque ibi defunctus fatale praesagium implevit.

1. *Curtii Rufi*, de quo v. et Plin. ep. 7, 27. Hic multis idem fuisse videtur, qui et inter rhetoras inclaruit, (v. index rhetorum praefixus in MSS. libello Suet. de claris rhet.) et librum scripsit de rebus ab Alexandro M. gestis. Cf. ad H. 3, 22, 5. Lips. et Ryck. ad h. l. Cunze et Schmieder in praefatt. ad editt. Curtii Helmst. 1795. et Goett. 1803. Perizon. in Curt. vind. p. 3. Ioh. Franc. Ios. Bagnolo delle gente Curzia Bonon. 1741. 8. et inpr. quae disputarunt Hirtius, Buttmannus et Niebuhrius in Comment. acad. Berol. a. 1822. — *vera exsequi*, v. ad 3, 65, 1. *vera* miris ac phantasmatis intermixta; *Brot.* — *sectator quaestoris*, ut *comes* ap. Plin. ep. 7, 27. *sector* MS. Vat. Lipsii. „Sed *sector* alicuius est, qui eius bona emit sub hasta, ut simpl. *sectores*, qui emunt bona a praefectis aerarii sub hasta vendita, sic dicti a *secandis* bonis, quia in talibus auctionibus (*sectionibus*) ea redimebant, ut iis per partes vendendis quaestum facerent, (cf. ad 13, 23, 1.) *sectatores* vero et *assectatores* magistratuum provincialium vocantur tenues homines, qui se iis adiungunt quaestus alicuius causa, ut ap. Cic. p. Rab. Post. 8. p. Balbo 2. et Verr. 2, 11.“ *Ern.* *quaestoris, cui Africa obtigerat* sorte. v. ad 3, 32, 2. et Agr. 6. n. 3. — *Adrumeto oppido* Africae propriae, capite Byzacenae provinciae. *Adrumeto* MSS. Flor. Guelf. edd. Put. 2. Lips. et rec. *Adrumento* edd. Spir. Put. 1. Ber. Rhen. Ald. — *agitat*, v. ad 1, 68, 1. — *oblata ei species muliebris ultra modum humanum* cet. ut ap. Plin. ep. 7, 27. *inclinato die spatiabatur in porticu et offertur ei mulieris figura humana grandior pulchriorque. Perterrito Africam se futurorum praenuntiam dixit: iturum enim Romam honoresque gesturum atque etiam cum summo*

imperio in eandem provinciam reversurum ibique moriturum. „Similis species oblata est Druso Albim transituro. v. Dio 55, 1. Suet. Claud. 1.“ *Walth.* *ultra modum humanum,* divina, qualis deorum esse solet. „Ita semper antiqui, ut fidem divinitatis adstruant eiusmodi idolis. v. H. 1, 86. Virg. Aen. 2, 773. Iuvenal. 13, 221. Xenoph. Cyrop. 8, 7.“ Cf. Heyne Exc. XIII. ad Virg. Aen. 1. — *digressusque* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. et deinde omnes praeter Walth. *degressusque* MS. Flor. test. Vict. et ed. Spir. quod revocavit Walth. Cf. ad 4, 74, 2. — *acri:* in MS. Guelf. *ac.* — *Principis suffragio,* eo commendante; *Ern.* Cf. 1, 15. et 2, 36. — *ex se natus:* „Est ambiguitas in verbis: nam *ex se nati* dicuntur, qui maiores ciere non possunt, obscuri homines genere; verum etiam qui ipsi sibi nomen peperere, non a maioribus accepere. Ergo indicavit Tiberius, Rufum obscuro looo ortum et sibi aliquid nominis peperisse.“ *Ern.* Sic Cic. Phil. 6, 6. se dixit *ex se ortum*; *Oberl.* Cf. ad 3, 55, 3. *ex se natus* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. et dein omnes. *exenatus* MS. Flor. *esse natus* MS. Guelf. et ed. Spir. *ex senatu* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1.

2. *Longa post haec:* in ed. Spir. *post haec longa.* — *tristi adulatione,* v. ad Agr. 9. n. 4. — *arrogans minoribus,* adversus minores h. e. inferiores. — *inter pares difficilis,* v. ad 6, 15, 2. — *Africam obtinuit,* proconsulatum in hac provincia. Cf. ad 3, 32, 2.

CAPUT XXII.

Interea Romae, nullis palam neque cognitis mox causis, Cn. Nonius Eques Romanus ferro accinctus reperitur in coetu salutantium Principem: nam postquam tormentis dilaniabatur, de se non infitiatus conscios non edidit, incertum an occultans. Iisdem consulibus P. Dolabella censuit, spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum pecunia eorum, qui quaesturam adipiscerentur. Apud maiores virtutis id praemium fuerat cunctisque civium, si bonis artibus fiderent, licitum petere magistratus; ac ne aetas quidem distinguebatur, quin prima iuventa consulatum et dictaturas inirent. Sed quaestores regibus etiam tum imperantibus instituti sunt, quod lex curiata ostendit ab L. Bruto repetita. Mansitque consulibus potestas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret; creatique primum Valerius Potitus et Aemilius Mamercus sexagesimo tertio anno post Tarquinios exactos, ut rem militarem comitarentur. Dein gliscentibus negotiis duo additi, qui Romae curarent. Mox duplicatus numerus, stipendiaria iam Italia et accedentibus provinciarum vectigalibus. Post legem Sullae viginti creati supplendo senatui, cui iudicia tradiderat: et quanquam Equites iudicia reciperavissent, quaestura tamen ex dignitate candidatorum aut facilitate tribuentium gratuito concedebatur, donec sententia Dolabellae velut venum daretur.

1. *nullis palam neque cognitis mox causis,* scil. *postquam tormentis dilaniatus erat.* Verbum *cognitis* et cum *palam* et cum *mox,* vel verba *multis palam causis* iungenda et intell. Particip., in primis verbi substant. „Adverbia sic saepius pro Adiectivis et Participiis ponuntur, v. c. *palam* 4, 31. 14, 22 princ. 15, 7. 16, 5. (*multis palam et pluribus occultis*) H. 1,

10. *gravibus superne ictibus* — *imparem cominus pugnam* 2, 20. *statim* sc. insequentibus 3, 27. *audentius* sc. progressi 4, 47. *perinde opibus*, i. e. opibus non minus insignibus 6, 31. *cuncta malefacta sibi impune ratus* 12, 54. *nullis extrinsecus adiumentis velavit* 12, 61. *honestis an secus amicis uteretur* 13, 6. *procul* 12, 58. H. 5, 3. (*haud procul exitio*) Agr. 9. (cf. Heindorf. ad Hor. Serm. 1, 6, 51. 52.) *longe Germaniam* H. 2, 16. *longe a luxuria* Agr. 6. *licenter* et *segniter* sc. agens Agr. 5. *hic interim* (sc. vulgatus) *liber* Agr. 3." *Roth.* ad Tac. Agr. in Exc. XXIV. p. 216 sqq. Cf. Ind. III. v. *Adverbia pro Adiectivis.* — *Cn. Nonius* edd. Ern. et rec. *Gn. Nonius* MS. Flor. *Gnaeus Nonius* ed. Bekk. Cf. ad c. 3. n. 2. *S. N. Nonius* ed. Spir. *Cn. Novius* MSS. Bud. a m. rec. (*Novius* a m. pr.) Guelf. et plures Broterii et edd. Put. 1. 2. Ber. et cet. ante Ern. *Cn. Novius insignis Eques Rom.* edd. Lips. — *ferro accinctus reperitur in coetu salutantium Principem:* „Ideo Claudius primus et fortasse hac occasione scrutatores instituit, qui promiscue omnes ad Principem salutandi vel qua alia causa venientes excuterent. v. Suet. Claud. 35. et verba Dionis 60, 3. *Κλαύδιος τά τε ἄλλα ἀκριβῶς ἐφυλάττετο, καὶ πάντας τοὺς προσιόντας οἱ καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας ἐρευνᾶσθαι ἐποίει, μή τι ξιφίδιον ἔχωσιν. Ἔν τε τοῖς συμποσίοις πάντως τινὰς στρατιώτας συνόντας εἶχε· καὶ τοῦτο μὲν ἐξ ἐκείνου καταδειχθὲν καὶ δεῦρο ἀεὶ γίγνεται· ἡ δὲ δὴ ἔρευνα ἡ διὰ πάντων διὰ Οὐεσπασιανοῦ ἐπαύσατο.* Mansit igitur de militibus: at scrutationem illam salutantium Principem Vespasianus sustulit. cf. Suet. Vesp. 12. Vetus autem mos scrutandi et Graecis quoque; quem tangit Plut. in Timol. 21. p. 245. ubi Dionysium iam exsulem irrisum a quodam ait qui *ἐξέσειε τὸ ἱμάτιον εἰσιὼν πρὸς αὐτὸν ὡς δὴ πρὸς τύραννον.*" *Lips.* Sed conf. etiam Suet. Aug. 35. — *de se non infitiatus* edd. Oberl. Bekk. Lün. Kiessl. Walth. e coni. Jac. Gron. Sic *de se ipse haud cunctanter fassus conscios celabat* Liv. 24, 5. *de se noni . . . . . conscios* MS. Flor. *de se novi . . . . . conscios* MS. Farn. *dsononi* et *de senoni* et *de se novi conscios* tres MSS. Vat. *de sono ī conscios* ed. Spir. *de se Novius conscios* MSS. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Jes. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. Brot. *de se confessus conscios non edidit* MS. Agr. ut *de caede Sullae haud confessus* 14, 59. et *hoc de se sacerdos gravida confessa est* Flor. 1, 1. *de se Novius confessus conscios n. e.* coni. Lips. Urs. Faernus. *de se novissime confessus* Heins. *de se noxiam fassus* Bip. *de se nota conf.* Grot. *de se novi* (sc. *quid*) *et conscios n. e.* Woltm. *de se convictus conscios n. e.* Kiessl. „Palmam praeripuit Iac. Gronovius. Sed apertam scriptoris lacunam explere ingratus est labor, quia, quae commodissima videntur, incerta tamen manent." *Walth.*

2. *P. Dolabella*, v. Ind. I. *Dolobella* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. v. ad O. 34. n. 6. — *censuit spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum pecunia eorum, qui quaesturam adipiscerentur:* „quod auctore Dolabella sanxit Claudius. cf. Suet. Claud. 24. Id abolevit Nero SCto *ne designatis quidem quaestoribus edendi gladiatores necessitas esset* inf. 13, 5. Hinc suspecta h. l. vox *adipiscerentur*. Cur enim *ἐμφατικῶς* 13, 5. *ne designatis quidem*, nisi quia antea ex ea sanctione dabant etiam candidati? Atque ita in Lamprid. Alex. c. 43. lego *quaestores* (malim *quaesturae*) *candidatos ex sua pecunia iussit munera populo dare, sed ut post quaesturam praeturam acciperent.* Ceterum hoc Neronis decretum abolevit iterum Domitianus, et id perseveravit. v. Suet. Dom. 4. et Tertull. de Spect. c. 12." *Lips.* ad h. l. et ad 13, 5. „*adipiscerentur* pro peterent, adipisci vellent. Contextus facile docet; et esse deberet *adepti essent*, si sensu vulgari diceretur." *Ern.* Immo *eorum qui quaesturam adipiscerentur* id. qd. *quaestorum designatorum* 13, 5. ubi *quidem* delendum videtur. *adipiscentur* ed. Rhen. 1. quod vitium operarum correxit Rhenanus in ed. 2. 3. et, quod mireris, in ordinem recepit Kiessl. Paulo post *id virtutis* in ed.

Spir. et *civibus* prò *civium* in MS. Guelf. — *quis*: in ed. Spir. *qui in*, idemque in MS. Flor. per compendium exprimi putabat Victor. — *ac ne aetas quidem distinguebatur* et gradus: unde v. c. Quintius, qui iam ter consul fuerat, quaestor creatus est a. U. 296. v. Liv. 3, 25. Inde ab a. U. 374. in petendis honoribus aetatis graduumque ratio habita, de quo v. ad 3, 29, 1. — *et dictaturas* MS. Flor. edd. Spir. Kiessl. Walth. *et dictaturam* MS. Bud. *ac dictaturas* Guelf. edd. Put. 1. 2. et edd. cet. nisi quod Oberl. Lün. et Bekk. in edd. 1. dedere *ac dictaturam*, quia rarior fuerit dictaturae usus ideoque nulla sit ratio num. plur.“ Sed ita et 1, 1. *consulatum L. Brutus instituit*: *dictaturae ad tempus sumebantur*. Etenim dictatores erant magistratus extraordinarii: dabantur igitur dictaturae singulae, neque vero genus certum huius magistratus aut annuum. *Consulatus* autem dicitur pro genere, ut magistratus ordinarius et annuus.“ *Walth.*

3. *Sed quaestores regibus etiam tum imperantibus instituti sunt*, cf. ad 4, 27, 2. *etiam tum*, v. ad 1, 3, 2. *etiam* abest a MS. Bud. et *tum* a MS. Guelf. — „*Lex curiata* de imperio et potestate regum, cuius pars fuit creatio quaestorum, *ab L. Bruto repetita* est, ut consulibus eadem potestas esset, quae regibus fuisset: eamque Taciti temporibus adhuc superfuisse ex h. l. clare patet. Mansit vero institutum, ut honos comitiis centuriatis, imperium curiatis sive lege curiata consulibus daretur. Ab eo quoque tempore, quo Caesarum potestas certam formam acceperat, hoc servatum esse crediderim, ut honoribus, qui assolerent, decretis et SCto post facto de imperio, Senatus decretum dicis causa sanciretur lege curiata: nam si in adoptionibus mansit lex curiata, (v. H. 1, 15.) quidni etiam manserit in imperio tribuendo? Cf. ad H. 4, 3.“ *Ern.* in Exc. II. ad Tac. Cf. de lege curiata et de quaestorum creatione Cic. Agr. 2, 10 sq. Gron. obss. 4, 1. Pompon. de orig. iur. Digest. 1. tit. II, 1. inpr. Wachsmuth. ält. Röm. Gesch. p. 375. et Niebuhr. Röm. Gesch. T. I. p. 373 sq. 380 sq. ed. 3. ubi docetur, legem *curiatam de imperio* ap. Cic. de re publ. 2, 13. 17. 18. 20. 21. et *auctoritatem Patrum* ap. Liv. 1, 17. 22. 32. 51. eodem sensu dici, ut et τῶν πατρικίων (Patrum) ἐπικυρωσάντων τὰ δόξαντα τῷ πλήθει ap. Dionys. Hal. 2, 60. *mansitque* — *creatique*, cf. Ind. III. v. *Verba eadem repetita*. — *creatique primum Valerius Potitus et Aemilius Mamercus LXIII anno post Tarquinios exactos*, Tarquinium Superbum eiusque familiam. „Error numeri LXIII. nisi placet, de primis quaestoribus totos XL annos discrepare Tacitum a Livio 2, 41. et Dionysio Hal. 8, 77. 9, 51. qui a. U. 269. primos quaestores nominatos dicunt L. Valerium et Kaes. Fabium. At ex hac Taciti putatione demum circa a. U. 308. quaestores statuamus necesse est: quod falsum esse liquet vel ex eo, quod Livius et Dionysius post illum a. 269. saepius iam quaestores nominant. Corrige ergo hic *XXIII anno*, ut ratio constet. Plutarchus vero in Poplic. c. 38. p. 110. plane diversus, qui P. Veturium et M. Minucium nominat.“ *Lips.* „Ex illo non consequitur, L. Valerium et Kaes. Fabium aut primum a populo creatos quaestores, aut eos esse, de quibus Tacitus iam loquitur. Plutarchus, qui tradit, iam Valerium Publicolam concessisse populo quaestores creandos, haud dubie a Nostro dissentit. [1] Sed potuit diversa esse de hac re traditio; potuit etiam Publicola pro populari suo ingenio concedere populo, quae postea rata non fuere. Denique supererat, ut Tacitus cum Livio 4, 43. conciliaretur. Nam hic tradit, numerum quaestorum a. U. 334. fuisse duplicatum et praeter duos quaestores totidem creatos, qui consulibus ad ministeria belli praesto essent, quaestores itaque urbanos militaribus priores fuisse et quatuor quaestores promiscue de plebe ac Patribus libero populi suffragio factos. Verum vidisse videtur Ernestius, qui arbitratur, duos quaestores annuos, qui primum crearentur, et urbanam et militarem rem promiscue curasse; dein, quum ob perpetua bella consules semper ab-

essent, duos additos, quibus res urbanae tantum curandae demandarentur." *Walth.* Taciti potius verbis errorem inesse et tam ab eo quam ab Ulpiano l. un. D. de off. quaest. 1, 13. a Plut. Public. p. 103. et saepius a Dionysio Hal. confundi *quaestores classicos,* (v. Lydus de magistr. 1, 24. 27.) Gr. ταμίας, Germ. Säckelmeister, et *quaestores parricidii,* Gr. ἐφέτας, Germ. Rügeherren, Criminal- und Blutrichter, illos vero inde a Valerii Publicolae temporibus in comitiis centuriatis, hos in curiatis usque ad decemviratum et primum *a. U. LXIII. post Tarquinios exactos* fuisse creatos et ad eos referendam esse *legem curiatam a. L. Bruto* latam, ut *a consulibus deligerentur,* quemadmodum a regibus fuissent delecti, contra a Livio 4, 43. rectius tradi, quae ad duplicatum numerum quaestorum classicorum pertineant, docet Niebuhr. Röm. Gesch. T. I. p. 582 sq. T. II. p. 190. 368 sq. 433 sq. 483 sq. ed. 3. *L. Valerius Potitus,* „qui a. U. 284. consul fuit. v. Dionys. 9, 51. Lego autem *Potitus,* quod Valeriae gentis cognomen est." *Lips.* Sic edd. Berneg. et rec. *potus* MSS. Flor. et Lipsii, ut et edd. Spir. Pich. Grut. Cf. ad 2, 63, 2. *Posthumius* vel *Postumius* MSS. Guelf. Bud. edd. Put. 1, 2. Ber. Rhen. Ald. *et Aemilius* MS. Flor. edd. Pich. et rec. *et Emilius* ed. Spir. *Aemilius* MS. Guelf. et edd. cet. omissa copula. *sexagesimo tertio* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. et Walth. expressis literis. *tertio et sexagesimo* ed. Bekk. II. Cf. ad 6, 50, 2. *LXIII* plurimae edd. — *dein gliscentibus negotiis* quaestoribus militaribus *duo additi* urbani, *qui Romae curarent* sc. negotia, res, inpr. aerarium.

4. *Mox duplicatus numerus* quaestorum, ut octo essent, *stipendiaria* cet. v. Liv. epit. 15. et ad 4, 27, 2. *stipendiaria iam Italia* cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita. stipendiaria - vectigalibus,* v. ad 1, 11, 3. — P*ost legem Sullae XX creati supplendo senatui,*" ut a Caesare dictatore quadraginta eadem, ni fallor, causa. v. Dio 43, 47." *Lips.* „Senatores fiebant maxime, qui magistratum inferiorem gessissent. Solos vero quaestorios in senatum lectos a censoribus, ut cum Sigonio de ant. iure Rom. 2, 2. vult Pichena, non credo." *Ern.* Cf. *Niebuhr.* l. l. T. II. p. 486. *Post legem* MS. Flor. edd. Spir. et Walth. *Post lege* MS. Guelf. et edd. rel. *Sullae* edd. rec. *suillae* MS. Flor. et ed. Spir. *Syllae* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. al. Cf. ad 1, 1, 2. *supplendo senatui,* cf. Ind. III. v. *Dativus obiectivus. supplemento s.* MS. Guelf. — *senatui, cui iudicia tradiderat* Sulla. *Iudicia* initio penes reges et centumviros iam a Servio rege institutos, (Cf. Niebuhr. l. l. T. I. p. 472 sq.) et ante quaestiones perpetuas non nisi extraordinaria fuere et populi in comitiis; his autem constitutis et primum quidem a. U. 605. lege Calpurnia de repetundis a L. Calpurnio Pisone lata, deinde aliis legibus, inpr. Corneliis, omnia iudicia publica, praeter perduellionis iudicium et quaestiones de crimine extra ordinem decretas, facta sunt ordinaria, quibus quaesitor sive praetor ac per delegationem iudex quaestionis praeerat, et semper per selectos iudices acta, qui in classes sive decurias descripti erant, e quibus tot sorte a praetore educebantur, quot singulis iudiciis lex definiisset. Hi iudices primum e Patribus fuere: sed iudicia propter avaritiam senatorum a. U. 632. ad Equites translata a C. Sempronio Graccho, a. U. 647. cum Equitibus, qui nimis severe iudicabant, et senatoribus communicata a Q. Servilio Caepione cos., a. 654. solis Equitibus restituta a C. Servilio Glaucia praetore, a. 662. et 664. iterum communia utrique ordini facta et a M. Livio Druso trib. pl. et a M. Plautio Silvano, Strabone et Catone coss. a. 673. senatui reddita a L. Cornelio Sulla, a. 684. senatoribus, Equitibus et tribunis aerarii tradita a L. Aurelio Cotta praetore; unde ex eo *Equites iudicia reciperarunt,* non tamen soli exercuerunt. Deinde a Cn. Pompeio M. consule a.

U. 698. lata lex iudiciaria, ut ex iisdem quidem tribus ordinibus, sed ex amplissimo censu et ex centuriis legerentur iudices. Caesar autem dictator tres iudicum decurias ad duas, senatorum et Equitum, redegit. (v. Suet. Iul. 41. et Plin. 33, 1. s. 7.) His paulo post M. Antonius adiecit tertiam decuriam ex centurionibus vilissimoque hominum genere. Ea tamen mox sublata est et restituta haud dubie decuria tribunorum aerarii. Augustus deinde ad tres iudicum decurias quartam ex inferiore censu, quae *ducenariorum* vocaretur iudicaretque de levioribus summis, addidit et alia instituit. v. Suet. Oct. c. 32. Quintam iudicum decuriam adiecit Caligula. v. Suet. Cal. 16. et Plin. 33, 1. 5. 7. Claudius omne ius tradidit Equitibus in Urbe et Procuratoribus fisci in provinciis Caesareis. v. inf. ad 12, 60. Cf. Ern. clav. Cic. et quidem in Ind. legum vocc. *Sempronia*, *Servilia*, *Livia*, *Plautia*, *Cornelia*, *Aurelia*, *Pompeia* et *Iulia*. — *quanquam Equites iudicia reciperavissent* cet. Ablatis quippe iudiciis a senatu necesse non erat, eum tam frequentem ut antea haberi et tot quaestores eligi ad illum supplendum; *Pich.* *reciperavissent*, v. ad 1, 74, 3. *recepêravissent* MS. Flor. — *facilitate tribuentium*, v. ad 6, 15, 2. *tribuentium*, „ut olim populi et tribuum, sic postea Principum, suos candidatos sine repulsa commendantium, et senatus, ad quem translata comitia. De utroque v. 1, 15. Quae Pighius in Annal. ad a. U. 672. de h. l. disputavit, somnia sunt inanissima." *Gron.* — *sententia Dolabellae*, de qua v. huius cap. princ. — *velut venum daretur*, quod non nisi valde dives quaestor fieri vel audere vel posset; *Ern.* In plerisque edd. scriptum *venundaretur*. v. ad 4, 1, 2.

CAPUT XXIII.

A. Vitellio, L. Vipstano consulibus quum de supplendo senatu agitaretur primoresque Galliae, quae *Comata* appellatur, foedera et civitatem Romanam pridem assecuti, ius adipiscendorum in Urbe honorum expeterent, multus ea super re variusque rumor. Et studiis diversis apud Principem certabatur asseverantium, *non adeo aegram Italiam, ut senatum suppeditare urbi suae nequiret. Suffecisse olim indigenas consanguineis populis, nec poenitere veteris rei publicae. Quin adhuc memorari exempla, quae priscis moribus ad virtutem et gloriam Romana indoles prodiderit. An parum, quod Veneti et Insubres curiam irruperint, nisi coetus alienigenarum velut captivitas inferatur? Quem ultra honorem residuis nobilium aut si quis pauper e Latio senator foret? Oppleturos omnia divites illos, quorum avi proavique hostilium nationum duces exercitus nostros ferro vique ceciderint, divum Iulium apud Alesiam obsederint. Recentia haec. Quid? si memoria eorum inoriretur, qui Capitolio et ara Romana manibus eorundem per se satis . . . fruerentur sane vocabulo civitatis: insignia Patrum, decora magistratuum ne vulgarent.*

1. *A. Vitellio*, qui Imperator factus. — *L. Vipstano* edd. Ern. et rec. ut in inscriptt. editis ab Ursino, Grutero, (p. 1066. 1070.) Sponio, (recherches curieuses d'antiquité diss. 49.) Muratorio (T. I. p. 305. 319. n. 2. ubi tamen memorantur etiam inscriptt. in quibus legitur *Vipstanius*, quod probavit Brot.) et aliis. Cf. ad c. 25. ad 1, 12. 14, 1. (ubi v. Ryck. et Iac. Gron.) H. 1, 76. 3, 9. 11. al. Reinesii et

Ruperti epp. 48. 53. 54. *Vipsana* MSS. Flor. Bud. ed. Put. 1. *Vipsano* MS. Agr. edd. Put. 2. Ber. Rhen. Ald. *Vispana* MS. Guelf. *Vipsanio* edd. Spir. Lips. et cet. ante Ern. *Vespasiano* MS. Reg. — *primoresque Galliae, quae Comata appellatur, foedera et civitatem* cet. „Gallia Romanis duplex, Cisalpina s. Togata et Transalpina. Haec vel Comata, cuius incolae comam alebant, vel Bracoata seu Narbonensis, sic dicta a braccarum usu et Narbone Martio Volcarum capite; illa vel Cispadana vel Transpadana. Qui cis Padum, ius civitatis Rom. assecuti sunt post bellum Marsicum; qui trans Padum, ius Latii eodem tempore, lege Pompeii lata a Pompeio Strabone, qui pater Magni. Sed Transpadani non contenti Latinitate turbas saepe moverunt, incitante etiam post quaesturam Caesare, donec hic dictator primum transtulit eos in civium ius. v. Suet. Iul. 8. et Dio 41, 36. At de Transalpinis non liquide pureque aliquid scriptum reperio, nisi quod Strabo l. IV. p. 186. Cavaros Salyesque τῇ πολιτείᾳ, h. e. civitate, (non rei publ. forma, ut vult Spanh. de O. R. 2, 15. p. 92.) donatos ostendit, tempore non expresso. Donatos tamen non dubium est ab Augusto; tuncne quum Italiam ad Alpes promovit? an potius in diuturna illa peregrinatione, quum ad res Galliarum constituendas biennium continuum illic egit et ius civitatis aliis dedit, aliis ademit? v. Dio 54, 25. Civitatem autem hanc accipimus sine iure suffragii et *adipiscendorum in Urbe honorum*, (ἰσοπολιτείαν) quod nunc a Claudio demum assecuti. Alioquin Tacitus infra Cavaros potius nominasset quam *Venetos et Insubres.*“ *Lips.* Cf. 3, 40. 11, 25. H. 1, 78, 2. et de *civitate* ad O. 32. n. 3. de ἰσοπολιτείᾳ Niebuhr. Röm. Gesch. T. II. p. 56—88. ed. III. — *in Urbe honorum:* in MS. Guelf. et ed. Spir. *honorum in urbe.* — *non adeo aegram* esse *Italiam*, egregiorum virorum inopem, *ut senatum*, senatores, *suppeditare nequiret urbi suae*, Romae, capiti Italiae. — *suffecisse olim indigenas consanguineis populis:* ita omnes MSS. et edd. nisi quod *consanguines* in MS. Flor. Quae verba varie et explicantur et corriguntur. „Sensus videtur: *olim indigenas* Italiae, Latinos, *suffecisse consanguineis populis*, Romanis sanguine et affinitate cum iis iunctis: cur non nunc tota Italia? Possis etiam scribere *indigenas consanguineos populos* eodem sensu, aut *indigenas cum consanguineis populis.*“ *Lips.* et *Pich.* „Illi interpretationi vox *populis* obstat: nam *populum Romanum*, non *populos Romanos* novimus. Ergo aut del. *populis*, aut scrib. *populos* aut denique *suff. olim indigenas consanguineo populo*, nempe Italicos populo Romano, qui Etruscos, Latinos, Sabinos cet. miscuerit et unum ex omnibus sanguinem ducat, ut ait Florus 3, 18.“ *I. Fr. Gron.* Verba *consanguineis populis* ablativi absoluti esse videbantur Heinsio, Bahrdtio et viro docto in Ephem. lit. Goett. a. 1780. Additam. X. p. 147. „Sed dandi casus subsistere potest, si *consanguinei populi* sunt, qui in rem publ. Rom. confluxere e vicinia et sanguinem cum Romanis miscuere. Ita fere et Hillerus Rac. 34.“ *Oberl.* „Omnia plana et sic explicanda: *Olim indigenas*, Romanos origine, exiguis circumscriptos finibus, *consanguineis* etiam *populis*, Latinis, Etruscis, Sabinis, *suffecisse*, dedisse, sc. senatores et magistratus; seque nondum virtutis ita expertes, ut *veteris rei publ. poeniteat: quin adhuc memorari exempla priscis moribus* dignissima.“ *Brot.* „Immo sententia est: si *olim indigenae*, h. e. Romani nati, Romani origine, *suffecerunt* sc. senatui explendo, ut eo ordine excluderentur Latini sociique Italici, quanquam *populi* essent Romanis *consanguinei*; quomodo ferri poterit aut quae tandem necessitas erit, ut hodie Galli, gens externa, recipiantur? Lucem huic loco affundunt verba cap. 24. *Omnia, quae nunc vetustissima creduntur, nova fuere: plebei magistratus post patricios, Latini post plebeios, ceterarum Italiae gentium magistratus post Latinos.*“ *Walth.* Sed vix ferenda ellipsis *senatui explendo* ad *suffecisse*, multo minus *exclusis* ad verba *consanguineis populis.* Proba-

bilior interpretatio erit: *suffecisse olim*, h. e. suppeditasse senatum urbi suae, *indigenas*, Romanos origine, cum *consanguineis populis*, cum Latinis sociisque Italicis. Ita saepius suppl. *cum*, (v. ad 4, 58, 1. nisi *c.* h. e. *cum* excidit ante *consanguineis*) et *suffecisse* id. qd. praec. *suppeditasse*, ut ap. Liv. 3, 61. Sil. 1, 36. Virg. in Ge. 2, 424. 436. et in Aen. 2, 618. 9, 803. Sic quoque magis congruunt illa verba extrema cap. 24. — *veteris rei publicae*, v. ad 1, 1, 3.

2. *quod Veneti et Insubres*, populi Transpadani, *curiam irruperint*, vi extorserint ius plenum civium et adipiscendorum in Urbe honorum. Cf. nota 1. *Veneti etiam I.* ed. Spir. — *nisi coetus alienigenarum velut captivitas inferatur:* „Iam ad ironiam transeunt et quasi corrigunt verbum *irruperint*, quod est hostium armatorumque, ut potius captivitati eam rem comparent. Germanice: wenn nicht (etwa) der Haufe der Fremden, als sei's eine Gefangenführung, hinein gebracht werde.“ *Walth.* Haec potius ἐνεργητικῶς quam εἰρωνικῶς accipienda videntur. *Captivitas* dicta ut 13, 25. 16, 16. H. 3, 70. 83. Cf. ad 12, 49, 1. *nisi cetus* MS. Flor. *inseratur* c. Urs. — *quem ultra honorem residuis nobilium* scil. *fore*, (cf. Ind. III. v. *Ellipses 1. β.*) *aut si quis pauper e Latio senator foret*, aut pauperibus e Latio senatoribus? „*Si* positum videri potest ut Graecorum ἦν, quo illi utuntur in interrogationibus, ut exprimat sollicitudinem aliquam et spem metumque de eventu. Germanice: ob wohl ein Unbegüterter aus Latium in den Senat gelangen würde. Similiter *si recenti exemplo sibi ipsi consulerent* 1, 48. pr. ubi *si* est Gr. εἰ, nostrum *ob.* Cf. Matthiae Gr. Gr. §. 526. et Herman. ad Viger. annot. 312.“ *Walth.* Sic *si* pro *num, an* 1, 48. 4, 49. H. 3, 30. et al. cf. Drak. ad Liv. 4, 20, 8. Spald. ad Quint. 3, 1, 3. Cort. ad Sall. Iug. c. 48. exc. 4. Duk. ad Flor. 3, 3, 6. Ellendt. ad Cic. Brut. §. 184. p. 132. Wagner ad Virg. Aen. 1, 377. Sed illa explicatio non multis, opinor, arridebit; pluribus autem correctio Acidalii: *quem ultra honorem — fore*, quam recepere Lall. Bip. Ob.. et alii. *quae ultra — elatio senatus foret* ed. Spir. *elatior senator* MS. Guelf. quod placuisse Stromb. mireris. — *oppleturos omnia* curiae et honorum loca. *opplecturos* ed. Spir. — *ferro vique* MSS. Flor. Guelf. Bud. aliique, edd. Spir. Lips. et rec. *ferro ignique* edd. cet. ante Lips. — *divum Iulium apud Alesiam* (nunc *Alise*) *obsederint*, v. Caesar B. G. 7, 79. Strab. IV. p. 132. Vell. 2, 47. Reines. synt. inscr. 1, 176. — *quid si memoria eorum inoriretur* edd. omnes praeter Spir. Bip. Bekk. II. Sed hoc verbum non nisi h. l. reperitur et *inoriente die* in MSS. aliquot Front. Strat. 2, 1. *moreretur* MSS. Flor. Bud. Agr. Vat. 1864. 1958. edd. Spir. Bip. Bekk. mai. *mereretur* MS. Guelf. *memoretur* a m. sec. MSS. Reg. et Vat. 1958. *memoratur* MS. Reg. Ryckii a. m. pr. Viri docti coniecere *moveretur, iniretur, iteretur, innovaretur, revocetur, revocaretur, renovetur, renovaretur, recoleretur, memoria Senonum moveretur.* — *qui capitolio et ara Romana manibus eorundem per se satis* * MSS. Flor. (si Pichena recte cepit notas obscuras. *aru romana manibus eorundem p s t*³ *satis* *, e quibus *arci Rom. m. e. pestem minati sunt* elicuit Iac. Gron. et quas silentio praetermisere Victorius et Fea) Reg. Guelf. Bud. Vat. 1864. 1958. in marg. edd. Spir. et rec. Ita et MSS. Vat. 1958. Agr. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. et cet. ante Ryck. nisi quod in his edd. est *prostratis* pro *per se satis* et in MS. Agr. *manubiis* pro *manibus*. Res ipsa notissima ex Liv. 5, 48. sed verba haec mutila et tam foede corrupta a librariis, ut frustra ingenio suo indulserint viri docti. *qui capitolium et arcem Rom. moenibus eorundem prostratis?* (sc. *obsederint*) coni. I. Fr. Gron. *qui capta olim et arsa Roma manibus eorundem prostrati fuerint* Freinsh. *quis e capitolio et arce Rom.* et *quis capitolium et arcem Rom. manubias deorum pensastis* Heinsius, *qui capitolio et arce Rom. manibus eorundem fere superatis pretium P. R.*

mille pondus auri fecerint Broterius, *qui, capitolio et arce Rom. per se salvis, manibus aedes prostrarint* Hillerus, *qui, capitolio et arce Rom. manentibus, seniorum caedem per scelus edidissent* Feder obss. crit. in auctores vet. Heidelb. 1818. p. 84—125., *qui capitolio et arce Rom. manibus eorundem separati? fruerenturve voc. civitatis? at insignia* cet. Moebius in Seebodii bibl. crit. a. 1820. p. 828. *qui capitolium et arcem Romanam manibus eorundem* (ut *multa eorundem merita* 12, 61. licet de maioribus loq.) *temerassent* Boetticher. Praetermitto aliorum commenta. Mihi olim in mentem venit: *quos, capitolio et arce Rom. nutantibus, auro vitam pensasse scitis.* Sed corrupta retinere malui quam incerta substituere. — *fruerentur sane — vulgarent*, cf. locus simill. H. 4, 7. extr. *fruerentur*, v. ad 2, 13, 1. *vulgarent*, v. ad 4, 37, 2. *fruerentur: ne voc. civ.* MS. Guelf. *et* ante *insignia* insertum in ed. Spir. et pro eo *sed* substitutum ab Ern. et *at* a Bip. Ob. Lün. Bekk. in ed. 1. et Kiessl. His vero adiectis infringitur vis orationis.

CAPUT XXIV.

His atque talibus haud permotus Princeps et statim contra disseruit, et vocato senatu ita exorsus est: *Maiores mei, quorum antiquissimus Clausus origine Sabina simul in civitatem Romanam et in familias patriciorum ascitus est, hortantur, uti paribus consiliis rem publicam capessam transferendo huc, quod usquam egregium fuerit. Neque enim ignoro, Iulios Alba, Coruncanios Camerio, Porcios Tusculo et, ne vetera scrutemur, Etruria Lucaniaque et omni Italia in senatum accitos; postremo ipsam ad Alpes promotam, ut non modo singuli viritim, sed terrae, gentes in nomen nostrum coalescerent. Tunc solida domi quies, et adversus externa floruimus, quum Transpadani in civitatem recepti, quum specie deductarum per orbem terrae legionum, additis provincialium validissimis, fesso imperio subventum est. Num poenitet, Balbos ex Hispania nec minus insignes viros e Gallia Narbonensi transivisse? Manent posteri eorum, nec amore in hanc patriam nobis concedunt. Quid aliud exitio Lacedaemoniis et Atheniensibus fuit, quanquam armis pollerent, nisi quod victos pro alienigenis arcebant? At conditor nostri Romulus tantum sapientia valuit, ut plerosque populos eodem die hostes, dein cives habuerit. Advenae in nos regnaverunt. Libertinorum filiis magistratus mandari, non, ut plerique falluntur, repens, sed priori populo factitatum est. At cum Senonibus pugnavimus. Scilicet Volsci et Aequi nunquam adversam nobis aciem instruxere! Capti a Gallis sumus: sed et Tuscis obsides dedimus et Samnitium iugum subivimus. Attamen si cuncta bella recenseas, nullum breviore spatio quam adversus Gallos confectum. Continua inde ac fida pax. Iam moribus, artibus, affinitatibus nostris mixti aurum et opes suas inferant potius, quam separati habeant. Omnia, P. C., quae nunc vetustissima creduntur, nova fuere: plebei magistratus post patricios, Latini post plebeios, ceterarum Italiae gentium post Latinos. Inveterascet hoc quoque, et quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit.*

1. *et statim* MSS. Flor. Corb. edd. Pich. sqq. *etiam statim* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. vett. — *et vocato senatu ita exorsus est:* conferatur ipsa Claudii oratio in Lips. Exc. ad Ann. XI. „Sunt qui Tacitum culpent, quod non exscripserit hanc Claudii orationem, sed aliam suo Marte supposuerit. At illa est antiqua, enervis, minime persuasibilis; haec re, loco et Principis maiestate digna.“ *Brot.* cf. Praefat. nostram c. IX. extr. — *Maiores mei hortantur,* „propr. memoria eorum tanquam causa efficax. Cf. Virg. Aen. 10, 204.“ *Günther* in Athenaeo II, 2. p. 287. — *Clausus,* v. ad 4, 9, 2. *Claudius* ed. *Spir.* — *origine Sabina,* cf. ad 3, 52, 2. et Ind. III. v. *Ablativi qualitatis.* — *rem publicam capessere,* est vel negotium publicum suscipere vel imperium, ut c. 34. 12, 5. 15. 41. 13, 4. 16, 26. H. 4, 39. *capessenda* MS. Flor. *re p. capescenda: in transferenda* ed. Spir. — *Iulios Alba* cet. nam Iulia gens originem ducebat a Iulo s. Ascanio, hic vero Albam Longam condidisse ibique regnasse credebatur. Cf. ad 4, 9, 2. Liv. 1, 3. Virg. Aen. 1, 267 sq. — *Coruncanios Camerio:* quos Tusculanos facit Cic. pro Sulla 7. et p. Plancio 8. [ubi v. Garaton. p. 52. ed. Or.] alios auctores secutus in rebus tam antiquis; *Ern.* *Coruncanios* MS. Guelf. edd. Lips. et rec. *Coruncanos* edd. vet. *Camerium* (opp. Sabinorum) dicitur Plin. 3, 5. *Cameria* Liv. I, 38. *Cameno* ed. Spir. — *ipsam,* sc. civitatem Romanam, non Italiam; *Pich. Ferr.* et *Ern.* Immo *Italiam:* namque prius *Galliae* nomine utebantur regiones sub Alpibus sitae circa Padum; *Walth.* — *promotam:* in MS. Guelph. *promptam.* — *singuli viritim,* cf. Ind. III. v. *Pleonasmus.* — *terrae, gentes* MSS. Flor. Bud. a m. pr. Agr. edd. Spir. Oberl. sqq. *terrae gentesque* MSS. Bud. a m. rec. Guelf. edd. cet. Cf. Ind. III. v. *Asyndeta.* *certae gentes* MS. Reg. — *coalescerent,* v. ad 3, 38, 3. — *Transpadani in civitatem recepti,* v. ad c. 23. n. 1. — *specie deductarum per o. t. legionum:* „scil. in colonias, quibus *additi* et mixti e *provincialibus* fere semper aliqui eodem iure.“ *Lips.* Cf. Dio 52, 27. et *Walch.* ad Tac. Agr. p. 251. „Sed coloniarum deductio ab h. l. aliena est et *specie* reddendum Germ. durch das Ansehen, ut 2, 6. 15, 9. non unter dem Vorwande. Etenim *deductae per orbem terrae legiones* et in castris hic illic positis locatae vim et maiestatem imperii Romani prae se ferebant eoque metum iniiciebant provinciis et cavebant, ne res turbarentur.“ *Walth.* — *fesso imperio,* cf. Ind. II. et Virg. Aen. 1, 157. 178. 2, 109. 285. Plin. 2, 7. s. 5. Hor. od. 2, 4, 11. Sil. 1, 566. 2, 234. 3, 506. 4, 709.

2. *Num poenitet:* in ed. Spir. *nun p.* in MS. Guelf. et ed. I. Fr. Gron. (in ea vitio librariorum, qui paulo post posuere signum interr.) *non p.* — *Balbos ex Hispania* cet. Cf. Cic. p. Balbo et Plin. 7, 43. — *viros* esse corruptum et sub eo familiae alicuius nomen latere suspicabantur Mur. Acid. et Heins. — *transivisse* sc. ad rem publ. Rom. et senatum. v. ad Agr. 20. n. 3. extr. — *victos pro alienigenis arcebant,* v. ad 4, 38, 1. — *conditor nostri* MS. Guelf. et edd. vet. ante Lips. Cf. Ind. III. v. *Pronomen reciprocum.* *conditor noster* edd. Lips. et dein omnes praeter Walth. — *plerosque populos,* Caeninenses, Camerinos, Antemnates, Crustuminos. v. Liv. 1, 13. Dionys. 2, 45 sq. Idem liberae rei publ. temporibus saepius factum. Cf. Liv. 6, 4. Cic. p. Balbo 31. — *dein* MS. Bud. a m. rec. et edd. omnes praeter primam. *deinde* MS. Guelf. et ed. Spir. *eodem* MS. Bud. a m. pr. non male; *Oberl.* — *Advenae in nos regnaverunt,* Numa, Ancus Marcius et Tarquinii. — *Libertinorum filiis,* v. ad H. 1, 46 extr. „Hoc illud est quod notat Suet. Claud. 24. et notat vere: nam libertorum filii adeo a curia remoti temporibus priscis, ut nec in militiam sint admissi et bello Italico primum militare coeperint. v. Liv. epit. 74. *Magistratus* autem iis non *mandati* antiquius quam a Caesare, qui primus illos allegit in senatum et magistratu or

navit. v. Dio 43, 47." *Lips.* Cf. ad G. 25. n. 7. 9. 10. — *mandari* edd. Lips. poster., Pich. Grut. sqq. *mandaret* ed. Spir. et MS. Flor. si Feae, sed *mandarent*, si Victorio fides habenda. *mandati* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. Lips. priores. — *falluntur:* in MS. Guelf. *fallimur.* — *repens* MSS. Flor. Bud. a m. pr. Vat. Lipsii, Reg. edd. Spir. Pich. et rec. *recens* MSS. Bud. a m. rec. et Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. et cet. Cf. ad 6, 7, 2. — *priori populo,* v. ad 1, 1, 3. et Ind. III. v. *Dativus subiectivus.*

3. *At cum Senonibus pugnavimus — capti a Gallis sumus,* cf. 15, 41 extr. — *Scilicet,* v. ad 1, 8, 7. — *instruxere* MSS. Flor. Vat. Lipsii in marg. Bodl. Reg. Guelf. Bud. edd. vet. *struxere* edd. Lips. et cet. ante Ern. — *Tuscis* (Porsenae) *obsides dedimus* a. U. 246. *et Samnitium iugum subivimus* ad furculas Caudinas a. U. 433. Illud notissimum ex Liv. 2, 13. Plin. 36, 13. hoc ex Liv. 9, 5. 6. *Samnitium* edd. Lips. et rec. *Samnitum* omnes edd. vet. — *cuncta bella:* in MS. Guelf. *cum acta bella.* — *nullum breviore spatio quam adversus Gallos confectum:* „Ita, si Galliam Comatam spectas, de qua hic agitur: nam decimo anno a Caesare perdomita est. Aliter in aliis, quod historiae dicent." *Lips.* *adversum* ed. Spir. quod placebat Walthero. Ita plerumque, non semper ante consonantes. Cf. Ind. II. — *Iam moribus, artibus — mixti,* v. ad 3, 38, 1. et Agr. 4. n. 5. — *Omnia, quae nunc vetustissima creduntur, nova fuere:* „Pulchra et acuta sententia haud disparibus verbis expressa a Synesi Cyrenensi episcopo in ep. 57. *πολλὰ τῶν δεόντων ὁ χρόνος ἐξεῦρε καὶ διωρθώσατο. οὐχ ἅπαντα πρὸς παραδείγματα γίνεται, καὶ τῶν γενομένων ἕκαστον ἀρχὴν ἔσχε. ,ἡμεῖς ἀρχὴν δῶμεν ἔθει βελτίονι,* et breviter a Tertull. adv. Marc. 1, 9. *omnis res anterior posteriori normam praeministravit.*" *Lips.* Cf. 12, 6. et Horat. epist. 2, 1, 34 sq. *magistratus plebei,* ut vulgo *plebis,* a *plebes, plebei* (in casu sec. et tertio) et contr. *plebi,* ut *plebi tribunus* 16, 26. nisi scrib. ibi *plebis* vel tertio casu dictum *plebi* et intell. constitutus, creatus. Ita Cort. ad Sall. Cat. 38. Cf. Ind. II. v. *plebes* et Schelleri Lex. — *inter exempla erit* „et quidem pessima. Sic enim eviluit Romana dignitas, sic periit virtus. Crevit quidem alienigenarum opibus Roma, sed maioribus aucta vitiis. Claudium *omnes Graecos, Gallos, Hispanos, Britannos togatos videre meditantem* irridet Sen. in *Ἀποκολοκυντώσει* et de ben. 6, 19." *Brot.* Ab Augusto, Tiberio et Caligula paucis peregrinis civitas data, a Nerone Graecis, a Galba, Othone et Vespasiano aliis, a Traiano et Hadriano multis, a Caracalla omnibus orbis Romani incolis.

CAPUT XXV.

Orationem Principis secuto Patrum consulto, primi Aedui senatorum in Urbe ius adepti sunt. Datum id foederi antiquo et quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano usurpant. Iisdem diebus in numerum patriciorum ascivit Caesar vetustissimum quemque e senatu aut quibus clari parentes fuerant, paucis iam reliquis familiarum, quas Romulus *maiorum* et L. Brutus, *minorum gentium* appellaverant, exhaustis etiam, quas dictator Caesar lege Cassia et Princeps Augustus lege Saenia sublegere. Laetaque haec in rem publicam munia multo gaudio Censoris inibantur. Famosos probris quonam modo senatu depelleret anxius mitem et recens repertam quam ex severitate prisca rationem adhibuit monendo, *secum quisque de se consultaret peteretque ius exeundi ordinis. Facilem eius rei*

veniam. Et motos senatu excusatosque simul propositurum, ut iudicium censorum ac pudor sponte cedentium permixti ignominiam mollirent. Ob ea Vipstanus consul retulit, *Patrem Senatus appellandum esse Claudium: quippe promiscuum Patris Patriae cognomentum; nova in rem publicam merita non usitatis vocabulis honoranda.* Sed ipse cohibuit consulem ut nimium assentantem. Conditque lustrum, quo censa sunt civium LVIIII. LXXXIIII. LXXII. Isque illi finis inscitiae erga domum suam fuit. Haud multo post flagitia uxoris noscere ac punire adactus, ut deinde ardesceret in nuptias incestas.

1. *Patrum consulto primi Aedui senatorum in Urbe ius adepti sunt:* „non universa Gallia Comata, quo allusisse putatur Sen. de ben. 6, 19. qui ficto utitur exemplo. Plura contra disserit Spanhem. in orbe Rom. 1, 15 pr." *Ern.* Cf. ad 12, 23 pr. *Edui* omnes edd. vet. *senatorium* ed. Spir. — *quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Rom. usurpant:* „Ita et Diodor. 5, 25. et Eumen. in paneg. apud Constantinum dicto c. 2. 3. Sed idem nomen Arvernis tribuitur a Lucano 1, 427. et Batavis in inscr. ap. Gruter. p. 72, 9. et 499, 13." *Lips.* Aedui Romanorum *fratres, foederati* et *συγγενεῖς* appellantur a Cic. ep. ad div. 7, 10. ad Att. 1, 19. Plin. 4, 18. Strab. IV. p. 192. Caes. B. G. 1, 11. 33. 43. 2, 3. *usurpabant* MS. Bud.

2. *in numerum patriciorum ascivit Caesar vetustissimum quemque e senatu:* „e plebeiis senatoribus antiquissimum quemque sive aetatis ratione, seu potius temporis, quo in senatu fuit, *ascivit in n. p.*, ne exstingui patriciorum familias pateretur: nam aliud *patricii*, aliud *senatores*, et senatores erant vel e patriciis vel e plebe. Vertranius hic caecutit et coni. *vetust. quemque e se natum.*" *Lips.* Cf. Agr. 9. pr. Suet. Caes. 41. (ubi v. Casaub.) Dio 52, 42. Aurel. Vict. Caes. 9. et Gesner. ad Plin. pan. 9, 2. inpr. Niebuhr Röm. Gesch. T. I. p. 339 sq. 363 sq. *ascivit* edd. Put. 1. 2. et cet. ante Ryck. *adscivit* edd. Spir. Ryck. et rec. ut ubivis MS. Flor. *acciuit* MS. Guelf. *ex senatu* ed. Spir. — *paucis iam reliquis* (cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita*) *familiarum, quas Romulus maiorum et L. Brutus minorum gentium appellaverant:* „Tacitus alios auctores secutus sensisse videtur, omnes patricios a regibus lectos *maiores*, a Bruto *minores* fuisse: sed Livius et alii contra. Ex Livio 1, 8. 35. 2, 1. Lud. Vives (v. G. Canteri Nov. Lect. 2, 24. in Grut. Lamp. T. III. p. 563.) colligebat, h. l. scribendum esse: *quas Romulus maiorum, L. Tarquinius minorum gentium, Brutus conscriptorum appellaverant.*" *Lips.* „Hanc correctionem refellit Arntzen. ad Aurel. Vict. 6, 6. Filius eius in Miscell. c. 1. p. 11. a Livio non dissentire Tacitum disputat existimans, et a Tarquinio et a Bruto lectos senatores *minorum gentium* dictos, Brutinos etiam *conscriptos*, (ut visum iam Augustino de legg. c. 7.) et a Tacito id uni Bruto tribui, quia is posterior tales legerit. Contra est, quod Livius Bruti senatores dicit ex Equitibus fuisse, quia patriciorum numerus non suffecerit senatoribus legendis: sed *gentes* tum *maiores* tum *minores* sunt patriciorum." *Ern.* „Livius refert 1, 8. a Romulo centum creatos senatores, 1, 35. a Tarquinio Prisco centum alios additos, qui deinde *minorum gentium* sint appellati, et 2, 1. Brutum supplevisse senatum primoribus equestris gradus lectis, qui *conscriptorum* nomen adepti sint. Quae si consideras, patet, familias a Bruto in senatum allectas eodem iure *minorum gentium* debuisse dici atque illas, quas Tarquinius addidit: immo e comparatione posteriorum priores exinde debuisse *maiorum gentium* patriciis annumerari. Ita rem se habuisse, colligi potest ex h. l. Taciti." *Walth.* Sed

magnum discrimen inter *patricios* sive *Patres minorum gentium* et *conscriptos* (Germ. Berufene) interesse et Tacitum quoque ad illud non attendisse, docet Niebuhr Röm. Gesch. T. I. p. 334. 439 sq. et 584. ed. III. — *quas dictator Caesar lege Cassia* sublegit, ut ap. Suet. Caes. 41. *patricios allegit*, scil. potestate, quam lex Cassia dederat; *Ern.* Ut senatus numero obscurisque natalibus evilesceret, Caesar nullo discrimine milites, libertinos, in Patres legit, adeo ut eorum XC essent; *Brot.* Rei mentionem facit etiam Dio 43, 20. 47. legis solus Tacitus, ut et *legis Saeniae, qua Augustus sublegit* patricios s. Patres. „Scil. a. U. 725. quo consul suff. fuit *L. Saenius*. (v. Grut. inscr. p. 299.) Dio 52, 42 extr. τό τε τῶν εὐπατριδῶν γένος συνεπλήθυσε, τῆς βουλῆς οἱ δῆθεν ἐπιτρεψάσης τοῦτο ποιῆσαι.“ *Lips.* „In Monim. Ancyr. pilae prioris tab. 2. pr. *Patriciorum numerum auxi consul V. iussu populi et senatus.* Ergo lege et SCto. Nam legem non tribuniciam semper praecedit SCtum et scriptores modo legem solam, modo SCtum, modo utrumque memorant: quare posito uno alterum semper intelligendum, non dissensus scriptorum fingendus.“ *Ern.* Saepius auctus ab Augusto patriciorum numerus. v. Dio 49, 43. 54, 13. 26. 35. 55, 13. *Senia* MS. Flor. fortasse rectius. *Servia* perperam corr. Lud. Vives et *Sentia* Vertran. et Hotom. de leg. Rom. 1, 1. — *laeta haec in rem publicam munia,* v. ad 1, 76, 3. *lecta* MS. Guelf. *in re p.* vel *in R. P.* MS. Guelf. edd. Spir. Ber. Rhen. *laetaque R. P.* ed. Put. 1. *po. ro.* ed. Put. 2. — *censoris,* Claudii. v. ad cap. 13. n. 1. Per iocum ita dicitur Claudius; *Pich.* Immo quia id referendum ad munia censoria, ut et seqq. et illa cap. 13. *censoris* MSS. Flor. Guelf. Bud. edd. Spir. Put. 1. 2. Rhen. 2. 3. et dein omnes. *Caesaris* MS. Farn. edd. Ber. Rhen. 1.

8. *recens repertam* „scil. ab Augusto. v. Dio 52, 42. et Suet. Oct. c. 35.“ *Lips.* et *Ern.* — *quam* MSS. Flor. Guelf. Bud. edd. Spir. Pich. et rec. *quandam* edd. Put. 1. 2. Riv. et cet. ante Pich. Ante *quam* intelligitur *potius* vel *magis*, Cf. Ind. III. v. *Comparationis usus* 2. *α.* — *exeundi ordinis* MSS. et edd. omnes ante Ryck. *exuendi o.* (ut H. 2, 86.) ex emend. Lipsii substituere Ryck. Ern. Bip. Ob. Lün. Bekk. Sed v. ad 6, 49, 2. — *excusatosque* MSS. Flor. Bud. Guelf. edd. Bekk. 2. Walth. *et excusatos* edd. cet. — *iudicium censorum:* „scil. Caesaris et L. Vitellii. Cf. c. 13. 12, 4. Suet. Vit. 3. Hinc non est necessaria emendatio Faerni *iudicium censorium,* ut c. 13. *munia censoria.*“ *Ern.* *iudicium censorum ac pudor sponte cedentium permixti,* cf. ad H. 3, 70, 6. et Ind. III. v. *Participia Perf. pass. pro Substantivis abstractis* et *Praedicatorum et Subiectorum numeri et genera diversa.* — *Vipstanus* edd. Ryck. et rec. *Vipsanius* MS. Flor. edd. Spir. Lips. sqq. ante Ryck. *Vipsanus* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. Cf. ad c. 23. n. 1. — *patrem senatus appellandum esse Claudium:* „quod imitati sibi sumpserunt Balbinus et Pupienus Augusti, ut e numis patet.“ *Lips.* — *promiscuum patris patriae cognomentum,* cf. ad 1, 72, 1. 2, 87, 2. Dio 57, 8. 58, 12. Suet. Tib. 26. 67. et de eius notione Dio 53, 18. *promiscuum,* v. ad H. 1, 84, 8. — *ut nimium:* in ed. Spir. *et nimium.* — *condidit lustrum:* nam censura s. censio et census, quondam a regibus, deinde a consulibus et inde ab a. U. 312. a censoribus peragi solebat et *condi* h. e. finiri s. perfici (ut ap. Liv. 24, 43.) quinto quoque anno (unde *lustrum* pro tempore quinquennali) et *lustrato,* purgato et consecrato, exercitu, h. e. populo in classes centuriasque descripto et armis simul instructo, suovetaurilibus. Cf. ad 6, 37, 1. 12, 4. 13, 24. 15, 26. 16, 2. H. 4, 53, 8. Liv. 1, 44. 8, 10. Dionys. Hal. 4, 22. Varr. R. R. 2, 1. et L. L. 5, 2. ubi *lustrum* a *luendo* et vectigalibus tum solutis appellatum dicit. Tempus hoc quinquennale, πενταέτηρις s. πενταετηρία, clavo olim fixo in Capitolio designari solebant. Cf. Liv. 7, 3. et Niebuhr Röm. Gesch. T. I. p. 307. 311. ed. III.

— *quo censa sunt civium* (capita) LVIIII. LXXXIIII. LXXII. (h. e. quinquagies novies, octoginta quatuor millia, septuaginta duo, 5,984,072.) MSS. Flor. Vat. 1863. 1864. edd. Spir. Brot. Bekk. Walth. LVIIII. LXXII. MSS. Vat. 1958. Guelf. Harl. Bodl. omisso numero medio: sed LXXXIIII. additum in marg. Harl. LVIIII. LXII. MS. Ies. LVIII. LXXXIIII. LXXII. c. Agr. *quinquaginta octo centena et octoginta quatuor millia et LXXII.* MS. Farn. In c. Bud. numeri sunt turbati. LXVIIII *centena et CXLIIII millia* edd. Put. 1. 2. Riv. Ber. Rhen. Ald. cet. ante Brot. ut *sexagies novies centena et XLIV millia* (6,944,000) in Chron. Euseb. *sexaginta novem centena millia* ap. Cassiod. „Inscriptio lapidis, quam obtrudunt, *temporibus Claudii Tiberii facta hominum armigerum ostensione in Roma septies decies centena millia LXXXVII.*, parum vera aut fida mihi est: et tamen, quum de iis saltem, qui arma ferrent, agat, nihil nobis obstat. Non tamen miremur de granditate numeri, quum iam tunc sub Augusto, nondum tot populis in civitatem acceptis, censa reperiam quadragies centena millia.“ *Lips.* Lectionem optimorum MSS. et ed. Spir. veram esse et firmari tribus censibus ab Augusto actis, de quibus v. Monim. Ancyr., docet Fr. Aug. Wolf von einer milden Stiftung Traians p. 10. — *Isque illi finis inscitiae erga domum suam fuit*, cf. ad c. 2. n. 2. pr. *isque ille finis insciciae* ed. Spir. — *in nuptias* cum Agrippina Germanici fratris filia *incestas* iudicio hominum illis temporibus viventium. Cf. 12, 5.

CAPUT XXVI.

Iam Messalina facilitate adulterorum in fastidium versa ad incognitas libidines profluebat, quum abrumpi dissimulationem etiam Silius, sive fatali vecordia an imminentium periculorum remedium ipsa pericula ratus, urgebat: *quippe non eo ventum, ut senecta Principis operirentur. Insontibus innoxia consilia; flagitiis manifestis subsidium ab audacia petendum: adesse conscios paria metuentes. Se caelibem, orbum, nuptiis et adoptando Britannico paratum: mansuram eandem Messalinae potentiam addita securitate, si praevenirent Claudium, ut insidiis incautum, ita irae properum.* Segniter eae voces acceptae, non amore in maritum, sed ne Silius summa adeptus sperneret adulteram scelusque inter ancipitia probatum veris mox pretiis aestimaret: nomen tamen matrimonii concupivit ob magnitudinem infamiae, cuius apud prodigos novissima voluptas est. Nec ultra exspectato, quam dum sacrificii gratia Claudius Ostiam proficisceretur, cuncta nuptiarum sollennia celebrat.

1. *Iam Messalina* cet. cf. Dio 60, 18. 31. Iuvenal. 6, 115 sq. 10, 329 — 345. Plin. 10, 63. *Nam* malebat Ern. — *facilitate adulterorum*, v. ad 6, 15, 2. et Dio 60, 18. *adulteriorum* edd. Spir. Ern. Brot. Ob. Lün. Bekk. Kiessl. Sed *adulterorum* MSS. Flor. Guelf. Bud. et cet. edd. — *sive fatali vecordia, an — ratus*, ut 14, 59 pr. Cf. ad 6, 9, 1. *urgebat abrumpi*, ut abrumperetur. Cf. Ind. III. v. *Infinitivi* N. 7. *urguebat* MS. Flor. Cf. Drak. ad Sil. 6, 265. — *non eo ventum* esse, (ut 15, 27.) *ut senectam Principis opperirentur* MS. Guelf. edd. Ber. Rhen. et dein omnes. Transposite dictum pro: ventum eo, ut senectam Principis iam opperiri non possent; *Ern.* Similiter *senecta donec mortem obiret* 13, 33. et *senectus eius exspectabatur* 16, 9. Sed dubia est lectio haec nec satis apta eius sententia. *ut senectam Pr. operirentur* edd. Put. 1. 2. *ut senecta Pr.*

opperiretur MSS. Flor. Bud. et Broterii. *at senecta Pr. operirentur* ed. Spir. „Sententia vulgatae est: nondum eo evasisse vel ita male se habere rem, ut exspectandum videatur, quem exitum senecta Principis habitura sit; ut *opperiri* 2, 69. 11, 12. H. 2, 34. Agr. 18. Sed quid haec sibi volunt in hoc verborum contextu? Idoneam certe rationem praecedentium non reddunt, in quibus sermo est de imminentibus periculis per ipsa pericula evitandis. Fortasse e fide MSS. leg. *ut senectā Principis operiretur* (Silius) vel *operirentur* (Silius et Messalina) h. e. tegerentur; ut *domestica mala tristitia operienda* 3, 18. et *operiri privata vulnera rei publicae malis* H. 1, 53. Germanice: dafs sie durch des Fürsten Alter gedeckt wären. Tum monet Silius, non eam esse securitatem, quam putet ob senectam Principis. Sed nil ausim definire.“ *Walth.* Recepi hanc lectionem, quae saltem aptior est et optimorum librorum auctoritate nititur. Claudius tunc annum aetatis LXIII. agebat. — *insontibus innoxia consilia:* „eorum consilia esse sine damno s. noxa et periculo, eos prudenter magis et arte quam vi agere; contra *flagitiis* cet. Languide et obscure Stromb. Unschuldigen ziemten unschädliche Rathschläge, et Rickl. für Schuldlose wären unschädliche Maafsregeln.“ *Walth.* — *adesse conscios* flagitiorum *paria metuentes*, eadem pericula: properandum igitur, ne indicium profiteantur; *Brot. paria* edd. Put. 1. 2. et dein omnes. *patriam* MS. Guelf. et ed. Spir. Sed lectio orta ex illa MS. Flor. *pat'am*, et haec ex eo quod litera *m* e verbo seq. adhaesit. — Vitiose *si caelibem* edd. Oberl. et al. *celibem* edd. vet. Sed *caelebs* in inscr. Gori T. I. p. 257. et Grut. p. 573, 1.“ *Walth.* In aliis *coelebs.* — *nuptiis et adoptando Br. paratum*, ad nuptias et adoptionem Britannici. — *ut insidiis incautum, ita irae properum*, v. ad 1, 68, 2.

2. *Segniter*, cunctanter dubitanterque, *eae voces acceptae* a Messalina. *eae* MS. Flor. edd. Bekk. 2. et Walth. *hae* edd. cet. Cf. ad c. 20. n. 1. pr. — *amore*, cf. Ind. III. v. *Ablativi Substantivorum absoluti.* — *summa adeptus* MS. Flor. edd. Ber. Rhen. 1. Lips. et rec. *summam ad.* MSS. Guelf. Bud. et Broterii, edd. Put. 1. 2. Rhen. 2. 3. Ald. Cf. ad 2, 45, 2. — *inter ancipitia*, v. ad 1, 36, 2. — *pretiis:* in edd. Spir. Ber. Rhen. 1. *preciis.* — *aestimaret* edd. Put. 2. Ber. (c. sil. Vict.) Rhen. Ald. et dein omnes. *existimaret* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. Cf. ad 13, 17. — *infamiae apud prodigos novissima* (extrema) *voluptas est:* „Elegantissima gnome, cuius acumen non cepit Ferrettus, qui haec dicta censuit pro: quam infamiam qui prodigunt et profundunt, nihil habent praeterea voluptatis, vel, quibus infames esse contigit, nihil superest praeter voluptatem. Explicant Sen. ep. 123. (122.) *nolunt solita peccare, quibus peccandi praemium infamia est*, et Valer. Max. 6, 9. ext. 1. pr. *perditae luxuriae Athenis adolescens Polemo neque illecebris tantum* (eius) *sed etiam ipsa infamia gaudens.* Ita autem est: hominibus perditis et ad flagitia proiectis ipsa infamia voluptas est.“ *Lips.* Cf. et Iuvenal. 1, 48. 6, 90. 91. „*prodigos* sc. famae: quam qui prodigunt atque contemnunt, tandem eo amentiae veniunt, ut ipsa infamia delectentur appetantque ea, unde vel maxima infamia veniat.“ *Ern.* Immo ἀσώτους, Gall. *roués*, h. e. in omne genus flagitiosae voluptatis effusos; *Walth.* Ita et ego dudum interpretatus sum hanc vocem. — *dum sacrificii gratia Claudius*, qui pontificis maximi sacris praefecti munere fungebatur, (v. ad 1, 3, 1.) *Ostiam proficisceretur:* „animi pellicumque causa ait Victor de Caes. c. 4. sed rectius rei frumentariae gratia Dio 60, 31. Nam huius rei causa a Claudio, qui portum celebrem et pharum Ostiae exstruxit, (v. Suet. c. 19.) sacrificium suspicor institutum in aede Castorum, (Castoris et Pollucis; v. ad H. 2, 24.) quod numen ibi cultum ventorum marisque causa, sacrum vero perpetuum celebratum sollenni quadam laetitia mense

Maio ideoque post saecula *Maiuma* dictum. Ita lego ap. Ammian. 19, 10, 4. *dum Tertullus*, annonae praefectus, in summa frumenti inopia *apud Ostia* (nam ita Ostiam urbem appellat secutus originem vocis et Graecos scriptores) *in aede sacrificat Castorum, tranquillitas mare mollivit, mutatoque in austrum placidum vento velificatione plena portum naves ingressae frumentis horrea referserunt*. Suidas (v. *Μαϊουμᾶς*) *πανήγυρις ἐγένετο ἐν τῇ Ῥώμῃ κατὰ τὸν Μάϊον μῆνα. τὴν παράλιον καταλαμβάνοντες πόλιν τὴν λεγομένην Ὀστίαν οἱ τὰ πρῶτα τῆς πόλεως τελοῦντες ἡδυπαθῶν ἠνείχοντο, ἐν τοῖς θαλαττίοις ὕδασιν ἀλλήλους ἐμβάλλοντες*. Iulianus in Antiochico p. 362. *ὑμῶν δ' ἕκαστος ἰδίᾳ μὲν εἰς τὰ δεῖπνα καὶ τὰς ἑορτάς.. τοῦ Μαϊουμᾶ χρήματα ἀπολέσαντες, ὑπὲρ δ' ὑμῶν αὐτῶν καὶ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως οὐδεὶς θύει*. Nec aliud intellexit Aethicus in Cosmographia p. 20. ed. Simler. *Tiberis insulam facit inter portum Urbis et Ostiam civitatem, ubi populus Rom. cum Urbis praefecto vel consule Castorum celebrandorum causa egreditur sollennitate iucunda*. Inde vides, Castorum sollenne et Maiumam idem esse: hanc vero originem Maiumae nec inscitam nec alienam a vero puto." *Lips*. Cf. Wernsdorf. ad poetas min. T. III. p. 432. qui putat, ap. Aethic. l. l. legendum potius *Castrorum celebrandorum*, ludorum Vernalium et Maiumae, qui in nemore, multis tabernaculis positis vel casis ex fronde myrtea plexis, acti sint, (v. Pervigil. Ven. v. 5. et 44.) Tertullum vero *sacrificasse in aede Castorum*, qui inter arbitros maris habiti sint, ut tranquillitatem maris classi frumentariae Romam pervehendae impetraret. Ceterum Claudius ipse *sacrificii* sollennis *causa Ostiam profectus* videtur, quia munere pontificis maximi fungebatur, qui sacris praeerat. Cf. cap. 32. et ad 1, 3, 1.

CAPUT XXVII.

Haud sum ignarus, fabulosum visum iri, tantum ullis mortalium securitatis fuisse in civitate omnium gnara et nihil reticente, nedum consulem designatum cum uxore Principis praedicta die, adhibitis qui obsignarent velut suscipiendorum liberorum causa, convenisse, atque illam audisse auspicum verba, subisse, sacrificasse apud deos; discubitum inter convivas: oscula, complexus; noctem denique actam licentia coniugali. Sed nihil compositum miraculi causa, verum audita scriptaque senioribus tradam.

1. *Haud sum ignarus* cet. Ad haec et seqq. conf. 15, 37. Dio 60, 31. Iuvenal. 10, 329—345. ubi et v. 342. de Claudio dicitur *ille dedecus domus ultimus sciet*, ut sup. c. 13. pr. *Claudius matrimonii sui ignarus*. Eandem Claudium inscientem plerumque et ignarum egisse docet Suet. c. 29. — *tantum ullis*: in MS. Flor. *tanto nullis*, unde coniicias, olim *tantom ullis* scriptum fuisse; *Walth*. — *nedum consulem designatum*: „huius loci hominem et tantae eminentiae, in qua nihil esse poterat obscurum. Ante *nedum* intell. *et quenquam*." *Gron*. Quod haud necessarium esse videtur. — *praedicta die*, v. ad 2, 6, 2. — *adhibitis qui obsignarent* tabulas nuptiales *velut suscipiendorum liberorum causa*: nam ad legitimum matrimonii actum adhibebantur *auspices*, signatores et tabulae dotis s. dotales et nuptiales, quibus et dos continebatur et formula *liberorum quaerendorum causa* vel *procreandorum causa*, qui verus coniugii finis. „Inde *matrimonium* ominis causa dictum et Graeci *γάμον* definiunt *σύνοδον ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς κατὰ νόμον ἐπὶ γνησίων τέκνων σπορᾷ* vel *ἀρότῳ* ap. Isidor. Pelus. III. ep. 243. Clem. Strom. II. p. 421. Hinc et Augustus senile quoddam coniugium iniustum pronuntiavit, quoniam non

ea causa initum, ut ait Valer. 7, 7. Ea verba in ipsis tabulis solita exprimi. v. Suet. Iul. 52. Augustin. de civ. dei 14, 18. Valer. l. l. Tabulae autem in nuptiis *signari*, *obsignari*, in divortiis *rumpi* solebant." *Lips.* Cf. c. 30. 15, 37. Suet. Claud. 26. Iuvenal. 2, 119. 9, 75. et de illa formula intpp. Gell. 4, 3. — *atque illam* Messalinam *audisse auspicum verba*: nam *a Romanis nihil fere quondam maioris rei nisi auspicato, ne privatim quidem, gerebatur, quod etiam nunc nuptiarum auspices declarant, qui re omissa nomen tantum tenent* Cic. de div. 1, 16. „Addam etiam hoc, auspices deinde Graeco voc. *paranymphos* appellatos, qui ex parte viri nuptiis intererant, ut *pronubae* ex parte uxoris." *Pick.* Cf. 15, 37. Suet. Claud. 26. Valer. Max. 2, 1. Iuvenal. 10, 336. et Ern. clav. Cic. v. *Auspex*. *haruspicum verba* MS. Bud. — *subisse* scil. torum genialem; *Brot.* velum nuptiale; *Bip.* verba auspicum repetiisse: nam *subisse verba* videtur dici, cui *verba praeivit* alius; *Gron.* obss. 2, 4. „*subisse* deductam mariti domum sive iugum; quod verbum inter legitima nuptiarum fuisse suspicionem facit Quintil. declam. 247. *non fuisti uxor, non subisti cum illo*: nam ita legerim pro *subsisti*." *Lips.* Dictum *subiisse* pro *in manum mariti convenisse*; *Stromb.* Excidisse *templa* vel simile quid putabat Heinsius. *nupsisse* corr. Lipsius. „Huic coniecturae favet primum Quintil. l. l. ubi hodie e MSS. legitur *nubsisti*; deinde quod Suet. Claud. 26. verbo *nubendi* in eadem re utitur, nec credibile satis, omissum a Tacito sollennissimum ritum, quum ceteros memoraret." *Ern.* De hoc ritu et flammeo cf. ad 15, 37. Walther primum suspicabatur, *subisse* scil. *auspicum verba* dictum pro *suscipere ausam, conatam esse*, postea, *audisse* glossema esse verbo *subisse* adscriptum et *auspicum verba subisse* id. qd. *audisse* cum significatione audaciae. Sed neutrum, opinor, multis arridebit. — *discubitum inter convivas* et quidem more nuptiali ita ut nova nupta in gremio mariti iaceret; *Lips.* Cf. ad c. 2. n. 2. *discubitu* MS. Flor.

2. *Sed nihil compositum miraculi causa — tradam*: leniter perstringitur levitas aliorum vitiumque exaggerandi narrationes miraculi causa nimioque θαυματοποιΐας studio, quod etiam a Livio 5, 21. 10, 30. 22, 7. 29, 25. 33, 10. 36, 38. 38, 23. et a Polybio saepe historicis exprobratur; *Walch.* emend. Liv. p. 161. Hinc etiam Tacitus silentio praetermisit, quod a Suet. Claud. 29. traditur, scil. ipsum Claudium consignavisse illas dotis tabulas; quod mirabatur Ryck. quia causa simul allata sit, qua non incredibilis reddatur Messalinae audacia. Cf. prima verba notae 1. *Sed* mendosum videbatur Heinsio aut superfluum. Immo h. l. aptissimum est: nam spectat ad prima huius cap. verba. — *audita scriptaque senioribus tradam*, cf. ad 1, 1, 3. et Ind. III. v. *Dativus subiectivus*. Pro *tradam* Lipsius legendum putabat *trado* et Ern. *tradiderim*. „Sed *tradam* accipe in tempore futuro, quo Noster cum Graecis utitur, ut exprimat, id sibi destinatum solitumque esse ut tradat. Sic *trademus* 13, 20. *memorabimus* H. 3, 51. *tradentur* Agr. 10." *Walth.*

CAPUT XXVIII.

Igitur domus Principis inhorruerat maximeque, quos penes potentia et, si res verterentur, formido. Non iam secretis colloquiis, sed aperte fremere, *dum histrio cubiculum Principis exsultaverit, dedecus quidem illatum, sed excidium procul abfuisse: nunc iuvenem nobilem, dignitate formae, vi mentis ac propinquo consulatu maiorem ad spem accingi; nec enim occultum, quid post tale matrimonium superesset.* Subibat sine dubio metus reputantes, habetem Claudium et uxori devinctum multasque mor-

tes iussu Messalinae patratas. Rursus ipsa facilitas Imperatoris fiduciam dabat, si atrocitate criminis praevaluissent, posse opprimi damnatam ante quam ream: sed in eo discrimen verti, si defensio audiretur, utque clausae aures etiam confitenti forent.

1. *Igitur domus Principis inhorruerat*, aegre ferebat, fremebat; *Ern.* Immo: horrore perculsa erat, ut *contremuerant Patres* 6, 9. — *maximeque* inhorruerant, *quos penes* — *formido* erat. Cf. Ind. III. v. *Praepositiones nominibus postpositae*. Post *formido* non minorem, sed maximam distinct. ponendam esse, recte monuit Walth. — *si res verterentur* MSS. Flor. Guelf. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. *vetarentur* ed. Spir. *verterent* edd. Lips. et dein omnes praeter Walth. Recte dicitur et *verterentur* et *verterent* sc. se, sensu intrans. Cf. Ind. II. v. *Vertere* et ad 4, 41, 2. G. 31. n. 1. Sed illud firmatur auctoritate MSS. et edd. vet. — *dum histrio* Mnester (v. ad c. 4. n. 1.) *cubiculum Principis* exsultaverit edd. Ryck. Bekk. Walth. ex emend. I. Fr. Gron. *dum histrio* (si Pichenae, I. Gron. et Furiae, sed *histruo*, si Victorio fides habenda) *cubiculum Principis exsultabero* MS. Flor. cuius veram scripturam *exsultaverit, eo dedecus* fuisse suspicatur Walth. *dum instruo c. pr. exultavero* MS. Reg. et ed. Spir. *dum histrio c. P. exultavero* codices notae melioris (nescio qui) teste Pich. et ed. Spir. *dum industria c. pr. exultavero* MS. Bud. a m. pr. et *dum inclusa in c. pr. exultat cum adultero* a m. rec. *dum industruo c. pr. occulit adulteros* MS. Bodl. et *dum intus clauso cubiculo pr. occulit adulteros* in marg. a m. sec. *dum inservit c. pr. adulterio* MS. Agr. *dum industria c. pr. occulit adulteros* MSS. Guelf. aliique et edd. Put. I. 2. Ber. Rhen. Ald. quod defendit Groslot. in Syll. Burm. T. I. p. 3. *dum histrio c. pr. persultaverit* (ut *exercitu campos persultante* c. 9. et *perambulabit omnium cubilia* ap. Catull. 29, 8.) edd. Pich. Brot. Ern. e coni. Franc. de Medicis. *dum h. c. pr. insultaverit* (invaserit vel ludibrio habuerit) edd. Bip. Oberl. Lün. Kiessl. prob. Brot. et Hiller. racem. VII. Aptum quidem h. l. et *persultaverit* et *insultaverit*, sed non minus *exsultaverit*, cui lectioni favent MSS. et ed. pr." *Saltare* et *exsultare* aliquem s. aliquid, ut ἐξορχεῖσθαι τινά, est proprie κωμῳδεῖν, ut *desaltare canticum* ap. Suet. Cal. 54. et *saltare fabulam, Cyclopa, Nioben*, deinde ut h. l. infamare, inhonestare, contaminare, conspurcare, ut ἐξορχεῖσθαι τὰ μυστήρια pro καταισχύνειν, ὑβρίζειν, προπηλακίζειν. Quae enim ab histrionibus et mimis in pulpito repraesentantur, publicantur utique atque invulgantur, sed et derisui sunt ac ludibrio, metaphora sumpta ἀπο τῶν ἐκπομπευόντων τὰ μυστήρια. Itaque sensus est: *dum histrio cub. Pr. exsultat*, polluit et in eo quasi in scena exsultat, *dedecus quidem illatum* Principi domuique eius." *Gron.* Utique non modo dicitur *saltare Ledam* Iuvenal. 6, 63. ὀρχεῖσθαι τὴν Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεως μοιχείαν et τὸν Αἴαντα cet. Luciano περὶ ὀρχήσεως §. 63. et 83. ὀρχεῖσθαι τὰ περὶ τὸν Διόνυσον, καὶ τὰ περὶ τοὺς Ἰνδοὺς καὶ τὰ περὶ τὸν Πενθέα Athen. 14, 7. et ὀρχεῖσθαι τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας (h. e. manuum corporisque gestibus s. gesticulatione exprimere) Athen. 1, 39. unde ὀρχηστήρ et ὀρχηστὴς pantomimus et ὄρχησις eius ars; sed etiam ἐξορχεῖσθαι pro dehonestare, Germ. entehren, et ἐπορχεῖσθαι τοῖς πολεμίοις Appiano Punic. 66. ut Lat. *insultare hostibus*. Cf. Schneideri Lex. Gr. Suidas exponit καταπαίζειν, ἐκφαυλίζειν, ἔκπυστον ποιεῖν, Hesychius χλευάζειν et ὑβρίζειν. Solus tamen Tacitus eo sensu hoc verbum adhibuit: alio etiam id accepit Gron. ad Liv. 29, 6, 4. alio Gesnerus in Thes. L. L. *dum histrio cubiculo Pr. exsultat, vere dedecus q. i.* non male coni. Lipsius. Alii *d. h. cubiculo Pr. occultatur, dedecus q. i.* — *excidium* MSS. Reg. Bud. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. al. *et scidium* MS. Flor. si Pichenae et Feae, sed *disci-*

dium, si Victorio fides habenda. Hinc *discidium* edd. Lall. Oberl. Lün. Walth. quod probabile videri potest coll. c. 30. Cf. ad 2, 86, 2. *dissidium* corr. Pich. Sed profecto plus hic timebatur; *Lips. excidium* edd. Gron. Bekk. Kiessl. tanquam grandius. Ea tamen vox nusquam reperitur. *exitium* c. Agr. et ed. Ryck. — *dignitate formae* (ut 12, 51.) edd. rec. ex emend. Lipsii. *dignitate, forma* MSS. Flor. Guelf. Bud. et edd. vet. — *vi mentis* MSS. Flor. (*ui mtis*) Bud. (*ui mentis*) Vat. (*vimentis*) edd. Pich. et rec. *iumentis* ed. Spir. *iuventa* MS. Bud. a m. sec. edd. Put. 1. 2. — *ac propinquo consulatu*: nam Silius erat consul designatus. v. cap. 5. 6. *ac propinquo* MSS. Flor. Guelf. edd. Rhen. 2. 3. et dein omnes. *propinquoque* edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *accingi*: in MS. Flor. *adcingi*, in Guelf. *attingi*, sed *cc* a m. sec. scripta super *tt*.

2. *Subibat sine dubio metus* cet. Claudium admoneri periculosum videbatur reputantibus dementiam eius et Messalinae potentiam. — *hebetem Claudium*, v. ad 6, 46, 1. — *uxori devinctum*, cf. 12, 1. *ux. deiunctum* ed. Spir. — *multasque mortes*, caedes, ut ap. Aristoph. Plut. v. 483. θανάτους εἴκοσι, Oberl. Cf. Ind. II. — *atrocitate criminis*, cf. Ind. III. v. *Ablativi Substant. absoluti*. — *praevaluissent*, v. ad 1, 58, 1. — *sed in eo discrimen verti*; v. ad H. 4, 58, 2. Verba *in eo* omissa in ed. Spir. — *utque*, et quomodo; *Bip.* et *Kiessl.* coll. Quintil. 6, 1, 37. *verti discrimen, quomodo se dicenti accommodet. utique* (certe, omnino) corr. Brot. et *neque* Ern. Omnis potius obscuritas eiusque culpa latet in brevitate Taciti, qui uberius scripsisset: *sed in eo discrimen verti, ut viderent, ne facilitate sua Imperator rursum flectatur in alteram partem, si defensio audiretur, utque* cet.; *Walth.* Cf. Ind. III. v. *Ellipses* N. 11. Immo *utque* (et ut) h. l. aptum: nam *si* positum, ut 1, 11. *Patres, quibus unus metus, si intelligere viderentur*, et Tacitus amat varietatem orationis. — *aures* Claudii.

CAPUT XXIX.

Ac primo Callistus, iam mihi circa necem C. Caesaris narratus, et Appianae caedis molitor Narcissus flagrantissimaque eo in tempore gratia Pallas agitavere, *num Messalinam secretis minis depellerent amore Silii, cuncta alia dissimilantes*, dein metu, ne ad perniciem ultro traherentur, desistunt, Pallas per ignaviam, Callistus prioris quoque regiae peritus et potentiam cautis quam acribus consiliis tutius haberi. Perstitit Narcissus, ut solum id immutans, ne quo sermone praesciam criminis et accusatoris faceret: ipse ad occasiones intentus longa apud Ostiam Caesaris mora duas pellices, quarum is corporibus maxime insueverat, largitione ac promissis et uxore deiecta plus potentiae ostentando perpulit delationem subire.

1. *Callistus iam mihi narratus* (cf. Ind. III. v. *Dativus subiectivus*) *circa necem* C. *Caesaris* „in libris, qui de Caligula, cuius necis conscius particepsque fuit hic libertus. v. Ioseph. A. I. 19, 1, 10. Is *prioris quoque regiae peritus*: nam apud Caium in gratia potentiaque fuit. v. Dio 59, 19. et Sen. ep. 47. Sed fuit non minus magnus apud Claudium, estque ille ipse, cui Scribonius Largus medicus eius aevi opus suum inscribit et quem appellat C. Iulium Callistum.“ *Lips.* Cf. Plin. 33, 9. s. 47. *Callistus* edd. rec. inde a Berneg. ut Κάλλιστος ap. Dion. et Ioseph. *Calistus* edd. vet. *mihi narratus*, cf. Ind. III. v. *Dativus subiectivus*. — *circa necem*, v. ad cap. 15. n. 1. *necem* MS. Flor. edd. Pich. et rec. *mortem* MSS. Guelf. Bud. et edd. vet. — *C. Caesaris* edd. rec. sed *Caesaris*

edd. vet. „Recte hoc: nam quis Caesarum poterit intelligi nisi *Caius?* De Caesare dictatore non cogitabis, quippe cuius necem enarrare non erat horum Annalium. Solet autem Noster Caesarum praenomina negligere, quotiens, qui intelligendi sint, satis constat.“ *Walth.* Sed *C. Caesar* ubique appellatur Caligula, *Caesar* autem simpl. vel dictator Caesar, vel qui eo tempore, quo sermo institutus est, imperio praesidet; *Freinsh.* Multi quoque *Caesares* fuere praeter Caligulam, et *C.* facillime omitti potuit ante *Caesaris* incuria et inscitia librariorum, non ab ipso Tacito. — *Appianae caedis molitor Narcissus,* v. Suet. Claud. 29. 37. et Dio 60, 14. — *flagrantissimaque eo in tempore gratia* apud Claudium. Cf. 13, 45 extr. 14, 1. pr. Ind. II. v. *Flagrare* et Ind. III. v. *Ablativi qualitatis,* ut de re ipsa ad cap. 38. n. 2. *eo in tempore* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Pich. et rec. *in eo tempore* (ut 13, 47.) MS. Bud. *eo tempore* edd. Put. 1. 2. Ber. et cet. ante Pich. — *agitavere,* (v. ad 6, 46, 1.) *num Messalinam* cet. Male *non* pro *num* MS. Guelf. „In narratione huius rei c. 28. et 29. aestuant viri docti, sed certe in simpulo fluctus movent. Nuptiis Messalinae et Silii agitatis et iam paratis *inhorrescunt* omnes aulici, quia excidium s. exitium Principi necessario imminere vident, et deliberant, utrum res deferenda sit ad Claudium, an ipsa Messalina secreto monenda de Silio et alia eius adulteria *dissimulanda.* Claudium admoneri intutum videbatur *reputantibus* dementiam eius et potentiam uxoris. *Rursus ipsa facilitas Imperatoris,* (v. ad 1, 80, 2. et 6, 15, 2.) spem faciebat opprimendae uxoris, si praevenirent. *Sed in eo discrimen,* periculum et metus, ne Claudius uxorem quamvis accusatam *audiret* ante quam perderet. Quod si fieret, eadem facilitas periculum vertebat in accusatores. Hinc ad aliud consilium descendebant, si sine accusatione Messalinae possent avertere exitium a capite Principis. Id videbatur fieri posse, si ab *amore Silii* eam absterrerent et depellerent; quod *secretis minis* tentandum primo censuerant liberti iniecto metu, nisi adulterum relinqueret, se Principi hoc dicturos. *Rursus* hoc consilium periculosum visum, ne impotens mulier monitores *ad perniciem ultro traheret.* Ita in tanto consiliorum aestu ab utroque et prorsus ab omni incepto *desistunt* Pallas et Callistus, exspectaturi, quid sors ferret, ille *ignavia,* hic prudentia. Solus *Narcissus perstitit* in amoliendo periculo, quod imminebat capiti Principis; sed usus priore consilio, admonendi Principem et praeveniendi adulteram apud aures eius, et alterum consilium aspernatus minis absterrendae Messalinae, ne exinde suspicaretur accusaturum et occuparet.“ *Merc.* et *Lipsius.* — *cuncta alia* adulteria, de quibus v. cap. 30. — *dein* MS. Flor. et ed. Walth. *deinde* MS. Guelf. et edd. cet. — *ultro:* male *ultra* MSS. Flor. Bud. a m. rec. et ed. Spir. in qua etiam *ad pernitiem* et *per potentiam.* Sensus est: ne non modo nihil proficerent, sed *ultro,* insuper, etiam perirent; *Ern.* v. ad 3, 36, 1. — *prioris quoque regiae* imperante Caligula (de quo supra dixi) *peritus* et peritus, experientia edoctus, *potentiam cautis quam acribus consiliis tutius haberi,* cf. ad 1, 1, 1 extr. *acribus* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Riv. Ber. Rhen. 1. Iac. Gron. Ern. et rec. Male *acrioribus* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. cet.

2. *Perstitit Narcissus,* cf. not. 1. *Persistit* MS. Guelf. Ad haec et seqq. cf. Dio 60, 31. — *ut solum id immutans:* „nam sic ponitur *ut* explicandi causa, quasi auctor scripsisset: *perstitit N., quod intelligas, eum ita perstitisse, ut solum id immutaret.* Ita 4, 33. *ut nimis ex propinquo diversa arguens.*“ *Walth.* *ut solum* MSS. Flor. Reg. Bud. edd. Spir. Walth. *et solum* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Riv. Rhen. 1. Freinsh. Gron. Ern. Ob. Bekk. Kiessl. distinctione minori posita ante *ipse* pro maiori, quae est in edd. vet. *at solum* ed. Iac. Gron. *solum* omisso *ut* vel *et* MS. Agr. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. Pich. Ryck. — *praesciam*

criminis ad Caesarem deferendi, cuius rea sit futura. — *accusatoris*: in MS. Flor. et ed. Spir. *accusatores*. — *ipse* minime friget, ut videbatur Ernestio, sed opponitur Messalinae; *Walth*. — *longa apud Ostiam mora*, cf. cap. 26 extr. et Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita*. — *corporibus*, concubitui, coitui. *corporibus* MSS. Vat. Bud. edd. Spir. Ern. et rec. *corpori* MS. Guelf. (*i* a m. sec.) edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. et rel. ante Ern. — *insueverat*; in MS. Bud. *assueverat*. — *uxore deiecta* sc. coniugio, (ut *deiectus* solio, imperio 2, 3 extr.) vel in locum inferiorem detrusa, (infractâ eius potentiâ, cf. ad G. 37. n. 3. et ad O. 26. n. 3.) vel interfecta; v. ad 4, 25, 3. — *ostentando*: in ed. Spir. *eas temptando* et in MS. Guelf. *plus potentia eas tentando*. — *perpulit delationem subire*, cf. Ind. III. v. *Infinitivi* N. 7. *perculit* MS. Flor. et ed. Spir. quod fortasse restituendum. v. ad c. 1. n. 2. paene extr. et ad 12, 50.

CAPUT XXX.

Exin Calpurnia, (id pellici nomen) ubi datum secretum, Caesaris genibus provoluta *nupsisse Messalinam Silio* exclamat. Simul Cleopatram, quae idem opperiens adstabat, *an comperisset?* interrogat atque illa annuente *cieri Narcissum* postulat. Is, *veniam in praeteritum petens, quod Titios, Vettios, Plautios dissimulavisset, nec nunc adulteria obiecturum* ait, *ne domum, servitia et ceteros fortunae paratus reposceret. Frueretur immo his, et redderet uxorem rumperetque tabulas nuptiales. An discidium*, inquit, *tuum nosti? nam matrimonium Silii vidit populus et senatus et miles, ac ni propere agis, tenet Urbem maritus.*

1. *Calpurnia* MSS. Flor. Guelf. Lips. et rec. *Calphurnia* edd. vet. Eadem scripturae varietas est 12, 22. et 14, 12. nisi quod his locis *Calphurnia* in MS. Guelf. — *pellici*: in MS. Flor. *pelici*. — *Simul Cleopatram*, alteram pellicem. *simulque* et *operiens* ed. Spir.

2. *Titios, Vettios, Plautios* — nunc scripsi, quia id parum discrepat ab optimorum librorum lectionibus et tres illi Messalinae adulteri infra memorantur, ut duo posteriores in Sen. ludo de morte Claudii. De *Titio* Proculo v. cap. 35. de *Vettio* Valente, qui novam medicinae sectam instituit, cap. 31. 35. Plin. 29, 1. s. 5. Scribon. Larg. med. comp. c. 22. 76. de *Plautio* Laterano cap. 36. 13, 11. 15, 49. 60. de *adulteriis* libidinibusque Messalinae Iuvenal. 6, 115—132. 10, 331 sq. In MS. Flor. *ei cis Vetticis Plautio dissimulavisset*, si Pichenae et Furiae, *ei cis velticis plautio dimula....*, si Victorio, et *ei cis v&cticis Plaucio*, si Iac. Gron. fides habenda. *ei cis Vecticis* (et *eicis Vetticis*) *Plautio* MSS. Vat. 1863. 1864. ed. Spir. *ei cis veticio plautio* MS. Bud. *Cicios, Vectios, Plautios* MS. Agr. unde *Cincios, Vectios, Plautios* dedit Heins. Sed neque *Ciciorum*, neque *Cinciorum* mentio usquam fit in hac re. *ei cis Vectium Plantium* MS. Guelf. *ei cis Vectium Plaucium* MSS. Vat. 1958. Harl. Ies. *ei cis Vectium Plancium* MS. Bodl. edd. Put. 1. 2. Rhen. Ald. *ei cis Vectium, cis Plautium* edd. Ber. Lips. Ern. Oberl. Kiessl. Walth. *ei cis Vectios, cis Plautios* edd. I. Fr. Gron. et Bekk. Sed *cis* ab h. l. alienum, neque audiendus Gron. qui haec annotavit: „Particula *cis* idem vult quod *intra*. Sic *cis paucos dies, menses, tempestates* ap. Plaut. in Truc. 2, 3, 27. in Merc. 1, 2, 42. in Most. 1, 1, 17. ut *citra* inf. 12, 22. Veniam petit, quod tacuerit, dum intra hos et horum similes libidinem stiterit Messalina et adulteria eius non ultra tales et hanc foeditatem excucurrerint.“ Cf. ad c. 16. n. 2. *ei cis* et *eicis* ex *titios* ortum videtur. *Titios, Vettios, Pl.* cf. Ind. III. v. *Numerus Plur. pro Sing.* et de

scriptura *Vettios* ad 15, 3. Pro *nec nunc* in ed. Spir. *necnō simul;* unde Brot. dedit *nec nunc Silio,* prob. Ern. quia ad eum referenda sint *domum, servitia* cet. Sed ad *obiecturum* intell. *Messalinae,* quia eius adulteri et *adulteria* designantur. — *ne domum, servitia et ceteros fortunae paratus* Silio a Messalina dono datos *reposceret,* v. ad c. 12. n. 2. *ne-reposceret* MSS. et edd. vet. *nec-reposcere* edd. Bip. Ob. Lün. Bekk. Kiessl. ex emend. Acid. et Freinsh. „Sed *ne* et Gr. μὴ ὅτι saepissime ponuntur pro *nedum,* ut *ne* ap. Sall. Cat. 11. extr. Cic. fin. 2, 24. et ep. ad fam. 9, 26. Liv. 3, 52. Sic et h. l. nam *adulteria obiicere* gravius est, quam *reposcere* dona." *Walth.* Cf. Gron. et Drak. ad Liv. 3, 52. Parei Lex. crit. p. 776. *paratus* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. et dein omnes. *apparatus* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Riv. Ber. Rhen. 1. Sed cf. Ind. 11. v. *Paratus.* — *Frueretur immo his, et redderet* MSS. Flor. (teste Furia) et Guelf. quod in ordinem recepi. *Fr. i. et his redderet* plerique MSS. Brot. et ed. Spir. *Fr. i. iis, et red.* MS. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. et cet. ante Ern. ut post eam Kiessl. et Walth. *Fr. immo, et is red.* MS. Reg. *Fr. immo. At is redderet* ed. Brot. *Fr. i. iis, sed r.* edd. Ern. et Bekk. 2. *Fr. i. iis: at redderet* edd. Oberl. et Lün. Immo *et* h. l. id. qd. *at* vel *sed.* v. ad 1, 13, 2. *redderet uxorem* Imperatori *rumperetque tabulas nuptiales,* v. ad c. 27. n. 1. — *An discidium tuum nosti?* „Bene Ricklefs: Oder weisst du um deine Scheidung? Nam *an* constanter incipit alterum membrum disiunctivae sententiae. Iam prius membrum hic quidem deest; latet vero in praecedentibus, ubi ita locutus est Narcissus, tanquam Claudio ignaro discidium illud factum sit. *Nosti,* ut γιγνώσκειν, involvit comprobandi, decernendi notionem, ut sententia sit: oder ist deine Scheidung mit deiner Einstimmung geschehen? Sequitur *nam — miles,* h. e. id enim ita palam fuit, ut ex tua voluntate fieri omnino videretur." *Walth.* Cf. ad 1, 5, 3. et 4, 35, 1. *discidium* MSS. Flor. Bud. Agr. edd. Spir. Ryck. et rec. *dissidium* edd. Put. 1. 2. et rel. ante Ryck. *disidium* MS. Guelf. Cf. ad c. 28. n. 1. et ad 2, 86, 2. — *tenet Urbem maritus alter, novus Messalinae,* Silius.

CAPUT XXXI.

Tum potissimum amicorum vocat, primumque rei frumentariae praefectum Turranium, post Lusium Getam praetorianis impositum percontatur. Quibus fatentibus certatim ceteri circumstrepunt, *iret in castra, firmaret praetorias cohortes, securitati ante quam vindictae consuleret.* Satis constat, eo pavore offusum Claudium, ut identidem interrogaret, *an ipse imperii potens? an Silius privatus esset?* At Messalina, non alias solutior luxu, adulto auctumno simulacrum vindemiae per domum celebrabat. Urgeri praela, fluere lacus; et feminae nebridibus accinctae assultabant, ut sacrificantes vel insanientes Bacchae: ipsa crine fluxo, thyrsum quatiens, iuxtaque Silius hedera vinctus, gerere cothurnos, iacere caput, strepente circum procaci choro. Ferunt, Vettium Valentem lascivia in praealtam arborem conisum interrogantibus, *quid aspiceret?* respondisse, *tempestatem ab Ostia atrocem,* sive coeperat ea species, seu forte lapsa vox in praesagium vertit.

1. *potissimum amicorum* MSS. et edd. vet. „Recte, et dictum, ut Gr. τὸ κράτιστον τῶν ἑταίρων, h. e. summam potissimorum amicorum, 15, 61.

quod erat saevienti Principi intimum consiliorum de Poppaea et Tigellino, G. 35. *plurimum virorum equorumque.*" *Walth.* Cf. ad 15, 14, 1. et Ind. III. v. *Adiectiva neutra.* Ex MS. Agr. *potissimum quemque amicorum* enotavit Heinsius, non Ryckius. Hinc *quemque* inseruere Oberl. et Lün. ut et Bekk. in ed. 1. et Kiessl. sed hi uncinis inclusum. *potissimos amicorum* ed. Bekk. 2. ut 13, 18. pr. — *rei frumentariae praefectum Turranium,* v. ad 1, 7, 3. *Turranium* MS. Flor. edd. Spir. Rhen. 2. 3. et dein omnes. *turanium* MSS. Guelf. et Bud. *Turranum* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *post* (postea, deinde) *Lusium Getam praetorianis impositum,* v. ad c. 2. n. 1. *Lusium* MSS. Flor. Guelf. Bud. edd. Spir. Lips. et rec. *Luscium* edd. Put. 1. 2. Ber. *Lucium* edd. Rhen. Ald. Cf. ad 12, 42, 1. *impostum* MS. Flor. teste Furia. *in posterum* ed. pr. — *percontatur* ed. Spir. *percunctatur* edd. cet. v. ad G. 11. n. 8. — *Quibus fatentibus* MSS. Guelf. Bud. edd. Put. 1. 2. et dein omnes. Sic et MS. Flor. si Victorio, sed *quibus facientibus,* si Furiae, et *quis fatentibus,* si Iac. Gronovio fides habenda. Hinc *quis fatentibus* scripsere Iac. Gron. Bekk. Kiessl. Walth. Cf. ad 3, 21, 2. *Quibus tacentibus* MSS. Lipsii (nescio qui) et ed. Spir. quod arrisit Acidalio et arridere potest, si *percontatus* est Claudius non quid Messalina et Silius fecerint, sed quid sibi nunc agendum sit, et illi in re subita *tacuerunt,* nescii quid responderent suaderentve. *Quibus dubitantibus et incertis ceteri c.* MS. Agr. — *certatim* omissum in MS. Bodl. Pro eo *certium* in MS. Flor. unde Iac. Gron. coni. *certius* h. e. confidentius, postquam amicorum potissimi id aperire sustinuerant. Ante *certatim* insertum *ticium* in MS. Guelf. et *tum* in edd. Put. 1. 2. et cet. ante Oberl. non in MSS. Flor. Reg. Bodl. Bud. et ed. Spir. *certatim tum* coni. Kiessl. Sed ita *certatim* non minus languet. — *iret in castra* praetoria. — *praetorias:* in ed. Spir. *praetorianas.* Ad rem conf. Suet. Claud. c. 36.

2. *eo pavore offusum,* cf. Ind. II. *eo pavoris effusum* MS. Agr. — *privatus,* v. Ind. II. — *non alias solutior luxu* vel *in luxum,* ut H. 2, 99, 4. *qua nō alia solutior l.* ed. Spir. — *adulto auctumno simulacrum vindemiae per domum celebrabat:* „i. e. mense Octobri, quo etiam in horologio veteri Romae signatum *vindemiae sacrum Libero;* quod tamen Athenienses mense Novembri celebrasse legi in Philostr. 4, 21. *C. Caesarem constat primum sacra Liberi patris transtulisse Romam* Serv. ad Virg. ecl. 5, 29. Ideo numus percussus C. Caesari, in cuius parte C. Vibius Rufus et impressa ara, cui persona histrionia imposita et thyrsus tigrisque adiuncta. Lampridius in Heliog. 11. *quum ad vindemiam vocasset amicos nobiles et ad corbes sedisset, gravissimum quemque percontari coepit, an esset promptus in Venerem. Posteaquam senes vidit erubescere, contulit se ad iuvenes. A quibus quum audiret aetati congrua, gaudere coepit et dicere vere* l i b e r a m (nisi leg. *Liberam,* vel Libero convenientem, aut *Liberi*) v i n d e m i a m *esse, quam sic celebrarent. Ferunt multi, ab ipso primum repertum, ut in vindemiarum festo multa in dominos iocularia et audientibus dominis dicerentur.* Capitolinus in Anton. Pio II. *vindemias privati modo cum amicis agebat.* Paulus Diaconus de gestis Langob. 3, 12. *procedente Tiberio ad villam, ut iuxta ritum imperialem XXX die ad vindemiam iocundaretur.* (Ita et Gregor. Turon. 5, 31.) Tertullianus de cor. c. 7. *sed et alias Liberum principem coronae plane laureae . . etiam vulgus agnoscit, quum dies in illum sollennes appellat* m a g n a m c o r o n a m. Alia ab hoc festo vindemiali *Liberalia,* quae antiquae erant liberaeque rei publicae et incidebant in XV Kal. Apriles. v. Varr. L. L. 5. et Kalendarium Rom." *Lips.* „In Kalend. vet. *Non. Sept. Vindemiae.* Sed *a X Kal. Sept. usque in idus Oct. vindemialis feria conceditur* Cod. l. 3. tit. 12. de feriis leg. 2. Messalina non ipsam *vindemiam celebrabat,* sed *simulacrum* eius." *Brot. adulto auctumno,* v. ad 2, 23, 1. *autumn*

MS. Guelf. et edd. paene omnes. Sed *auctumno* in plerisque numis et lapp. scriptum, ut *auctor* et *auctoritas*, ap. Dion. et Plut. *αὔκτωρ* et *αὐκτώριτας*, quia hae voces formandae ab *augere* vel *auctum*. — *celebrabat* MSS. Flor. Bud. Agr. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. Bekk. 2. Kiessl. Walth. *celebrat* edd. cet. *simulabat* MS. Guelf. — *praela* edd. Lips. et rec. *prela* edd. vet. De Bacchi et *Baccharum* habitu, *nebridibus*, damarum s. hinnulorum pellibus, *crine fluxo, thyrso, hedera*, corona hederacea, et *cothurnis* cf. Athen. 14, 7. Vell. 2, 82. Plin. 16, 62. Sil. 3, 393 sq. 7, 194 sq. *nebridibus* MSS. Guelf. et Ies. quod recepi pro vulg. *pellibus*. Hoc videtur esse glossema, illud vero doctius quam ut venire a librariis possit; *Iac. Gron.* Vox quidem est poetica, qua tamen et Plinius H. N. 37, 64. utitur; *Bip.* — *sacrificantes vel* delent Mur. et Acid. nescio quare: nam nebridibus incinctae sacrificabant Bacchae, ut Schol. ad Stat. Theb. 2, 664. docet; *Ern.* — *Bacchae:* in MS. Guelf. et ed. Spir. *bachae.* — *crine fluxo:* in MS. Ies. *crine fuso.* „Quod satis placet. Cf. Ovid. Met. 8, 540. (Sil. 7, 196.) Virg. Aen. 10, 137." *Walth.* Sed aptum quoque *fluxo* et synon., ut *comae per colla fluentes* ap. Prop. 2, 2, 23. (2, 3, 13.) et *capillus fluens* ap. Plin. 27, 4. Paulo post *iuxta quam* ed. Spir. et *hedera iunctus* MS. Guelf. In iisdem *coturnos.* — *iacere caput*, ut *caput iactare et comas rotare, quod fanaticum est*, dixit Quintil. 11, 3. *crinem rotare* Iuvenal. 6, 316. Lucan. I, 566. *cervices lubricis intorquentes motibus crinesque pendulos* (ut h. l. *fluxos*) *rotantes in circulum* Apul. Met. 8. p. 214. ed. Elmenh. *ῥίψαι πλοκάμους* Eurip. Iphig. in Aul. v. 758. et in Bacch. v. 150. 864. *ῥομβητοὺς δονέων λυσσομανεῖς πλοκάμους* et *ἐδίνησε δ' εὐστροφάλιγγα κόμαν* Antip. Sidon. Epigr. 27, 2. et 16. in Brunckii Anal. T. II. p. 13. *τὴν κεφαλὴν σείεις, ὅ ἐστι μαινομένου* epigr. XXV. in Huschkii Anal. crit. p. 246. et similia ibid. p. 106 sq.

3. *Ferunt*: in MS. Bud. *fertur.* — *Vettium Valentem*, v. ad c. 30. n. 1. *Vectium* V. h. l. et c. 35. edd. Put. 1. 2. et dein omnes praeter Walth. v. ad 15, 3. *uerticium* MS. Bud. *vecium valentem* ed. Spir. h. l. et c. 35. *valentem* etiam edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *lascivia*, cf. Ind. III. v. *Ablativi Substant. absoluti.* — *connisum*: in MS. Guelf. a m. sec. et in ed. Spir. *connixum*, in edd. Put. 1. 2. *connissum.* — *tempestatem ab Ostia atrocem*, reditum irati Claudii ab Ostia. Cf. cap. 26 extr. — *sive coeperat*, in illa coeli plaga exstiterat, orta erat, *species ea*, talis, scil. tempestatis, Germ. Erscheinung, ut fere *sive ludibrium oculorum, sive vera species fuit* ap. Curt. 4, 15, 26. *coeperat* MSS. Flor. (nam siluit Victor.) Reg. Ies. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. *ceperat* MS. Guelf. edd. Lips. et cet. paene omnes, ut sensus sit: *ceperat* animum prospicientis, eius animo oblata erat. Minus probabilis videtur explicatio Boetticheri in Lex. Tac. p. 439. „*sive ceperat ea*, tempestatem (nam consulto Tacitus scripsisse videtur *ea* ad exprimendam rem minus conspicuam) *species* (eius), acies oculorum, *seu forte*, per lasciviam, cet." — *seu forte lapsa*, fortuito casu *elapsa*, (nisi ita leg.) emissa. Cf. ad 6, 22, 1. — *vox in praesagium vertit* sc. se, versa est. Cf. ad 4, 41, 2.

CAPUT XXXII.

Non rumor interea, sed undique nuntii incedunt, qui gnara Claudio cuncta et venire promptum ultioni afferrent. Igitur Messalina Lucullianos in hortos, Silius dissimulando metu ad munia fori digrediuntur. Ceteris passim dilabentibus, affuere centuriones inditaque sunt vincla, ut quis reperiebatur in publico aut per latebras. Messalina tamen, quanquam res adversae consilium eximerent, ire obviam et aspici a marito, quod

saepe subsidium habuerat, haud segniter intendit iussitque, ut Britannicus et Octavia in complexum patris pergerent. Et Vibidiam virginum Vestalium vetustissimam oravit, Pontificis maximi aures adire, clementiam expetere. Atque interim tribus omnino comitantibus (id repente solitudinis erat) spatium Urbis pedibus emensa vehiculo, quo purgamenta hortorum eripiuntur, Ostiensem viam intrat, nulla cuiusquam misericordia, quia flagitiorum deformitas praevalebat.

1. *Non rumor interea, sed nuntii incedunt*, v. ad 1, 35, 3. — *gnara*: in edd. Put. 1. 2. *ignara*. — *afferrent*: in MS. Guelf. *offerrent*. — *Lucullianos in hortos*, v. ad c. 1. n. 1. *Lucullianos* recte edd. Ber. Rhen. Ald. et dein omnes. *Fucilianos* MSS. Flor. Guelf. et Broterii, ed. Spir. *fultianos* MS. Bud. *Lucilianos* (ut *praediorum Lucilianorum* in inscr. Grut. p. 594.) MSS. Reg. et Agr. *Lucillianos* edd. Put. 1. 2. Sic et cap. 37. *Lucullianis* edd. Rhen. et sqq. *Luculianis* ed. Ber. *Lucilianis* MSS. Flor. Reg. Agr. ed. Spir. Put. 1. 2. *Lucianis* MSS. Guelf. Bud. — *dissimulando metu*, ut 15, 69. pro *diss. metui*, h. e. metus dissimulandi causa; Rhen. Cf. ad 3, 30, 2. Ind. III. v. *Dativus* N. 3. et 7. *dissimulato* MS. Guelf. *metu* edd. omnes. *metum* MSS. Flor. Bud. — *digrediuntur* MS. Flor. ed. Spir. Pich. et rec. *digreditur* MSS. Guelf. Bud. edd. cet. Utrumque aptum h. l. — *dilabentibus* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. et deinde omnes. *dillabentibus* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *affuere* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. al. *adfuere* MSS. Flor. Guelf. edd. quaedam rec. *adfuerunt* ed. Spir. — *inditaque sunt vincla*, v. ad 3, 28, 3. *vincla* MSS. Flor. Guelf. edd. Bekk. 2. Walth. *vincula* edd. rel.

2. *res adversae consilium eximerent*, v. ad 1, 32, 1. *eximerent* MSS. Flor. Reg. Guelf. Bodl. Bud. Agr. edd. Spir. Ern. et rec. *adimerent* edd. rel. Paulo post *auspicia marito, quod subsidium habuerat* ed. Spir. — *intendit*, cf. Ind. II. — *iussitque, ut*, v. ad 4, 72, 1. Voluit, Britannicum et Octaviam pergere, neque tamen praesentibus id praecepit, sed imperavit servitiis suis, ut Britannicum et Oct. monerent pergere in complexum patris; *Walth.* *iussique* MS. Guelf. *missique* MS. Flor. test. Furia. — *Vibidiam*: in MS. Bud. *urbidiam*. — *virginum Vestalium vetustissimam*, quae vulgo *maxima* dicebatur, quia ab aetate his virginibus praeerat; *Lips.* Cf. eius liber de Vesta c. 7. „*Vetustissimam* h. l. esse quae *maxima* est, facile concesserim, quum plerumque, quae dignatione ac loco, etiam aetate praecederet, certe annis sacerdotii. Sed *maximi* proprie non dicebantur natu maximi, neque, quod Guther. de iure pontif. 1, 4. perperam contendit, qui maximi essent imperii, sed principes collegii, qui primum inter collegas locum tenerent collegiumque cogerent atque ei praesiderent, ut *pontifex, augur, curio maximus*. Gutherius male provocat ad loca Liv. 7, 3. *ut, qui praetor maximus sit, idibus Sept. clavum pangat*, et Cic. in Pis. 1. *me quum quaestorem in primis, aedilem priorem, praetorem primum cunctis suffragiis populus Rom. faciebat*. In illo *praetor maximus* est maximus magistratus; in hoc Cicero tantummodo ante collegas se renuntiatum significat. Festus: *Maiorem consulem L. Caesar putat dici vel eum, penes quem fasces sint, vel eum, qui prior factus sit*; *praetorem autem maiorem* (non *maximum*) *urbanum, minores ceteros. Maximum praetorem dici putant alii eum, qui maximi imperii sit, alii, qui aetatis maximae*. (Veriorem esse priorem sententiam, liquet ex Liv. 7, 3.) *Pro collegio augurum decretum est, qaod in Salutis augurio praetores maiores et minores appellentur, non ad aetatem, sed ad vim imperii pertinere*. Aut consentit hoc cum primis Festi verbis aut *praetores maiores* et *minores* sunt consules et praetores: nam imperium minus praetor,

maius habebat consul, ut ex Messala refert Gellius 13, 15." *Gron.* — *oravit* cet. „Nam virginum Vestalium intercessione saepius usos homines Romanos deprehendimus. Cf. H. 3, 81. Suet. Iul. c. 1. Cic. pro Font. c. 17." *Walth.* — *pontificis maximi*, cf. ad c. 26. n. 2 extr. *oravit — adire — expetere*, cf. Ind. III. v. *Infinitivi* N. 7. *oravit* (ut) *adiret - expeteret* MS. Agr. quae dictio non minus bona et usitata est. — *tribus omnino*, ut ap. Cic. fin. 5, 8. Germ. überhaupt nur drei, nicht mehr und nicht weniger als drei. — *id repente solitudinis erat* circa Augustam repente derelictam ab aulicis servitiisque iram Claudii et vindictam metuentibus. Cf. verba extrema huius cap. — *spatium Urbis pedibus emensa*, „longitudinem Urbis a colle Hortulorum, in quo horti Lucaliiani, ad portam Ostiensem; *Ryck.* Cf. huius cap. princ. et ad c. 1. n. 1. — *eripiuntur* MSS. Flor. (nam tacet Victor.) Guelf. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. et dein omnes. *expuuntur* MS. Reg. *reperiuntur* ed. Spir. *excipiuntur*, *egeruntur* et *exportantur* corr. viri docti. Sed vulgatum pro vero habeo: nam egregie exprimit festinationem, qua eiusmodi opus fieri solet; *Walth.* — *Ostiensem viam intrat* obviam itura Imperatori ab Ostia redeunti. *intrant* MS. Guelf. *Intrare viam*, ut *inire* et *ingredi*. — *nulla cuiusquam misericordia*, cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita. nulla cuiuscunque m.* *quia vitiorum deformitas pr.* ed. Spir. — *praevalebat* misericordiā. Cf. ad 1, 58, 1. et Ind. II.

CAPUT XXXIII.

Trepidabatur nihilominus a Caesare; quippe Getae praetorii praefecto haud satis fidebat ad honesta seu prava iuxta levi. Ergo Narcissus assumptis, quibus idem metus, non aliam spem incolumitatis Caesaris affirmat, quam si ius militum uno illo die in aliquem libertorum transferret, seque offert suscepturum. Ac ne, dum in Urbem vehitur, ad poenitentiam a L. Vitellio et P. Largo Caecina mutaretur, in eodem gestamine sedem poscit sumitque.

1. *Getae praetorii praefecto*, cf. cap. 31. pr. — *fidebat*: in MS. Flor., *fidebant* test. Furia. — *ad honesta seu prava* (quod ad illa attinet) *iuxta levi*, cf. ad 1, 6, 6. *seu* omissum in ed. Spir.

2. *assumptis quibus idem metus*: in Put. 1. 2. et al. edd. *assumptis idem quibus metus.* — *non aliam spem incolumitatis Caesaris*, cf. Ind. III. v. *Genitivi ex se pendentes*, ad Agr. 12. n. 5. et O. 34. n. 3. „Fortasse melius *Caesari*. v. intpp. Liv. 1, 36." *Ern.* — *ius militum* praetorianorum, imperium in eos. *vis m.* MS. Guelf. et ed. Spir. — *seque offert suscepturum*, ut 16, 26. *offerebat se intercessurum SCto*, ubi *offerre*, sc. se, est id. qd. offerre operam suam ad id, al. *profiteri*, Germ. sich erbieten. — *Ac* (v. ad 2, 37, 1.) *ne, dum in Urbem vehitur* sc. Claudius. *ac ne dum in U. referatur vehitur* MS. Flor. test. Furia. *ac nedum in urbe refert vehitur* ed. Spir. — *a L. Vitellio et P. Largo Caecina*, qui gratiosi erant et Claudio et Messalinae. De illo, qui Imp. Vitellii pater fuit, v. cap. 2. 3. et Ind. II. „*P. Largus Caecina* frater, opinor, C. Caecinae Largi, qui consul cum Claudio fuit a. U. 795. et in consulatu interfectus. Ad eum referenda verba Asconii ad Cic. or. pro M. Scauro: *Scauri domum possidet nunc Longus Caecina, qui consul fuit cum Claudio.* Scribe *Largus Caecina*, et disce hinc, quae Asconii certa aetas." *Lips.* Hunc cum Claudio a. U. 795. et per integrum annum, etsi non cum eo, consulem fuisse, tradit Dio 60, 10. non vero quisquam, eum in consulatu interfectum; neque P. fratris usquam mentio fit. Hinc *C. Largo Caecina* h. l. corr. Ryck.

„Non crediderim, eundem C. Largum esse intelligendum. At quum L. Vitellius hoc ipso a. U. 801, consul fuerit suffectus A. Vitellio, sic quoque P. Largum suffectum fuisse L. Vipstano opinor. Hinc metus Narcissi, ne Claudius *ad poenitentiam mutaretur* a consulibus.“ *Brot.* In MS. Bud. *P. Cecina,* sed *Largius Caecina* cap. 34. *et* post *Vitellio* non est in MSS. et edd. vet. sed insertum a Brot. Oberl. Bekk. Lün. aliisque, quoniam *a P. Largo C.* exstat in MS. Reg. „Cur vero non substitutum *ac?*“ *Walth.* Quia modo praecessit. — *mutaretur:* in MS. *Guelf. invitaretur.* — *in eodem gestamine:* „i. e. in sella gestatoria, quae a Claudio deducta in vulgi usum et in qua plures sellas fuisse ex h. l. patet. v. Electa mea 1, 19.“ *Lips.* „Existimo potius, *gestamen* h. l. esse vehiculum aut carpentum; nam quatuor *sedes* sive loca vix in sella aut lectica ab hominibus portari solita dari possunt; tempus quoque brevius huic itineri impensum, quam ut sella quatuor hominibus onusta (Claudio, Vitellio, P. Largo et Narcisso) ab hominibus portari potuerit. Huc accedit, quod de tali sella neque verbum *vehitur,* neque simpliciter vox *gestamen* usurpatur, sed *gestamen sellae* 2, 2. 14, 4. (ubi voc. *sellae,* quod priscis libris abesse dicit Lipsius, in omnibus edd. reperitur et in MSS. Flor. Guelf. Bud. Agr. aliisque) 15, 57. et *gestatoria sella* ap. Suet. in Ner. 26. in Vit. 16.“ *Ryck.* „Praeterea *sedes* non commode de lectica dicitur, *gestatio* autem ap. Cels. 2, 15. (et Suet. Claud. 33.) de navi et vehiculo.“ *Ern.* Romanorum et *sella* (Gall. *chaise, porte-chaise, chaise au porteur,* Germ. Sänfte, Tragesessel) et *lectica* (Germ. tragbares Lotterbett, Palankin) erat vel minuta et arcta, (*sellula* H. 3, 85. *lecticula* H. 3, 67.) a duobus, vel laxior, a sex et octo servis *gestari* portarive solita, (*hexaphoros* et *octophoros*) cum pulvino oblongo, in qua homo porrectus iacebat; praeterea vel aperta, vel tecta undique et clausa, pellibus seu velis et plagulis, quae dimoveri poterant, ad fenestras oppansis. Ita autem inter se differebant, ut *sella* ad *sedendum, lectica* ad iacendum aptior; et in illa cervical tantum ad caput reclinandum, in hac *lectus* fuisse videatur. Alia erat *sella* (*καθέδρα, cathedra*) in primis delicatorum mulierumque, et quidem sublimior, (species *θρόνου,* quae *δίφραξ* dicitur Theocrito 14, 39. ubi v. Schol.) in qua sedebant et nonnunquam gestabantur, (unde et haec *sella gestatoria*) dorsum acclinantes fulcris affabre factis et brachia cubitosve reponentes in aliis fulcris, quae etiam scribentibus pulpitorum instar erant. v. Lips. Elect. 1, 19. Scheffer. de re vehic. 2, 4. et 5. p. 64 sq. 75. 77. 89. Casaub. ad Suet. Oth. 6. Drak. ad Liv. 39, 6. Ern. ad Suet. Tib. 64. Wernsdorf. ad. Calpurn. Ecl. 7, 27. in Poet. Lat. min. T. II. p. 166. intpp. Iuvenal. 1, 64. 3, 242 sq. 4, 21. 6, 91. 7, 132. 9, 52. Phaedr. 3, 8, 4. Prop. 4, 5, 37. Boettigeri Sabina p. 4. 29. 30. 66. 427. 443. ed. 1. Chimentell. de honore bisellii p. 126. — *poscit sumitque* MSS. Reg. Guelf. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. et dein omnes praeter Pich. Ita et MS. Flor. si Victorio, qui tacuit, sed *p. is sumitque,* si Iac. Gronovio, et *p. assumitque,* si Pichenae fides habenda. Hic recepit *assumitque* et ex eo orta videtur lectio ed. Spir. *positus sumitque.* „De Narcisso tamen *assumit* recte dici nequit: nam hic non *assumpsit,* sed Claudius Narcissum. Sic Plin. ep. 3, 1. *vehiculum ascendit, assumit uxorem.* Num fuit *assumiturque?*“ *Walth.* Hoc verum esse videtur et *assumitque* ex comp. scripturae ortum, nota literarum *ur* a librariis praetermissa. *p. insumitque* MS. Bodl.

CAPUT XXXIV.

Crebra post haec fama fuit, inter diversas Principis voces, quum modo incusaret flagitia uxoris, aliquando ad memoriam coniugii et infantiam liberorum revolveretur, non aliud prolo-

cutum Vitellium quam *o facinus! o scelus!* Instabat quidem Narcissus, aperire ambages et veri copiam facere; sed non ideo pervicit, quin suspensa et, quo ducerentur, inclinatura responderet exemploque eius Largus Caecina uteretur. Et iam erat in aspectu Messalina clamitabatque, *audiret Octaviae et Britannici matrem,* quum obstreperet accusator Silium et nuptias referens; simul codicillos libidinum indices tradidit, quis visus Caesaris averteret. Nec multo post Urbem ingredienti offerebantur communes liberi, nisi Narcissus amoveri eos iussisset. Vibidiam depellere nequivit, quin multa cum invidia flagitaret, ne indefensa coniunx exitio daretur. Igitur *auditurum Principem et fore diluendi criminis facultatem* respondit: *iret interim virgo et sacra capesseret.*

1. *post haec:* in MS. Bud. et ed. Spir. *post hac.* — *revolveretur:* in ed. Spir. *provolveretur* et paulo post *contra facinus. O scelus.* — *Instabat quidem Narcissus* sc. apud Vitellium, ut Claudio aperiret, quid faciendum esset; *Huet.* et *Brot. Instabat quippe N.* MS. Guelf. Male: nam sequitur *sed non* cet. — *non ideo pervicit,* multa opera effecit, perfecit, *quin,* ut non, *suspensa* cet. Cf. Ind. II. et Liv. 4, 12. 30. 10, 24. — *suspensa,* v. ad 1, 11, 3. — *exemploque eius L. C. uteretur,* cf. ad c. 2. n. 2 extr. *eius* omissum in ed. Spir.

2. *clamitabatque* ut *audiret* cet. *audiri* ed. Spir. — *quum obstreperet accusator* Narcissus. *quum obstrepere* (v. ad 2, 40, 1.) edd. Ern. Ob. Lün. Bekk. Kiessl. e coni. Freinsh. et Acid. „Male: nam si scribis *quum obstrepere* vel *obstrepebat,* sententia est, primum clamitasse Messalinam, dein accusatorem obstrepuisse, sine nexu causali. Verum *quum obstreperet* exprimit, Messalina clamitante accusatorem obstrepuisse, scil. ne audiretur. Id sibi voluit auctor.“ *Walth.* Verbum *obstreperet* simpl. dictum, vel intell. Messalinae, ut *obstrepere alicui* H. 1, 75. 85. ap. Cic. ep. ad fam. 5, 4. et de or. 3, 13. — *quis* MSS. Flor. edd. Spir. Walth. *quibus* edd. cet. — *visus,* visum, ut 13, 16. et *auditus* 13, 5. Cf. Ind. III. v *Numerus plur. pro sing.* — *Urbem ingredienti* Caesari, Claudio. Cf. c. 26. 29—33. — *offerebantur communes liberi, nisi — iussisset,* v. ad 1, 35, 3. — *Vibidiam,* cf. cap. 32. — *quin* MSS. Flor. (si Pichenae, sed *quid,* si Victorio credendum) Bodl. in marg. Guelf. edd. Spir. Pich. et rec. *quae* MSS. Bud. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. et rel. ante Pich. — *Igitur* MSS. Flor. Guelf. Bud. edd. Spir. Ern. et rec. *ergo* edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. — *et sacra capesseret,* cf. ad c. 24. n. 1. *capesseret* edd. Rhen. 2. 3. Lips. et rec. *capesceret* MS. Guelf. edd. Spir. Put. Ber. Rhen. 1. Ald. Cf. ad 12, 5, 2.

CAPUT XXXV.

Mirum inter haec silentium Claudii: Vitellius ignaro propior: omnia liberto obediebant. Patefieri domum adulteri atque illuc deduci Imperatorem iubet. Ac primum in vestibulo effigiem patris Silii consulto senatus abolitam demonstrat; tum, quicquid avitum Neronibus et Drusis, in pretium probri cessisse. Incensumque et ad minas erumpentem castris infert, parata concione militum, apud quos praemonente Narcisso pauca verba fecit; nam etsi iustum dolorem pudor impediebat. Cohortium clamor dehinc continuus nomina reorum et poenas

flagitantium: admotusque Silius tribunali non defensionem, non moras tentavit, precatus, ut mors accelereretur. Eadem constantia et illustres Equites Romanos cupidos maturae necis fecit. Titium Proculum, custodem a Silio Messalinae datum et indicium offerentem, Vettium Valentem et confessum, et Pompeium Urbicum ac Saufellum Trogum ex consciis tradi ad supplicium iubet. Decrius quoque Calpurnianus vigilum praefectus, Sulpicius Rufus ludi procurator, Iuncus Virgilianus senator eadem poena affecti.

1. *inter haec:* in MS. Guelf. et ed. Spir. *inter hoc.* — *Vitellius ignaro propior,* cf. Ind. II. *Iulius i. p.* MS. Flor. teste Furia et ed. Spir. *gnaro* edd. Put. 1. 2. et al. — *omnia* (omnes, etiam Caesar) *liberto obediebant* Narcisso, cf. ad c. 38. n. 2. — *domum adulteri,* v. ad c. 12. n. 2. — *in vestibulo* (v. ad 2, 31, 1.) *effigiem patris Silii SCto abolitam* (v. 4, 19. et ad 2, 32, 1.) *demonstrat,* tanquam rem et illicitam, (cf. ad 2, 32, 1. et Cic. pro C. Rabir. c. 9.) et diebus nuptialibus usitatam. Imagines enim maiorum e cera effictae a vertice ad umbilicum seu humeros usque (*imagines, thoraces,* προτομαί, Büsten, Brustbilder, a quibus diversae integrae statuae iconicae s. similares, ἀγάλματα εἰκονικά, ἰσομέτρητα, Statüen in Lebensgröſse) signa erant nobilitatis earumque ius dabant magistratus curules, quos aliquis vel maiores eius gesserant; unde homines *novi, nobiles, ignobiles* dicebantur. v. ad 3, 55, 3. Istae autem imagines in ligneis thecis s. armariis servari et nataliciis aliisque diebus festis (ut tunc nuptialibus) ordine disponi solebant in porticibus, *vestibulis* et potissimum atriis, iunctae funiculis ligneis, qui sertis s. vittis cincti tanquam rami arborum ex stirpe discurrebant indicabantque familiarum successionem sive genealogiam, στέμματα sic dicta a στέφειν, circumdare, coronare. v. Lips. Elect. 1, 29. Budaeus ad Pand. p. m. 52 sq. Sigon. ant. I. C. 2, 20, loca class. Plin. 35, 1 — 5. Sen. de ben. 3, 28. et Iuvenal. 8, 1 sq. in primis Heindorf. ad Hor. Sat. 1, 6, 17. Eichstaedt diss. duae de imag. Rom. Petropoli 1806. et Quatremère de Quincy le Iupiter Olympien Paris. 1815. p. 14. et 36 sq. ubi is contendit, diversas fuisse imagines in armariis servatas (Ahnenbilder, ganze Büsten mit dem Anfange der Bekleidung aus colorirtem Wachs) a simulacris cereis, (Wachsbilder) quae in exsequiis, anteriore capitis parte ab imaginibus detracta, larvarum loco adhibuerint Romani. Cf. ad O, 8. n. 3. O. 11. n. 3. — *quicquid avitum Neronibus* edd. Ern. Oberl. et aliorum ex emend. Chiffletii et Lipsii. *q. habitum N.* h. e. possessum a Neronibus MS. Guelf. edd. vet. Cf. Ind. III. v. *Dativus subiectivus.* Sed verum videtur *avitum,* pro quo et aliis locis substitutum *habitum.* v. ad 13, 34, 1. 14, 18, 2. intpp. Iustin. 1, 1. et Valer. Max. 6, 2, 3. Diversitas scripturae inde orta, quod a librariis medii aevi saepius *b* scriptum pro *v,* (v. ad 11, 6, 1.) et a e o olim in multis vocibus cum aspiratione pronuntiata, v. c. *have* et *habe* pro *ave, hancora, harena, halica, halicula, hascia, hasciola, hausterus, Hadria, Hanno, Hamilcar, Hannibal, Hasdrubal, achademia, aheneus, Ahenobarbus, holus, honera, honustus* et alia pro *ancora, arena* cet. Cf. Grotef. (mai.) Gramm. T. II. §. 179. 199. 200. *quicquid habitum,* possessum a, *Neronibus,* cf. Ind. III. v. *Dativus subiectivus.* Sed recte Chiffletius correxisse videtur *q. avitum N.,* quod in ordinem receperunt Ern. Ob. et alii. Cf. ad 13, 34, 1. et 14, 18, 2. — *in pretium probri cessisse,* v. ad c. 12. n. 2. *pretium* MS. Flor. et edd. rec. *precium* edd. vet. — *Incensumque,* cf. ad 2, 37, 1. *incessumque* MS. Guelf. — *erumpentem* MSS. Flor. Guelf. Bud. Bodl. edd. Spir. Ern. et rec. *prorumpentem* edd. Put. 1. 2. et cet. — *ca-*

stris praetoriis. — *concione:* in MS. Guelf. et edd. Spir. Put. 1. 2. *contione.* — *nam etsi iustum dolorem* (cf. ad 1, 33 extr.) *pudor impediebat,* h. e. eius significationem, indicia.

2. *Cohortium clamor dehinc continuus* MS. Flor. (saltem siluit Victor.) edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. sqq. *Continuus dehinc cohortium clamor* MSS. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. edd. Ern. Ob. Brot. Lün. Bekk. Kiessl. „Sed Tacitus non in eo est, ut referat *continuum* fuisse coh. clamorem: immo dicit, nunc primum *cohortium clamorem* exstitisse eumque *continuum.* Igitur postponendum erat epitheton.“ *Walth.* — *nomina reorum,* v. ad Agr. 41. n. 3. — *tribunali* in castris. v. ad 1, 18, 3. — *constantia:* in ed. Spir. *instantia.* — *illustres Equites Romanos,* v. ad 1. 73, 1. *Eadem constantia et ill. equites Romani cupido maturae necis fuit* MS. Flor. si Victorio, sed *E. c. et ill. eq. romani cupido mature necis fuit,* si Furiae fides habenda. „Priora ut sensum habeant, interpunge post *Romani* et repete *eadem* ante *cupido.*“ *Walth.* Sed ita quoque scribendum *illustribus Equitibus Romanis.* In MS. Bud. omissum *maturae,* sed, ut in ed. Spir., insertum *viros* post *illustres.* — *Titium Proculum* usque ad finem cap. 36. „Horum omnium mentio in Senecae Menippaea de Claudii morte, (inscripta ἀποκολοκύντωσις, de qua v. Dio 60, 35.) in qua tamen disiunctim scrib. *M. Helvius, Trogus* et male fortasse *Sex. Traulus* nominatur pro *Traulo Montano* c. 36.“ *Lips.* et *Titium* MSS. Flor. et Guelf. — *custodem a Silio Messalinae datum,* quem ἀοιδὸν sine dubio Messalina castas imitata a marito novo ipsa exegit; *Gron.* De custodibus coniugi a marito et amicae ab amatore appositis cf. cap. 37. 14, 44. ad G. 19. n. 1. Iuvenal. 6, 235. 347. (*quis custodiet ipsos custodes?*) Ovid. Am. 2, 3. 3, 4, 1 sq. 3, 8, 63. et Ars Am. 3, 611 — 658. Martial. 10, 69. Broekhus. ad Tibull. 1, 6, 9. id. et Burm. ad Prop. 2, 5, 29. 2, 6, 37. 2, 18, 70. Heindorf. ad Hor. Sat. 1, 2, 98. 1, 6, 81. *custodem a Silio M. datum* MS. Flor. edd. Pich. et rec. *cust. Silio et M. dat* MSS. Guelf. et Bud. *cust. Silio ac M. dat* edd. Spir. Put. 1. 2. et cet. ante Lips. *cust. M. dat* MS. Vat. in quo *ac Silio* a m. rec. appictum. Hinc *cust. M. datum* edd. Lips. — *indicium offerentem et confessum,* h. e. postquam indicium oblatum ediderat; *Walth.* Sed verba *et indicium offerentem* ad Proculum potius referenda videntur, sola vero *et* (etiam) *confessum* ad Vettium Valentem. „*Indicium proprie est eius, qui facinoris, cuius ipse est conscius, latebras indicat impunitate proposita,* *Ascon.* ad Cic. in Div. ad Q. Caec. c. 11. et *Donatus* ad Terent. Eun. 5, 7, 13.“ *Lips.* Copula ante *confessum* adiecta in edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Lips. et rec. abest a MSS. Flor. Guelf. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Bekk. In *confessum* nomen cuiusdam e consciis latere putabant Lall. et Oberl. — *Vettium Valentem,* v. ad c. 31. n. 3. — *Urbicum:* in MS. Guelf. *Vibium,* in ed. Put. 2. *uibicum.* — *Saufellum* edd. Put. 1. 2. et deinceps omnes. *Saufelum* MS. Bud. *Saufelium* MS. Vat. Lipsii et ed. Spir. Scribo *Saufeium:* et induxit librarios illud *L* longiusculum, ut *LL* scriberent; *Lips.* Romae fuit gens *Saufeia* notique *Saufeii* ex Plin. 7, 53. Cic. p. Rabir. Perd. c. 7. et epp. ad Att. 1, 3. 2, 8. 4, 6. 14, 18. 15, 4. 16, 3. Eadem quoque lectionis varietas est ap. Iuvenal. 6, 320. 9, 117. (quibus locis in Schol. et sex edd. vet. est *Saufeia,* in quibusdam MSS. et edd. *Laufera, Laufela, Laufeia,* in plerisque optimisque *Laufella*) et Martial. 3, 72. — *tradi ad supplicium iubet* sc. Claudius. *tradi* MSS. Flor. Guelf. Bud. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. Walth. *trahi* edd. Lips. Pich. et rec. Cf. ad 4, 70, 2. „Sed cur non *tradi?* Cf. Suet. in Cal. c. 32. in Vit. c. 14.“ *Walth.* — *Decrius* MSS. Flor. Bud. edd. Kiessl. Walth. Cf. 3, 20, 1. *Deorius* ed. Spir. *Detius* MS. Guelf. *Decus* edd. Put. 1. 2. *Decius* edd. Ber. Rhen. Ald. et cet. — *Calpurnianus* MSS. Flor. edd. Lips. Pich. et rec. *Calphurnianus* MSS. Guelf. Bud. et edd.

vet. — *vigilum praefectus:* nam cohortes VII vigilum, quarum unaquaeque binas Urbis regiones tuebatur, (v. Paulus in l. 3. pr. D. de off. praef. vig.) ab Augusto a. U. 759. (v. Dio 55, 26.) institutae erant incendiis coercendis utebanturque hamis vasisque sparteis pice illitis, quibus aqua deferebatur; unde vigiles *Sparteoli* dicuntur Tertull. Apologet. c. 39. et Schol. Iuvenal. 14, 305. Cf. ad 4, 5, 2. 15, 43. H. 1, 20. 46. 72. 3, 64. 69. Paulus l. l. Colum. 10, 387. intpp. Plin. ep. 10, 42. Cuiac. obss. 13, 30. Trekel. ad Brisson. Select. ant. 2, 8. Casaub. ad hist. Aug. p. 197. Cramer ad Schol. Iuvenal. 14, 305. Heubach. comm. de politia Rom. Goett. 1791. §. 46—51. „Appianus B. C. 5, 132. scribit, Sabinum praefectum a Caesare ad turbas et latrocinia in Urbe Italiaque comprimenda, ex eo autem tempore φασὶ παραμεῖναι τὸ στρατείας τῶν νυκτοφυλάκων ἔθος τε καὶ εἶδος. Bene φασί, aiunt: nam si tu, Appiane, nimis erras.“ *Lips.* ad H. 3, 64. *vigilum praefectus* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. et dein omnes. *vigilium p.* MS. Flor. teste Furia. *vigiliis p.* MS. Bud. *Virgilius p.* ed. Spir. — *Rufus* MS. Guelf. edd. Ber. Rhen. sqq. *ruffus* edd. Spir. Put. 1. 2. — *ludi procurator:* „quae igitur tunc dignitas fuit. Sic 13, 22. *cura ludorum, qui a Caesare parabantur, Arruntio Stellae permittitur;* in lapide prisco Tibure ap. Grut. p. 459. *curat, muneris publici gladiator* l., ap. Suet. Cal. 27. *curator munerum ac venationum.*“ *Lips.* ad 13, 22. „Cf. Guther. off. dom. Aug. 3, 35.“ *Ern.* — *Iuncus Virgilianus* edd. Lips. et rec. *Iuncus Vergilianus* MS. Flor. (saltem siluit Victor.) edd. Ber. Rhen. Ald. *Iuncus: Vergilianus* edd. Put. 1. 2. *Iuncrus V.* MS. Guelf. *Luncus*: *Vergilianus* ed. Spir. *Iunius Virg.* dicitur in Glandorp. Onomast. quod verum videtur; *Ern.* Eadem lectionis varietas est ap. Iuvenal. 15, 27. et *Iuncus* aut *Iunctus* consul cum Severo fuit Commodo regnante. v. Lamprid. in Comm. c. 4. et Ulpian. l. 28. Dig. de fideicommissis libertatibus. — *senator,* v. ad 3, 36, 2. — *affecti:* in ed. Spir. *aff. sunt.*

CAPUT XXXVI.

Solus Mnester cunctationem attulit dilaniata veste clamitans, *aspiceret verberum notas, reminisceretur vocis, qua se obnoxium iussis Messalinae dedisset. Aliis largitione aut spei magnitudine, sibi ex necessitate culpam; nec cuiquam ante pereundum fuisse, si Silius rerum potiretur.* Commotum his et pronum ad misericordiam Caesarem perpulere liberti, ne, tot illustribus viris interfectis, histrioni consuleretur: sponte an coactus tam magna peccavisset, nihil referre. Ne Trauli quidem Montani Equitis Romani defensio recepta est. Is modesta iuventa, sed corpore insigni, accitus ultro noctemque intra unam a Messalina proturbatus erat paribus lasciviis ad cupidinem et fastidia. Suillio Caesonino et Plautio Laterano mors remittitur, huic ob patrui egregium meritum: Caesoninus vitiis protectus est, tanquam in illo foedissimo coetu passus muliebria.

1. *Mnester,* v. ad c. 4. n. 1. — *cunctationem* MS. Flor. edd. Spir. Pich. et rec. *contationem* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. et cet. Cf. ad G. 11. n. 8. — *veste*: in ed. Spir. additum *enim.* — *aspiceret*: in MS. Guelf. *aspicere* et *reminiscerent.* — *vocis, qua se obnoxium iussis Messalinae dedisset*: „Commentum Mnesteris lepidum. Mimum istum deperibat Messalina: sollicitat. Ille tergiversari, metuere Imperatorem. Quid ergo, si maritus ipse iubeat? inquit: et cum marito egit, quasi opera Mnesteris aliqua in re illi usus. Ille vocatum mimum male accipit, iu-

bet, in omnibus uxori obediat pareatque. Paruit; et id iussum valere sibi nunc vult ad veniam obtinendam et vitam. Ita Dio 60, 22." *Lips.* *rerum potiretur*, v. ad 1, 5, 5. *rebus p.* ed. Spir. *poteretur* MS. Flor. — *pepulere*: in MS. Bud. *perpulere*, quod verum esse videtur. — *ne tot* MSS. Flor. (nam siluit Vict.) Guelf. edd. Ber. Rhen. sqq. *tot* ed. Spir. *nec tot* edd. Put. 1. 2. — *tam magna peccavisset* MSS. Flor. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. sqq. *magna p.* MS. Guelf. *tam magne p.* edd. Ber. Rhen. 1. *patravisset* MS. les. quod non spreverim; *Ern.*

2. *Trauli Montani*, cf. ad c. 35. n. 2. — *defensio recepta est*, v. ad 1, 74, 1. — *modesta iuventa, sed corpore insigni*, cf. Ind. III. v. *Ablativi qualitatis.* Suspicari paene possis, Tacitum variationis amantem scripsisse vel *modestae iuventae* vel *corporis insignis.* v. ad 3, 52, 2. — *proturbatus*: male *perturbatus* MS. Guelf. et ed. Spir. — *fastidia* MSS. Flor. Guelf. et omnes edd. praeter Spir. et Lips. in quibus est *fastidio.* De *lasciviis Messalinae* v. Iuvenal. 6, 116—135. — *Suillio Caesonino* scripsi pro vulg. *Suilio C.* v. ad 4, 31, 2. *Suillo Censonio* ed. Spir. et deinde *Cesonnius.* — *Plautio Laterano* edd. Rhen. 2. 3. Ald. sqq. *Plaucio lata͞no* ed. Spir. *Plontio Laterano* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *huic ob patrui egregium meritum*, A. Plautii, suspicor, qui Britanniam Claudio subegit; *Lips.* v. ad Agr. 14. n. 1. — *Caesoninus vitiis protectus est* cet. ut illi ap. Suet. Dom. 10 extr.; *Lips.* — *coetu*: in ed. Spir. *coitu.*

CAPUT XXXVII.

Interim Messalina Lucullianis in hortis prolatare vitam, componere preces, nonnulla spe et aliquando ira: tanta inter extrema superbia agebat; ac ni caedem eius Narcissus properavisset, verterat pernicies in accusatorem. Nam Claudius domum regressus et tempestivis epulis delenitus, ubi vino incaluit, iri iubet nuntiarique miserae, (hoc enim verbo usum ferunt) dicendam ad causam postera die adesset. Quod ubi auditum et languescere ira, redire amor ac, si cunctarentur, propinqua nox et uxorii cubiculi memoria timebantur; prorumpit Narcissus denuntiatque centurionibus et tribuno, qui aderant, exsequi caedem: ita Imperatorem iubere. Custos et exactor e libertis Evodus datus. Isque raptim in hortos praegressus reperit fusam humi, assidente matre Lepida, quae florenti filiae haud concors supremis eius necessitatibus ad miserationem evicta erat suadebatque, ne percussorem opperiretur: transisse vitam neque aliud quam morti decus quaerendum. Sed animo per libidines corrupto nihil honestum inerat, lacrimaeque et questus irriti ducebantur, quum impetu venientium pulsae fores adstititque tribunus per silentium, at libertus increpans multis et servilibus probris.

1. *Lucullianis in hortis*, v. ad c. 1. n. 1. et cap. 32. n. 1. — *tanta inter extrema superbia agebat* MSS. Bud. (a m. rec. *tantum*) Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. sqq. *tantum i. e. s. egebat* MS. Flor. et ed. Spir. Si respicias verba priora *prolatare vitam, componere preces*, superbia *eguisse* potius quam *egisse* videri posset: sin postrema *et aliquando ira*, melior erit vulgata scriptura; *Walth.* — *ni caedem eius Narcissus properavisset, verterat* (propr. *vertisset*) *pernicies in accusatorem*, Narcissum, v. ad 1, 35, 3. et Ind. III. v. *Verborum modi I*, 1. *verterat* (sc. se; cf. Ind. II. et ad G. 31. n. 1.) *pernicies* MSS. Flor. Bud. a m. rec. edd.

Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *verterat perniciem* MSS. Bud. a m. pr. Guelf. edd Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *accusatores* ed. Spir. — *tempestivis epulis*, v. a 14, 2, 1. — *delenitus* MS. Flor. edd. Bekk. Walth. *delinitus* edd. cet. Cf ad 2, 33, 2. et ad Agr. 21. n. 3. — *ubi:* in ed. Spir. *et ubi.* — *incalui* MSS. Flor. (saltem siluit Victor.) Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen 1. Ald. Berneg. sqq. Malo *incaluisset* edd. Rhen. 2. 3. Lips. Pich. Grut — *nuntiarique miserae* — *adesset*, v. ad 2, 65, 1. — *ferunt* abest a MS Ies. Paulo post *et redire amor* ed. Spir. Melius *et* ante *languescere* ab est; *Walth.* — *cunctarentur* MS. Flor. edd. Spir. Pich. et rec. *contarentur* MS. Guelf. et edd. cet. Cf. ad G. 11. n. 8. — *prorumpit* MSS. Flor (teste Pich.) Bud. edd. Pich. et rec. *prorupit* edd. vet. cet. „Victoriu tamen de MS. Flor. tacet et vix credo, Pichenam verum vidisse. Tempus certe *denuntiat* non necessario requirit *prorumpit.*" *Walth.* Cf. a 2, 7, 1. — *denuntiatque* edd. Lips. et rec. *denunciatque* edd. vet. — *aderant* MSS. Guelf. edd. Put. 1. Ber. Rhen. sqq. *aderat* MS. Flor. (test Vict.) edd. Spir. Walth. *aderantur* ed. Put. 2.

2. *Custos et exactor e libertis* Claudii *Evodus datus*, v. ad 3, 14, 3. 11, 35, 2. 15, 28, 2. *Custos et exactor* edd. Spir. Lips. et rec. *Custos, exactor* MSS. Flor. (saltem siluit Vict.) Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. *Evodus:* „fortasse *Euhodus*, ut in inscr. Grut. p. 611." *Ryck.* *datur* MS. Guelf. et ed. Spir. in qua etiam *ruptim* pro *raptim.* — *in hortos* Lucullianos. Cf. princ. cap. — *praegressus* MS. Flor. (p̄gressus) edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Ryck. Bern. I. Gron. Ern. et rec. *progressus* MSS. Guelf. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. Pich. Gron. *pergressus* ed. Spir. Praepositiones *per*, *prae* et *pro* in MSS. et edd. vet. exprimuntur similibus scripturae compendiis et hinc saepissime a librariis permutantur, v. c. 12, 47. 14, 54. 15, 15. 64. H. 1, 29. 84. 2, 4. —*fusam humi*, ut *fusae passim ferae* 12, 13 extr. et χυθεὶς Anacr. od. 52, 16. Cf. Drak. ad Sil. 3, 57. 7, 303. Burm. ad Val. Fl. 1, 252. et ad Petron. c. 130. — *matre Lepida:* „Id patebit ex hoc stemmate:

M. Antonius IIIvir Octavia uxor.	Antonia maior L. Domitio nupta.	Cn. Domitius Agrippina ux.	Imp. Nero.
		Domitia Lepida Valerii Messalae ux.	Valeria Messalina Claudii uxor.
	Antonia minor Drusi ux. Cf. ad 4,44,1.	Germanicus Imp. Claudius.	

Vides ergo, Lepidam fuisse Neronis amitam, (Suet. Ner. 7.) eandem vero et Claudium vere *consobrinos* dici Suet. Claud. 26. ubi tamen tutius putarim legi *Valeriam Messalinam Barbati Messalae et consobrinae suae filiam.*" *Lips.* Aliam genealogiam, sed minime probabilem, consarcinavit Ryckius; *Brot.* Cf. ad 4, 44, 1. et 12, 64, 2. — *florenti filiae*, v. ad 1, 41, 1. — *supremis eius necessitatibus*, v. ad 1, 9, 3. et H. 1, 3. — *ad miserationem evicta*, v. ad H. 2, 64, 6. et Ind. III. v. *Oratio praegnans.* — *opperiretur: transisse:* in ed. Spir. *operiretur: transiuisse*, et deinde in MS. Bud. *neque quicquam aliud.* — *morti* MSS. Flor. Guelf. Bud. et edd. paene omnes, nisi quod *morte* edd. Rhen. 2, 3. Ald. Lips. — *libidines:* in ed. Spir. *libidinem.* — *lacrimaeque* MS. Flor. edd. Spir. Iac. Gron. et rec. *lachrymaeque* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. *lacrymaeque* edd. Lips. et cet. — *ducebantur*, cf. ad 12, 29 extr. — *cum* (vel *quum*) *impetu* MS. Flor. edd. Spir. Pich. et rec. *Tum impetu* MSS. Guelf. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. et cet. — *venientium pulsae:* fortasse *irruentium impulsae* a Tacito scriptum; *Ryck.* — *adstititque* MSS.

Flor. Guelf. Bud. edd. Spir. Put. 1. Pich. et rec. *adstitit* vel *astitit* edd. Put. 2. Ber. et cet. — *at libertus* MS. Flor. edd. Pich. sqq. *ac lib.* MSS. Guelf. Bud. edd. vet. — *increpans:* MS. Guelf. *increpitans*, quod amat Tacitus; Ern. — *et servilibus* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. Bekk. Walth. *ac serv.* MSS. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet.

CAPUT XXXVIII.

Tunc primum fortunam suam introspexit ferrumque accepit, quod frustra iugulo ac pectori per trepidationem admovens ictu tribuni transigitur. Corpus matri concessum; nuntiatumque Claudio epulanti, perisse Messalinam, non distincto, sua an aliena manu. Nec ille quaesivit, poposcitque poculum et solita convivio celebravit. Ne secutis quidem diebus odii, gaudii, irae, tristitiae, ullius denique humani affectus signa dedit, non, quum laetantes accusatores aspiceret, non, quum filios maerentes. Iuvitque oblivionem eius senatus censendo, nomen et effigies privatis ac publicis locis demovendas. Decreta Narcisso quaestoria insignia, levissimum fastidii eius, quum super Pallantem et Callistum ageret. Honesta quidem, sed ex quibus deterrima orirentur tristitiis multis.

1. *introspexit:* in MS. Guelf. *intro aspexit.* — *frustra iugulo ac pectori admovens*, cf. ad 4, 22, 2. *ac pectori* edd. Rhen. 2. 3. Ald. et rec. *ac prectori* MS. Guelf. *aut pectori* edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Bekk. Ex MS. Flor. *ac* enotavit Victorius et *aut* Iac. Gron. — *ictu tribuni transigitur:* „Ergo tribuni supplicium interdum ipsi sua manu sumebant, ad quod alias speculatores fere destinati, non insignes milites. v. 15, 60. 67. et Sen. ep. 4.“ *Lips.* ad 15, 67. Cf. et 12, 22 extr. *transigitur* MS. Flor. (teste Iac. Gron.) et ed. Bekk. ut 2, 69. 14, 9. 37. *transfigitur* edd. cet. Paulo post *concessum est*: *nunciatumque est* ed. Spir. — *Nuntiatumque Cl. e. perisse Messalinam* cet. cf. Suet. Claud. 39. *perisse* omnes edd. ante Oberl. ut et Bekk. Walth. — *periisse* edd. Ob. Bip. Lün. — *non distincto*, v. ad 1, 46, 1. —*poposcitque*, cf. ad 1, 13, 2. Paulo post *nec secutos quidem* ed. Spir. — *affectus*: in edd. Ber. Rhen. 1. *effectus.* — *filios maerentes*, filium filiamque, Britannicum et Octaviam. Cf. ad 2, 57, 1. — *nomen et effigies privatis ac publicis locis demovendas*, v. ad 2, 32, 1. *ac publicis* MS. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. Ald. sqq. *et p.* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. fortasse et MS. Flor. Salitem siluit Victor.

2. *Decreta* a senatu *Narcisso quaestoria insignia*, ut 16, 33. — *levissimum fastidii eius* MSS. Flor. Vat. 1863. 1864. edd. Spir. Ern. Oberl. sqq. *fastigii* MSS. Vat. 1958. Reg. Bud. Harl. Bodl. Ies. Agr. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Ern. „Non recipere dubitavi *fastidii*, quod convenientissimum est impotenti et arroganti liberto: nec obstat quod Ryckius dicit, scil. Narcissum sic repraesentari, ut clare appareat, Tacitum potius admiratum huius prudentiam, dexteritatem et constantiam in exsequendo toto hoc negotio, quam ullo modo sugillare voluisse status ipsius conditionem. Tacitus vult potius dicere, eum honorem Narcissi superbiae parum satisfecisse, quum in aula primum gratiae locum teneret. Enimvero nec sic locum persanatum puto. Quis enim dicat *leve fastidii* vel *fastigii?* Immo leg. *fastidio* vel *fastidiis*.“ *Ern.* „Sed aliud est *levissimum fastidii eius* quam *leve fastidii*. Nam *fastidium* hic dici pro arrogantia, *superbia*, facile intelligitur. Iam *fastidium* est summa rerum, quibus ille superbiebat, et *levissimum fastidii eius* (genit. partit.)

est levissimum ex iis, quae sibi arrogabat, vel levissima pars earum re rum, quibus fastus eius nitebatur; Germanice: der geringste Gegenstand seines Übermuths. Sic loco simill. 12, 28. *decretu Pomponio triumphalis honos, modica pars famae eius apud posteros*, h. e modica pars earum rerum, quibus fama eius nitebatur apud posteros Ceterum utrum sit verum *fastigii* an *fastidii*, vix aliter discerni poteri quam ex auctoritate librorum. Pro *fastigii* est locus Ann. 3, 29. *ac ta men initia fastigii Caesaribus erant*; pro *fastidii* loca Plinii ep. 8, 6 *placuit aere signari omnes honores fastidiosissimi mancipii*, (Pallantis *quosque repudiasset, quosque, quantum ad decernentes pertinet, gessisse* et pan. c. 55. *ut appareat, non superbia et fastidio te amplissimos hono res repudiare, qui minores non dedigneris*; quo loco *fastigio* in MS Vat." *Walth.* Genitivus *eius* ex gen. *fastidii* pendet. Cf. ad 4, 8, 1. — *quum super Pallantem et Callistum* (Cf. ad c. 29. n. 1.) *ageret*, (v. ad 1 68, 1.) quum re vera potentissimus esset libertorum in aula Claudii, e quo fracta ab eo Messalinae potentia et caedes eius perpetrata. Claudiu enim coniugum libertorumque imperiis obnoxius erat, (12, 1. Sue Claud. 29. pr.) et *libertos, quos rei familiari praefecerat, sibique et le gibus adaequabat*, (12, 60 extr.) *ante omnes* vero *libertos suspexit Pa lantem a rationibus et Narcissum ab epistolis*, (Suet. Claud. c. 28.) cu Narcisso *omnia obediebant* (sup. cap. 35. pr.) et *Indulsit Caesar cui Cla dius omnia, cuius Paruit imperiis uxorem occidere iussus* Iuvenal. 1 330. 331. In MS. Flor. h. l. et c. 16. 28. 12, 9. H. 1, 46. 51. est no ꝑ, qua Ryckius *super* significari putabat, sed Iac. Gron. *supra*, et al *secundum*, quod est in MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Spir. Put. 1. et cet. ante Ryck. ut et ll. ll. in iisdem aliisve libris. Hoc loco *supr* scripsere Ern. Ob. Lün. Bekk. Kiessl. Walth. ut et c. 16. sed *sup* Ryck. et ab hoc notam illam rectius explicari ex verbis *superesset* c. 2 et *insuper* H. 1, 46. intelligitur. *egeret* pro *ageret* ed. Spir. — *Hones quidem* sc. haec, caedes Messalinae, saevitia adversus nomen et effigi eius, quaestoria insignia Narcisso data, *sed ex quibus deterrima orire tur*, incestae Claudii nuptiae, Agrippinae scelera, misera Britannici fa et crudelis dominatio Neronis. Sed ita nec ellipsis *haec*, nec voc. *h nesta* satis placere potest. Multo minus ferenda sententia vel eoru qui *honesta* referunt ad sola *insignia quaestoria*, ex *quibus* sane *deteri ma* haec non *orta sunt*, vel editorum veterum ante Ryckium, qui int *ageret* et *honesta* — vel nullam vel minimam distinctionem posuer Probabiliores sunt coniecturae Ryckii et Ernestii. Ille putabat, hoc es epiphonema vel clausulam narrationis, (ut c. 25. 3, 19. 55.) hic, po *ageret* excidisse *Haec tum acta flagitiis Messalinae ulciscendis* aut s mile quid. Hinc lacunae notas inter *ageret* et *honesta* exprimendas curaru Bekk. Kiessl. Walth. et nullam distinct. post *multis* Bekk. — *ex quibu* in ed. Spir. *ex quis*. — *orirentur*: in MS. Flor. et ed. Bekk. *oreretu* v. ad 3, 61, 2. *orientur* MS. Guelf. — *tristitiis multis* MSS. Flor. V 1958. a m. sec. Guelf. edd. Spir. (haec *tristiciis*) Ern. Brot. Ob. sq Cf. ad 12, 49, 1. *trist. inultis* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. et al. *fl gitiis multis* MSS. Vat. 1863. 1864. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *flagiti inultis* MSS. Vat. 1958. a m. pr. Bodl. edd. Lips. Pich. Gron. et al. *tr stitiae* vel *tristissima multis* leg. putabat Ern. *astutiis multis* Hill Racem. 35. *tristitiis mutatis* Bip. qui haec dicta censebant pro: ita tristibus succederent tristiora.

ANNALIUM
LIBER XII.

BREVIARIUM LIBRI XII.

Cap. 1. 2. *Claudius cum libertis deliberat de matrimonio.* 3. *Agrippina Germanici fratris filia, ab eo ceteris praelata, confestim molitur nuptias Domitii Neronis filii sui et Octaviae Caesaris filiae, L. Silano desponsae.* 4. *L. Vitellius Censor administer eius et accusator Silani affinis.* 5—7. *Nuptiae inter patruos fratrumque filias legitimae SCto factae.* 8. 9. *Obitus Silani voluntarius. Seneca ab exsilio revocatus fit praetor et praeceptor Neronis, cui Octavia despondetur.*

10—14. *Meherdates rex Roma petitus a Parthis, sed desertus a sociis Acbaro et Izate proelioque victus, Gotarzi traditur; quo mortuo regnum transfertur in Vononem et paulo post in Vologesem.* 15—21. *Bello inter Mithridaten et Cotyn fratres orto de regno Bospori, ille victus et a Zorsine desertus supplex confugit ad Cotyis socios, Eunonem et Romanos.*

22. *Pernicies Lolliae Paulinae et Calpurniae parata ab Agrippina. Damnatio Cadii Rufi.* 23. *Libera senatorum legatio. Ituraei Iudaeique additi Syriae. Augurium Salutis repetitum.* 23. 24. *Prolatum Urbis pomoerium.* 25. 26. *Domitius Nero adoptatus a Claudio. Britannicus ei posthabitus et depressus. Agrippinae datum cognomen Augustae.* 27. 28. *Colonia Agrippinensis in Ubiis. Latrocinia Chattorum a L. Pomponio coercentur.* 29. 30. *Vannio Suevorum rege a suis pulso, Vangio et Sido regnum inter se partiuntur.*

31—35. *Res in Britannia feliciter a P. Ostorio gestae adversus Icenos, Cangos, Brigantas, Ordavicas, Siluras horumque regem Caractacum. Colonia ab eo Camulodunum deducta.* 36. 37. *Caractacus a Cartismandua regina Brigantum victus Romamque perductus veniam impetrat a Claudio.* 38. 39. *Arma a Britannis resumpta. Mors Ostorii.* 40. *A. Didius ei suffectus. Bellum intestinum Venutii et Cartismanduae.*

41. *Nero honoratus. Custodes Britannico a noverca appositi.* 42. *Agrippinae arrogantia favorque in Burrum et L. Vitellium.* 43. *Prodigia et annonae caritas.*

44—47. *Bellum inter Rhadamistum, Pharasmanis Iberorum regis filium, et Mithridatem, Armeniorum regem, gestum finitumque, Mithridate, patruo ac socero, per fraudem capto et interempto.* 48. 49. *Ultio sceleris parata a T. Ummidio Quadrato praeside Syriae. Regium insigne a Rhadamisto sumptum.* 50. *Parthi Armeniam invadunt.* 51. *Rhadamistus pellitur regno et Zenobia coniux, ab eo in fluvium praecipitata, aegre servatur.*

52. *Furius Scribonianus cum matre relegatus. SCtum de mathematicis Italia pellendis. Quidam ordine senatorio moti ob angustias familiares.* 53. *SCtum Claudianum de poena feminarum servis coniunctarum, et praemia Pallanti eius auctori decreta.* 54. *Iudaea a procuratoribus Felice fratre Pallantis et Ventidio Cumano direpta, et quies ab Ummidio Quadrato restituta.* 55. *Motus Clitarum in Cilicia compressi ab Antiocho rege.*

56. 57. *Periculum Principis naumachiam conviviumque in emisso lacu Fucino parantis.* 58. *Nuptiae Neronis et Octaviae. Specimina eloquentiae ab illo data.* 59. *Statilius Taurus vim vitae suae affert ante damnationem.*

60. *Iudicia in provinciis a Procuratoribus Caesaris exercenda.* 61. *Cois concessa immunitas in gratiam Xenophontis medici et Asclepiadarum, maiorum eius.* 62. 63. *Tributa Byzantiis in quinquennium remissa. Situs urbis eorum.*

64. 65. *Prodigia et maturatio necis Claudianae. Mors indicta Domitiae Lepidae. Narcissi liberae voces.* 66. 67. *Claudius veneno necatus a Locusta et Xenophonte.* 68. *Mors occultata.* 69. *Nero Imperator consalutatus in castris praetoriis. Claudii funus et consecratio.*

Haec gesta exeunte a. U. c. 801. *et sex annis U. c.* 802—807.

C. POMPEIO LONGINO GALLO ET Q. VERANIO
C. ANTISTIO VETERE ET M. SUILIO RUFO
TI. CLAUDIO V. ET SER. CORNELIO ORFITO
P. CORNELIO SULLA FAUSTO ET L. SALVIO OTHONE
D. IUNIO SILANO ET Q. HATERIO ANTONINO
M. ASINIO MARCELLO ET M. ACILIO AVIOLA COSS.

CAPUT I.

Caede Messalinae convulsa Principis domus, orto apud libertos certamine, quis deligeret uxorem Claudio caelibis vitae intoleranti et coniugum imperiis obnoxio. Nec minore ambitu feminae exarserant. Suam quaeque nobilitatem, formam, opes contendere ac dignam tanto matrimonio ostentare. Sed maxime ambigebatur inter Lolliam Paulinam M. Lollii consularis [filiam] et Iuliam Agrippinam Germanico genitam. Huic Pallas, illi Callistus fautores aderant: at Aelia Petina, e familia Tuberonum, Narcisso fovebatur. Ipse huc modo, modo illuc, ut quemque suadentium audierat, promptus discordantes in consilium vocat ac promere sententiam et adiicere rationes iubet.

1. *Caede Messalinae convulsa Principis domus,* cf. ad 1, 3, 2. — *deligeret:* in edd. Lips. *diligeret.* — *caelibis vitae intoleranti* recte ed. Pich. I. Fr. Gron. Ryck. Ern. sqq. Cf. ad 4, 1, 3. et inpr. Suet. Claud. c. 26. *caelibis vitae intonanti* MSS. Flor. Reg. Vat. 1863. edd. Spir. Is. Gron. *caelibi vitae intonanti* MSS. Guelf. Vat. 1864. 1958. Harl. Bod. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. et cet. quod moribus sermonique Claudii congruere putabant Lipsius, Ursinus et Salinerius. *caelibis vit. insolenti* MS. Agr. — *coniugum imperiis obnoxio,* cf. ad 11, 38, *coniugii* MS. Guelf. *coniugibus imperatoriis* ed. Spir. *imperatoriis* etiam MS. Flor. teste Furia. — *nec minore ambitu feminae exarserant,* ut 14, *ambitu acriore exarserant comitia.* Cf. ad 4, 2, 2. et H. 1, 1, 5. — *suam quaeque nobilitatem, formam, opes contendere,* cum aliarum nobilitate, forma, opibus conferendo extollere ac praeferre; *Ern.* Germanice *contendere* reddit Rickl. wetteifernd aufstellen et Stromb. erhebe. „Sed vis extollendi verbo non inest. Maluerim zusammenstelle scil. ut nobilitas, forma, opes simul efficerent, quod unum sine alte efficere nequiret. Sic 13, 3. *vetera et praesentia contendere,* h. e. inter se comparare, an haec illis respondeant. Similiter G. 26. ubi v. no *Walth.* Cf. ad 4, 32, 1. Sed *contendere* etiam sensu praegnante d potest pro: conferendo extollere. Multa huius generis v. in Ind. III. *Oratio praegnans.* In ed. Spir. *opem,* quod arrisit Broterio, sed in si ne poetis quidem de opulentia dicitur: nam male ab eo laudantur ve poetae ap. Cic. Tusc. qu. 3, 19. *adstante ope barbarica.* — *ac dign tanto matrimonio ostentare* sc. se. Cf. Ind. v. *Ellipses* N. 14. *dign* MSS. Flor. Guelf. Bodl. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. Bip. *digna* e

Spir. Lips. Pich. et rec. *dignas* coni. I. Fr. Gron. Sed *digna* bene dici et praeferendum lectioni nostrae videri posset, nisi sola auctoritate ed. Spir. fulciretur, in qua innumera sunt menda et lineola, accusativi nota, facile omitti potuit. Cf. Ind. III. v. *Praedicatorum et Subiectorum numeri ac genera diversa.* „In MS. Flor. *contenderet ac dignam* (se) *ostentaret*, quae forma (optativ. Graecorum) eleganter exprimit, id cuique feminarum fuisse in votis: jede hätte gern, wollte gern cet. Cf. Cic. Phil. 5, 7. *At ille homo violentus, qui hanc consuetudinem libere dicendi excluderet, inimicitias mihi denuntiavit.*" *Walth.* Sed exemplum *excluderet* haud aptum. cf. Ind. III. v. *Verborum Modi II. 1.*

2. *Lolliam Paulinam M. Lollii consularis filiam*, cf. Ind. II. et ad 3, 48, 2. *Lolliam* et *Lollii* MS. Flor. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *Loliam* et *Lolii* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Paulinum* et *Calistus* MS. Guelf. *filiam* a Bekk. deletum et uncinis a nobis inclusum, quia adiectum quidem in edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. sqq. sed omissum in MSS. Flor. Guelf. Bud. et ed. Spir. et omitti potuit. Cf. Ind. III. v. *Ellipses N. 6.* — *Agrippinam Germanico genitam*, cf. Ind. II. *Iuliam*, v. 2, 54. — *fautores aderant*, ut reo patroni. — *at Aelia Petina*, olim secunda Claudii uxor et mater Antoniae. Cf. c. 2. et Suet. Claud. 26. 27. *at Aelia Petina* MSS. Flor. Bud. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *et Elia petina* edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *et Elia petinia* MS. Guelf. (ut c. 2. *petinia*) et *est familia*, ut ed. Put. 1. — *Narcisso fovebatur*, cf. Ind. II. v. *Fovere* et Ind. III. v. *Dativus subiectivus.* — *huc modo, modo illuc* MS. Flor. edd. Spir. Bekk. Walth. *modo huc, modo illuc* MSS. Guelf. et edd. cet. — *audierat* et *sententiam* omissa in MS. Guelf. — *promptus*; Muretus et Acid. malebant *pronus.* Sed v. ad 4, 60, 3. — *consilium* MSS. Reg. Guelf. Agr. et omnes paene edd. tam vet. quam rec. *concilium* MS. Flor. (teste Iac. Gron.) edd. Lips. et cet. ante Ern. — *ac promere*: in ed. Spir. *at pr.* et deinde *addicere.*

CAPUT II.

Narcissus vetus matrimonium, familiam communem, (nam Antonia ex Petina erat) nihil in penatibus eius novum disserebat, si sueta coniunx rediret haudquaquam novercalibus odiis visura Britannicum et Octaviam, proxima suis pignera. Callistus improbatam longo discidio ac, si rursus assumeretur, eo ipso superbam; longeque rectius Lolliam induci, quando nullos liberos genuisset, vacuam aemulatione et privignis parentis loco futuram. At Pallas id maxime in Agrippina laudare, quod Germanici nepotem secum traheret dignum prorsus Imperatoria fortuna, stirpem nobilem et familiae Claudiae quae posteros coniungeret, ne femina expertae fecunditatis, integra iuventa, claritudinem Caesarum aliam in domum ferret.

1. *vetus matrimonium* Claudii et Aeliae Petinae, ex qua suscepta erat *Antonia.* Cf. ad c. 1. n. 2. — *familiam communem*: immo *filiam c.*, Mur. Acid. Ryck. Recte: nam *familiam* de uno capite dici nondum reperi; *Ern.* „At *Antonia* iam fuerat collocata Cn. Pompeio M. et post eius caedem Fausto Sullae. v. Dio 60, 5. Suet. Claud. c. 27. Zonar. p. 563. Hinc ipsa cum marito liberisque apte dici potuit *familia communis* Claudio Petinaeque." *Walth.* — *novercalibus odiis visura Britannicum et Octaviam* MSS. Flor. Reg. Bud. Agr. edd. Spir. Lips. Pich. Grut. Bekk. 2. Walth." Recte: nam *videre* in tali contextu est ante oculos habere, tolerare, ut H. 4, 42. *praetorium et consularem visuri sumus?* (Cf. ibi

nota 1.) Ablativus *novercalibus odiis* non denotat instrumentum, quo quis videt, sed, ut saepissime, adverbii loco fungitur poniturque pro *cum nov. od.*" *Walth.* *usuram in Br.* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Oberl. et al. *usura in Br.* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. Bern. sqq. *visuram Brit.* corr. Bip. et *ursura Brit.* Heins. Magis placere possit *novercalibus oculis visura Brit.* ut ap. Horat. Epod. 5, 9. et Sen. exc. contr. 4, 6. *et* ante *Octaviam* omissum in MS. Flor. teste Furia. — *proxima suis pignera,* cf. ad 6, 16, 1. et ad G. 7. n. 7.

2. *improbatam longo discidio* Aeliam Petinam. Cf. Suet. Claud. c. 26. *discidio* MSS. Reg. Agr. edd. Spir. Gron. Ryck. sqq. *dissidio* MSS. Flor. (siluit saltem Victor.) Guelf. a m. sec. (a pr. m. *disidio*) Bud. edd. Put. Ber. Rhen. et cet. ante Gron. Cf. ad 2, 86, 2. Paulo post *rursum* — *inducit* ed. Spir. et *asumeretur* MS. Guelf. — *Lolliam induci,* v. ad 1, 3, 3. *Lollia* MS. Flor. teste Furia.

3. *Germanici nepotem,* Neronem. v. ad 4, 75, 1. *nepotes* MS. Guelf. quod defendere licet similibus apud Nostrum exemplis; *Ern.* Haud licebit. — *dignum prorsus imperatoria fortuna* cet. „In MS. Agr. *dignam,* quod editores rec. praetulere, quia non conveniens iis videbatur et in Britannici potius contumeliam dictum, quod Pallas Neronem *dignum prorsus imp. f.* ferat. Sed *imperatoria fortuna dignum* iudicari nondum est Imperatorem destinari. Spectat illud tantum ad receptionem in domum imperatoriam, eoque honore dignum dici Neronem quis aegre ferat? Aliqua saltem ratio debuit addi, cur Pallas id maxime in Agrippina laudaret, quod Germanici nepotem secum traheret. Parum quidem acre et decens I. Fr. Gronovio videbatur, Neronem eodem ordine primum vocari *dignum imp. fortuna,* deinde *stirpem nobilem.* Verum intellige *dignum* de ingenio animique indole; tum non absurdum erit eundem dici *stirpem nobilem,* h. e. natum ex nobili stirpe, loco nobili Nam *stirps* h. l. non est is, unde aliquis, sed is ipse, qui inde natus est, ut 1, 58. 2, 4. 37. 12, 25. et *stirps virilis* ap. Liv. 1, 1. Germ. ein Sprössling aus edlem Blute. Verba autem seqq. *et familiae Claudiae quae posteros coniungeret ne femina — ferret* perspicuitatis causa inverso ordine ponuntur pro: *et* (sc. quod caveretur) *ne femina exp. fecunditatis, quae* (femina) *familiae Claudiae posteros coniungeret, integra iuventa claritudinem Caesarum aliam in domum ferret.* Simili inversione Noster utitur 6, 7. *aut quae ipsis nimia et maesta fuerant, ne pari taedio lecturos afficerent, verentur* pro *aut verentur, ne pari t. a. afficerent, quae — fuerant.* Nempe Pallas praeter Germanici nepotem quem secum traheret Agrippina, id quoque in ea laudabat, quod matrimonio Claudii cum illa inito caveretur, *ne femina* cet. Nam Nerone in domum Imperatoris ob matrimonium matris recepto posteri familia Claudiae in duas familias tum divisi rursus in unam coniungebantur. *Walth.* Priora bene animadversa: sed quis credat, hanc verborum membrorumve inversionem Tacito placuisse, et ante *ne* intelligendum ess *quod caveretur?* Neque plane similis, sed dissimillimus est locus ill 6, 7. *stirpem nobilem et familiae Claudiae, quin posteros coniungere* corr. Lipsius, et *quin stirpem nobilem et familiae Claudiae postero coniungeret* I. Fr. Gron. rati, quasi hortantis ea esse liberti, (ut c. 2 *quin arriperet oblata;* cf. ad 14, 59.) hoc sensu: magnopere suadere, u diductam nunc in duas domus primae nobilitatis gentem revocaret i unam et Claudii nominis posteros, seque et fratris nepotem, matre illiu uxore ducta penatibus consociaret, *ne femina* cet. *dignam — stirpen Quin Iuliae familiae Claudiaeque posteros coniungeret* coni. Boettiche: *stirpe nobilem et familiae Iuliae Claudiaeque posteros coniungere* Hei sius, *stirpem nobilem etiam Iuliae Claudiaeque p. coniungere* Iac. Gro *traheret, dignam pr. i. f. stirpem nobilem et f. Cl. q. p. coniungeret;*

femina cet. interpunxere Ern. Ob. Lün. (qui verba *ne femina — ferret* dissuadentium sensu accipiunt, vel ante ea intelligunt *verendum esse*) *traheret, dignum pr. i. fortuna: stirpem nobilem, et familiae Cl. q. p. coniungeret, ne femina — ferret* Bekk. in ed. 2. Ipse olim suspicabar: *quod G. nepotem secum traheret, stirpem nobilem, dignam prorsus i. fortuna et familiae* cet. quae Rickl. expressit. Nunc crediderim, vel scribendum esse *et familiae Claudiae quod posteros coniungeret,* (nam *quae* et *quod* per compendium scripta saepissime a librariis permutantur) vel nihil mutandum: *stirpem nobilem et familiae Claudiae quae posteros coniungeret,* coniunctura esset tali matrimonio, *ne* Agrippina, *femina* cet. *nec femina* MS. Reg. et ed. Brot. Male. *femina expertae fecunditatis, integra iuventa,* v. ad 3, 52, 2. et Ind. III. v. *Asyndeta.* Verba *expertus* et *inexpertus* passive dici solent. v. Ind. II. *expertae fecunditatis* MS. Agr. edd. Ryck. et sqq. *experta fecunditatis* MSS. et edd. vet. Id aliud significat quam res hic desiderat: nam *expertus* cum genitivo, ut H. 4, 76. *expertus belli,* est tritus in aliqua re usu; *Ern.* Respicit hoc proprie experientiam, quam aliquis ipse habet rei alicuius: sed hic sermo est de experientia, quam alii habebant de Agrippinae fecunditate; *Ryck.* — *integra iuventa,* ut Agr. 44. *integra aetas,* florens, vegeta, Germ. kräftig, kraftvoll.

CAPUT III.

Praevaluere haec adiuta Agrippinae illecebris, quae ad eum per speciem necessitudinis crebro ventitando pellicit patruum, ut praelata ceteris et nondum uxor potentia uxoria iam uteretur. Nam ubi sui matrimonii certa fuit, struere maiora nuptiasque Domitii, quem ex Cn. Aenobarbo genuerat, et Octaviae Caesaris filiae moliri; quod sine scelere perpetrari non poterat, quia L. Silano desponderat Octaviam Caesar iuvenemque et alia clarum insigni triumphalium et gladiatorii muneris magnificentia protulerat ad studia vulgi. Sed nihil arduum videbatur in animo Principis, cui non iudicium, non odium erat nisi indita et iussa.

1. „*Praevaluere:* „in MS. Guelf. non est *praevalent,* quod Stromb., neque *praevaleres,* quod Ern. enotavit, sed *praevalē,* (h. e. *praevalere,* ut c. 12. *exercē*) et in fine versus. Paulo post *quae* omissum in MSS. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. (cum silentio Vict.) Rhen. Ald. sed additum in edd. Spir. Lips. et rec. Facile excidere potuit ob comp. scripturae.“ *Walth.* — *per speciem necessitudinis;* nam Agrippina Germanico, fratri Claudii, genita erat. Cf. ad 1, 9, 3. et 2, 5, 1. — *crebro ventitando,* v. ad 14, 52, 2. — *pellicit patruum* Claudium, quem *per ius osculi et blanditiarum occasiones pellectum* dicit Suet. Claud. c. 26.

2. *Nam ubi* cet. in ed. Spir. *nam sibi sui m. cura fuit.* — *Domitii, quem ex Cn.* Domitio *Aenobarbo genuerat,* v. ad 4, 75, 1. *Cn. Aenobarbo* MS. Guelf. edd. Ber. Rhen. et rec. *Cn. enobarbo* edd. Put. 1. 2. *G. N. aenobarbo* ed. Spir. *Gnaeo Aenobarbo* ed. Bekk. In numis et lapp. constanter *Ahenobarbus.* Cf. Grotef. Gram. T. II. p. 180. — *Octaviae Caesaris filiae,* genitivus ex genitivo pendens. v. ad 4, 8, 1. — *moliri* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Rhen. 2. 3. sqq. *molliri* edd. Ber. Rhen. 1. Mox *potuerat* ed. Spir. — *L.* Iulio *Silano desponderat Octaviam Caesar* cet. cf. cap. 4. et 8. ad 4, 68, 1. Suet. Claud. c. 24. 27. 29. Dio 60, 5. et 31. *Silano* edd. Lips. poster., Pich. et rec. ut MSS. Flor.

2, 4. 13, 1. et aliis locis, quibus eadem scripturae varietas est. *Sillano* ed. Spir. *Syllano* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. Lips. 1. — *iuvenem et alia clarum*, Gr. νεανίσκον τά τ'ἄλλα λαμπρὸν, *Lips.* Cf. Ind. III. v. *Accusativi adiectivis — iuncti more poetarum et Graecorum. alia* MS. Vat. Lips. Pich. et rec. *alias* MSS. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. et edd. vet. Illud in MS. Flor. legi dicit Pich. sed negat Furia et siluit Victorius. — *insigni triumphalium* scil. virorum. Cf. ad c. 41. n. 1. et 1, 72, 1. *insignia* ed. Spir. *munificentia* MS. Guelf. et deinde *quoi* pro *cui*, ut fere ubivis. — *gladiatorii muneris*, quod plebi gratissimum erat spectaculum. — *indita*: „subiecta animo et suggesta ab aliis. *indicta* malebant Mur. Acid. et Pich. At sic oritur tautologia.“ *Ern.* Heinsius coni. *induta*.

CAPUT IV.

Igitur Vitellius, nomine Censoris serviles fallacias obtegens ingruentiumque dominationum provisor, quo gratiam Agrippinae pararet, consiliis eius implicari, serere crimina in Silanum, cui sane decora et procax soror, Iunia Calvina, haud multum ante Vitellii nurus fuerat. Hinc initium accusationis: fratrumque non incestum, sed incustoditum amorem ad infamiam traxit. Et praebebat Caesar aures accipiendis adversus generum suspicionibus caritate filiae promptior. At Silanus, insidiarum nescius ac forte eo anno praetor, repente per edictum Vitellii ordine senatorio movetur, quanquam lecto pridem senatu lustroque condito. Simul affinitatem Claudius diremit; adactusque Silanus eiurare magistratum, et reliquus praeturae dies in Eprium Marcellum collatus est.

1. L. *Vitellius nomine censoris*, cf. ad c. 5. extr. et Ind. I. v. *L. Vitellius, Imperatoris pater.* — *fallacias*: „nam adulationes maxime ad fallendum spectant; unde non opus est emendatione Lipsii *pellacias*, de qua voce v. intpp. Virg. Ge. 4, 443. et Lucret. 2, 559. 5, 1002. *Ern.* De Plur. *fallacias* et *dominationum* v. ad 12, 49, 1. De miro Vitellii ingenio in adulando v. ad cap. 5. n. 2. ad 6, 32. 14, 49. H. 1, 52. 2, 71. Suet. Vit. 2. 3. — *provisor*, prospiciens, ut ap. Horat. A. P. v. 164. et in tit. inscr. Gruteri. — *serere crimina in Silanum* cet. cf. Suet. Claud. c. 29. 37. *serere* MS. Vat. 1958. a m. sec. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Bern. Gron. et rec. Sic H. 2, 86. et plane ap. Liv. 24, 23 extr. *ferre* MSS. Flor. Vat. 1958. a m. pr. Guelf. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. et cet. „Id commode intelligi potest de Vitellio criminum in Silanum apud Claudium nuntio; nam mox Noster pergit: *et praebebat Caesar aures.* Vix abstineo, quin reponam. Haud inepte vero *cuius sane decora* ed. Spir. Nam *cui* aliquid scabri habet ob verbum *fuerat.*“ *Walth.* — *decora et* (sed) *procax*, cf. ad 1, 13, 2. — *Iunia Calvina*, soror L. Iunii Silani, qui abnepos Augusti fuit. Cf. c. 8. 14, 12. et Suet. Vesp. c. 23. ubi perperam scribi *Iuliam* monuit ibi Oudend. et inf. ad c. 8. Lipsius. *Galvina* MS. Flor. test. Furia. — *haud multum ante Vitellii nurus fuerat*: „scil. alteri filiorum eius nupta, L. Vitellio, qui consul suff. hoc anno, non Aulo, qui postea imperavit; quod colligas ex silentio Suetonii, qui conf. in Vit. c. 3.“ *Ryck.* — *fratrumque*, fratris et sororis, L. Iunii Silani et Iuniae Calvinae. v. ad 2, 57, 1. *fratrumque* MSS. Vat. Lipsii et Reg. edd. Spir. Pich. sqq. *fratremque* MS. Bud. *fratrisque* MSS. Guelf. et plerique Broterii, edd. Put. 1. 2. Ber. cet. *fraternumque* MS. Agr. Quae lectionum varietas orta e comp. script. *frm̃que*, quod

reperitur in MS. Flor. — *non incestum, sed incustoditum amorem inter* fratrem sororemque, „non foedam et scelestam libidinem, sed simplicem nimis et parum circumspectam vel incautam eoque malignae interpretationi obnoxiam consuetudinem, quae sine crimine rapi tamen in crimen posset et *ad infamiam trahi*. Simillimum illud Plinii ep. 6, 29, 10. *tuitus sum Iulium Bassum, ut incustoditum nimis et incautum, ita minime malum.* Si quid mutandum, legerem *incustoditum sermonem*. Non aliud certe huic Silano vere obiectum quam verba adversus sororem nuptialia et parum cauta. Cf. verba Senecae in ludo de morte Claudii, quae sic restituo: *Si mehercules a Saturno petisset hoc beneficium, cuius mensem toto anno celebravit, non tulisset illud; nedum ab Iove, quem, quantum quidem in illo fuit, damnavit incesti. L. Silanum enim generum suum occidit. Oro propter quid? Sororem suam, festivissimam omnium puellarum, quam omnes Venerem vocarent, maluit Iunonem vocare.*" *Lips.* et *I. Fr. Gron.* — *accipiendis adversus generum suspicionibus promptior,* v. ad 4, 60, 3. *arripiendis* corr. Heins. ut *arreptis suspicionibus* 15, 54. Male: nam suspiciones offerebantur; *Walth.* — *adversus* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (cum sil. Vict.) Rhen. 1. *adversum* edd. Rhen. 2. 3. Ald. et rec. praeter Walth. — *caritate,* cf. Ind. III. Ablativi Substant. absoluti. — *filiae,* Octaviae, Silano desponsae.

2. *per edictum Vitellii* censoris. Cf. ad princ. cap. „Censores *edicta* proponebant. v. Liv. 43, 16. Plin. 13, 5. 14, 16. Suet. de rhet. in initio. Ne quem frustretur, qui *edictum* explicat album censorium cum senatorum nominibus, quod *edictum* sit appellatum, ex quo Augustus id publicarit primus. Solo cum Silano negotium in hoc edicto fuit Vitellio, non cum aliis senatoribus." *Gron.* Praeterea id propositum *lecto pridem senatu lustroque condito.* — *ordine senatorio movetur:* notum enim, a Censoribus et cives aliquos *tribu moveri,* in aliam minus honestam et e rustica in urbanam coniici, et Patres senatu vel *ordine senatorio moveri* vel *removeri,* (ut 13, 11. 14, 17. Suet. Tib. 42. Liv. 45, 15.) *emoveri, submoveri, eiici,* nec non Equiti equum adimi et vel nobilissimos cives *in aerarios referri* nota censoria potuisse. A senatu quoque decretum legimus 6, 48., ut aliquis *amitteret ordinem senatorium,* et 13, 11. 32. ut aliquis ei redderetur. Cf. Duk. ad Liv. 4, 24. Drak. ad Liv. 24, 18. 45, 15. Gron. de pec. vet. 4, 1. — *lecto pridem senatu,* nominibus senatorum ex albo censorum recitatis et omissis nonnullis novisque in horum locum substitutis, *lustroque condito,* v. ad 11, 25, 8. — *eiurare magistratum,* abdicare, deponere, ut ap. Plin. ep. 1, 23. *an quasi eiurato magistratu privatum me ipse facerem.* Sic *eiurare regnum* 13, 14. *consulatum* H. 3, 37. *praeturam* H. 4, 39. *imperium* H. 3, 68. Hinc et *eiurare patriam* H. 4, 28. ut *ei. nomen patriae, patrem* et *liberos* ap. Iustin. 12, 4, 1. Sen. de ben. 6, 4. et ad Marc. 19. h. e. illis et communioni cum iis renuntiare. *euirare* ed. Spir. — *reliquus praeturae dies in Eprium Marcellum collatus est,* sed duo, si fides habenda Suet. Claud. 29. De re ipsa v. ad H. 3, 37. de *Eprio Marcello* Ind. I. et de numo ad eum referendo Harduin. sel. opp. p. 90. Seguin. sel. NN. p. 103. et Eckhel D. NN. T. 2. p. 492. *epirum M.* MS. Guelf.

CAPUT V.

C. Pompeio, Q. Veranio Coss. pactum inter Claudium et Agrippinam matrimonium iam fama, iam amore illicito firmabatur; nec dum celebrare sollennia nuptiarum audebant, nullo exemplo deductae in domum patrui fratris filiae. Quin et incestum, ac si sperneretur, ne in malum publicum erumperet

metuebatur. Nec ante omissa cunctatio quam Vitellius suis artibus id perpetrandum sumpsit. Percunctatusque Caesarem, *an iussis populi, an auctoritati senatus cederet?* ubi ille *unum se civium et consensui imparem* respondit, opperiri intra palatium iubet. Ipse curiam ingreditur summamque rem publicam agi obtestans veniam dicendi ante alios exposcit orditurque: *Gravissimos Principis labores, quis orbem terrae capessat, egere adminiculis, ut domestica cura vacuus in commune consulat. Quod porro honestius censoriae mentis levamen, quam assumere coniugem prosperis dubiisque sociam, cui cogitationes intimas, cui parvos liberos tradat, non luxui aut voluptatibus assuefactus, sed qui prima ab iuventa legibus obtemperavisset.*

1. *C. Pompeio* Longino Gallo, *Q. Veranio,* v. Ind. I. De rebus in hoc cap. narratis cf. Suet. Claud. 26. et Dio 60, 31. *Veranio* edd. Spir. Put. 1. 2. Ryck. Walth. Recte: nam sic aliis locis nomen scribitur. *Verânnio* edd. Rhen. et cet. *Verania* MSS. Flor. (teste Furia) et Guelf. — *pactum inter Cl. et Agr. matrimonium iam fama* cet. distinguitur in edd. paene omnibus, sed *pactum i. Cl. et A. matrimonium. Iam fama* in MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 2. 3. Walth. „Illa interpunctio praeferenda: nam pactum ante istos consules matrimonium. Cf. cap. 3.“ *Lips. iam fama, iam amore illicito* edd. Ber. Rhen. sqq. *iam fama amore ill.* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. *iam amore illicito, iam fama* ed. Spir. — *nullo exemplo,* cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita.* — *deductae in domum patrui fratris filiae,* cf. ad 4, 8, 1. et Ind. III. v. *Genitivi ex se pendentes.* Sponsae autem in *domos* sponsorum *deduci* solebant die nuptiarum. v. Drak. ad Liv. 10, 23. 26, 50. 42, 12. *deductae — filiae* MSS. Flor. (teste Pich. sed sil. Vict.) Farn. Bud. edd. Pich. et rec. *deducte* MS. Vat. 1864. Broterii qui MS. est Farn. Lipsii. *deducta filia* MSS. cet. et edd. vet. „Quae lectio, uti difficilior, ita non inepta est. Tum *nullo exemplo* positum pro *nunquam.* Tres genitivi certe in *patrui fratris filiae* non adeo eleganter sese excipiunt.“ *Walth.* — *incestum — ne in malum publicum erumperet metuebatur,* si populus eodem uteretur exemplo; *Lips.* „Sed tum non illud SCtum fecisset, de quo v. cap. 7. Immo metuebatur ira caelestis: nam in incestis tale matrimonium, incesta vero in prodigiis habebantur et Claudius erat valde superstitiosus. Cf. Suet. Claud. c. 22. Hinc piacula ille procurando incestui suadet c. 8.“ *Freinsh.* et *Gron.* Tacitus infra c. 8. tradit, piacula propter Silani cum sorore incestum (v. cap. 4.) iussu Claudii per pontifices data, *irridentibus cunctis:* nam ipse Claudius et eodem tempore incesti reus fuit.

2. *unum se civium et consensui* civium *imparem* esse. *unum se et civium cons. imp.* MS. Agr. quod Ryckio placebat. Lipsius vero corr. *unum se civium et S.* (senatus) *c. i.* quia Princeps non unus e vulgo civium sit, et ita respondeat Claudii oratio Vitellianae. „Sed meliora sunt vulgata. Modeste loquitur Claudius. Nolebant enim Imperatores non videri cives.“ *Walth.* In MS. Reg. et edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. *consensu,* quod a Tacito et pro *consensui* dictum videri potest. Cf. Ind. III. v. *Dativus n. 7.* — *opperiri:* in ed. Spir. *operiri,* omissa lineola super litera *p.* — *summamque rem publicam* edd. Ryck. Iac. Gron. Ern. et rec. *summamque R. P.* et 16, 28 pr. *summam rēp.* MSS. Flor. et Corb. *summamque rei publicae* MSS. Guelf. et edd. vet.“ Utrumque idem est. v. Clav. Cic.“ *Ern.* „Aliquid tamen discriminis videtur intercedere. *Summa rei publicae* sive *rerum* et *imperii agitur,*

quum omnis civitatis res atque salus inde pendet. Cf. H. 2, 33. 3, 70. *Summa res publica agitur*, quum id agitur, quo nihil in civitate est gravius." *Walth.* Cf. ad 2, 45, 2. — *obtestans:* in MS. Guelf. *ostentans*. — *quis orbem terrae capessat*, v. ad 11, 24, 1. *capescat* MS. Flor. Cf. ad 11, 34 extr. — *in commune consulat*, v. ad 15, 12 extr. *in cõe* edd. Put. 1. 2. unde *in contionem* MS. Guelf. — *censoriae mentis*, animi censurae curis gravati; *Ern.* „Mentis gravitate insignis gravibusque rebus semper occupatae. Sic Plin. ep. 3, 20. *audiebat senatus gravitate censoria.*" *Walth.* „Intell. Caesaris, qui non nomen modo Censoris et officium, sed et *mentem censoriam*, castam illam, sanctam, integram dignamque Censore unico et morum custode praestaret. Censorum enim erat, exigere matrimonia et de ducendis uxoribus vel prole augenda ad populum agere, adeoque uxore legibus ducenda exemplum salubre prodere populo. Cf. Gell. 1, 6. 4, 20. et Suet. Oct. c. 89." *Gron.* De censura Claudii v. ad 11, 13, 1. Digna autem haec L. Vitellii ingenio, qui *exemplar adulatorii dedecoris* dicitur 6, 32. et ipse Censor fuit cum Claudio. v. ad cap. 4. pr. *Caesareae* coni. Acid. et Pich. — *quam:* in MS. Flor. *unquam et* test. Furia. — *prosperis dubiisque* in rebus. *dubiis* MS. Guelf. — *luxui:* in MS. Bodl. *luxu*, a Iac. Gron. et Ern. probatum et a Kiessl. receptum. Cf. Ind. III. v. *Dativus* N. 7. Sed auctoritas unius et talis codicis non sufficit. — *aut:* in MS. Guelf. *et*.

CAPUT VI.

Postquam haec favorabili oratione praemisit multaque Patrum assentatio sequebatur, capto rursus initio, *Quando maritandum Principem cuncti suaderent, deligi oportere feminam nobilitate, puerperiis, sanctimonia insignem. Nec diu anquirendum, quin Agrippina claritudine generis anteiret: datum ab ea fecunditatis experimentum et congruere artes honestas. Id vero egregium, quod provisu deum vidua iungeretur Principi sua tantum matrimonia experto. Audivisse a parentibus, vidisse ipsos arripi coniuges ad libita Caesarum. Procul id a praesenti modestia. Statueretur immo documentum, quo uxorem Imperator acciperet. At enim nova nobis in fratrum filias coniugia. Sed aliis gentibus sollennia neque lege ulla prohibita; et sobrinarum diu ignorata tempore addito percrebruisse. Morem accommodari, prout conducat, et fore hoc quoque in iis, quae mox usurpentur.*

1. *maritandum Principem:* in MS. Guelf. *maritandi p.* — *Nec diu anquirendum* MS. Flor. edd. Pich. et rec. *inquirendum* MSS. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. et edd. vet. Eadem varietas est 13, 6. 14, 22. H. 2, 59. *Anquirere* propr. circum circa, ubivis, ab omnibus partibus, et hinc diligenter, accurate quaerere, inquirere, cognoscere. Cf. intpp. Cic. de off. 1, 30. de fin. 4, 7, 16. Liv. 2, 52. 26, 3. Beier. ad Cic. off. T. I. p. 229. T. II. p. 215.

2. *provisu deum*, v. ad G. 8. n. 1. — *vidua iungeretur Principi:* nam Agrippina *vidua* et quidem bis, mortuis duobus maritis Cn. Domitio Aënobarbo et Crispo Passieno. v. ad 6, 20, 1. et Lipsii Exc. I. ad Tac. Ann. XII. — *sua tantum matrimonia experto:* quippe qui coniuges non *arripuisset*, rapuisset vel aliis eripuisset, a prioribus maritis abduxisset, ut prius Augustus atque Caligula, et deinde Nero, sed *accepisset*, rite duxisset ex arbitrio vel consensu populi. Verba *arripere* et *accipere* argute sibi opponuntur, ut H. 3, 50 extr. *quae accipi poterant, rapiuntur.*" *Pich.* Cf. ad 6, 33, 1. — *audivisse* se, scil. id factum ab Augusto,

vidisse ipsos regnante Caligula. — *ad libita Caesarum*, v. ad 6, 1 extr. — *Procul id a praesenti modestia* esse, a modestia Claudii, qui nunc regnaret. — *Statueretur immo documentum, quo*, secundum quod, *uxorem Imperator acciperet*, v. ad 1, 38, 1. „Nugax oratio; nam Imperatoribus semper uxor. Quid ergo opus ei rei *documento?* Tu corrige *quomodo uxorem*. Id enim vult adulator, prodendum esse posteris exemplum, ut Imperator uxorem senatu suasore et auctore capiat." *Lips*. „Recte: nam *documentum* est proprie exemplum vel praeceptum ad imitandum, neque hoc matrimonium ipsi, qui primus illud contraxit, exemplo esse potuit, sed aliis post hunc Principibus uxores quaesituris futurum erat. Nullum autem exemplum coniugii Caesarum salubre adhuc exstabat." *Ryck*. et *Gron*. obss. 4, 11. „Immo *documentum, quo uxorem Imperator accipit*, opponitur exemplis *coniugum ad libita Caesarum arreptarum*; quod iam animadvertit Ryckius. *Accipimus* enim, quod offertur a volentibus; *arripimus* a nolentibus, quod nobis recusant. Ceterum verba sunt adhortantis: Es möchte im Gegentheil ein Beispiel aufgestellt werden. Vulgo reddunt: es würde ein Beispiel aufgestellt, quae sententia non inest. Pichena prodidit, in MS. Flor. post *Imperator* esse lacunam aliquot literarum; unde *fratris filiam* excidisse putabat Brot. et *vacuam* Crollius coll. 13, 44. Ad sensum vero explendum nihil deest, neque alii quid de lacuna annotarunt." *Walth*. — *At enim nova nobis in fratrum filias*, cum iis, *coniugia*, cf. ad c. 7. n. 1. ad 11, 24, 3. *connubia* MS. Guelf. — *aliis gentibus sollennia*, „Atheniensibus et Iudaeis. v. Grot. de iure B. et P. 2, 5, 14." *Brot*. — *neque lege* MS. Flor. edd. Spir. Walth. *nec lege* edd. cet. *nec ulla lege* MS. Guelf. — *et sobrinarum diu ignorata tempore addito percrebruisse* coniugia. „*Sobrini* proprie sunt liberi consobrinorum, qui ex patruelibus, consobrinis aut amitinis propagantur; *consobrini*, qui ex duabus sororibus sunt prognati, quasi *consororini*, nec non patrueles et amitini, qui ex duobus fratribus vel ex fratre et sorore nascuntur; *sobrino* vel *sobrina propiores*, qui uno gradu propinquiores sunt quam sobrinus vel sobrina. Sic c. 64. *Domitia Lepida Agrippinae sobrina prior* sive, ut ICti dicunt, *propior*: nam Lepida Germanico, patri Agrippinae, consobrina fuit, filiae ergo Germanici sobrina propior." *Ryck*. et *Lips*. ad 12, 64. „Palam autem est, *sobrinas* h. l. ut saepius intelligi debere de *consobrinis*. Quis enim hoc censeat, sobrinos proprie sic dictos legum auctoribus arceri inter se nuptiis? Nunquam id factum: sed veteres haec miscebant, vocularum haud aeque curiosi captatores. Sic *consobrinus Ti. Gracchi* ap. Vell. 2, 3. pro *sobrino*. De re ipsa v. Plut. quaest. VI. ubi tradit, diu apud Romanos sobrinarum, ἀνεψιῶν, coniugia fuisse invisa, coepisse tamen a levicula causa, quam ipse denarrat, factumque decretum populi, πᾶσιν ἐξεῖναι γαμεῖν ἄχρις ἀνεψιῶν, τὰ δὲ ἀνωτέρω κεκωλῦσθαι, i. e. *licere omnibus ducere usque ad consobrinas, supra autem vetari*. Hoc quando proprie coeperit, non dicit: satis vetus esse discas ex Liv. 42, 34. ubi hoc quasi in laudem recenset. Sane coniugia ea deinceps crebra, et sic inter illustres M. Marcellus Iuliam Augusti filiam duxit sibi sobrinam aliique plures. Sustulit tamen eas ipsas nuptias Theodosius, de quo Aurel. Victor in Epit. de Caes. c. XLVIII. *tantum*, inquit, *pudori tribuit et continentiae, ut consobrinarum nuptias vetuerit tanquam sororum*. Permiserunt iterum Arcadius et Honorius l. 19. C. de nuptiis." *Lips*. „Verba *diu ignorata* sobrie intelligenda. Dionysius enim Halic. l. IV. scribit, iam Servium Tullium duas filias collocasse τοῖς ἀδελφιδοῖς τῆς μητρὸς i. e. consobrinis suis. Fortasse autem exinde prohibitae hae nuptiae et post iterum concessae, ut postea prohibitae a Theodosio M., concessae ab Arcadio et Honorio, rursus prohibitae post Iustiniani tempora tam in Oriente per Imperatores, quam in Occidente per Pontifices."

Ryck. Recte h. l. dici *sobrinarum*, contendit Klenze: das Familienrecht Cognaten und Affinen Berol. 1829. p. 19. Cf. ad c. 7. n. 1. *tempore addito*, procedente, temporis processu, cum tempore, ut ap. Plin. II, 48. s. 108. *addita aetate*; *Freinsh. Ern. Ob.* Lipsius delendum censebat *addito* aut potius legendum *adeo*. — *percrebruisse* edd. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. Ald. Lips. 1. Walth. *percrebuisse* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. et rec. Ita *increbruere* et *increbuere* H. 3, 43. *crebrescere* et *crebescere* 2, 39. 3, 60. al. Illa forma praefertur ab Oudend. ad Suet. Caes. c. 79. et Goerenz. ad Cic. leg. 2, 26, 66. Beiero ad Cic. or. §. 23. haec ab Orell. ad Cic. or. §. 23. Heindorf. ad Hor. Sat. 2, 5, 93. et Struvio d. lat. Decl. u. Coniug. p. 225. Cf. ad 6, 20, 1. — *in iis* MS. Guelf. et ed. Walth. *in his* edd. cet. v. ad 2, 43, 1.

CAPUT VII.

Haud defuere, qui certatim, si cunctaretur Caesar, vi acturos testificantes erumperent curia. Conglobatur promiscua multitudo populumque Romanum eadem orare clamitat. Nec Claudius ultra exspectato obvium apud forum praebet se gratantibus, senatumque ingressus decretum postulat, quo iustae inter patruos fratrumque filias nuptiae etiam in posterum statuerentur. Nec tamen repertus est nisi unus talis matrimonii cupitor, T. Alledius Severus Eques Romanus, quem plerique Agrippinae gratia impulsum ferebant. Versa ex eo civitas et cuncta feminae obediebant non per lasciviam, ut Messalina, rebus Romanis illudenti. Adductum et quasi virile servitium: palam severitas ac saepius superbia: nihil domi impudicum, nisi dominationi expediret. Cupido auri immensa obtentum habebat, quasi subsidium regno pararetur.

1. *vi acturos* (se) edd. Spir. Lips. et rec. *vim a.* MSS. Guelf. Bodl. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. Ald. *vim facturos* coni. Iac. Gron. — *eadem orare* MSS. Flor. Guelf. Oxon. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Iac. Gron. et rec. *e. rogare* MS. Bud. Rhen. 2. 3. et cet. — *ultra*: in ed. Spir. *ultro*. — *exspectato*, v. ad 1, 46, 1. — *obvium* omnes edd. praeter Bekk. 2. in qua est *obvius*, ut in MSS. Flor. (test. Iac. Gron.) Guelf. Bodl. — *decretum postulat, quo iustae inter patruos fratrumque filias nuptiae etiam in posterum statuerentur*; cf. Suet. Claud. 26. „Zonaras 11, 10. ψήφισμα ἐποιήσαντο ἐξεῖναι Ῥωμαίοις ἀδελφιδᾶς ἄγεσθαι. *Fratrum filias* stricte capias: non enim licuit sororum. v. Cuiac. obss. 13, 16. qui etiam vera interpretatione collegit, hoc SCtum non sublatum a Nerva. Domitianus imitatus exemplum est, qui Iuliam habuit filiam Titi. v. Suet. Dom. c. 22. Iuvenal. 2, 29 — 33. et de hoc Claudii facto Sen. Octav. 1, 141. *genitamque fratris coniugem captus sibi toris nefandis flebili iunxit face*, ubi melius leges *genitamque fratre coniugem captam*.“ *Lips.* „Decretum hoc abrogavit Nerva. v. Dio 68, 2. ubi Reimarus diversas ICtorum de hac lege sententias recensuit.“ *Brot.* Notabilis autem hic locus et utilis in disputatione theologica de matrimoniis illicitis; *Ern.* ad Suet. Claud. 26. *imposterum* MS. Guelf. ut c. 8. *impublicum* pro *in publicum*. — *Nec tamen* MS. Flor. (test. Iac. Gron.) edd. Spir. Walth. *Neque tamen* edd. cet. „quod positum, quia periodus praec. incipit *Nec Claudius*.“ *Iac. Gron.* — *repertus*: in MS. Flor. *receptus* teste Furia. — *cupitor*, ut 15, 42. — *T. Alledius* edd. Ber. Lips. Pich. Ryck. et rec. *Talledius* MSS. et edd. vet. *Telledius* MS. Agr. *M. Allidi* in inscr. Grut. p. 667, 2. Similis varietas in Cic.

ep. ad Att. 12, 4. 24. 27. et ap. Iuvenal. 6, 118. Cf. ad 3, 49, 1. „Tacitus unum imitatorem facit, duos Suet. Claud. c. 26. Noster, credo, non habuit curae nescio quem recensere libertinum. Vocat etiam *Equitem Romanum*, quem ille *primipilarem*; nec aberrat, quoniam primi pili comes gradus equestris. Cf. ad 2, 11, 1. et Martial. 6, 58." *Lips.* — *Agrippinae gratia impulsum*, gratiae eius ferendae causa; *Ern.*

2. *Versa ex eo* tempore *civitas* (v. ad 2, 42, 1.) *et cuncta feminae*, Agrippinae, *obediebant*, cf. Dio 60, 32. Suet. Claud. 29. — *ut Messalina* sc. fecerat, illuserat. *Messalina* vel *Messallina* (v. ad 2, 32, 1.) MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Lips. et rec. *Messalinae* MSS. Reg. Harl. Bodl. edd. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. Ald. Brot. quod tamen non referri potest ad *obediebant*, ut *feminae*. — *Adductum et quasi virile servitium: palam severitas ac saepius superbia: nihil domi impudicum* sc. erat, quod vulgo intelligitur. „Sed hi nominativi sunt potius absolute positi et interiectionibus similes, quibus plerumque affectus timoris aut terroris exprimuntur, etsi copula opus est, ubi iudicium inde formatur. Sic *dolor, ira* 2, 82. *concursus — et saepe certamen* 4, 63. *hinc* vel *unde metus — pavor — timor* 4, 59. 6, 50. 11, 8. 14, 65. *gaudium, miseratio, favor* H. 2, 29. Cf. 1, 7. 41. 2, 2. 3, 29. 4, 7. 64. 72. 6, 35. 11, 27. Ita et *metus visus, sonitus* 4, 69. ubi Walther male et *metus* num. plur. positum putabat, (nam *metus* in plur. locis ab eo laudatis non sunt res futurae, sed iam praesentia metus obiecta) et coniungebat *metus erant visus*." *Roth.* ad Tac. Agr. p. 181. 182. *Adductum* est rigidum, severum, grave vel triste, significatione vocis translata vel ab equorum habenis et loris *adductis* (ut ap. Cic. de amic. 13. et Liv. 9, 10.) ad severitatem, ut *adductius imperitare* et *regnari* H. 3, 7. G. 43. vel a *vultu ad tristitiam adducto* (ut ap. Sen. ep. 57.) et fronte *adducta in supercilia* (ut ap. Capitol. de Aelio Vero c. 10. vel *adducta in tristitia* (ut ap. Sen. de ben. 1, 1.) et in rugas contracta ad moerorem, gravitatem severitatemque, ut *adductus* 14, 4. et *adducto vultu* ap. Suet. Tib. 68. Similiter *obducta frons* (sc. rugis, ut coelum nubibus) ap. Horat. epod. 13, 5. Iuvenal. 9, 2. *subductus vultus* ap. Prop. 2, 8, 13. (2, 10, 9.) *contractus animus* ap. Cic. N. D. 2, 4. de leg. 2, 15. *pectora dolore adstricta* ap. Ovid. A. A. 1, 361. ut contra vultus et animus, qui exhilaratur, *diffundi* dicitur et *dissolvi* Ovid. Met. 3, 318. 4, 764. 14, 272. *Bonis amici quasi diffunduntur et incommodis contrahuntur* Cic. de amic. 3, 13 extr. *Adductum* MSS. Flor. Guelf. Bud. edd. Spir. Pich. sqq. *Additum* edd. Put. 1. 2. Riv. Ber. Rhen. 1. *Addictum* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. — *et quasi* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Riv. Ber. Rhen. 1. Pich. sqq. *quasi et* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. — *quasi virile servitium*; nam proprie erat muliebre, a femina Romanis impositum, (quia Claudius *libertis uxoribusque addictus non Principem se, sed ministrum egit* Suet. Claud. 29.) durum vero, quale viri et tyranni, non molle, quale mulieres iniungere solent. — *virile* MSS. Flor. Guelf. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *vile* edd. Put. 1. 2. Riv. Ber. Rhen. 1.

CAPUT VIII.

Die nuptiarum Silanus sibi mortem conscivit, sive eo usque spem vitae produxerat, seu delecto die augendam ad invidiam. Calvina soror eius Italia pulsa est. Addidit Claudius, sacra ex legibus Tulli regis piaculaque apud lucum Dianae per pontifices danda, irridentibus cunctis, quod poenae procurationesque incesti id temporis exquirerentur. At Agrippina, ne malis tantum facinoribus notesceret, veniam exsilii pro Annaeo Seneca, simul

praeturam impetrat, laetum in publicum rata ob claritudinem studiorum eius, utque Domitii pueritia tali magistro adolesceret et consiliis eiusdem ad spem dominationis uterentur, quia Seneca fidus in Agrippinam memoria beneficii et infensus Claudio dolore iniuriae credebatur.

1. *Die nuptiarum* Claudii et Agrippinae *Silanus sibi mortem conscivit*, cf. cap. 3. 4. Suet. Claud. c. 29. *mortem sibi* ed. Bekk. 2. — *sive* — *seu*, v. ad 6, 9, 1. — *produxerat* cet. In ed. Spir. *produxerit* — *ad augendam invidiam.* — *Calvina soror eius*, v. ad c. 4. n. 1. — *Italia pulsa est:* „ergo falsa, quae notavit Schol. Iuvenal. 3, 133. *Calvina praetoris cuiusdam soror, quae se occidit tanquam infamis in fratrem* (lego *fratre*) *temporibus Claudii.*" *Lips.* „Sed ille scripsit fortasse: *qui se occidit t. infamis. Is frater temp. Cl.*" *Cramer* ad Schol. — *sacra ex legibus Tulli regis piaculaque apud lucum Dianae per pontifices danda:* „Non alia sacra piaculaque accipio, quam quibus Tullus olim rex in Horatio sororiam caedem luit expiavitque. v. Liv. 1, 26. et, qui ea sacra per *pontifices* facta addit, Dionys. Hal. 3, 22." *Lips.* Sed quemadmodum magna differentia inter necem sororis et incestum, ita diversa pariter sacra ad criminum horum expiationem adhibita videntur; *Ryck.* Cf. ad c. 5. n. 1. et 3, 26 extr. *piacula quoque* MS. Guelf. — *irridentibus cunctis*; nam quis non rideret Principem scelera patrantem simul et expiantem; *Brot.* Cf. ad cap. 5. n. 1. — *id temporis*, cf. Ind. II. v. *Is* et Ind. III. v. *Genitivi iuncti pronominibus neutris.*

2. *At Agrippina* cet. In ed. Spir. *ast Agr. ne malum*; in MS. Flor. *Ast Agrippinae* teste Furia. — *veniam exsilii pro Annaeo Seneca* et *simul praeturam* petit a Claudio et *impetrat, ut Domitii*, Neronis, *pueritia*, Nero puer, *tali magistro adolesceret*, cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita*, et de re ipsa inf. 13, 48. Suet. Ner. c. 7. 52. Dio 60, 8. 32. Schol. Iuvenal. 5, 109. cuius verba sunt: *Seneca sub Claudio quasi conscius adulteriorum Iuliae Germanici filiae* (et adulterii cum hac Vinicii uxore insimulatus a Messalina; cf. 12, 42.) *in Corsicam relegatus*, (nam ipse Seneca Octav. v. 382. dicit *remotus inter Corsici rupes maris*) *post triennium revocatus est.* (Immo *post octennium:* nam a. U. 794. relegatus est, si fides habenda Dioni 60, 8.) *Qui etsi magno desiderio Athenas intenderet, ab Agrippina tamen erudiendo Neroni in palatium adductus saevum immanemque natum et sensit cito et mitigavit*, (h. e. mitigare studuit, nisi recte coniecit Lipsius *indicavit* vel Schurzfl. *indigitavit*) *inter familiares solitus dicere, non fore saevo illi leoni, quin, gustato semel hominis cruore, ingenita redeat saevitia.* Ceterum *venia exsilii* h. l. remissio eius, at 16, 14. intervallum et remissio ad tempus; *Ern.* Cf. ad 2, 22, 2. et ad Agr. 2. n. 1. *exilii* MS. Guelf. et edd. vet. Sed rectius scribitur *exsilii*, quia *exsul* dicitur *ex solo* patriae pulsus. Cf. Festus p. 268. ed. Lind. — *laetum in publicum* id esse *rata*, v. ad 1, 76, 3. et Ind. II. v. *In* et *Publicus.* — *uterentur* (sc. Agrippina et pueritia Neronis) MS. Flor. teste Pich. a quo id receptum ut a Gron. Ern. Bip. Lün. Bekk. Si auctor voluisset referre ad solam Agrippinam, haud dubie *et ipsa consiliis* scripsisset; *Walth.* In ceteris tamen MSS. et in edd. vet. *uteretur*, quod etiam ad idem subiectum (ad *Domitii pueritiam*) referri potest; et *uterentur* non ab aliis enotatum ex MS. Flor. — *memoria* et *dolore*, cf. Ind. III. v. *Ablativi substantivorum absoluti.* — *iniuriae*, exsilii iniusti.

CAPUT IX.

Placitum dehinc, non ultra cunctari, sed designatum con-

sulem Memmium Pollionem ingentibus promissis inducunt sententiam expromere, qua oraretur Claudius, despondere Octaviam Domitio: quod aetati utriusque non absurdum et maiora patefacturum erat. Pollio haud disparibus verbis ac nuper Vitellius censet: despondeturque Octavia, ac super priorem necessitudinem sponsus iam et gener Domitius aequari Britannico studiis matris, arte eorum, quis ob accusatam Messalinam ultio ex filio timebatur.

1. *designatum* hoc ipso anno U. 802. *consulem* L. *Memmium Pollionem* cum Q. Allio Maximo. v. Pighii Ann. — *ingentibus promissis:* in ed. Spir. *urgentibus promisit.* — *inducunt* (scil. Agrippina et consiliorum eius participes, ad quos etiam *placitum* spectat) MSS. Vat. 1863. a m. pr. et 1958. edd. Put. 1. 2. sqq. *inducit* (Agrippina) MSS. Vat. 1863. a m. sec. et 1864. Reg. Corb. ed. pr. — *sententiam expromere* et quidem primam dicere. v. ad 3, 22, 3. — *qua oraretur Claudius despondere*, cf. Ind. III. v. *Infinitivi N. 7.* *oraretur* MSS. Flor. Bodl. in marg. Vat 1863. 1958. edd. Pich. sqq. *oraret* edd. Put. 1. 2. Riv. *hortaretur* MSS Corb. Vat. 1864. Bodl. edd. Spir. Ber. Rhen. et cet. ante Pich. sensu pass. de quo v. Ruddim. inst. gram. T. I. p. 288. *ortaretur* superscripta litera *h* MS. Guelf. — *quod aetati utriusque non absurdum,* non abhorrens ab ea, illi congruens, ut H. 4, 48. *pauca ab initio causisque talium facinorum non absurda.* — *maiora patefacturum,* i. e. facultatem maiorum perficiendorum, aditum ad maiora Domitio, Neroni, daturum; *Ern.*

2. *Pollio haud disparibus verbis ac nuper Vitellius censet,* cf. cap. 5 6. de Vitellio. In ed. Spir. *censuisset desponderetque Octaviam.* — *super* (praeter; cf. Ind. II.) *priorem necessitudinem,* v. ad c. 3. n. 1. *super* MS. Flor. edd. Pich. et rec. *secundum* MSS. cet. et edd. vet. v. ad 11 38, 2. — *arte eorum,* libertorum et potissimum Narcissi, (cf. 11, 26-38.) *quis ob acc. M. ultio ex filio* Claudii et Messalinae, Britannico, *timebatur;* cf. Ind. III. v. *Dativus subiectivus.* In MS. Reg. *et arte eorum* quod recepit Brot. Sed copula a Tacito saepissime omissa. Cf. Ind. III v. *Asyndeta,* Heinrich. ad Cic. p. Scauro p. 29. et Ind. p. 103. *qui su* MS. Flor. teste Furia. *quis sub* ed. Spir.

CAPUT X.

Per idem tempus legati Parthorum, ad expetendum, ut retuli, Meherdaten missi, senatum ingrediuntur mandataque in hunc modum incipiunt: *Non se foederis ignaros nec defectione a familia Arsacidarum venire, sed et filium Vononis, nepotem Phraatis, accedere adversus dominationem Gotarzis nobilitati plebique iuxta intolerandam. Iam fratres, iam propinquos, iam longius sitos caedibus exhaustos: adiici coniuges gravidas, liberos parvos, dum socors domi, bellis infaustus ignaviam saevitia tegat. Veterem sibi ac publice coeptam nobiscum amicitiam, subveniendum sociis virium aemulis cedentibusque per reverentiam. Ideo regum obsides liberos dari, ut, si domestici imperii taedeat, sit regressus ad Principem Patresque, quorum moribus assuefactus rex melior ascisceretur.*

1. *legati Parthorum ad expetendum* a Romanis regem, *ut retuli,* (sc. 11, 10.) *Meherdaten,* cf. ad 2, 3, 2. *ut retuli* edd. Spir. et quaedam re

ut rettuli edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. al. *ut dixi* MS. Guelf. *Meherdaten* MS. Flor. edd. Iac. Gron. sqq. *Meherdatem* edd. Spir. Ber. Rhen. cet. *Meherdatē* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Cf. ad c. 12. n. 2. et ad 11, 8, 1. — *mandataque* MSS. Flor. Guelf. Bud. omnesque edd. et vet. et rec. praeter Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. in quibus est *ingrediuntur*. *Mandata* cet. — *incipiunt*, cf. Ind. II. — *defectione*, cf. ad 14, 5. Ind. III. v. *Ablativi Substantivorum absoluti*. In ed. Spir. *defectionem*. — *e familia Arsacidarum*, v. ad 2, 1, 1. — *sed et* (etiam) *filium Vononis, nepotem Phraatis*, qui Arsacides sit, *accedere*, ut *accedere* pro *acc. ad* 2, 58. 12, 31. 33. H. 3, 24. Comparandum est Gr. ἱκνεῖσθαι, quum de supplicibus usurpatur; *Kiessl.* *sed et filium* MSS. Flor. (saltem siluit Vict.) Guelf. Bud. et haud dubie alii, edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. sqq. *sed filium* male edd. Lips. Pich. al. *sed ad filium* coni. Rhen. et *sed ut filium — accederent* Ern. *accedere* MSS. Flor. Reg. Bud. Vat. 1863. 1864. 1958. Guelf. Agr. edd. Spir. Ryck. Iac. Gron. et rec. *accersere* MSS. Vat. 1958. in marg. Bodl. edd. Put. 1. 2. Riv. cet. — *dominationem Gotarzis* cet. cf. 11, 8. 9. 10. — *plebique*: in ed. Spir. *plebeique*. — *iuxta*, aeque. Cf. Ind. II. *iusta* MS. Guelf. — *intolerandam* edd. Ber. Rhen. sqq. *intollerandam* edd. Spir. Put. 1. 2. *tolerandam* MS. Ies. *tolerandā* MS. Guelf. *intoleranda* MS. Flor. teste Iac. Gron. qui hinc male coni. *dominationum — intoleranda*. Omissa potius a librario lineola.

2. *Iam fratres* cet. cf. 11, 8. — *iam propinquos, iam longius sitos*, ut ap. Cic. p. Mil. c. 28. *in propinquos, in longinquos*, h. e. e longinquo cognatos, longinqua cognatione cum eo coniunctos. *scitos* et deinde *scaevitia tegat* MS. Guelf. — *adiici* (addi) MSS. Guelf. et alii, edd. rec. *adici* (vet. script. pro *adiici*) MSS. Flor. Bud. Rhen. 2. 3. *adicit* ed. Spir. *abiici* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *addici*, sc. morti vel servituti, coni. Bip. quae ellipses durae; *Oberl.* — *bellis infaustus* edd. Put. 1. 2. sqq. *bellisque* MS. Vat. 1958. a m. sec. et ed. Spir. *bellus* MS. Guelf. *bellique infaustus* MS. Agr. prob. Mod. et Lips. Cf. Ind. III. v. *Adiectiva relativa* cet. p. 803. — *coeptam nobiscum amicitiam*, v. ad 6, 15, 3. — *regum liberos obsides dari*, ut nunc Meherdates. Cf. 11, 10. et ad 2, 3, 2. — *domestici*: in MS. Guelf. *domesticū*.

CAPUT XI.

Ubi haec atque talia dissertavere, incipit orationem Caesar de fastigio Romano Parthorumque obsequiis, seque divo Augusto adaequabat, petitum ab eo regem referens, omissa Tiberii memoria, quanquam is quoque miserat. Addiditque praecepta, (etenim aderat Meherdates) ut non dominationem et servos, sed rectorem et cives cogitaret clementiamque ac iustitiam, quanto ignara barbaris, tanto toleratiora capesseret. Hinc versus ad legatos extollit laudibus alumnum Urbis, spectatae ad id modestiae: *ac tamen ferenda regum ingenia, neque usui crebras mutationes. Rem Romanam huc satietate gloriae provectam, ut externis quoque gentibus quietem velit.* Datum post haec C. Cassio, qui Syriae praeerat, deducere iuvenem ripam ad Euphratis.

1. *seque divo Augusto adaequabat*: in ed. Spir. *aequabat*. Utrumque Tacito usitatum. v. Ind. II. — *petitum ab eo regem*, v. ad 2, 3, 2. — *quanquam is quoque miserat* reges et quidem tres, Vononem, Phraatem, Tiridatem; *Lips.* v. 2, 1. sq. 6, 30 sq. — *Addiditque praecepta* egregia. *Addidit* MS. Guelf. et Ies. edd. Iac. Gron. Bekk. Sed v. ad 2, 37, 1.

praecepta. Et enim erat Meherdates ut non cet. ed. Spir. — *sed recto rem:* in MS. Guelf. *sed et rectorem.* — *cogitaret* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. sqq. *concitaret* MS. Flor. et ed. Spir. — *clementiam que ac iustitiam quanto ignara,* (v. ad 1, 5, 3. et 1, 57, 1.) *tanto tolera tiora* sc. χρήματα, res; propr. *ignaras* et *toleratiores.* Sed v. Ind. v *Praedicatorum et Subiectorum genera diversa. clementiam atque iusticiam* ed. Spir. *ignara* MSS. Reg. Vat. Bud. edd. Spir. Lips. sqq. *ignat* corrupte MS. Flor. *ignota* MSS. Corb. Farn. ex interpret. *ignoratior* MS. Harl. edd. Put. 1. 2. et cet. *ignorantiora* MS. Guelf. *ignoranti* MS. Ies. Deinde *toleratiora* — *tolleratiora* — *tolerantiora* et *tolleran tiora* MSS. et edd. v. ad 3, 45, 2. — *capesseret:* in MSS. Flor. Guel edd. Spir. Ald. *capesceret.* Cf. ad c. 30. n. 1.

2. *extollit laudibus,* v. ad 11, 1, 1. — *alumnum Urbis,* Meherdate Romae educatum, *spectatae ad id modestiae,* v. ad 1, 1, 2. 1, 4, 4. 3, 5 2. — *ac tamen ferenda regum ingenia* esse," ut parentum, de quibu dictum: *Ames parentem, si aequus est; si non, feras.* Haec Grotius d iure belli ac pacis egregie illustrat." *Brot.* In ed. Spir. *attamen.* Se v. ad 1, 13, 2. — *neque usui crebras mutationes,* cf. ad 11, 3, 1. - *Rem Romanam huc satietate gloriae provectam,* v. ad 4, 4, 1. et 4, 10, *satiate* ed. Pich. corrupte, quod tamen non improbavit Freinsh. — *e ternis:* in ed. Spir. *exteris.* — *Datum* (mandatum) *post haec* cet. MS Flor. Bud. a m. pr. Corb. edd. Spir. (in qua tamen *post hac*) Pich. sq *velit datam. Post haec* — *Euphratis iubet* MSS. Bud. a m. sec. Guel Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. et cet. — *C. Cassio* Longino, *qui Syri praeerat,* v. ad 6, 15, 1. *Suriae* MS. Flor. *Siriae* ed. Spir. Cf. ad 1, 1, *Eufratis* MS. Guelf. et ed. Spir.

CAPUT XII.

Ea tempestate Cassius ceteros praeminebat peritia legum nam militares artes per otium ignotae, industriosque aut igna vos pax in aequo tenet. Attamen, quantum sine bello dabatu revocare priscum morem, exercitare legiones, cura, provis perinde agere ac si hostis ingrueret, ita dignum maioribus su et familia Cassia ratus per illas quoque gentes celebrata. Ig tur excitis, quorum de sententia petitus rex, positisque castr apud Zeugma, unde maxime pervius amnis, postquam illustr Parthi rexque Arabum Acbarus advenerat, monet Meherdate barbarorum impetus acres cunctatione languescere, aut in pe fidiam mutari: itaque urgeret coepta. Quod spretum frau Acbari, qui iuvenem ignarum et summam fortunam in lu ratum multos per dies attinuit apud oppidum Edessam. Et v cante Carene promptasque res ostentante, si citi advenissen non cominus Mesopotamiam, sed flexu Armeniam petunt temporis importunam, quia hiems occipiebat.

1. *Cassius ceteros praeminebat peritia legum,* v. ad 3, 56, 1. et 15, 1. *ceteros praeminebat* MSS. Flor. Bud. edd. Pich. sqq. *caeteros pra eminebat* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pic *caeteris praeerat* MSS. Reg. Vat. ed. Spir. — *per otium,* cf. Ind. II. *Per β.* ℵ. — *industriosque aut ignavos* MSS. Flor. Guelf. (in quo tam *industriososque*) Bud. edd. Spir. Ern. sqq. *ind. ac ignavos* edd. Put. 2. Ber. Rhen. et cet. Sed *aut* h. l. aptum, (v. ad 1, 16, 1.) *ac* vero a vocalem et literam *h* inusitatum esse veteribus et barbarum, omnib

que locis, ubi reperiatur, *atque* vel *et* vel *aut* substituendum esse, contendunt Ern. ad h. l. ad O. 4. pr. 39. et in clave Cic., intpp. Suet. Caes. 26. Drak. ad Liv. 10, 36. 41, 24. Ruhnken. ad Muret. T. I. p. 9. Hertel. ad Forcell. Lex. Garaton. ad Cic. or. p. Mil. 12. Hess. ad Tac. G. 41. Creuzer. ad Cic. N. D. p. 666. Friedem. Miscell. 1, 1. p. 68. Frotscher ad Quintil. l. X. p. 216. 257 sq. Zumpt. Gram. §. 332. et alii. Quibus refragantur Scheller in Lex. Lat. Stallb. ad Ruddim. inst. gram. T. II. p. 343. (ubi etiam animadvertit, *et* ac *que* ita differre, ut *et* sit particula coniunctiva, ut Gr. *καί*, *que* part. adiunctiva, ut *τέ*, v. c. *senatus populusque Rom.* de quo v. Herman. in censura Medeae a P. Elmsleio editae p. 331 sq.) Hand. in Tursell. p. 454 sq. Ramshorn. Gram. p. 515. 516. (ubi monet, non modo *ac* in inscrippt. et optimis scriptorum vet. exemplaribus saepissime vocalibus praeponi, sed etiam *nec*, *sic*, *hic*, *haec*, *hoc*, *hac* et similia, in quibus nemo offendat) et Boetticher in Lex. Tac. v. *ac*, ubi tamen provocat ad loca, in quibus editores recentiores ex MSS. editt. vet. pro *ac* dederunt *et* vel *aut* vel *nec*. Cf. Wolf. Analecta II, 1. *industrios aut ignavos pax in aequo* (sc. loco, statu, conditione) *tenet*, neutrum prae altero eminere patitur; *Ern.* Romanis *in aequo* et *ex aequo* dicitur, ut Gr. *ἀπὸ τοῦ ἴσου* et *ἐξ ἴσου*, vel pro *aeque*, *aequales*, ut 2, 44. H. 2, 20. G. 36 extr. vel eo sensu de quo v. ad Agr. 20. n. 3. *tenebat* ed. Spir. Sed h. l. est potius sententia quam narratio; *Ern.* — *Attamen:* in ed. Bekk. 2. *ac tamen.* — *quantum sine bello dabatur*, cf. ad c. 23. n. 4. et ad 6, 21, 2. — *exercitare legiones* MS. Flor. edd. Spir. Pich. sqq. Cf. Ind. III. v. *Verba vulgo dicta frequentativa* et Gernhard. ad. Cic. Caton. mai. §. 36. *exercere l.* MS. Guelf. (*exercē* l., de quo v. ad c. 3. n. 1.) edd. Put. 1. 2. et cet. — *provisu*, v. ad G. 8. n. 1. *provisum* ed. Spir. — *perinde agere ac* edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Berneg. sqq. *inde agere ac* MS. Guelf. *agere perinde ac* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. Pich. Grut. Cf. Ind. II. v. *Perinde.* — *maioribus:* in MS. Guelf. *et maioribus.* — *familia Cassia* (in MS. Guelf. *casia*) *per illas quoque gentes celebrata:* nam C. Cassius Longinus, quaestor M. Licinii Crassi, a. U. 700. a Parthis caesi, res prospere in Syria gessit, et deinde contra Caesarem coniuravit cum Brutis. v. Dio 40, 28 sq. Vell. 2, 46. Eutrop. 6, 15. Iosephi A. I. 14, 12. et B. Iud. 1, 6. *ratus* MSS. Flor. a m. rec. et Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. sqq. Abest a MS. Flor. (spatio relicto) Reg. edd. Spir. (sine lacuna) Bekk. 2. nec id ipsum aut *ferens*, *dictitans* intelligi alienum a Taciti stilo; *Ern.* In MS. Bud. est *ratus* et lacuna.

2. *quorum de sententia petitus rex*, cf. cap. 10. pr. *peritus* MS. Flor. — *Zeugma* opp. Syriae et quidem provinciae Cyrrhesticae vel Commagenae, ad Euphratem *amnem*, qui *ζεύγματι*, iunctura, h. e. ponte catenis vincto, ibi traiicitur; unde opp. vocatur *Ζεῦγμα*, hod. *Zima* aut *Zecme*, et pons *Bir* et *Manbeg*. v. Dio 40, 17. Plin. 5, 24. 6, 26. 34, 15. Polyb. 5, 43. Strab. XVI. p. 516. al. 746. Ammian. 18, 8, 1. Cellar. Geogr. ant. 3, 12. T. II. p. 341 sq. ed. Schwarz. et Mannerti Kleinasien T. I. p. 502. Aliud Zeugma in Dacia ap. Ptol. *Zeugma* MS. Flor. edd. Spir. Rhen. 2. 3 sqq. *zeuma* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *illustres Parthi rexque advenerat*, cf. Ind. III. v. *Praedicatorum et Subiectorum numeri diversi.* In ed. Spir. omissum *rexque.* — *Acbarus* MSS. Flor. Reg. Bud. Vat. Lipsii edd. Iac. Gron. Ern. sqq. ut *Ἄκβαρος* ap. Appian. hist. Parth. p. 34. 35. *acharus* h. l. et *abarus* cap. 14. MS. Guelf. *Aebarus* Agr. et ed. Spir. *Abbarus* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. cet. ut et cap. 14. MSS. Flor. et Bud. *Abgarus* substituere Ryck. et Brot. e numis. v. Spanhem. de usu et pr. num. T. I. p. 126. 534. et Bayeri hist. Osrhoen. et Edess. p. 35 sq. Non vero quaeritur, utrum sit per se rectius, sed utrum vulgo inter Graecos et Latinos tritius; *Ern.* et Vales. ad Euseb.

hist. eccl. 1, 3. 13. „Hic *Abgarus* est *Maanu bar Abgar*, filius *Abgari Vehomo* i. e. nigri, fide sua in Christum notissimi et ab Euseb. l. l. celebratissimi; de quo etiam vid. Moses Choron. hist. Armen. 2, 25 sq. Filius a virtute paterna degener et omnium hominum sceleratissimus teste Procop. p. 118. Non confundendus cum fratre ac successore, paternae religionis aemulo, de quo v. Cedren. p. 177. Abgarus autem dicitur h. l. *rex Arabum* h. e. Edessenorum. Quum enim Arabes Scenitae tenuissent partem Mesopotamiae australis, tractus ille terrarum saepe appellabatur *Arabia*. v. Plin. 5, 24. 7, 16. (ubi Hard. male coni. *Gabbarus*) et Bayer l. l." *Brot.* — *Meherdaten* MS. Flor. edd. Spir. Iac. Gron. et al. *Meherdatem* edd. Put. 1. 2. et cet. ante Gron. *meherdatē* MS. Guelf. Cf. ad c. 10. n. 1. et ad 11, 8, 1. — Inter *acres* et *cunctatione* virgulam posuere Pich. et Walth hoc sensu: *barbarorum impetus* (Gr. ὁρμή, der erste Entschluss, Eifer) *acres* sc. esse, sed *cunctatione languescere*. Eadem vero sententia inest his verbis, si ea iunxeris. *cunctatione* MSS. Flor. edd. Spir. Pich. sqq. *contatione* edd. Put. 1. 2. et cet. *conctatione* MS. Guelf. a m. pr. Cf. ad G. 11. n. 8. — *aut*: in MS. Guelf. *ac*. — *itaque*: in MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. *ita*, quod recepit Bekk. coll. cap. 44. et 45.

3. *Quod spretum*: in MS. Guelf. *q. sumptum* a m. pr. et *spretum* in marg. — *summam fortunam in luxu* esse, positam esse. — *attinuit*, v. ad 1, 35, 3. — *oppidum Edessam* in Mesopotamia, Abgari regiam, conditam ab Abgaro Vehomo, (v. nota 2. et Moses Choren. hist. Armen. 2, 26.) vel potius instauratam; *Brot. Edessa* caput Osrhoenes, dicta etiam *Antiochia* (v. Plin. 5, 24. s. 21.) et *Callirrhoe*, unde Syr. *Orrhoe* et *Erech*, Arab. *Erroha*, *Arraha*, *Raha*, *Rhoa*, *Orpha*, *Orfa*, *Urfa*, ubi Imp. Caracalla mortuus est et etiam nunc episcopus et monasteria. v. Michaelis comm. XIII. soc. scient. Gotting. obl. et Spicileg. geogr. Hebr. ext. P. I. p. 226. P. II. p. 121 sq. Niebuhr. Itin. T. II. p. 406. Mannert geogr. T. V. P. II. p. 276. et Abulfeda. *Adessam* ed. Spir. — *Carene* Parthorum duce. *Carene* MS. Guelf. edd. Spir. Bekk. h. l. et c. 13. Idem ex MS. Flor. h. l. et c. 14. enotavit Iac. Gron. sed c. 13. *Carrene* Victorius, qui h. l. et c. 14. tacuit. *Carrhene* et c. 13. *Carrhenis*, e. *Carrhenem* s. *Carrhenen* edd. Put. 1. 2. Ber. et cet. — *petunt* edd. Lips. sqq. *petivit* MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. edd. vet. Id tolerari potest; *Walth.* Sed probanda Lipsii emendatio ob praec. *citi advenisset* et seq. *fessi propinquabant* cet. — *id temporis*, eo tempore. Cf. Ind. II v. *Accusativus Graecorum more pro Ablativo positus* et *Genitivi iuncti Pronominibus neutris*. — *importunam*, non aptam rebus gerendis; *Ern. importunam* MS. Flor. edd. Spir. Lips. seq. *petivit*. *Id temporis opportunum* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Lips. — *quia hiems occipiebat* MSS. Guelf. Bud. Vat. 1958. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict. Rhen. sqq. *quia h. occupabat* MS. Vat. 1864. *quam hiems occupabat* MS. Vat. 1863. Reg. Agr. ed. Spir. quod verum videri potest: nam verba proxime seqq. non hiemis initium indicant, sed maxime adultam; *Pich.* cui suffragantur Mur. Brot. Oberl. Cf. ad G. 22. n. 1. Sed montes etiam hiemis initio nivibus oppleri solent, et *quam* h. l. minus placebit quam *quia*. Haud tamen crediderim, *occipiebat* facilius potuisse abire in occupabat, quam hoc in illud; quod annotavit Walther.

CAPUT XIII.

Exin nivibus et montibus fessi, postquam campos propinquabant, copiis Carenis adiunguntur, tramissoque amne Tigri permeant Adiabenos, quorum rex Izates societatem Meherdatis palam induerat, in Gotarzen per occulta et magis fida inclin

bat, Sed capta in transitu urbs Ninos, vetustissima sedes Assyriae: castellum insigne fama, quod postremo inter Darium atque Alexandrum proelio Persarum illic opes conciderant. Interea Gotarzes apud montem, cui nomen *Sambulos*, vota diis loci suscipiebat, praecipua religione Herculi, qui tempore stato per quietem monet sacerdotes, *ut templum iuxta equos venatui adornatos sistant.* Equi ubi pharetras telis onustas accepere, per saltus vagi nocte demum vacuis pharetris multo cum anhelitu redeunt. Rursum deus, qua silvas pererraverit, nocturno visu demonstrat; reperiunturque fusae passim ferae.

1. *campos propinquabant* MSS. Flor. (teste Ryck.) Reg. Agr. edd. Spir. Oberl. sqq. Sic *castra propinquant* ap. Stat. Theb. 10, 385. et *Bithyni propinquantes iam amnem* in Sall. fragm. p. 992. ed. Cort. Cf. Ind. III. v. *Verba, quae motum exprimunt, Accusativis iuncta* et Ramsh. Gram. p. 239. *campis propinquant* MSS. Guelf. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi tacuit Vict). et cet. Sic 1, 63. 15, 39. H. 2, 58. 71. 3, 82. 4, 33. 85. Virg. Aen. 5, 185. 6, 384. 410. Lectio MS. Flor. silentio praetermissa ab omnibus. Cf. Drak. ad Liv. 30, 25. ubi eadem lectionis varietas. — *tramissoque* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Oberl. sqq. praeter Bekk. 2. in qua *transmissoque*, ut in MSS. Guelf. et edd. vet. — *permeant*: in MS. Guelf. *pmaneāt*; in ed. Spir. *permeant. ac labenos, quorum* cet. — *Izates* edd. Berneg. et sqq. quod verum nomen revocatum a Freinsh. et Lips. ex Iosepho, qui in Ant. Iud. 20, 2, 3. praeter alia lectu dignissima tradit, Izatem, Monobazi *Adiabenorum* regis filium, cum Helena matre ad Iudaicam religionem transiisse. *Iuliates* MS. Flor. Vat. 1863. 1864. edd. Spir. Lips. Pich. Grut. *Iliates* MS. Guelf. *Yliates* MS. Bud. *Hyliates* MS. Vat. 1958. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. Sed cap. 14. omnes libri *Ezates*, quae fortasse vera Taciti est scriptura; *Walth.* — *Gotarzen*, cf. ad 11, 8, 1. et Ind. I. *Gotharzen* ed. Spir. *gotharzē* MS. Guelf. — *palam induerat* sc. specie; *Ern.* — *per occulta et magis fida* MS. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *per occultam et magis fidam* (scil. societatem) MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Victor.) Rhen. 1. — *in transitu* sc. Tigridis, in cuius orientali latere, ut Herodotus, non occidentali, ut Plinius dicit, sita *Ninos urbs* circa confluentes Tigridis et Lyci; *Ryck.* „Immo *in transitu* id. qd. dum transeunt illam regionem Adiabenorum, ut H. 4, 33.“ *Iac. Gron.* — *urbs Ninos*, Ninive, *Ninus* olim a conditore appellata, *vetustissima sedes Assyriae*, quam penitus a Cyaxare et Nabochodonosore eversam, sed postea restauratam censent Cellar. G. A. T. II. p. 660. Ernestius et alii. Cf. Herodot. 1, 106. 178. 193. 2, 150. Strab. XVI. p. 737. Diodor. 2, 3. 65. 3, 1. Dio 68, 26. Eandem sua aetate superstitem et Adiabenae ingentem civitatem fuisse praeter Tacitum tradunt Ptolem. 10, 1. et Ammian. 14, 8, 7. 18, 7, 1. 23, 6, 22. Cf. Bocharti Chan. 4, 20. Michaelis spicil. geogr. ext. 1, 243. Wessel. ad Itiner. p. 192. et ad Diodor. 2, 3. Sed Mannertus in Geogr. V, 2. p. 440 sq. docet, non modo nunc viros doctos, sed etiam olim Tacitum, Ptolem. et Ammianum in eo errasse, quod priscam Niniven s. Ninum confuderint cum Ninive, a rege quodam Adiabeno condita et Adiabenae, non Assyriae capite; illam vero sitam fuisse, ubi nunc Nunia vicus, hanc, ubi Niebuhrius locum desertum Rimruk, magnas lapidum moles et rudera pontis in Tigride repererit. — *urbs Ninos, vetustissima sedes* (imperii, regum) *Assyriae: castellum insigne fama, quod postremo inter Darium atque Alexandrum proelio Persarum illic opes conciderant*: sic MSS. praeter Agr. et edd. vet. „Quid vero? an Ninon *castellum* vocat, quam paulo ante *urbem?* et utrumne apud Ninon eiusve castellum hoc proe-

lium fuit? Inseruerim ante *castellum* verba *et Arbela* aut certe *et.* *Lips.* Copulam inseruere Pich. et Bip. verba autem *et Arbela* Ryck Ern. Ob. Lün. Bekk. et Kiessl. Id arridere potest, quia in MS. Agr legitur *Assyriae et Arbela, castellum illustre fama,* et proelium ho commissum quidem apud Gaugamela, (τὰ Γαυγάμηλα) sed gloria eius multis assignata Arbelis, quoniam ille locus erat κώμη οὐκ μεγάλη, hi κατοικία ἀξιόλογος et πόλις, et alter ab altero non longe (D tamen au DC stadia) aberat. Ita Arrian. 3, 15. 6, 11. Ptol. 10, 1. Dio 68, 2(Strab. XVI. p. 737. Plut. in Alex. p. 683. (ubi corrupte ἐν Παυσου-λοις legitur) Diodor. 17, 53. et Curt. 4, 9, 9. etsi *Arbela* (τὰ Ἄρ-βηλα, hod. *Arbil*) vicum, non urbem fuisse dicunt. Similiter propte locorum vicinitatem eadem pugna Bedriacensis et Cremonensis, idemqu leo ab Hercule caesus Nemeus s. Nemeaeus et Cleonaeus appellatur. Se MS. Agr. additamentis emendationibusque scatet, nec quisquam veterum scriptorum Arbela *castellum* dixit. Hinc verba *et Arbela* uncinis inclu sisse videntur Bekk. et Kiessl., eiecit autem Walther, qui haec annota vit: „Contenti simus antiquae scripturae verbis, non ut *urbs Ninos* ips dicatur *castellum,* sed intelligatur *castellum* eius urbis vel regionis. Nam castellum illud nomine suo Gaugamela, sive ita audiat vicus prope ca stellum situs, in ea fuit urbis Nini vicinitate, ut commode posset accip pro castello illius urbis.“ Ita vero ante *castellum* inserendum potiu quam intelligendum *cuius;* neque constat, Gaugamela vel castellum fuis se, vel tam propinquum Nino, ut huius urbis *castellum* dici potuerit.

2. *apud montem, cui nomen Sambulos:* „Frustra divinaretur, qu sit mons iste *Sambulos,* quod flumen *Corma* cap. 14 pr. Tabulis geo graphicis Corbulonis utebatur Tacitus, quae in hac terrarum parte, u in multis, pleniores erant nostris et accuratiores. Ne tamen locorum omnino rudes simus, suspicamur, Meherdaten Arbelis obviam Gotarz processisse, et Gotarzen Hecatompylo, Parthorum regia, nunc *Ispahan* Meherdati occurrisse, ac proinde Arbela inter et Hecatompylon fuiss montem *Sambulon* et flumen *Cormam.* Nec procul vero, eos intra mon tem *Eluend* et fluvium *Gumedti,* qui in Tigrin influit, concurriss Certe pugnatum in provincia, quam nunc dicimus *Irac Ajami.*“ *Bro* *Sanbulos* MS. Flor. teste Iac. Gron. — *diis loci,* v. ad 3, 59, 2. *dis* MS Flor. ut saepe. — *praecipua religione Herculi* MSS. Flor. (teste Iac Gron.) Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Riv. Brot. Oberl. sqq *pr. rel. Herculis* edd. Spir. Ber. (ubi siluit Victor.) Rhen. cet. „Parum interest: nam *praecipua religione* sunt ablativi absoluti, intellecto par ticipio verbi substantivi, ut H. 4, 40. *diversa fama Demetrio.* Sententi est: vota diis loci suscipiebat, inter quos praecipua religio erat Hercul Ernestius male *Herculi* refert ad *vota suscipiebat.*“ Walth. Immo *Herculi* scripseris, Ernestii ratio simplicior est; si *Herculis,* conf. Ind III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita,* ad quae etiam refer. H. 4 40. *diversa fama Demetrio.* In MS. Flor. et ed. Spir. *praecipue.* — *tem pore stato* MS. Flor. edd. Lips. posteriores, Pich. seqq. *tempore statut* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. et edd. vet. Male. „*Tempore stato* est certo ac definito, quod sua vice recurrit, ut G. 39. (Ita et *status merca tus* H. 3, 30. et *statos dies* H. 4, 81.) *Tempore statuto* est t. indicto, u 1, 48. *statuunt tempus.* v. Drak. ad Liv. 24, 27. et Baumgarten-Crusiu in clave Suet. p. 735.“ *Walth.* — *per quietem,* ut paulo post *noctur visu.* v. ad 1, 65, 1. — *templum iuxta,* cf. Ind. III. v. *Praepositiones no minibus postpositae.* — *equos venatui adornatos sistant* cet. miror, por tentosam hanc fabulam uni Tacito memoratam: *Brot.* — *ubi:* in MSS Guelf. Harl. Ies. *ut.* — *telis onustas:* in MS. Guelf. *t. honustas,* sed i MSS. Vat 1863. 1864. et ed. Spir. *telis omissis onustas;* unde *telis omni genis o.* coni. Lips. et *t. missilibus o.* Acid. Credo vitiosam et veram

scripturam a librario fuisse coniunctam, quod vitiose scriptum delere nollet; *Ern.* — *accepere*: in ed. Spir. *accipere*. — *Rursum* MS. Agr. edd. Spir. et Walth. *Rursus* MS. Guelf. et edd. cet. — *qua* (parte) *silvas pererraverit* MS. Flor. (teste Pich.) edd. Pich. et rec. *quas silvas pererraverit* MSS. Reg. Bud. ed. Spir. *quas silvas pererraverint* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi tacuit Vict.) Rhen. Ald. Lips. Grut. — *nocturno visu*, somnio. — *fusae passim ferae*, v. ad 11, 37, 2.

CAPUT XIV.

Ceterum Gotarzes, nondum satis aucto exercitu, flumine Corma pro munimento uti et, quanquam per insectationes et nuntios ad proelium vocaretur, nectere moras, locos mutare et missis corruptoribus exuendam ad fidem hostes emercari. Ex quis Izates Adiabenus, mox Acbarus Arabum cum exercitu abscedunt levitate gentili et quia experimentis cognitum est, barbaros malle Roma petere reges quam habere. At Meherdates validis auxiliis nudatus, ceterorum proditione suspecta, quod unum reliquum, rem in casum dare proelioque experiri statuit. Nec detrectavit pugnam Gotarzes deminutis hostibus ferox: concursumque magna caede et ambiguo eventu, donec Carenem profligatis obversis longius evectum integer a tergo globus circumveniret. Tum omni spe perdita, Meherdates, promissa Parrhacis paterni clientis secutus, dolo eius vincitur traditurque victori. Atque ille, non propinquum neque Arsacis de gente, sed alienigenam et Romanum increpans, auribus decisis vivere iubet ostentui clementiae suae et in nos dehonestamento. Dein Gotarzes morbo obiit accitusque in regnum Vonones Medos tum praesidens. Nulla huic prospera aut adversa, quis memoraretur. Brevi et inglorio imperio perfunctus est, resque Parthorum in filium eius Vologesen translatae.

1. *flumine Corma*, v. ad cap. 13. n. 2. pr. *flumine croma* MS. Guelf. — *et quanquam*: in ed. Spir. *et quoniam*. — *nectere moras*, cf. Ind. II. et ad 2, 42, 1. pr. — *Izates Adiabenus*, ut c. 13. *Adiabenorum rex Izates*. Cf. ad 15, 1, 2. Haec repetitio fatua videbatur I. Fr. Gronovio, qui hinc legendum censebat *Adiabeno — cum exercitu*, quod receptum a Bib. Ob. Lün. Bekk. Kiessl. „Sed similiter 15, 14. *Monobazus Adiabenus* dicitur, licet ex 15, 1. satis constet, Monobazum Adiabenum fuisse; et eiusmodi repetitio neque a nostra dicendi ratione abhorret. Haec autem emendatio plane inutilis videtur, quia veterum librorum scripturae idem inest sensus: nam *Adiabenus* dicitur pro *Adiabenorum cum exercitu*, quod ex oppositione satis patet, et *cum exercitu abscedunt* sunt praedicata ad utrumque subiectum spectantia. Praeterea absurdum est, sic praeponi ablativum *Adiabeno*, cuius ratio demum constet ex remotiore praepositione *cum*." *Walth.* Sed non minus haec vocis *Adiabenus* explicatio quam illa repetitio displicere potest, et vera scriptura a librariis corrupta haud dubie fuit ADIABENUM h. e. *Adiabenorum*. Ita *Adiabenorum — cum exercitu* et *Arabum cum exercitu* exacte sibi respondent. *Acbarus Arabum rex* MS. Agr. ut c. 12. Sic vero alia quoque verba repetuntur. De *Acbaro* v. ad c. 12. n. 2. *abscndunt* pro *abscedunt* MS. Guelf. — *levitate gentili*, cf. Ind. III. v. *Ablativi substantivorum absoluti*. — *experimentis cognitum est*, v. ad Agr. 19. n. 1. — *barbaros* *Roma petere reges quam habere*, v. ad 2, 3, 2. *male* pro *malle* MS. G

Roma petere reges MS. Reg. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi tacuit Victor.) Rhen. sqq. *Romam petere reges* MSS. Guelf. Ies. et ed. Spir. quod defendunt exemplisque illustrant Schegk. ad Vell. 2, 102. Burm. ad Ovid. Met. 7, 296. et Ruddim. inst. gr. T. II. p. 176. ed. Stallb. „Nec dubium est, verbum *petere* sic duos accusativos assumere, quum est nostrum bitten: sed h. l. est holen. Praeterea series verborum eo ducit, ut accipias *quam habere* scil. *Romam reges*, quod absurdum est." *Walth. Roma petere regem*, ut paulo post *accitus in regnum* et 2, 2. *accire*. Sed dicitur etiam regem *Roma poscere* 6, 31. et *regem expetere* 12, 10. Cf. 11, 10 extr.

2. *quod unum reliquum* MSS. Flor. Guelf. Bud. Agr. edd. Spir. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Lips. Pich. Grut. Brot. *quod unum erat reliquum* edd. Put. 1. 2. Riv. Ber. Rhen. 1. Berneg. Gron. al. *erat* uncinis inclusum a Bekk. et Kiessl. — *rem in casum dare*, ut, 1, 47. et planius ap. Liv. 4, 27. *rem in casum ancipitis eventus committere*. — *deminutis* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. Pich. sqq. *diminutis* edd. Rhen. 2. 3. et cet. Cf. ad Agr. 9. n. 4. — *eventu*: in MS. Guelf. *adventu*. — *Carenem*, v. ad cap. 12. n. 3. — *profligatis obversis* ipsi, adversariis, hostibus. *profligatis consiliis obusis* ed. Spir. *profligatis ebusis* MS. Agr. Gentile nomen latere non male suspicabatur Heinsius, etsi non bene *Odrusis*. Displicere omnino possunt duo participia praet. pass. sic iuncta. — *Parrhacis* et *secutus* omissa in MS. Guelf. et *eius dolo* in eodem legitur. *parracis* ed. Spir. — *victori*, Gotarzi. — *Arsacis de gente* sc. ὄντα. Cf. ad 2, 1, 1. et Ind. III. v. *Ellipses* 1. γ. — *Romanum*, cf. cap. 10. — *naribus decisis*: nam mos ille diu viguit in Oriente (et etiam nunc viget), ut victi naribus auribusve decisis et effossis aut excussis oculis deturparentur; *Brot.* — *vivere iubet ostentui clementiae suae et in nos dehonestamento*, cf. ad 1, 29 extr. et Ind. II. v. *In*. — *accitus in regnum*, cf. nota 1. — *Vonones* II. v. ad 2, 1, 1. — *Medis tum praesidens* MS. Flor. edd. Pich. sqq. *Medis tum pr.* MSS. cet. et edd. vet., in his Ber. ubi siluit Vict. Cf. ad 3, 39, 1. — *aut*: in MS. Guelf. *ut*. — *Vologesen* I. Cf. ad 2, 1, 1. et 11, 8, 1 extr. *Vologensem* MS. Guelf. *Vologaesus* dicitur Xiphil. 62, 19 sqq.

CAPUT XV.

¹At Mithridates Bosporanus amissis opibus vagus, postquam Didium ducem Romanum roburque exercitus abiisse cognoverat, relictos in novo regno Cotyn iuventa rudem et paucas cohortium cum Iulio Aquila Equite Romano, spretis utrisque concire nationes, illicere perfugas; postremo, exercitu coacto regem Dandaridarum exturbat imperioque eius potitur. Quae ubi cognita et iam iamque Bosporum invasurus habebatur, diffisi propriis viribus Aquila et Cotys, quia Zorsines Siracorum rex hostilia resumpserat, externas et ipsi gratias quaesivere missis legatis ad Eunonen, qui Aorsorum genti praecelleba[t]. Nec fuit in arduo societas potentiam Romanam adversus rebellem Mithridaten ostentantibus. Igitur pepigere, equestribus proeliis Eunones certaret, obsidia urbium Romani capesserent.

1. *Mithridates Bosporanus*, diversus a Mithridate Ibero et Armeni[ae] rege, de quo v. ad 11, 8, 1. Claudius τὸν Μιθριδάτην τὸν Ἴβηρα, ὃν Γάϊος μεταπεμψάμενος ἐδεδέκει, οἴκαδε πρὸς ἀνάληψιν τῆς ἀρχῆς ἀπέπεμψ[ε], ἄλλῳ τε τινὶ Μιθριδάτῃ (Bosporano), τὸ γένος ἀπ' ἐκείνου τοῦ πάνυ ἔχον[τι] (a Mithridate M. unde c. 18. extr. ille dicit se esse *prolem magni Ach[aemenis]*

menis, primi Persarum regis, cuius posteri *Achaemenidae* appellati, ut *Arsacidae*, et populares, Persae s. Parthi, *Achaemenii*; v. Plato Alcib. α. Herodot. 7, 11.) τὸν Βόσπορον ἐχαρίσατο καὶ τῷ Πολέμωνι (cui Caligula Polemonis patris regnum Bosporanum in Ponto dederat, de quo v. Dio 59, 12.) χώραν τινὰ ἀντ' αὐτοῦ τῆς Κιλικίας ἀντέδωκε, Dio 60, 8. Hunc Mithridatem alium a Bosporano fuisse credidit Lipsius, sed eundem Ryckius et recte. Cf. de eo cap. 18 extr. et c. 21. „Hunc rebellem regno eiecerat A. Didius dux Rom. regnumque Cotyi eius fratri dederat. Postquam Didium et Romanos *abiisse cognoverat* Mithridates, regnum suum recuperare aggressus est. Tenebat autem regnum *Bosporanum*, Chersonesum Tauricam et quicquid occidentali et meridionali parti Maeoticae paludis adiacet, nunc *la Crimée et la côte occidentale et méridionale de la mer d'Azow.*" *Brot.* Cf. de eo cap. 18. et 21. *A. Didium* Gallum *ducem Rom.* cf. cap. 40. 14, 29. et Agr. 14. *Metridates* et paulo post *Mitridatem*, ut c. 16. 18—21., ed. Spir. *Bosporanus* et paulo post *Bosporum* edd. Berneg. sqq. *Bosphoranus* et *Bosphorum* MSS. Flor. (teste Furia) et alii, edd. vet. et Brot. *Bosforanus* et *bosforum* MS. Guelf. Cf. ad c. 63 extr. Sed origine vocis firmatur scriptura Gr. Βόσπορος et Βοσπορανός, nam Bosporos, fretum inter Byzantium et Chalcedonem, sic dictus putatur a bovis transitu, (a βοῦς et πόρος) quia Io Inachi filia, a Iove in vaccam (βοῦν) transformata, hoc fretum traiecisse (πορεύεσθαι, διαπορεύεσθαι) fingitur, vel inde quod Bospori, Thracius et Cimmerius, sunt freta angusta, quae bos transnare possit aut posse videatur. Cf. intpp. Hygini fab. 145. et Ammiani 22, 8, 13. Wernsdorf. ad Himer. or. in laudem Constantinop. p. 79. ed. min. Harles. et Mannert Klein-Asien p. 599. — *postquam* MSS. Flor. (teste Furia, ut c. 35. et 14, 11.) Guelf. edd. Spir. Bekk. *posteaquam* edd. cet. — *abiisse* MSS. Flor. (saltem tacuit Vict. ad ed. Ber.) Guelf. edd. Ber. Rhen. et cet. ante Oberl. *abisse* MSS. Vat. edd. Spir. Put. 1. 2. Oberl. et rec. *cognoverat* et *relictos in novo regno Cotyn* fratrem (cf. cap. 18.) *i. r. et paucas cohortium cum Iulio Aquila Eq. Rom. spr. u. concire nationes*, eas sollicitare coepit. *relicto — Cothin* ed. Spir. *pauca cohortium Iulio Aquilio* MS. Agr. — *regem Dandaridarum*, aut potius regulum. *Dandaridae* s. *Dandari* et *Dandarii* in Maeotide, et quidem in *Dardarica* c. 16. v. Strab. XI. p. 341. al. 495. Plut. Lucull. p. 501. Plin. 6, 7. „Nunc dicuntur *les Tartares de Kuban.* Hi vero, sicut et alii plurimi eorumque reguli, quod vel ex h. l. elicitur, vulgo parebant regibus Bosporanis, quorum imperium nonnunquam ad Tanaim usque protendebatur." *Brot.*

2. *et iam iamque Bosporum invasurus habebatur*, credebatur vel erat. Cf. Ind. II. v. *Habeo. et iam* omissa in MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. (si operae paruissent) Ald. Gryph. *et ianuamque B. invasurum habebatur* ed. Spir. *invasurus videbatur* coni. Rhen. — *diffisi* edd. Pich. et rec. *diffisis* MS. Flor. (teste Pich.) et ed. Spir. *diffisus* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi tacuit Vict.) Rhen. et cet. — *Siracorum* edd. Ryck. et sqq. ex emend. Lipsii. *Siraci* ad Achardeum fl. qui in Caucaso ortus in Maeotin illabitur, populus tantae magnitudinis, ut Pharnaci ab eo viginti millia equitum auxilio missa sint. v. Strab. XI. p. 492. T. IV. p. 367. ed. Tzschuck. ubi Σιρακοί, Συρακοί, Σιρακοί in MSS. et p. 506. ubi τὰ τῶν Σιράκων φῦλα dicuntur. Alii et Hyrcaniae populus fuisse videntur Σηρακηνοί ap. Ptol. 5, 9. *Syracusorum* MSS. Guelf. Bud. ed. Put. 1. 2. *Siracusorum* MSS. Farn. Reg. ed. Spir. E MS. Flor. illud enotarunt Iac. Gron. et Vict. hoc Pich. *Syracusarum* edd. Ber. Rhen. 1. *Seracosiorum* MS. Agr. *Soracorum* edd. Rhen. 2. 3. Ald. et cet. ante Ryck. Cf. ad c. 16. n. 2. — *externas gratias*, externorum regum gratiam, quae paulo post *societas* dicitur. De plur. *gratias* v. ad 12, 49, 1. — *Eunonen* MS. Flor. edd. Iac. Gron. et rec. ut et c. 18. *Eunonem* edd. vet. Cf. ad 11,

7*

8, 1 extr. — *Aorsorum* a Ryckio nobisque scriptum, quia hoc verum populi Siracis vicini nomen a librariis non minus corruptum, quam illud Siracorum. Ἄορσοι καὶ Σειρακοὶ μέχρι τῶν Καυκασίων ὀρῶν ἐπὶ μεσημβρίαν τείνοντες et τὰ τῶν Σιράκων καὶ Ἀόρσων φῦλα Strab. 11. 11. Cf. Ptol. 3, 5. et Plin. 4, 18. 6, 11. 18. *Adhorscorum* MS. Reg. *adorscorum* MS. Agr. In cap. 19. *Aduorsorum* MS. Flor. et *aduersorum* ed. Spir. Utroque loco *Adorsorum* edd. Put. 1. 2. — *genti praecellebat*, praeerat. *gente* coni. Acid. et *gentem* Heins. Cf. ad 3, 56, 1. — *Nec fuit in arduo societas*, v. ad 4, 7, 2. — *Eunones*: in ed. Spir. *ut Eunones*. Sed coniunctio *ut* saepissime omittitur et intelligenda est. — *obsidia urbium Romani capesserent*, cf. ad 11, 24, 1. *capescerent* MS. Guelf. et ed. Spir. ut ubivis.

CAPUT XVI.

Tum compositó agmine incedunt, cuius frontem et terga Aorsi, media cohortes et Bosporani tutabantur nostris in armis. Sic pulsus hostis ventumque Sozam oppidum Dandaricae, quod desertum a Mithridate ob ambiguos popularium animos obtineri, relicto ibi praesidio, visum. Exin in Siracos pergunt et transgressi amnem Pandam circumveniunt urbem Uspen, editam loco et moenibus ac fossis munitam, nisi quod moenia non saxo, sed cratibus et vimentis ac media humo adversum irrumpentes invalida erant, eductaeque altius turres facibus atque hastis turbabant obsessos: ac ni proelium nox diremisset, coepta patrataque expugnatio eundem intra diem foret.

1. *Tum composito*: in edd. Spir. et Bekk. *Tunc c.* Cf. ad c. 36. n. 2. et ad 2, 9, 2. — *cuius*: in MS. Guelf. *quoius*. — *media cohortes* paucae Romanorum duce Iulio Aquila (v. cap. 15.) *et Bosporani* Cotyis milites *tutabantur nostris in armis*, ut et Aorsi, h. e. nostro more rituve instructi armatique. Cf. 2, 52. 3, 43. H. 3, 47. med. Virg. Aen. 12, 107. Hirt. b. Alex. c. 34. Ita Salin. Pich. Acid. Heins. aliique, ut et Lipsius, si deleatur *in*, quod non necesse est. Idem vulgatum male exponebat: ita ut nostri (Romani) essent ad armos, i. e. in lateribus. *nostri in armis* MS. Bud. quod perperam probavit Rhen. intell. *erant*. — *Sozam* MS. Flor. (teste Pich.) edd. Spir. Pich. et rec. *Soza* MSS. Guelf. aliique, edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi tacuit Vict.) Rhen. et cet. ante Pich. — *oppidum Dandaricae* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. et sqq. *o. Dandaride* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. *o. Dandaridae* edd. Ber. Rhen. 1. Cf. ad c. 15. n. 1. *oppidum* abest a MS. Bud. — *obtineri relicto ibi praesidio visum* occupari placuit, insideri praesidio ibi relicto; *Ern.* Cf. ad H. 3, 1, 2. *ibi relicto* MS. Guelf.

2. *Exin in Siracos* MSS. Flor. Vat. 1864. 1958. edd. Ryck. et rec. *Exin in Seracos* MS. Guelf. *Exin Seracos* MS. Bodl. et ed. Spir. *Exin sacros* edd. Put. 1. 2. *Exin Soracos* edd. Ber. Rhen. et cet. Cf. ad c. 15. n. 2. Praepositio *in* omissa etiam in MSS. Reg. et Vat. 1863. Cf. ad c. 32. n. 1. — *et transgressi*: in MS. Guelf. *ac tr.* — *Uspen* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Lips. Pich. sqq. *Vispen* edd. Ber. Rhen. Ald. In c. 17. *Uspensium* MS. Flor. edd. Spir. Lips. Pich. sqq. *Vispensium* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. — *moenia non saxo* sc. valida, *sed cratibus — invalida erant*, ut 3, 52, 1. *inturbidus externis rebus annus, domi suspecta severitate* scil. *turbidus erat*; et similia. Cf. ad 2, 20, 2. et Ind. III. v. *Ellipses N. 19. 20.* et *Syllepsis N. 2.* — *cratibus et vimentis ac media humo*: h. e. facta e cratibus viminibusque, quibus terra

erat interiecta. *Vimentum* factum est a *vimen*, ut *stramentum* a *stramen* et *spiramentum* a *spiramen*; *Ryck.* *cratibus et vimentis* MSS. Flor. Vat. tres, Reg. Agr. edd. Pich. sqq. *cratibus uinctis* MS. Guelf. *cratibus iunctis* MSS. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. *cratibus et iumentis* ed. Spir. *cratibus ac iumentis* MS. Corb. *cratibus ac vimentis ac vimentis* MS. Bud. a m. pr. et *cratibus vinctis ac vimentis* a m. sec. *vinctis sarmentis* coni. Rhen. *cratibus revinctis* substituit Brot. coll. Caes. B. G. 4, 17. et 7, 23. Immo *cratibus et vimentis* dictum est per ἓν διὰ δυοῖν, nisi leg. *cratibus e vimentis*, ad quod a librariis *vinctis* aut *iunctis* additum; *Kiessl.* E compendio potius *uimētis*, quod in MS. Flor. est, *vinctis* et *iunctis* exortum; *Walth.* In MS. Flor. *cratibus et uimētis* repererunt Ryck. et Victor. sed *gratibus et vimentibus* Furia. *modica humo* MS. Guelf. ut et a m. rec. in MSS. Flor. Bud. — *eductaeque altius turres*, proprie homines in iis. Cf. ad 12, 49, 1. H. 2, 34. 3, 29. 4, 30.

CAPUT XVII.

Postero misere legatos veniam liberis corporibus orantes: servitii decem millia offerebant. Quod aspernati sunt victores, quia trucidare deditos saevum, tantam multitudinem custodia cingere arduum: ut belli potius iure caderent. Datumque militibus, qui scalis evaserant, signum caedis. Excidio Uspensium metus ceteris iniectus nihil tutum ratis, quum arma, munimenta, impediti vel eminentes loci amnesque et urbes iuxta perrumperentur. Igitur Zorsines, diu pensitato, Mithridatisne rebus extremis an patrio regno consuleret, postquam praevaluit gentilis utilitas, datis obsidibus apud effigiem Caesaris procubuit magna gloria exercitus Romani, quem incruentum et victorem tridui itinere abfuisse ab amne Tanai constitit. Sed in regressu dispar fortuna fuit, quia navium quasdam, quae mari remeabant, in litora Taurorum delatas circumvenere barbari, praefecto cohortis et plerisque centurionum interfectis.

1. *Postero* (sc. die) edd. Lips. sqq. *Postremo* MSS. Flor. Guelf. et edd. vet. — *orantes:* in MSS. Vat. 1863. 1864. et ed. Spir. *exorantes.* — *servitii*, servorum. Cf. Ind. III. v. *Abstracta pro Concretis.* In ed. Spir. *servitia — trucidarent deditos: senum tantam* cet. in Guelf. *scaevum* pro *saevum*, ut plerisque locis. — *ut belli potius iure caderent* omnes libri vet. „Haec verba non bene pendent ex *aspernati sunt victores*, neque absurda est coniectura Acidalii, qui ea malebat transponere post *signum caedis.* Sed multo fortior et efficacior erit oratio, si deleveris *ut*, quod etiam hic propter frequentiam literae *u* ingratum est.“ *Ern.* Hinc *ut* expunctum a Bip. Ob. Lün. Bekk. „Immo hic non sunt verba *aspernantium* legatos, quasi illi respondissent *belli potius iure caderent;* sed explicat auctor, cur *victores aspernati* sint deditionem, nempe *quia — arduum. Ut* subiungit comma, ut saepissime, et effectum significat: ita ut, adeo ut. Sententia: visum est consultantibus, *ut belli potius iure caderent.*“ *Walth.* Similiter Kiessl. qui e verbis *aspernati sunt* intelligendum censet verbum contrarium *placuit.* Cf. ad c. 16. n. 2. Haec vero arguta potius quam vera sunt. Ratio iam continetur in *quia.* Paulo post MS. Guelf. *excidio ūspē sive metus* a m. pr. et *excidio in spem sive metus* a m. sec. — *iuxta* (v. ad 1, 6, 6.) *perrumperentur* edd. Rhen. 1. 3. Ald. sqq. i. *prorumperentur* MS. Bud. et primae edd.

2. *Zorsines* MS. Flor. edd. Spir. Rhen. 2. 3. Ald. sqq. ut omnes li-

bri cap. 15. *Gorsines* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *diu pensitato*, v. ad 1, 46, 1. — *apud effigiem Caesaris procubuit* adorationis causa. v. ad 4, 2. extr. — *Romani:* in ed. Spir. *romanus*. — *incruentum et victorem* MSS. Guelf. Vat. 1958. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi tacuit Victor.) Rhen. sqq. *invictum et victorem* MSS. Vat. 1863. 1864. ed. Spir. — *abfuisse:* in MS. Flor. *aufuisse* teste Furia. — *praefecto cohortis et plerisque centurionum interfectis*, ut c. 38 extr. ubi tamen intell. *praefectus castrorum*. Fortasse leg. *cohortium:* nam *praefectus* est Iulius Aquila Eques Rom. isque paucis cohortibus praefuerat. v. cap. 15. *centurionum* recte MS. Bud. a m. sec. et edd. Rhen. 2. 3. Ald. sqq. Male *consiliarium* MS. Flor. „An interpretabimur de viris Iulium Aquilam consilii causa comitantibus? Nam *consiliares* vel *consiliarii* dicuntur, qui constituunt consilium alicui duci vel magistratui additum. Cf. Suet. in Tib. c. 18. 33. 55. in Claud. c. 12." *Walth.* Pessime *consularium* MSS. Vatt. Oxonn. Bud. a m. pr. Reg. Agr. et primae edd. *cūsularium* MS. Guelf. *auxiliarium* coni. Lips. *classicorum* et *classiariorum* Pich. *contubernalium* Iac. Gron. *commanipularium* Heins. coll. H. 4, 46. — *interfectis:* „Partic. aoristi, non *postquam interfecti sunt*, sed *ita ut interfecti sint*." *Walth.* „Tacitus saepe Participia Perf. ponit pro Part. Praes. et Fut. ut 4, 64. *deusto monte*, 6, 3. *exactus*, H. 1, 20. *decima parte relicta*, H. 1, 63. *raptis repente armis*, H. 4, 34. *confossus*. Sic et Adiect. *profugus* Ann. 1, 57." *Roth.* ad Tac. Agr. in Exc. XXI. Cf. Ind. III. v. *Participia Perf. Pass. in sexto casu pro Gerundivis* et *Part. Perf. Pass. pro Part. Praes. seu Aoristi.*

CAPUT XVIII.

Interea Mithridates, nullo in armis subsidio, consultat, cuius misericordiam experiretur. Frater Cotys, proditor olim, deinde hostis, metuebatur: Romanorum nemo id auctoritatis aderat, ut promissa eius magni penderentur. Ad Eunonen convertit propriis odiis non infensum et recens coniuncta nobiscum amicitia validum. Igitur cultu vultuque quam maxime ad praesentem fortunam comparato, regiam ingreditur genibusque eius provolutus, *Mithridates*, inquit, *terra marique Romanis per tot annos quaesitus sponte adsum. Utere, ut voles, prole magni Achaemenis, quod mihi solum hostes non abstulerunt.*

1. *nullo in armis subsidio*, cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita.* — *cuius misericordiam:* in MS. Guelf. *quoius miseriā.* — *Frater Cotys* cet. cf. cap. 15. — *Romanorum nemo* — *penderentur*, sed Iulius Aquila Eques Rom. v. cap. 15. — *id auctoritatis*, v. ad 5, 9. extr. *eius auct.* vitiose edd. Ber. Rhen. 1. — *Eunonen*, cf. ad c. 15. n. 2. — *propriis odiis non infensum* MS. Agr. edd. Ryck. Ern. sqq. *non* male omissum in edd. vet. *nullis propriis odiis offensum* (ut 15, 64.) coni. Freinsh. et *propriis odiis inoffensum* Iac. Gron. — *recens*, recenter. v. Ind. II.

2. *quam maxime:* a MS. Guelf. abest *quam*. Paulo post *regiam aggreditur* ed. Spir. — *genibus* (ad genua) *eius provolutus*, cf. Ind. I. v. *Supplices.* — *Mithridates terra marique Romanis per tot annos quaesitus* frustra *sponte adsum*; cf. c. 21. *a romanis* ed. Spir. Sed cf. Ind. III. v. *Dativus subiectivus.* — *Utere, ut voles*, me, *prole m. A.*, tracta me, ut Gr. χρῆσθαι, *Ern.* — *prole magni Achaemenis*, v. ad cap. 15 pr. — *quod solum*, cuius originis gloriam solam.

CAPUT XIX.

At Eunones claritudine viri, mutatione rerum et prece haud degeneri permotus allevat supplicem laudatque, quod gentem Aorsorum, quod suam dextram petendae veniae delegerit. Simul legatos literasque ad Caesarem in hunc modum mittit: *Populi Romani Imperatoribus magnarumque nationum regibus primam ex similitudine fortunae amicitiam; sibi et Claudio etiam communionem victoriae esse. Bellorum egregios fines, quoties ignoscendo transigantur. Sic Zorsini victo nihil ereptum. Pro Mithridate, quando gravius mereretur, non potentiam, non regnum precari, sed ne triumpharetur neve poenas capite expenderet.*

1. ***prece haud degeneri***, cf. cap. 18 extr. et Ind. II. ad 3, 21, 1. et G. 45. n. 18. *degeneri* MSS. Flor. Agr. edd. Spir. Walth. *degenere* edd. cet. *deneger* MS. Guelf. — *permotus* (ut 1, 74. 15, 52.) MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *promotus* edd. Put. 1. 2. Riv. Ber. Rhen. 1. *premotus* MS. Bud. Varietas ex comp. scripturae nata et frequentissima. — *gentem Aorsorum*, v. ad c. 15. n. 2. — *suam dextram*, fidem, cuius symbolum est dextra. Cf. Ind. II. — *suam dextram petendae veniae* delegerit, cf. Ind. III. v. *Gerundia et Gerundiva in Dativo*. *dextram* MS. Flor. edd. Bekk. Walth. *dexteram* MS. Guelf. et edd. rel. ut *dexteras* 15, 28. MS. Flor. et ed. Spir.

2. ***populi Romani***: in MS. Flor. *PĪR*, in MS. Guelf. *populus Romanus*, in utroque *magnarum*. — *etiam communionem* MSS. Flor. Guelf. Bud. edd. Spir. Put. 2. Riv. Pich. sqq. *et communionem* ed. Put. 1. *ex communione victoriae* MS. Vat. 1864. edd. Ber. Rhen. Ald. quod propter *etiam* non prorsus spernendum; *Kiessl*. — *transigantur* MS. Bodl. edd. Put. 1. 2. Riv. Ber. (ubi tacuit Vict.) Rhen. 1. Walth. *transigatur* MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. Ald. sqq. Cf. ad H. 3, 46. G. 19. n. 12. Agr. 34. n. 5. Ind. III. v. *Verba activa passive et passiva absolute posita*. Sed hic cum emphasi praeponitur *bellorum*, ut non dubitari possit, *bella* esse subiectum verbi; *Walth*. Cf. 3, 33. H. 2, 38. 3, 5. G. 22. Drak. ad Liv. 9, 12. — *sic Zorsini victo* n. e. cf. cap. 15. 17. *sicque rorsim n. e.* ed. Spir. — *non potentiam, non regnum* MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. edd. Ern. Brot. Bip. Ob. Lün. Bekk. Cf. Ind. III. v. *Verba eadem repetita* p. 837. *non potentiam neque regnum* edd. cet. in his Ber. ubi tacuit Vict. — *ne triumpharetur*, v. ad G. 37. n. 19. — *neve poenas capite expenderet*; nam mos fuit, triumphatos duces plectendi in carcere vel in robur deiiciendi, reliquos captivos sub corona vendendi. v. Fabri Semestr. 2, 3. *exciperet* MS. Farn. ed. Bip. *excipere* MS. Agr. Hinc *exigeret* coni. Heins.

CAPUT XX.

At Claudius, quanquam nobilitatibus externis mitis, dubitavit tamen, accipere captivum pacto salutis an repetere armis rectius foret. Hinc dolor iniuriarum et libido vindictae adigebat. Sed disserebatur contra: *Suscipi bellum avio itinere, importuoso mari: ad hoc reges feroces, vagos populos, solum frugum egens; tum taedium ex mora, pericula ex properantia, modicam victoribus laudem ac multum infamiae, si pellerentur. Quin arriperet oblata et servaret exsulem, cui inopi quanto lon-*

giorem vitam, tanto plus supplicii fore. His permotus scripsit Eunoni, *meritum quidem novissima exempla Mithridatem, nec sibi vim ad exsequendum deesse; verum ita maioribus placitum, quanta pervicacia in hostem, tanta beneficentia adversus supplices utendum: nam triumphos de populis regnisque integris acquiri.*

1. *At Claudius* MSS. Flor. Guelf. Bud. aliique, edd. Spir. Put. 1. Iac. Gron. sqq. *atque Claudius* edd. Put. 2. Ber. et cet. ante I. Gron. — *nobilitatibus*, v. ad 12, 49, 1. — *dubitavit*, cf. ad 4, 40, 3. — *accipere captivum* cum *pacto salutis*, promissa salute. — *Hinc* libri vet. *Huc* edd. rec. ex emend. Lips. Cf. ad 2, 6, 1. Sed *hinc* est ab hac parte, et *adigebat* absolute ponitur; *Walth.* — *dolor:* in MS. Bud. *libido* a m. rec. — *adigebat* MSS. Vat. 1958. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. sqq. *adiacebat* MSS. Vat. 1863. 1864. Reg. Agr. ed. Spir. — *ad hoc* MSS. Guelf. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *ad haec* edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi tacuit Vict.) Rhen. 1. Utrumque recte dicitur, ut etiam *ad id* et *ad ea* pro *praeter hoc, id, haec, ea, πρὸς τούτοις, ἐπὶ τούτοις*, id. qd. *praeterea, insuper.* Cf. ad 12, 34. 14, 24. 31. 15, 4. 38. H. 1, 6. — *populos:* in MS. Guelf. *pulsos.* Dein *egentum tedium: ex mora* ed. Spir. et *solum frugum egenum, taedium ex mora* MS. Agr. — *pericula* sc. fore. *periculum* MS. Guelf. Melius hoc; *Ern.* Cur? — *pellerentur:* in ed. Spir. *pelleretur.* — *Quin arriperet oblata*, cf. ad c. 2. n. 3. et ad 14, 59. *obriperet* Put. 1. 2. — *cui inopi* edd. omnes praeter primam. *quin inopi* MSS. Flor. Guelf. multique Brot. et ed. Spir. Vetus scriptura *quoi* fuit causa erroris; *Pich.* *quia* coni. Heins.

2. *His permotus* MSS. Flor. Guelf. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *His promotus* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Cf. ad c. 19. n. 1. — *Meritum quidem novissima exempla*, v. ad 1, 8, 1. et 1, 38, 1. Paulo post *exenquendū* MS. Flor. et *nec sibi ad exequendum vim deesse* ed. Spir. — *verum ita maioribus placitum — utendum*, cf. Virg. Aen. 6, 854. et ibi Heyne. — *quanta pervicacia* (constantia) *in hostem, tanta beneficentia* cet. edd. Lips. et rec. ex ingeniosa emend. Mureti. *quantalibet peruicatia in hoc tentata benefitia* MS. Guelf. *quanta pervicacia in hoc tempta beneficentia* MS. Bud. *quanta pervicacia in hoc tentata beneficentia* MS. Flor. teste Furia et ed. Spir. *quantalibet pervicacia in hoc tentata: beneficentia* edd. Put. 1. 2. Ber. (*pervicatia*) Rhen. 1. 2. 3. Eadem fere MSS. Brot. *pertinacia* vulgo fuisse scriptum perperam annotavit Lipsius. *quantalibet pervicacia in hostem, at beneficentia* coni. Kiessl. — *nam triumphos de populis regnisque integris*, universis, *acquiri*, non de singulis hominibus paucisve captivis. *de populis integris*, florentibus, non de supplicibus ac deditis; *Pich.* *acquiri* MS. Flor. edd. Spir. et aliae. *adquiri* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. et al.

CAPUT XXI.

Traditus post haec Mithridates vectusque Romam per Iunium Cilonem procuratorem Ponti ferocius quam pro fortuna disseruisse apud Caesarem ferebatur. Elataque vox eius in vulgum hisce verbis: *Non sum remissus ad te, sed reversus; vel si non credis, dimitte et quaere.* Vultu quoque interrito permansit, quum rostra iuxta custodibus circumdatus visui populo praeberetur. Consularia insignia Ciloni, Aquilae praetoria decernuntur.

1. *post haec:* in ed. Spir. *post hac*, in ed. Bekk. *posthac.* — *Iunium Cilonem procuratorem Ponti*, v. ad 4, 15, 2. *Cilonem* edd. Pich. sqq. *Co-*

MSS. et edd. vet. „Emendo *Cilonem:* nam Ἰούνιος Κίλων dicitur 60, 33. cuius faceta est narratio super hoc homine. Praefuerat, Bithynis, (nam Bithynia adiuncta, ut opinor, *Ponticae* administra- et praefuerat nequiter, avare. Questi Bithyni apud Claudium sunt xeruntque poenas. Quum parum intellexisset Claudius in turba que adstantium, quid dixissent Bithyni, alios interrogat. Ibi issus, pronus in Cilonem, audaci mendacio edidit, gratias eos agere Tum ille: praesit ergo iis alterum biennium. *Cilones vocan- homines angusti capitis et longi; chilones a brevioribus labiis dicti* Longus ap. Putsch. p. 2234. Pro hominibus nequam improbisque pit declamator in Sallust. c. 6. Cf. Festus in *Chilo* et *Cilo.*" *Lips. Cilones*, non vero *Colones* in inscrippt. ant. memorantur; *Brot.* — *ferocius quam pro fortuna disseruisse*, ut c. 24. 14, 21. H. 4, 33. v. 72, 1. — *non sum remissus ad te, sed reversus, vel, si non credis, et quaere* me. Cf. ad cap. 15. n. 1. et cap. 18 extr.

2. *Vultu quoque interrito permansit:* hoc dignum *prole magni Achae-*, (c. 18.) illa vero vox vanior quam miserum Principem decet; — *rostra iuxta*, cf. Ind. III. v. *Praepositiones nominibus postposi-*. *Rostra* suggestus in foro Rom. ante curiam Hostiliam, locus ora-, cui *rostra* navium Antiatum a Maenio affixa; quod notissimum e 8, 14. Plin. 34, 5. s. 11. Flor. I, 11. — *Consularia insignia* et *ctoria*, v. ad 1, 72, 1. — *Aquilae*, cf. cap. 15.

CAPUT XXII.

Iisdem consulibus atrox odii Agrippina ac Lolliae infensa, quod secum de matrimonio Principis certavisset, molitur crimina et accusatorem, qui obiiceret Chaldaeos, magos, interrogatumque Apollinis Clarii simulacrum super nuptiis Imperatoris. Exin Claudius, inaudita rea multa de claritudine eius apud senatum praefatus, sorore L. Volusii genitam, maiorem ei patruum Cottam Messalinum esse, Memmio quondam Regulo nuptam, (nam de C. Caesaris nuptiis consulto reticebat) addidit perniciosa in rem publicam consilia, et materiem sceleri detrahendam: proin, publicatis bonis, cederet Italia. Ita quinquagies sestertium ex opibus immensis exsuli relictum. Et Calpurnia illustris femina pervertitur, quia formam eius laudaverat Princeps, nulla libidine, sed fortuito sermone: unde vis Agrippinae citra ultima stetit. In Lolliam mittitur tribunus, a quo ad mortem adigeretur. Damnatus et lege repetundarum Cadius Rufus, accusantibus Bithynis.

1. *Iisdem consulibus Agrippina* cet. cf. Dio 60, 32. *isdem* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. *isdem temporibus* ed. Spir. — *Lolliae infensa* cet. Cf. cap. 1. 2. *Lolliae* MS. Flor. edd. Rhen. 2. 3 sqq. *Loliae* MS. Guelf. et primae edd. — *molitur crimina et accusatorem*, v. ad 4, 4. — *qui obiiceret Chaldaeos* et *magos* ab ea consultos. v. ad 2, 27, 1. *magistros* ed. Spir. — *interrogatumque Apollinis Clarii simulacrum*, v. ad 2, 54, 2. *simulacrum* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Lips. sqq. *simulachrum* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. In ed. Spir. *etiam* additum huic voci. — *L. Volusii*, v. ad 3, 30, 1. *Lolii volusii* ed. Spir. — *Cottam Messallinum*, v. ad 2, 32, 1. *Messalinum* edd. Spir. et quaedam rec. *Messallinum* edd. Lips. et pleraeque rec. *Messalinam* MS. Flor. teste Vict. *Messallam* MS. Guelf. *Messalam* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. Ald. Cf. ad 2, 32,

1. — *Memmio quondam Regulo et O. Caesari nuptam,* v. ad 5, 11, 1. de Regulo inpr. 14, 47. Suet. Cal. c. 25. Dio 59, 12. *Memmio* MSS. Flo Reg. Agr. edd. Gron. sqq. *Mennio* edd. vet. — *nuptiis* abest a MS Farn. et illaesa sententia potest; *Lips.* — *materiem* MSS. Flor. Bu edd. Rhen. 2. 3 sqq. *materiam* MS. Guelf. et primae edd. — *sceleri:* i ed. Spir. *celeriter.* — *publicatis bonis,* v. ad 3, 17, 3. *puplicatis* MS Flor. *publicatus* MS. Guelf. — *Ita quinquagies sestertium* — *relictum* quae quum dixisset Claudius, decrevit senatus, ut publicarentur quide *immensae opes* Lolliae, (de quibus v. Plin. 9, 35. s. 58.) sed ex his quinquagies relinqueretur. Acidalius delendum *ita* vel *at* ei substituendum censebat. *sestercium* ed. Spir. *sextertium* ed. Put. 1. *sextercium* MS Guelf.

2. *Calpurnia illustris femina,* alia quam pellex Claudii. De ea scriptura nominis v. ad 11, 30. pr. — *vis Agrippinae citra ultima* supplicia, (cf. ad 1, 8, 1.) *stetit,* substitit, non ad ea progressa est, contenta illam in exsilium pepulisse. v. ad 3, 72, 3. Post decem annos Calpurnia ex exsilio revocata est. v. 14, 12. *vis Agrippinae* MS. Guelf. edd. Put. 1. Ber. Rhen. sqq. *ex Agrippinae* ed. Spir. E MS. Flor. Victorius affer *ivet Agr.* et Furia *irex Agr.* „Num fuit *vindicta?*" *Walth.* Immo *ira* quod etiam suspicatur Boetticher. In ed. Spir. *ultima citra.* — *In Lolliam mittitur tribunus, a quo ad mortem adigeretur,* v. ad 11, 38, 1. Di 60, 33. de Agrippina: *ἤδη δὲ τινας καὶ τῶν ἐπιφανῶν γυναικῶν ζηλοτυπήσασα ἔφθειρε, καὶ τήν γε Παυλῖναν τὴν Λολλίαν, ἐπειδὴ ἐλπίδα τινὰ ἐς τὴ τοῦ Κλαυδίου συνοίκησιν ἐσχήκει, ἀπέκτεινε. Τήν τε κεφαλὴν αὐτῆς κομισθεῖσαν αὐτῇ μὴ γνωρίσασα τό τε στόμα αὐτῆς αὐτοχειρίᾳ ἠνέῳξε καὶ τοὺς ὀδόντας ἐσκέψατο ἰδίως πως ἔχοντας.* — *Damnatus et lege repetundarum,* v. a 1, 74, 3. *ex lege* ed. Spir. — *Cadius Rufus* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 2. (in quibus tamen *ruffus*) Ber. Rhen. sqq. quae lectio firmatur loc H. 1, 77. et inscriptt. ap. Pellerin. in numis urbium T. III. p. 227 *Claudius Rufus* MS. Reg. *Caelius Rufus* MS. Agr. sed H. 1, 77. *Candi Rufo* MS. Agr. et *Caudio R.* MS. Farn. unde Lipsius coni. *Claudio* e Heinsius *Canio.* — *Bithynis:* in MSS. Flor. Guelf. et ed. Spir. *Bithini*

CAPUT XXIII.

Galliae Narbonensi ob egregiam in Patres reverentiam datum, ut senatoribus eius provinciae, non exquisita Principis sententia, iure, quo Sicilia haberetur, res suas invisere liceret Ituraeique et Iudaei, defunctis regibus Sohemo atque Agrippa provinciae Syriae additi. Salutis augurium, quinque et viginti annis omissum, repeti ac deinde continuari placitum. Et pomoerium [Urbis] auxit Caesar more prisco, quo iis, qui protulere imperium, etiam terminos Urbis propagare datur. Nec tamen duces Romani, quanquam magnis nationibus subactis usurpaverant, nisi L. Sulla et D. Augustus.

1. *Galliae Narbonensi ob egregiam in Patres reverentiam datum* cet Cf. ad 1, 7, 8. 11, 23, 1. et 11, 25, 1. *narbonensis* MS. Flor. teste Furia *in partes* ed. Spir. et paulo post *iure quoque.* — *ut senatoribus eius provinciae, non exquisita Principis sententia, iure, quo Sicilia haberetur, res suas invisere liceret:* „Liberae rei publicae temporibus liberum senatoribus, etiam privatae rei causa extra Italiam abire. Id tantum excogitatum, ut *legatio libera* h. e. ius nomenque legatorum populi Romani peteretur a senatu et SCto daretur, ut eo maiori cum dignitate et securitate ubique versari possent. Harum legationum tempus olim infinitum

fuit. Namque hanc ipsam ob causam *liberae* videntur dictae, quod exire et redire liceret cum placeret. Sed quoniam multi nimis abutebantur legationis nomine ac iure, Cicero consul retulit ad senatum de tollendis SCto hisce legationibus. In quo quum ei tribunus plebis quidam intercessisset, effecit tamen, ut annuum tempus esset, quod antea infinitum erat. Postea Caesar lege Iulia de legationibus liberis sanxit, ut quinquennium tantum durarent. v. Cic. de leg. 3, 8, 18. or. de lege agr. contra Rullum I, 3. ep. ad Att. 15, 8. et 11. Ceterum nulla necessitas mihi videtur statuendi, de legationibus liberis peculiari lege sancitum esse: sed potuit legis de provinciis caput esse de his legationibus, quod eae in primis provincialibus oneri erant.“ *Ern.* clav. Cic. in Ind. legum v. *Iulia de legatt. lib.* „Lapsa deinde re publica in servitutem senatoribus etiam adempta haec libertas peregrinandi. Augustus id instituit imperio firmando et ne quis illustriorum commeare ad exercitus aut conciliare milites provincialesve posset. Dio 52, 42. *προςαπεῖπε πᾶσι τοῖς βουλεύουσι μὴ ἐκδημεῖν ἔξω τῆς Ἰταλίας, ἂν μὴ αὐτός τινι κελεύσῃ ἢ καὶ ἐπιτρέψῃ.* Praeivisse tamen ad hoc factum Augusto Caesar videtur, *qui sanxit, ne quis senatoris filius nisi contubernalis aut comes magistratus peregre proficisceretur* Suet. Iul. c. 42. ubi libido mihi legendi *ne quis senator senatorisve filius.* Si enim filiis interdictum, maior ratio ut senatoribus ipsis. In usu autem, ut *commeatus* h. e. venia peregrinandi a Caesare peteretur dareturque. v. Suet. Tib. c. 31. et Calig. c. 29. Hinc subobscure Suet. Claud. c. 23 extr. *Commeatus a senatu peti solitos beneficii sui fecit.* Lucem vero dat Dio 60, 25. ex quo intelligitur, commeatum quidem a Caesare iam prius datum, sed re antea in senatu acta factoque SCto: *τοῖς δ' οὖν αἰτουμένοις, ὥστε ἔξω τῆς Ἰταλίας ἀποδημῆσαι, ἐφίει μὲν καὶ καθ' ἑαυτὸν ἄνευ τῆς βουλῆς, τοῦ γε μὴν καὶ νόμῳ τινὶ αὐτῷ δοκεῖν ποιεῖν, δόγμα γενέσθαι ἐκέλευσε.* Vide et l. 22. D. ad municipalem atque in primis Cassiodor. Variar. III. ep. 21. apud quem expressa formula ipsa dandi huius per Principem commeatus. Augustus tamen in suo decreto Siciliam exceperat, sicut nunc Claudius Galliam Narbonensem, quia utraque provincia pacata et vicina. Haec tradit Dio loco iam laudato 52, 42. ubi ita pergit: *Καὶ τοῦτο* (quod Augustus instituerat) *καὶ δεῦρο ἀεὶ φυλάσσεται· πλὴν γὰρ ὅτι ἔς τε τὴν Σικελίαν καὶ ἐς τὴν Γαλατίαν τὴν περὶ Νάρβωνα, οὐδαμόσε ἄλλοσε βουλευτῇ ἀποδημῆσαι ἔξεστιν· ἐκεῖσε γὰρ διά τε τὸ συνέγγυς καὶ διὰ τὸ ἄοπλον τό τε εἰρηναῖον τῶν ἀνθρώπων δέδοται τοῖς γε τὶ κεκτημένοις αὐτόθι, καὶ ἄνευ παραιτήσεως, ὁσάκις ἂν ἐθελήσωσιν, ἀπιέναι.* Ad hoc Claudianum interdictum respexit Suidas in Κλαύδιος, etsi id paulo aliter effert: ait *νόμον προὔθηκε, μὴ δύνασθαι βουλευτὴν ὑπὲρ ἑπτὰ σημεῖα τῆς πόλεως ὁδεύειν χωρὶς τῆς τοῦ βασιλέως κελεύσεως.*“ *Lips.* — *senatoribus eius provinciae*, ex ea in Patres lectis et ibi habitantibus. Cf. 11, 25 pr. 16, 27 extr. et verba Dionis postremo allata. — *iure, quo Sicilia haberetur*, esset, uteretur. Cf. Ind. II.

2. *Ituraeique*, Ituraei quoque, (v. ad 2, 37, 1.) *et Iudaei defunctis regibus Sohemo atque Agrippa* cet. *Sohemus* aut potius *Soaemus*, Σοαῖμος, Arabum Ituraeorum rex, de quo v. verba Dionis 59, 12. supra ad 11, 9, 1. adscripta. De alio *Sohemo* v. ad 13, 7, 2. „De Agrippa et mutatione secuta cf. Ioseph. A. I. 19, 8, 9. qui tamen nihil aperte de contributione Iudaeorum in Syros. Immo vero etiam nunc ut ante praesides suos sive procuratores habebant, qui adspiciebant quidem legatum Syriae, sed non assidue audiebant. Quin et Agrippa iunior rex etiam fuit patre defuncto. Quomodo igitur *provinciae Syriae additi* noviter, cogitandum sit aut a peritioribus rogitandum.“ *Lips.* „Tunc *additi* Ituraei Arabes, at longe ante *Iudaea* Syriae contributa fuerat. Quum enim Agrippa Magnus a. U. 797. esset mortuus, statim missus est praeses Cuspius Fadus. Quae fortasse coniunxit Tacitus, quod anno priore, a. U. 801. Clau-

dii octavo, defuncto Herode Agrippae M. fratre, Chalcidis rege, Chalcidem a Claudio obtinuit Agrippa II. Agrippae M. filius. Cf. Ioseph. A. I. 19, 9. et 20, 5. Deinde hic Agrippa Philippi et Lysaniae tetrarchias obtinuit, et primo Neronis anno eius dominatio aucta est parte Galilaeae, scil. Tiberiade, Tarichaeis, Iuliade, urbe Peraeae et XIV vicis. v. 13, 7. et Ioseph. A. I. 20, 7, 8." *Brot.* Agrippa maior (qui intell. h. l. et 13, 7. H. 2, 81. 5, 1.) et minor s. iunior ultimi Iudaeorum reges. Ille Aristobuli et Beronices filius neposque Herodis M. e vinculis, in quae a Tiberio erat coniectus, a Caligula liberatus et tetrarchiae, quae Philippi fuerat, Lysaniaeque rex constitutus, a Claudio confirmatus est in regno et, Iudaea Samariaque adiectis, universum paene Herodis M. regnum obtinuit. Hic, qui tres habuit sorores, Beronicen, (de qua v. a. H. 2, 2, 2.) Mariam s. Mariamnen et Drusillam, (uxorem Claudii Felicis, qui Pallantis frater fuit) ab Imp. Claudio Chalciden, Batanaeam, Gaulonitiden, Abilam et Trachonitiden cum regio nomine, a Neron. partem Galilaeae et a Vespasiano alias quoque terras accepit. De Agrippa maiore v. Acta Apost. c. 12. (ubi *Herodes* dicitur) Ioseph. A. I. 18, 1—9. 19, 17. 20, 7. Dio 60, 8. et Mém. de l'Acad. des Inscr. T. XIX. p. 42 T. XXI. p. 289 sq. De iuniore v. Act. Apost. c. 25. 26. Ioseph. l. l. p. 679. 683. 690 sq. Dio 66, 15. Cf. Noldius de vita et gestis Herodum ad calcem opp. Iosephi in ed. Haverc. T. II. p. 333 sq. et Schleusner Lex. N. T. v. Ἀγρίππας et Ἡρώδης.

3. *Salutis augurium* h. e. omen, (v. Burm. ad Suet. Oct. c. 95.) τ. οἰώνισμα τὸ τῆς ὑγιείας ὠνομασμένον, de quo est locus class. Dionis 37, 24. *Τοῦτο δὲ μαντείας τις τρόπος ἐστὶ πίστιν τινὰ ἔχων, εἰ ἐπιτρέπει σφίσι ὁ θεὸς ὑγίειαν τῷ δήμῳ αἰτῆσαι, ὡς οὐχ ὅσιον, οὐδὲ αἴτησιν αὐτῆς, πρὶν συγχωρηθῆναι, γενέσθαι. Καὶ ἐτελεῖτο κατ' ἔτος ἡ ἡμέρα, ἐν ᾗ μηδὲν στρατόπεδον μήτε ἐπὶ πόλεμον ἐξῄει, μήτ' ἀντεπειρετάττετό τις, μήτε ἐμάχετο· καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς συνεχέσι κινδύνοις καὶ μάλιστα τοῖς ἐμφυλίοις οὐκ ἐποιεῖτο. Ἄλλως τε γὰρ παγχάλεπον σφίσιν ἦν, καθαρὰν ἀπὸ πάντων αὐτῶν ἡμέραν ἀκριβῶς τηρῆσαι, καὶ προσέτι καὶ ἀτοπώτατον, κακὰ αὐτοὺς ἐν ταῖς στάσεσι ἑκουσίους ἀμύθητα ἀλλήλοις παρέχοντας καὶ μέλλοντας, ἄν τε ἡττηθῶσιν, ἄν τε καὶ νικήσωσι, κακοῦσθαι, ἔπειτα σωτηρίαν παρὰ τοῦ θείου προσαιτεῖν.* Cf. Cic. de div. 1, 47. Festus v. *Maximus praetor* et Politian. Miscell. c. 1 *Augurium Salutis XXV annis omissum*, propter continua bella vel externa vel interna et civilia, *repeti ac deinde continuari placitum*: „An numerus satis verus? Delibero. Nam suprema mentio capti huius augurii est apud Dionem 51, 20. a. U. 725. quo et Ianus ab Augusto clusus. Atqui ab eo die ad hunc a. U. 803. non XXV, uti hic scriptum, sed LXXVII inter sunt anni." *Lips.* „Sed res ita se habet. Repetitum id augurium a. U. 691. Cicerone et Antonio coss. post longiorem intermissionem. v. Dio 37, 24 sqq. Instauratum rursus ab Augusto a. U. 725. v. Dio 51, 2 Hic vero addit: *καὶ γὰρ τότε δι' ἅπερ εἶπον διελέλειπτο. ἦσαν μὲν γὰρ ἐν ὅπλοις ἔτι καὶ Τριουῆροι Κελτοὺς ἐπαγόμενοι καὶ Κάνταβροι καὶ Οὐακκαῖοι καὶ Ἄστυρες.* Non igitur inde ab a. U. 725. quotannis continuatum, sed iterum omissum est, Augustus vero postquam pontificatum maximum adeptus est a. U. 741. (Dio 54, 27.) iterum repetiit. v. Suet. Oct. c. 3 Iam puta, eam caerimoniam quotannis factam usque ad a. U. 778, tum Tiberii abscessu rursus intermissam usque ad restaurationem a Claud. nunc coeptam." *Walth.* Coniectura postrema probabilior est quam illa hanc caerimoniam ab a. U. 741. ad 778. *quotannis* fuisse institutam, quam Broteriana, eam *omissam* post voluntariam mortem Taofarinatis a. U. 777. v. 4, 25.

4. *Et* (etiam) *pomoerium auxit Caesar* expugnata Britannia *more prisco quo iis, qui protulere imperium*, eius fines, *etiam terminos Urbis propagare datur*, conceditur ab auguribus, licet, ut c. 12. 4, 60. 14, 47. O. 7. *Pomoerium*

scil. spatium, *sulco designatum*, (c. 24. nam locus ambitusque novae urbis aratro olim definiri solebat, quod notum ex Ovid. Fast. 4, 819. Isidor. orig. 15, 2. et aliis) ab auguribus per circuitum Urbis et *post* vel *pone moerum* s. murum auspiciorum ibi captandorum causa *effatum* h. e. precibus consecratum, et vallo fossaque munitum, suburbium, Gall. *faubourg*, *faux-bourg*, Ital. *borgo*. Nota sunt verba Livii 1, 44. *Pomoerium verbi vim solam intuentes postmoerium interpretantur esse. Est autem magis circa murum locus, quem in condendis urbibus quondam Etrusci, qua murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato consecrabant, ut neque interiore parte aedificia moenibus continuarentur*, ad murum usque exstruerentur, *quae* aedificia *nunc vulgo etiam coniungunt*, arcte moenibus iungunt, *et extrinsecus puri aliquid ab humano cultu pateret soli. Hoc spatium, quod neque habitari neque arari fas erat, non magis quod post murum esset, quam quod murus post id, pomoerium Romani appellarunt, et in Urbis incremento semper, quantum moenia processura erant, tantum termini hi consecrati proferebantur*. Plut. in Romulo c. 11. p. 23. Ὁ δὲ Ῥωμύλος ᾤκιζε τὴν πόλιν ἐκ Τυῤῥηνίας μεταπεμψάμενος ἄνδρας ἱεροῖς τισι θεσμοῖς καὶ γράμμασιν ὑφηγουμένους ἕκαστα καὶ διδάσκοντας, ὥςπερ ἐν τελετῇ. Βόθρος γὰρ ὠρύγη περὶ τὸ νῦν Κομίτιον κυκλοτερὴς, ἀπαρχαί τε πάντων ὅσοις νόμῳ μὲν ὡς καλοῖς ἐχρῶντο, φύσει δ' ὡς ἀναγκαίοις, ἀπετέθησαν ἐνταῦθα· καὶ τέλος ἐξ ἧς ἀφῖκτο γῆς ἕκαστος ὀλίγην κομίζων μοῖραν, ἔβαλον εἰς ταῦτα καὶ συνεμίγνυον, καλοῦσι δὲ βόθρον τοῦτον ᾧ καὶ τὸν Ὄλυμπον ὀνόματι, μοῦνδον· εἶτα, ὥςπερ κύκλον, κέντρῳ περιέγραψαν τὴν πόλιν. Ὁ δ' οἰκιστὴς ἐμβαλὼν ἀρότρῳ χαλκῆν ὕννιν, ὑποζεύξας δὲ βοῦν ἄῤῥενα καὶ θήλειαν αὐτὸς μὲν ἐπάγει περιελαύνων αὔλακα βαθεῖαν τοῖς τέρμασι· τῶν δ' ἑπομένων ἔργον ἐστὶν, ἃς ἀνίστησι βώλους, τὸ ἄροτρον καταστρέφειν εἴσω καὶ μηδεμίαν ἔξω περιορᾶν ἐκτρεπομένην. Τῇ μὲν οὖν γραμμῇ τὸ τεῖχος ἀφορίζουσι, καὶ καλεῖται κατὰ συγκοπὴν πωμήριον, οἷον ὄπισθεν τείχους ἢ μετὰ τεῖχος (*post* vel *pone moerum* h. e. murum). Ὅπου δὲ πύλην ἐμβαλεῖν διανοοῦνται, τὴν ὕννιν ἐξελόντες καὶ τὸ ἄροτρον ὑπερθέντες διάλειμμα ποιοῦσιν. Ὅθεν ἅπαν τὸ τεῖχος ἱερὸν πλὴν τῶν πυλῶν νομίζουσι· τὰς δὲ πύλας ἱερὰς νομίζοντας, οὐκ ἦν ἄνευ δεισιδαιμονίας, τὰ μὲν δέχεσθαι, τὰ δ' ἀποπέμπειν τῶν τε ἀναγκαίων καὶ τῶν μὴ καθαρῶν. Varro L. L. 4, 32. *Principium, quod erat post murum, pomerium dictum, eiusque ambitu auspicia urbana finiuntur*. Gellius 13, 14. ubi de *pomoerio* multis disputat verbis: *Pomoerium quid esset, augures populi Romani, qui libros de auspiciis scripserunt, istiusmodi sententia definierunt: Pomoerium est locus intra agrum effatum per totius urbis circuitum PONE MUROS regionibus certis determinatus, qui facit finem urbani auspicii, intra cuius fines auguria captantur*. Cf. de pomoerio et proprie sic dicto et sensim aucto verba sqq. et cap. 24. Dionys. Hal. 1, 88. 2, 2 sqq. 4, 13. Strabo V. Plin. 3, 5. Solin. princ. Festus v. *prosimurium*, Vopisci Aurel. c. 21. 39. Donat. de Urbe Roma 1, 3 sq. Nardini Rom. ant. 1, 2 sq. Onuphr. in urbe Roma. Sachse Gesch. d. alt. Stadt Rom T. 1. p. 44 — 56. Niebuhr. Röm. Gesch. T. I. p. 319. T. IV. p. 215. ed. 3. *Habebat autem ius proferendi pomoerii, qui populum Rom. agro de hostibus capto auxerat* Gell. 13, 14. *pomerium* MSS. Bodl. Guelf. ut inscript. ap. Gruter. p. 196, 4. (*Ti. Claudius Drusi f. Caisar Aug. Germanicus, pont. max., trib. pot. VIIII. imp. XVI. cos. IIII. censor, p. p. auctis populi Rom. finibus pomerium ampliavit terminavitque*) p. 198, 1. p. 242. p. 1078, 10. et Gr. πομήριον. *pomoerium* alii MSS. et pleraeque edd. quae scriptura est rectior, si verbi vim et etymologiam respexeris. *pomoerium* sive *pomerium urbis* MS. Bod. edd. Spir. Ber. (ubi tacuit Vict.) Rhen. et cet. ante Ern. *pomoerium* sive *pomerium* simpliciter MSS. Guelf. Bodl. edd. Put. 1. 2. Ern. et sqq. ut in omnibus libris cap. 24. ap. Cic. N. D. 2, 4, Liv. 1, 44. et in inscriptt. *proculere imperium* MS. Guelf. — *nisi L. Sulla*, v. Gell. 13, 14.

qui dicit, Sullam proferendi tantum pomoerii titulum quaesivisse: nar ille non protulit fines imperii Romani, sed ei ereptos ab hostibus resti tuit. „Ille vero nugator ap. Sen. de brev. vitae c. 14. ridiculus, qu *Sullam ultimum Romanorum protulisse pomerium tradidit, quod nunquam pr vinciali, sed Italico agro acquisito mos proferre apud antiquos fuit.*" Lip *Silla* h. l. et c. 52. MS. Flor. teste Furia, ut et c. 52. ed. Spir. *Syll* h. l. et c. 52. MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1 2. 3. Veram scripturam esse *Sulla*, Spaldingius ad Quintil. 5, 10, 30. 11, 1 12. colligebat ex illa verbi *sullaturire* ap. Cic. ad Att. 9, 10. et Quintil. 8, 32. 8, 6, 32. quae in omnibus libris reperitur. Cf. ad 1, 1, 2. — *divus Augustus*, v. Dio 55, 6. Vopisc. l. l. et inscr. ap. Grut. p. 107 10. *C. Marcius L. f. L. n. Censorinus et C. Asinius C. f. Gallus cos. S. C. fin. pomer. termin.* „Errat Tacitus: nam et Caesar auxit pomoe rium. v. Gell. 13, 14. Dio 43, 50. 44, 49. Cic. ad Att. 13, 20. Iuvat ta men aliquid Nostrum, quod Suetonius exactae in tabulis diligentiae ni hil huius in Iulio commemorat: et forsan concepta a Iulio res, perfect demum ab Augusto." *Lips.* Sed Dio diserte refert, et Caesarem et Au gustum pomerium protulisse; *Walth.* Sachse l. l. p. 82. putat, locum Cic. a Lipsio laudatum nihil probare, neque magnam esse Dionis aucto ritatem, Gellii autem *D. Iulium* esse Augustum a Iulio Caesare adopta tum. Ceterum Neronem et Traianum postea idem fecisse tradit Vo piscus l. l.

CAPUT XXIV.

Regum in eo ambitio vel gloria varie vulgata. Sed initium condendi et, quod pomoerium Romulus posuerit, noscere, hau absurdum reor. Igitur a foro boario, ubi aereum tauri simu lacrum aspicimus, quia id genus animalium aratro subditum sulcus designandi oppidi coeptus, ut magnam Herculis aram amplecteretur. Inde certis spatiis interiecti lapides per im montis Palatini ad aram Consi, mox [ad] Curias veteres, tu ad sacellum Larum. Forumque Romanum et Capitolium no a Romulo, sed a T. Tatio additum Urbi credidere. Mox pr fortuna pomoerium auctum. Et quos tum Claudius termino posuerit, facile cognitu et publicis actis perscriptum.

1. *Regum in eo ambitio vel gloria varie vulgata.* A Romulo Palatiu primo munitum et deinde Urbem auctam latiusque munitam, a Tul Hostilio Coelium montem Urbi additum, ab Anco Martio Aventinu montem Palatino iunctum et Ianiculum Urbi coniunctum, a Tarquin Prisco Urbem muro cinctam ex lapide quadrato, a Servio Urbem addit collibus Quirinali, Viminali et Esquilino amplificatam et aggere, foss ac muro circumdatam tradunt Liv. 1, 7. 8. 29. 33. 38. 44. et Diony Hal. 1, 88. 2, 2 sq. 2, 50. 4, 13. Cf. Niebuhr Röm. Gesch. T. I. p. 3 388. 391. 400. 407. 408. inpr. 430 sq. ed. 2. et Sachse Gesch. d. a Stadt Rom. T. I. p. 44 sq. — *noscere* abest a MS. Guelf. et in eo pau post *sulcis dessignandi.* — *haud absurdum*, a re alienum, abhorrens. (Ind. II. — *Igitur a foro boario — additum Urbi credidere*, descript finium priscae Romae regnante Romulo, quae Ennio apud Festum *qu drata* dicitur. Cf. Niebuhr p. 319. 320. 432. et Sachse p. 73 sq. *For boarium* hod. *Campo Vaccino*, inter Aventinum Palatinumque mont Circum max. et Velabrum in VIII reg. Urbis, sic dictum ab *aereo tau simulacro* ibi posito, vel a pascuis boum Herculis, vel a bobus iuxta lud venalibus. v. Ovid. Fast. 6, 478 sq. Liv. 35, 40. Plin. 34, 2. Prop. 10, 1. Varro L. L. IV. p. m. 41. Fest. v. *Boarium*, Sachse l. l. p. 3

366 sq. — *Herculis aram magnam* s. maximam, in honorem Herculis post caedem Caci ab Evandro in XI reg. Urbis exstructam, ad quam iuramenta et pacta, sacra autem Graeco ritu fieri solebant, non velato, ut Romae moris, sed aperto capite. v. Liv. 1, 7. Dionys. Hal. 1, 39. 40. Virg. Aen. 3, 403 sq. 8, 179—305. Ovid. Fast. 1, 543 sq. Macrob. Sat. 3, 6. 7. Victor. orig. gent. Rom. c. 6—8. Sachse l. l. p. 366. 380. — *Inde certis spatiis interiecti lapides*, columellae positae pomoerii designandi causa, quae Varroni L. L. 4, 32. *cippi pomoerii* dicuntur; *Ern.* — *Palatini* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. sqq. *palatii* MS. Flor. *palacii* ed. Spir. — *ad aram Consi*, quo nomine alii Neptunum designari putant, *concussorem*, *Σεισίχθονα*, alii deum *consiliorum* vel *consorum* s. *conditorum*, absconsorum scil. consiliorum; quo etiam *ara* dei subterranea refertur et a quo dicta *Consualia*, ludi, qui postea *Circenses* appellati a circo maximo. v. Dionys. Hal. 2, 5. 31. Plut. Qu. Rom. XLVIII. Niebuhr Röm. Gesch. T. I. p. 253. — *mox ad curias veteres* edd. Spir. Ber. Rhen. 1. Lips. sqq. *mox curias veteres* MSS. Flor. Guelf. edd. Put. 1. 2. omisso *ad*, quod etiam omitti potest et nonnunquam a Tacito in tali verborum structura omissum est; unde uncinis inclusi. *in curia vetere* edd. Rhen. 2. 3. Ald. sed *in curias veteres* substituere voluit Rhenanus. v. Castigatt. eius. „Curiae veteres, ut *curia prisca* ap. Ovid. Fast. 3, 140. Varro L. L. 4, 32. *Curiae duorum generum: nam et ubi curarent sacerdotes res divinas, ut curiae veteres, et ubi senatus humanas, ut Curia Hostilia.* Festus: *Novae curiae ad compitum Fabricium aedificatae, quod parum amplae veteres a Romulo factae.*“ *Lips.* Idem addidit loca Plauti Curc. 4, 1, 19. et Liv. 44, 16. quae tamen ad veteres tabernas pertinent, non ad curias veteres; *Ern.* — *ad sacellum Larum* s. *Larium* scil. publicorum Cf. ad 2, 10, 2. *Larum* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Guelf. Agr. ed. Bekk. ut Monim. Ancyr. et Grut. inscr. p. 65. 251. Ita et MSS. Cic. de leg. 2, 8, 11. Plin. 2, 7. 3, 5. Obseq. c. 101. et Suet. Dom. 17. ubi haec loca iam laudavit Oudend. *larem* ed. Spir. *Larium* edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. sqq. — *Forumque*, forum quoque, (v. ad 2, 37, 1.) *Romanum et Capitolium*, h. e. mons Capitolinus, (ut *Palatium* ap. Liv. 1, 5. *Aventinum* H. 3, 70. 85. Liv. 1, 6. 33. 3, 50.) qui tum Saturnius, Carmentalis et Tarpeius, postea Capitolinus est dictus a *Capitolio*, quod in eo Tarquinii reges exstruxere, *non* vero *a Romulo, sed a T. Tatio*, imperii consorte, *additum Urbi credidere*, ut Dionys. Hal. 2, 50. *Forum Romanum*, hod. *Campo Vaccinio*, in Urbis regione VIII. (*Rione di Campitello*) cuius altera pars fuit mons Capitolinus. *ubi credere* ed. Spir.

2. *Mox pro fortuna* (v. ad c. 21. n. 1. et ad 4, 72, 1.) *pomoerium auctum*, cf. nota 1. init. *actum* ed. Spir. — *quos tum Claudius terminos posuerit* Urbis. *tunc* MS. Guelf. edd. Spir. et Walth. Cf. ad 2, 9, 2. — *publicis actis perscriptum*, v. ad 3, 3, 1. Huc minus inscriptio ap. Grut. p. 196, 4. supra ad c. 23. n. 4. adscripta, quam verba Gellii 13, 14. pertinent: *Quaesitum est ac nunc etiam in quaestione est, quam ob causam ex septem Urbis montibus — Aventinus solus, quae pars non longinqua nec infrequens est, extra pomoerium sit neque eum quisquam* (ante Imp. Claudii tempora) *intra effata Urbis fines incluserit. Huius rei Messala aliquot causas videri scribit; sed praeter eas omnes ipse unam probat, quod in eo monte Remus urbis condendae gratia auspicaverit avesque irritas habuerit superatusque in auspicio a Romulo sit. Idcirco, inquit, omnes, qui pomoerium protulerunt, montem istum excluserunt quasi avibus obscenis ominosum. Sed de Aventino monte praetermittendum non putavi, quod non pridem ego in Elidis grammatici veteris commentario offendi, in quo scriptum erat, Aventinum, antea, sicuti diximus, extra pomoerium exclusum, post auctore D. Claudio receptum et intra pomoerii fines observatum.* Probabilior autem Niebuhrii, (Röm. Gesch. T. I. p. 319. et 407. edit. III.) quam Messalae coniectura est, scil. Aven-

sinum montem Claudii demum temporibus receptum intra pomoerii fines, quia ille et sedes Latinorum et communis fuerit Romanis Latinisque, ut in eo templum Dianae, in quo foedus cum triginta Latinorum oppidis ictum et tabulae eius servatae. v. Liv. 1, 33. 45. 52. *perscriptum* MSS. Flor. Bud. a m. rec. Guelf. (in quo additum *est*) Reg. Agr. edd. Spir. Ber. Iac. Gron. Ryck. sqq. *praescriptum* MS. Bud. a m. pr. edd. Put. 1. 2. Rhen. et cet. quod ex vitioso comp. scripturae ortum.

CAPUT XXV.

C. Antistio, M. Suillio Coss. adoptio in Domitium auctoritate Pallantis festinatur, qui obstrictus Agrippinae, ut conciliator nuptiarum et mox stupro eius illigatus, stimulabat Claudium, *consuleret rei publicae: Britannici pueritiam robore circumdaret. Sic apud divum Augustum, quanquam nepotibus subnixum, viguisse privignos: a Tiberio super propriam stirpem Germanicum assumptum. Se quoque accingeret iuvene partem curarum capessituro.* His evictus biennio maiorem natu Domitium filio anteponit, habita apud senatum oratione in eundem, quem a liberto acceperat, modum. Annotabant periti, nullam antehac adoptionem inter patricios Claudios reperiri eosque ab Atto Clauso continuos duravisse.

1. C. *Antistio*, v. ad 4, 1, 1. *M. Suillio* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2 Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. Ald. Bekk. *M. Suilio* edd. Lips. et rec. *L. Marco Suillo* ed. Spir. v. ad 4, 31, 2. — *adoptio in Domitium* (Domitii) *festinatur*, v. Ind. II. voc. *In* et conf. cap. 26. Dio 60, 33. Suet. Claud. 39. *optio* MSS. Flor. Guelf. ed. Spir. *Domitius* Agrippinae filius, post adoptionem *Nero* dictus. Nero *undecimo aetatis anno a Claudio adoptatus est* Suet. Ner. 7. „Sed ibi scrib. *duodecimo* vel *XII.* pro *XI.* Nam anno aetatis XVII. ad imperium eum pervenisse scribit idem Suet. c. 8 ut Tacitus infra 13, 6. et Dio 61, 3.“ *Lips.* Cf. nota 2. In ed. Spir. *destinatur, qui obstructus — Britannici robur: pueritiam circumdaret — absumptum — accingeret: iuvenem p. c. capessiturum.* Etiam MS. Flor. *iuvenem* teste Furia. — *Britannici pueritiam robore circumdaret* Nerone adoptato. — *Augustum nepotibus*, Caio, Lucio et Agrippa Postumo *subnixum*, v. ad 1, 3, 1. — *viguisse privignos*, Tiberium Neronem et Claudium Drusum. — *Se quoque accingeret iuvene*, eo adoptando subsidium sibi pararet; *Ern.* Claudius *invalidus senecta et ignavia* dicitur 13, (

2. *biennio maiorem natu Domitium* (Neronem filium adoptatum) *anteponit filio* proprio, qui primum Claudius Tiberius Germanicus, deinde Britannicus est dictus. v. Dio 60, 12. 22. Suet. Claud. 27. „*Nero* natus est Antii die XVIII Kal. Ian. vel die XV. Dec. a. U. 790. post IX menses quam Tiberius excessit, (v. 13, 10. et Suet. Ner. c. 6.) et per consequens in principio huius anni 803. annum aetatis excesserat duodecimum, tertium decimum agebat. Unde ap. Suet. Ner. c. 7. scribendum videtur *duodecimo aetatis anno a Claudio adoptatus est* pro *undecimo* uti Lipsius iam monuit. Similiter ap. Suet. Ner. c. 57. legendum videtur *obiit primo et tricesimo aetatis anno* pro *o. secundo et tr. a. a.* Nam a die XV Dec. a. 790, quo natus, ad diem VI Iunii a. 821. quo iuxta Dion. 63, 29. mortuus est, anni numerantur triginta cum mensibus quinque, diebus XXIII. Et ipse Dio corruptus vel in vitae Neronis tempore vel in mortis. Nec enim conveniunt quae leguntur 63, 29. ἐβίω δὲ ἔ…α καὶ μῆνας ἐννέα cum iis quae 66, 17. ἐκ τούτου συμβαίνει, ἐνια… δύο καὶ εἴκοσιν ἡμέρας ἀπὸ τοῦ θανάτου τοῦ Νέρωνος μέχρι τ…

τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἀρχῆς διελθεῖν, si Kalendae Iulii pro natali imperii die a Vespasiano observatae, uti Tacitus H. 2, 79. et Suet. Vesp. c. 6. scribunt. Contra *Britannicus* Claudio natus die imperii vigesimo et secundo consulatu sive die XX Ian. a. 795. testibus Suet. Claud. 27. et Dione 60, 12. Hinc Nero quatuor annis et XXXVI diebus natu maior Britannico. Idem patet ex eo quod infra 13, 6. Nero fine a. 807. *annos aetatis XVII. vix egressus* dicitur, principio vero anni seq. 808. 13, 15. propinquus dicitur dies, *quo XIV annum aetatis Britannicus explebat*, quod late accipiendum pro: aetatis annum XIV. iam ingressus erat. Itaque h. l. pro *biennio* scribendum *quadriennio*, aut dicendum, Tacitum sibi contradicere. *Triennio* legit Freinsh. motus locis Taciti paulo ante adductis. Sed dato Neronis atque Britannici natali, prout ante dedimus, *quadriennium* exsurgit, non triennium." *Ryck.* „Dodwellus Prael. Camden. 5, 6. corr. *quinquennio*, sed Freinsh. *triennio* ex 13, 6. et 15. quibus locis eodem fere tempore Neroni XVII. Britannico XIV anni tribuuntur; et hic potius audiendus erit, si Tacitum sibi constare velimus. Ceterum utrumque, quod Suet. Claud. 27. tradit, Britannicum Claudio *natum vicesimo imperii die inque secundo consulatu*, (a. U. 794.) verum esse posse negat Petav. doctr. temp. l. 11. c. 9. et aut emendandum dicit, aut non audiendum esse Suetonium: nam vicesimum imperii Claudiani diem cadere in Febr. a. Chr. 41. consulatum secundum in a. Chr. 42. „*Ern.* ad h. l. et ad Suet. Claud. 27. „Tres annos et duo menses inter Neronis et Britannici natales intercessisse, notat etiam Eckhel in doctr. num. vet. T. 6. p. 260." *Oberl.* Mox MS. Guelf. *habita ante apud ad senatum oratione.* — *in eundem — modum*, cf. Ind. III. v. *In* p. 668. *in* abest a MS. Flor. unde *eundem — in modum* coni. Iac. Gron. — *a liberto* Pallante. — *Annotabant periti* et curiosi antiquitatis, historiae, rerum institutorumque Romanorum, ut H. 3, 37. et Agr. 22. Similiter 13, 3. *annotabant seniores, quibus otiosum est, vetera et praesentia contendere.* — *nullam antehac adoptionem inter patricios Claudios reperiri*, „h. e. neminem alienigenam antehac a Claudiis patriciis fuisse adoptatum, licet ipsi ab aliis gentibus adoptarentur; etenim Claudii in Liviam Iuliamque gentem transierant. Tiberius quidem Germanicum iam adoptaverat: at hic erat ex gente Claudia ac proinde non ex aliena gente adoptatus est. Immo Domitius ipse sive Nero matrem gentis Claudiae habebat Agrippinam." *Brot.* Cf. Suet. Claud. 39. *ante hanc* ed. Spir. *orationem* MS. Guelf. — *patricios Claudios: nam praeter patriciam gentem Claudiam fuit et alia plebeia, nec potentia minor nec dignitate* Suet. Tib. 1. *reperi* ed. Ald. — *ab Atto Clauso*, v. ad 4, 9, 2. — *continuos*, sine adoptione alienigenae in hanc gentem.

CAPUT XXVI.

Ceterum actae Principi grates quaesitiore in Domitium adulatione, rogataque lex, qua in familiam Claudiam et nomen Neronis transiret: augetur et Agrippina cognomento *Augustae.* Quibus patratis, nemo adeo expers misericordiae fuit, quem non Britannici fortunae moeror afficeret. Desolatus paulatim etiam servilibus ministeriis per intempestiva novercae officia in ludibria vertebat intelligens falsi. Neque enim segnem ei fuisse indolem ferunt sive verum, seu periculis commendatus retinuit famam sine experimento.

1. *quaesitiore in Domitium* (Neronem) *adulatione*, v. ad 3, 26, 2. *quaesitiore* edd. Pich. et rec. *quaestiore* MS. Flor. *quaestore* MS. Guelf. et ed. Spir. *exquisitiore* edd. Put. 1. 2. et cet. — *rogataque lex, qua*

in familiam Claudiam et nomen Neronis transiret, de qua arrogatione v. ad 1, 3, 3. *lex quae* MS. Guelf. — *augetur et Agrippina cognomine Augustae*, v. ad 1, 3, 2. *Augusta* MS. Guelf. et ed. Spir. haud inepte; *Walth.* Cf. ad 4, 28, 1.

2. *Quibus patratis*, peractis decretis; *Ern.* — *quem non* (ut eum non) *Britannici fortunae moeror afficeret;* tentor legere *quem non B. fortuna moerore afficeret; Ern.* „Sed Tacitus absolute etiam ponit verbum *afficere* non addito ablativo rei; ut 4, 64. *ignis violentia Urbem ultra solitum affecit* sc. *calamitate*. cf. ad 1, 64, 2." *Walth.* Recte: sed *afficere* scil. *aliquem* h. l. dicitur pro: *afficere* (percutere, vel percellere) *animum eius acri sensu*, sive laeto, sive tristi, Gall. *affecter*, Germ. *afficiren*. Sic G. 5. *possessione et usu haud proinde afficiuntur* et similia. Coniectura tamen Ernestii arridere potest, quia sic evitatur concursus genitivorum, quorum alter ex altero pendet: de quo v. ad 4, 8, 1. et H. 3, 10, 2. — *Desolatus paulatim*, spoliatus exutusque non solum honestiore comitatu, sed *etiam servilibus ministeriis*, quum Agrippina servos quasi ad alia officia operasque avocaret, vel puerum IX annos vix natum muliebribus adhuc curis indigere obtenderet; *Lips.* et *Brot.* v. ad 1, 30, 3. et de re ipsa Dio 60, 32. Agrippina *τὸν Βρεττανικὸν τὸν παῖδα αὐτοῦ* (Claudii) *ὡς καὶ τῶν τυχόντων τινὰ τρέφεσθαι ἐποίει. — Βρεττανικὸς δὲ οὔτε τινὰ τιμὴν οὔτε ἐπιμέλειαν εἶχεν, ἀλλ' ἡ Ἀγριππῖνα τούς τε ἄλλους τοὺς περιέποντας αὐτὸν τοὺς μὲν ἐξέβαλε, τοὺς δὲ καὶ ἀπέκτεινε. καὶ τὸν Σοσίβιον, ᾧ ἥ τε τροφὴ καὶ ἡ παιδεία αὐτοῦ προσετέτακτο, κατέσφαξεν, ὡς καὶ τῷ Νέρωνι ἐπιβουλεύοντα. κἀκ τούτου παραδοῦσα αὐτὸν οἷς ἤθελεν ἐκάκου ὅσον ἐδύνατο, καὶ οὔτε τῷ πατρὶ συνεῖναι, οὔτε ἐς τὸ δημόσιον προϊέναι εἴα ἀλλ' ἐν ἀδέσμῳ τρόπον τινὰ φυλακῇ εἶχεν.* Zonaras p. 565. *Τὸν δὲ Βρεττανικὸν συχνοὶ μὲν οὐδ' εἰ ἔζη ἐγίνωσκον, οἱ λοιποὶ δὲ παραπλῆγα καὶ ἐπίληπτον, ταῦτα κηρυττούσης τῆς Ἀγριππίνης, ᾤοντο.* Cf. infra cap. 41. extr. e 13, 15. — *per intempestiva novercae officia in ludibria vertebat intelligens falsi*, fraudis, ut 4, 58. *per* abest ab ed. Spir. „Et sane deleto *per* omnia bene procedunt. Noverca volebat officiosa videri, sed id faciebat inepta. Itaque Britannicus intelligens fraudem ridebat inepta officia. Nihil clarius esse potest." *Ern.* Hinc *per* expunctum a Bip. Oberl. Lün. Bekk. Kiessl. „Sed mihi nihil est manifestius, quam Ernestium falsa opinione esse deceptum. Britannicus *per intempestiva novercae officia in ludibria vertebat* sc. se, vertebatur, Germ. er war zum Gespött. (Cf. ad 4, 41, 2. et Ind. II. v. *Vertere*.) Plane sic 6, 46 *ne memoria Augusti, ne nomen Caesarum in ludibria et contumelias verteret*. Addit Noster *intelligens falsi*, non ut rationem reddat praecedentium, sed ut augeat misericordiam memorando, Britannicum non ut puerum *segni indole*, sensus expertem et cum torpore haec tolerasse, sed intellexisse fraudem, quae sibi fieret. Meo saltem sensu ab h. l. plane alienus est risus ille, quo Britannicus novercae officia excepisse Ernestio videtur. Nec Dio, qui hanc rem uberius l. l. tractat, quicquam habet de tali risu, sed ita potius haec narrat, ut in nostram sententiam consentiat. Si tamen mavis Ernestii vestigia sequi, scribe una voce *perintempestiva*, ut *peridoneus*, *peramoena* et sim. v. ad 4, 12, 3. In hanc rationem et Kiessl. inclinare video." *Walth.* *falsi* MSS. Guelf. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *falli se* edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi silu Vict.) Rhen. 1. — *segnem ei fuisse indolem*, ingenium tardum, hebe stupidum, torpidum, ut contra *indoles recta, alta, tanta* O. 7. Liv. 1, 3, 12. 21, 2. Virg. Aen. 10, 826. *ei* abest a MS. Guelf. — *sive verum* sive quia, quod verum hoc fuit, *seu* quia, quod *periculis commendati retinuit famam*, cf. ad 6, 9, 1. et Ind. III. v. *Ellipses* N. 18. „Similit 2, 22. 3, 31. et *seu ita rata, seu quia deus auctor culpae honestior* a Liv. 1, 4." *Ern.* *sive-sive* MS. Bud. et ed. Spir. Cf. ad 6, 9, 1. *per*

alis commendatus favori hominum, favorabilior factus, *retinuit famam*, scil. non segnis indolis, obtinuit, consecutus est, *sine experimento*; *Ern.* Immo retinuit sc. apud posteros; *Walth.* Sed *retinere* accipiendum potius sensu vulgari de perpetuitate huius famae inter homines illius aevi: nam Tacitus 13, 15. tradit, Britannici indolem *experimento nuper cognitam, quo favorem late quaesivisset.* — *sine experimento* indolis: nam illud non facile edere poterat, quia servorum custodiae traditus erat ab Agrippina eique ne in publicum quidem prodire licebat. Cf. c. 41. 13, 15. et verba Dionis l. l. quae supra adscripsi.

CAPUT XXVII.

Sed Agrippina, quo vim suam sociis quoque nationibus ostentaret, in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci impetrat, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius. Ac forte acciderat, ut eam gentem Rheno transgressam avus Agrippa in fidem acciperet. Iisdem temporibus in superiore Germania trepidatum adventu Chattorum latrocinia agitantium. Dein L. Pomponius legatus auxiliares Vangionas ac Nemetas addito equite alario monuit, ut anteirent populatores vel dilapsis improvisi circumfunderentur. Et secuta consilium ducis industria militum, divisique in duo agmina. Qui laevum iter petiverant, recens reversos praedaque per luxum usos et somno graves circumvenere. Aucta laetitia, quod quosdam e clade Variana quadragesimum post annum servitio exemerant.

1. *sociis quoque nationibus*, in MS. Guelf. a prima manu *sotiisque n.* Cf. ad 2, 33, 2. et 2, 37, 1. — *in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque,* h. e. coloniam veteranorum, (v. Ind. III. v. *Hendiadyoin*) *deduci impetrat,* (cf. cap. 8. et Ind. III. v. *Infinitivi iuncti verbis*) *cui nomen inditum ex vocabulo ipsius,* cf. ad 1, 31. 2, 6. et ad G. 28. n. 16. et 17. *imperat* edd. Lips. Pich. Grut. quod operarum vitio irrepsisse putabat Ern. *e vocabulo* MS. Flor. si Furiae, sed *ex* in eo omissum, si Victorio fides habenda. — *ut eam gentem avus* Agrippinae *Agrippa in fidem acciperet,* quod Lipsius refert ad a. U. 717. cf. Dio 48, 49. et Strabo 4, 3, 4. „Potest vero etiam referri ad a. U. 735. quo Agrippa Galliis per Germanos infestatis praefectus res ibi composuit. v. Dio 54, 11.“ *Walth. In fidem alicuius accipi* s. *venire* et *fidei eius se permittere, committere, tradere* plerumque, non semper dicitur, qui se ei dedit vel eius arbitrio, potestati, imperio aut patrocinio se suaque permittit cum fide et spe clementiae v. Duk. ad Liv. 8, 1. extr. 36, 28 pr. 39, 54. 42, 8. et Polyb. 20, 9. 10.

2. *Iisdem* (*isdem* contr. ed. Spir. *hisdem* MS. Guelf.) *temporibus in superiore Germania* (v. ad G. 1, 1.) *trepidatum adventu Chattorum latrocinia agitantium,* de quibus v. G. 29 — 36. *aduectu* MS. Flor. quod bonum est, si cogitas de navali Chattorum expeditione per Rhenum facta; *Walth.* Scripsi *Chattorum* et c. 28. *Chatti.* v. ad G. 29. n. 1. *cattho-rum* MS. Flor. edd. Put. 1. 2. h. l. et c. 28. *canthorum* ed. Spir. ut c. 28. *Cattorum* h. l. et c. 28. edd. Rhen. 1. 2. 3. et rec. *Cacthorum* MS. Guelf. sed c. 28. *Cathi.* Muretus coni. *Caucorum,* de quibus v. ad G. 35. n. 2. — *Dein L. Pomponius legatus,* de quo v. ad 11, 13, 1. *Dein* MS. Flor. et ed. Walth. *Deinde* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Riv. Rhen. 1. 2. 3. cet. Cf. ad 11, 9, 1. *Dein* vero et *deinde* non tantum de tempore, sed etiam de causa dicitur, ut Germ. darauf. — est id. qd. *proinde,* Gr. ἐκ τούτου, Gall. *en conséquence,* Germ. ?

8*

nach, demzufolge, ut 2, 69. et 13, 21. Hinc frustra *proinde* corr. Acid. e cod. Mir. et *inde* (ἔνθεν, quam ob causam) Hillerus, quod recepere Oberl. et Lünem. Frustra etiam Lipsius suspicabatur, h. l. excidisse narrata a Dione 60, 8. de Sulpicii Galbae et P. Gabinii expeditione adversum Chattos Marsosque; nam haec aliquot annis ante gesta et a Tacito potius relata videntur Ann. lib. IX. Neque audiendus est Ernestius, qui punctum post *deinde* in MS. Guelf. edd. Spir. Put. Riv. positum lacunae indicium esse putabat: nam illud saepissime in edd. vet. reperitur ante et post compendia praenominum, ut .*C*. et .*L*. cet. — *Vangionas ac Nemetas*, v. ad G. 28. n. 15. *Vangionas ac Nemetas* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. Riv. Ber. I. Gron. Ern. et rec. *vvangionas* MS. Guelf. *Vuangionas* ed. Rhen. 1. *Wangionas* MSS. Harl. Bodl. Ies. ut *Brigantas* c. 32. *Siluras* et *Ordovicas* c. 33. Cf. ad G. 46. n. 16. *Vangiones ac Nemetes* edd. Rhen. 2. 3. Ald. al. — *addito equite alario* (v. ad 4, 73, 1.) *monuit* edd. Put. 1. 2. et deinceps omnes. Sed *monitos* MSS. Flor. Guelf. Bud. et *monito* ed. Spir. *addit, equite alario monito* coni. Rhen. Sed e seqq. patet, monitum Pomponii non modo ad equites pertinuisse, sed etiam ad pedites; *Ern*. Hinc Walth. malebat *mittit addito equite alario monitos*, ut in MSS. et 1, 63. — *populatores*: in ed. Spir. *populationes*. — *dilapsis* MSS. et edd. primae. *delapsis* edd. Rhen. 2. 3. aliaeque ante Pich. vitio operarum, ut *delapsus* in Ald. — *improvisi*: in MS. Guelf. *improvisum*. — *militum* MS. Flor. (quod e silentio Vict. colligas) et Bud. edd. Spir. Ber. Rhen. 1. 2. 3. et rec. *militis* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. et Kiessl. — *per luxum* pro adverbio, ut διὰ τάχους ap. Thucyd. 2, 18. et *per* 1, 61. H. 3, 33. 57. 66. 4, 22. et al. Cf. Ind. II. — *e clade Variana*, quae accepta a. U. 763. — *quadragesimum post annum* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Riv. Ber. Rhen. 1. Pich. et rec. *post quadrag. annum* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. *quadragensimum* MS. Flor. ut plerumque. — *servitio*, cui multi et diu obnoxii fuere. Cf. Sen. ep. 47. *Variana clade quam multos splendidissime natos, senatorium per militiam auspicantes gradum, fortuna depressit? Alium ex illis pastorem, alium custodem casae fecit.*

CAPUT XXVIII.

At qui dextris et propioribus compendiis ierant, obvio hosti et aciem auso plus cladis faciunt; et praeda famaque onusti ad montem Taunum revertuntur, ubi Pomponius cum legionibus opperiebatur, si Chatti cupidine ulciscendi casum pugnae praeberent. Illi metu, ne hinc Romanus, inde Cherusci, cum quis aeternum discordant, circumgrederentur, legatos in Urbem et obsides misere; decretusque Pomponio triumphalis honos, modica pars famae eius apud posteros, in quis carminum gloria praecellit.

1. *propioribus compendiis* viarum, ut 1, 63. — *ierant*: in ed. Spir. *iuerant*. — *aciem auso* MSS. Flor. et Guelf. edd. Lips. et rec. *acie auso* ed. Spir. *in aciem auso* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. — *onusti*: in MS. Guelf. *honusti*, ut alibi. — *montem Taunum* MS. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. et rec. *m. Taurum* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. v. ad 1, 56. — *si Chatti* (v. ad c. 27. n. 2.) *cup. ulc. casum pugnae praeberent*, v. ad 1, 13. et 4, 48. *causam* MS. Guelf.

2. *Cherusci, cum quis in aeternum discordant* Chatti. v. ad 4, 27. extr. et G. 33. n. 7. *certe non* MS. Guelf. pro *aeternum*. — *decretusque Pomponio triumphalis honos*, v. ad 1, 72, 1. — *modica pars famae eius*

v. ad 4, 8, 1. — *in quis*, apud quos, *carminum gloria praecellit*, v. ad 11, 13, 1.

CAPUT XXIX.

Per idem tempus Vannius Suevis a Druso Caesare impositus pellitur regno, prima imperii aetate clarus acceptusque popularibus, mox diuturnitate in superbiam mutans et odio accolarum, simul domesticis discordiis circumventus. Auctores fuere Vibilius Hermundurorum rex et Vangio ac Sido sorore Vannii geniti. Nec Claudius, quanquam saepe oratus, arma certantibus barbaris interposuit, tutum Vannio perfugium promittens, si pelleretur; scripsitque P. Atellio Histro, qui Pannoniam praesidebat, legionem ipsaque e provincia lecta auxilia pro ripa componere, subsidio victis et terrorem adversus victores, ne fortuna elati nostram quoque pacem turbarent: nam vis innumera Lygii aliaeque gentes adventabant fama ditis regni, quod Vannius triginta per annos praedationibus et vectigalibus auxerat. Ipsi manus propria pedites, eques e Sarmatis Iazygibus erat, impar multitudini hostium; eoque castellis sese defensare bellumque ducere statuerat.

1. *Vannius Suevis*, parti eorum, Marcomanis, sociis Marobodui et Catualdae, *a Druso Caesare impositus* ante XXXII annos. v. ad 2, 1. 2, 63. ad G. 38. n. 1. G. 42. n. 2. et 9. *Vannius Suevius* MS. Guelf. — *diuturnitate in superbiam mutans* scil. se, pro vulg. *mutatus*, quod est in ed. Spir. et recipiendum videbatur Crollio, quia sequatur *circumventus*. Sed Tacitus structuram verborum variare solet. Cf. ad 4, 41, 2. *diuturnitate* MS. Flor. edd. Spir. Pich. et rec. quod et divinaverat Lipsius. *diuturnitatem* MSS. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald.

2. *Vibilius Hermundurorum rex*, v. ad 2, 63, 2. *Vibillius* MSS. Flor. et Agr. edd. Spir. Ryck. I. Gron. et rec. Id nomen muneris esse, quod nondum obsoleverit, (nam dux Germ. dicitur *Weibel*) suspicabatur Adelung. in alt. Gesch. d. Deutschen p. 215. *Iubillius* MSS. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. et cet. ante Ryck. *Iubilius* MS. Guelf. Frequentissima est confusio syllabarum *ui* et *iu*. Sic paulo post *ius* ed. pr. pro *vis*. *Hermundurorum* MS. Flor. edd. Spir. Rhen. 1. 2. 3. et deinceps omnes. *Hermundorum* edd. Put. 1. 2. *Hermunduorum* ed. Ber. *Hermondorum* MS. Guelf. — *Vangio ac Sido* edd. Rhen. 2. 3. (fortasse e MS. Bud.) et rec. *Vangio ac Sidio* ed. Spir. *Vangio ac Sydo* edd. Put. 1. 2. Ber. Sed c. 30. *Vagio ac Sidio* MS. Flor. et ed. Spir. et *Vangido ac Sydo* MS. Guelf. De *Sidone* cf. H. 3, 5. 21. — *scripsitque P. Atellio — auxilia pro ripa componere* MSS. Flor. et Guelf. quod recepi. Plane sic inf. 15, 25. *Scribitur tetrarchis — iussis Corbulonis obsequi*, et similia v. in Ind. III. v. *Infinitivi* nr. 7. *scripsitque P. Atellio* — (ut) *componeret* edd. omnes. *P. Atellio Histro* MSS. Flor. et Vat. Lipsii, edd. Pich. et rec. *P. Atellio Hystro* ed. Put. 1. *P. Attellio histro* MS. Agr. et ed. Spir. *P. Attellio hystro* MS. Guelf. *P. Atillio hystro* edd. Put. 2. Riv. Ber. Rhen. 1. *P. Attilio Histro* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. *Palpelio Histro* coni. Lips. et Ryck. ex inscr. ap. Gruter. p. 447. n. 4. *Sex. Palpelio P. f. Vel. Histro leg. Ti. Claudi Caesaris Aug. pro. cos. pr. tr. pl. Xvir. stl. iudic. tr. mil. leg. XIV. Germanicae comiti Ti. Caesaris Aug. dato sub div. Aug.* —

qui Pannoniam praesidebat MS. Flor. edd. Pich. et rec. *qui Pannoniae pr.* MSS. Guelf. Bud. aliique, edd. vet. ante Pich. v. ad 3, 39, 1. et Ind. III. v. *Verba diversis casibus iuncta* p. 841. — *pro ripa* Danubii. Cf. Ind. II. v. *Pro a.* — *subsidio victis et terrorem adversus victores,* ut c. 32 extr. *subsidium adversus rebelles et imbuendis sociis ad officia legum.* Cf. Index III. v. *Appositio* et *Constructio verborum variata* et *Dativus obiectivus. subsidium victis* MS. Reg. *terrorem* MSS. Flor. et Reg. edd. Spir. Ern. et rec. *terrori* MS. Bodl. edd. Put. 2. Riv. Ber. Rhen. 1. 2. 3. et cet. ante Ern. *terrore* ed. Put. 1. *tempore* MSS. Guelf. Bud. Ies. — *ne nostram quoque pacem turbarent,* nos in pace viventes. Cf. ad cap. 33. n. 2. *turbarent* MSS. Flor. et Guelf. edd. Spir. Put. 1. Rhen. 1. 2. 3. sqq. *turbarentur* edd. Put. 2. et Ber. — *vis innumera Lygii,* propr. *Lygiorum.* Cf. Ind. III. v. *Appositio. ius* ed. Spir. quod paulo ante notatum. *Lygii* edd. Oberl. et rec. *Ligii* MS. Guelf. et edd. vet. De hac gente et de scriptura nominis v. ad G. 43. n. 8. — *famâ ditis regni,* cf. Ind. III. v. *Ablativi Snbstantivorum absoluti.* — *triginta per annos,* legitima ratio esset *XXXIII. p. a.*; *Lips.* Cf. 2, 63. — *vectigalibus auxerat,* v. ad 1, 11, 3. — *manus propria,* domestica ex popularibus; *Ern.* — *eques e Sarmatis Iazygibus erat,* cf. ad G. 46. n. 9. *Sarmatae* in Asia et Europa *Iazyges* ad pontum Euxinum terminosque Russiae et Hungariae. *Metanastae* dicti Iazyges et Roxolani, qui relicta patria, Maeotide palude, sedes collocarunt in montibus saltibusque supra Danubium inter Tibiscum et Granuam. v. ad G. 43. n. 4. et cf. Plin. 4, 25. Ptol. 3, 5. Reimar. ad Xiphil. 71, 7 sq. p. 1105. Mannerti Geogr. T. IV. p. 262 sq. 363. *Iazygibus* edd. Rhen. 2. 3. et rec. *Iazigibus* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Iargizibus* ed. Spir. sed *Laziges* c. 30. — *eoque,* ideoque. — *bellumque ducere,* ut H. 2, 32. id. qd. *bellum producere, trahere, proferre,* Germ. in die Länge ziehen. Ita et 2, 34. *ducere sermonibus tempus atque iter,* et 11, 37. *lacrimae et questus irriti ducebantur.* In MS. Guelf. *bellum quoque ducere.*

CAPUT XXX.

Sed Iazyges, obsidionis impatientes et proximos per campos vagi, necessitudinem pugnae attulere, quia Lygius Hermundurusque illic ingruerant. Igitur digressus castellis Vannius funditur proelio, quanquam rebus adversis laudatus, quod et pugnam manu capessiit, et corpore adverso vulnera excepit. Ceterum ad classem in Danubio opperientem perfugit. Secuti mox clientes et, acceptis agris, in Pannonia locati sunt. Regnum Vangio ac Sido inter se partivere, egregia adversus nos fide, subiectis, suone an servitii ingenio, dum adipiscerentur dominationes, multa caritate, et maiore odio, postquam adepti sunt.

1. *necessitudinem pugnae,* v. ad 1, 9. — *Lygius Hermundurusque,* cf. cap. 29. et Ind. III. v. *Numerus Sing. pro Plur.* — *ingruerant* MSS. Flor. et Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Riv. Ber. Rhen. 1. Pich. et rec. *ingruebant* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. sqq. — *digressus castellis* omnes edd. vet. „Intellige de castellis relictis, omissis: sed rectius *degressus,* quod Ern. Oberl. Bekk. Lün. rescripsere: nam Vannius descenderat in campum, ut proelium committeret.“ *Walth.* Cf. ad 4, 74, 2. Eundem Waltherum offendit, quod dicitur *Vannius degressus castellis,* non *castello.* Sed *castella* dicuntur quaevis munimenta et propugnacula. — *capessiit* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *capesciit* MS. Flor. et ed. Spir. v. ad c. 11. n. 1. *capessuit* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *capessit* MS. Guelf. —

corpore adverso vulnera excepit, in pectore; quae vulnera dicebantur *adversa, contraria* (H. 3, 84.) et *honesta*, ut contra *aversa* et *inhonesta*, corpore ab hostibus *averso*, in tergo et fuga. Cf. ad 1, 49. 2, 15. 16, 9.

2. *Ceterum ad classem* Rom. *in Danubio opperientem*, ut fugatos exciperet. *in dauio* MSS. Flor. et Guelf. sive e compendio scripturae, sive literis mediis omissis; *Walth.* — *Secuti mox clientes* (cf. ad G. 13. n. 6.) *et acceptis agris in Pannonia locati sunt*: „Claudius vir bonus, regnandi imperitus, qui barbaris perfugium daret. Quanto cautior Tiberius, qui Germanos vel aperto Marte vel, quod efficacius, intestinis discordiis debellaret. Illa Claudii ignavia Gothicae potentiae principium fuit et origo. Tantulis initiis (v. cap. 24.) creverat Roma; tantulis periit!" *Brot.* *ut acceptis* ed. Spir. *et* delendum putabat Ern. Sed hic duo momenta distinguuntur, *clientes mox secutos esse* et *acceptis agris in Pannonia locatos*; *Walth.* — *partivere* MSS. Flor. Guelf. Bud. edd. Put. 1. 2. Pich. et rec. ut ap. Liv. 27, 8. 28, 19. et al. Cf. Zumpt. Gram. §. 632. *partiti sunt* edd. Spir. Ber. Rhen. 1. 2. 3. et cet. — *egregia adversus nos fide*, ut deinde *multa caritate et maiore odio*; nam haec iungenda. Cf. Ind. III. v. *Ablativi qualitatis* — *adversus* MSS. Flor. Vat. Lipsii, Bud. Agr. edd. Spir. Lips. Pich. sqq. *apud* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. „*subiectis* dat. pro genit. ut 1, 60. *unde maior Caesari metus.*" Roth. ad Tac. Agr. p. 152. 153. *incertum* pro *subiectis* MS. Agr. — *servitii ingenio*, servientium moribus; Ern. Cf. Ind. III. v. *Abstracta pro Concr.* — *dum* (donec) *adipiscerentur dominationes*, regna, Herrschaften, ut 3, 26. nam de duobus regibus sermo est; *Walth.* et *Kiessl.* Cf. ad 12, 49, 1. *dominationem* coni. Pich. et *dominationis* Heins. et Ern. quod recepit Bekk. Ita *dum dominationis apisceretur* 6, 45. extr. et Gr. τυχεῖν τινος. — *et*, sed, *maiore odio*, cf. ad 1, 13, 2. et 3, 52, 2.

CAPUT XXXI.

At in Britannia P. Ostorium pro praetore turbidae res excepere, effusis in agrum sociorum hostibus eo violentius, quod novum ducem exercitu ignoto et coepta hieme iturum obviam non rebantur. Ille gnarus, primis eventibus metum aut fiduciam gigni, citas cohortes rapit et, caesis qui restiterunt, disiectos consectatus, ne rursus conglobarentur infensaque et infida pax non duci, non militi requiem permitteret, detrahere arma suspectis cinctosque castris Auvonam et Sabrinam fluvios cohibere parat. Quod primi Iceni abnuere, valida gens nec proeliis contusi, quia societatem nostram volentes accesserant: hisque auctoribus circumiectae nationes locum pugnae delegere septum agresti aggere et aditu angusto, ne pervius equiti foret. Ea munimenta dux Romanus, quanquam sine robore legionum sociales copias ducebat, perrumpere aggreditur, et distributis cohortibus turmas quoque peditum ad munia accingit. Tunc dato signo perfringunt aggerem suisque claustris impeditos turbant. Atque illi conscientia rebellionis et obseptis effugiis multa et clara facinora fecere. Qua pugna filius legati M. Ostorius servati civis decus meruit.

1. *At in Britannia P. Ostorium pro praetore* cet. v. ad Agr. 14. n. 1. *brittania* MS. Flor. *P. Ostrium* MS. Guelf. *pro praetore* MSS. Flor. (test. Gron. non Vict. et Furia) et Guelf. edd. Gron. Ern. sqq.

propraetorem MS. Bud. et edd. vet. Cf. ad 2, 52, 2. — *effusis*, cf. ad 1, 23, 1. *et fusis in agris* ed. Spir. Paulo post *coepta hieme icturum — rebatur: illi* MS. Guelf. et *ad fiduciam* ed. Spir. — *citas cohortes rapit*, v. ad 2, 19, 1. et Ind. III. v. *Pleonasmus*. — *restiterunt* MSS. et edd. Put. 1. 2. et cet. ante Ern. ut et Kiessl. et Walth. *restituerunt* MS. Guelf. *restiterant* edd. Spir. Ern. Brot. Bip. Ob. Bekk. Lün. „Sed *restiterunt* dictum ut 1, 53. *scripsit*, 2, 62. *transtulit*, 6, 31. *imposuit* et alia. Etenim *restiterunt* ἀορίστως dicitur, ut sententia sit, alios restitisse eosque caesos esse, alios disiectos eosque illum consectatum esse. *Restiterant* est tempus relativum et locum ita constituit, ut respiciatur ad aliquos, quos restitisse aliunde tibi constet, qui tamen hic sunt nulli.“ *Walth.* Cf. Ind. III. v. *Verborum Tempora* p. 845 sq. — *disiectos*, v. ad 1, 32. — *cinctosque castris* ad eos dispositis vel castellis, munimentis, *fluvios cohibere parat*, coercere, claudere, ne traiicere eos ulteriores Britanni possint, et turbare provinciales sociosque Romanorum. *Cohibere fluvios*, ut Gr. κωλύειν, εἴργειν τινά τι, cavere ne transeant fluvios; *Walth.* Sed incerta est lectio. *cunctaque* MS. Flor. quod reduxere Bekk. et Walther, ut *cunctâ* sit ab omni parte, undique, Gr. πάντῃ, Dor. παντᾶ, ut *max cuncta simul erumpunt* H. 3, 13. At vide ibi annot. *cunctasque* ed. Spir. *cunctisque* libri vet. Lipsii nescio qui. *cinctosque* quidam MSS. et edd. Put. Ber. Rhen. 1. 2. 3. et cet. ante Ern. *cinctaeque* MSS. Harl. Ies. (a m. sec.) Guelf. *iunctisque* MS. Agr. *cunctosque castris ad A. et S. fl. c. p.* edd. Bip. Oberl. Lün. Kiessl. *cinctosque castris Antona et Sabrina fluviis cohibere* (ab iis arcere) *parat* corr. Lipsius, *cinctosque castris ad Aufonam* Boetticher, *cunctosque castris Aufona et Sabrina fluviis c. p.* Ern. Pro *castris* Pichena coni. *ultra* et Boetticher *citra*. Pro *Auvonam* in omnibus MSS. et edd. vet. est *Antonam*, et in MS. Guelf. a m. sec. *Antoniam*; pro *Sabrinam* in ed. Spir. *Sabnam*. Lipsius existimabat, *Antonam* esse urbem, quae nunc dicatur Northamptona, quasi Hammonis septentrionalis *ton*, h. e. civitatem. Sed veriora docuit Cambdenus in Brit. p. 375. ed. pr. p. 402 sq. et 431 sq. ed. sec. his verbis: „*Antona* fluvius *Nen* hodie vocatur et saepe recurrentibus ripis per orientalem huius provinciae partem iter habet. Fluvius sane nobilissimus et, nisi me fallo, a Romanis olim praesidiis munitus. Sed h. l. *Aufonas* libentius legerim. Quum enim iam citerior Britanniae pars sub Claudio in Romanorum potestatem ita cessisset, ut, qui eam incolerent, Romanorum socii dicerentur, et ulteriores Britanni saepius in horum agros effusi omnia violentius raperent ipsique socii, facilius Romanorum imperia quam vitia ferentes, subinde cum ulterioribus illis conspirarent; P. Ostorius *cinctos castris Aufonas et Sabrinam fluvios cohibere parat*, h. e. munimentis ad fluvios dispositis statuit coercere Britannos ulteriores et provinciales, ne mutuas operas in Romanos traderent. *Aufona* s. *Avona* fluvius in umbilico insulae surgens, ad quem sita Northamptona, ita ad ortum tendit, et eiusdem nominis fluvius vicinus, sed minor, qui *Sabrinae* ab ortu affunditur, ita ad occasum se confert, ut insulam transversam secent et in boreales Britanniae partes transeunti alter ex his sit necessario transeundus. Quare quum Ostorius Aufonas et Sabrinam communivisset, non erat cur e Wallia vel septentrionali Britanniae plaga suis Romanis et sociis timeret, qui eo tempore proximam insulae partem solummodo in provinciae formam redegerant, ut Agr. 10 sqq. et alibi testatur ipse Tacitus.“ *Aufona* s. *Auvona* nunc dicitur *Avon*, et *Sabrina Severn* s. *Severne*, ut et aestuarium, quod hic facit, Σαβριάνα εἴσχυσις ap. Ptol. 2, 3. Hinc *Aufonam* s. *Auvonam* pro *Antonam* scripsere editores rec.

2. *Quod primi*, primum, *Iceni abnuere*, prohibuere, ne praesidii specie servitium immineret; *Brot.* *Q. primigeni a.* ed. Spir. *Iceni* in hodierna Suffolcia et Nordfolcia et in comitatibus Cantabrigiensi et

Huntingdoniensi. Cf. Cellar. geogr. ant. T. I. p. 328. et 330. ed. Schwarz. *Iceni* ex emend. Rhen. h. l. et c. 32. 14, 31. quibus locis *Igeni* et *Igenorum* MSS. Guelf. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Tigenorum* alii MSS. (test. Lips. et Brot.) et ed. Spir. Infra 14, 31. in MS. Flor. primum *icenorum*, deinde *ygenorum*, in MS. Guelf. primum *igenorum*, deinde *iuorum*. — *nec proeliis contusi*, v. ad. 4, 46. *contusi* MSS. Flor. Farn. Reg. edd. Spir. Pich. sqq. *concussi* MS. Bud. *concussa* MSS. Guelf. Harl. Bodl. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. — *volentes*, v. ad 1, 59, 1. — *circumiectae:* in. ed. Spir. *circumuectae*. — *aditu:* in edd. Put. 2. Ber. Rhen. 1. *additu*. — *distributis cohortibus*, divisis, dispositis in oppugnatione; *turmas quoque* equitum *ad munia peditum accingit*, equis descendere et munia peditum praestare iubet; *Ern.* Ita ap. Liv. 2, 20. 3, 62. 4, 38. 40. 6, 24. 7, 7. 9, 39. 21, 46. et al. — *aggerem* agrestem et aditu angusto, quo septi erant; unde *claustra*. — *conscientia rebellionis*, ut Agr. 27 pr. — *qua pugna filius legati M. Ostorius servati civis decus meruit*, querceam coronam. v. ad 2, 83, 1. et 3, 21, 1. In MS. Guelf. *contra* pro *qua* et *cuius* pro *civis*.

CAPUT XXXII.

Ceterum clade Icenorum compositi, qui bellum inter et pacem dubitabant, et ductus inde Cangos exercitus. Vastati agri, praedae passim actae, non ausis aciem hostibus vel, si ex occulto carpere agmen tentarent, punito dolo. Iamque ventum haud procul mari, quod Hiberniam insulam aspectat, quum ortae apud Brigantas discordiae retraxere ducem destinationis certum, ne nova moliretur nisi prioribus firmatis. Et Brigantes quidem, paucis, qui arma coeptabant, interfectis, in reliquos data venia, resedere: Silurum gens non atrocitate, non clementia mutabatur, quin bellum exerceret castrisque legionum premenda foret. Id quo promptius veniret, colonia Camulodunum valida veteranorum manu deducitur in agros captivos, subsidium adversus rebelles et imbuendis sociis ad officia legum.

1. *compositi*, sedati, pacati, ut c. 38. 40. 3, 38. 14, 39 pr. Cf. ad 1, 1, 4. 2, 4, 1. 4, 42, 1. 12, 40. Sic et paulo post *resedere*, (propr. eorum irae et impetus) de quo v. Drak. ad Liv. 35, 38. — *qui bellum inter et pacem dubitabant*, v. ad 6, 46, 1. — *ductus inde Cangos* MSS. Flor. Vat. Corb. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Spir. et cet. ante Bip. *d. inde Cangos* MS. Bud. *ductus inde in Cangos* ex emend. Pich. substituerunt Bip. Ob. Lün. Kiessl. Walth. „Librarii etiam aliis locis *inde* et *in* pro *inde in* dedere. v. Burm. ad Suet. Caes. 35. et Vesp. 5.“ *Ern.* „Et sane Tacitus sine praepos. ponit locum, in quem quis tendit, v. c. 2, 54. 59. 6, 44. 12, 51. H. 3, 85. et sic Virg. Ecl. 1, 65. *sitientes ibimus Afros*. (Cf. Ind. III. v. *Metonymia* nr. 3.) Sed hic significatur, *contra Cangos* exercitum esse ductum, ut mox c. 33. *itum inde in Siluras*. Cf. ad c. 16. n. 1.“ *Walth.* Significatur potius motus, et multa a Tacito verba simpl. iunguntur Accusativis, sive hostilis sit motus ille sive non. Cf. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 17.. et *Verba, quae motum exprimunt* p. 841. „*Cangi* non ab aliis memorantur, nisi fortasse a Caes. B. G. 5, 21. ubi pro *Cenimagni* scribo *Iceni, Cangi*. (Cambdenus coni. *Iceni, Regni*.) Promontorium tamen Καγγανῶν in Britannia agnoscit Ptol. 2, 3.“ *Lips.* „*Cangi* septentrionalem Walliae partem et provinciam Chestriensem habitabant. Ibi repertae massae plumbeae cum inscr. *Imp. Domit. Aug. Ger.* (Germanicus) *de Ceang.* (Ceangis) v. Cambden. in Britan. p. 546.

Stukeley the metallic history of Carausius T. I. p. 176." *Brot.* — *carpere agmen:* verbum *carpere* significat vel in multas parvasque partes divellere, distrahere et ita imminuere lanam, gramen, thyma cet., vel partem exercitus, praecipue extremi et agminis, modo hinc, modo illinc crebris assultibus aggredi et turbare. Inde *carptim et singuli dimissi* H. 4. 46. extr. *carptim hostem lacessere* et *aggredi* ap. Liv. 22, 16. 28, 28. 44, 41.

2. *Iamque ventum* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Pich. sqq. *Iam ventum* edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. — *mari, quod Hiberniam* (*hibernam* ed. Spir.) *insulam aspectat*, ut Agr. 24. *partem Britanniae, quae Hiberniam aspicit*, Virg. Aen. 1, 420. *collem, qui plurimus urbi imminet adversasque aspectat desuper arces*, Colum. 8, 8, 2. *tabulatum, quod aspiciat meridiem.* — *Brigantas* MS. Corb. edd. Spir. Ern. sqq. *Brigantes* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) et cet. ante Ern. v. ad c. 27. n. 2. *Brigantes* possidebant comitatus, qui nunc dicuntur York, Richmond, Lancaster, Westmoreland, Cumberland, Durham. Cf. ad Agr. 17. n. 2. Cambdeni Britan. p. 704. Surita ad Anton. itin. p. 468. Cellar. geogr. ant. T. I. p. 344 sq. Mannerti geogr. 11, 2. p. 211. — *destinationis certum, ne nova moliretur* ut non nova mol., Gr. ὥςτε μὴ, ut *ne* 2, 29. 14, 7. 16, 16. H. 4, 86. Cic. p. Mil. 14. or. 29. de fin. 2, 20. 4, 4 et saepe ap. Liv. — *qui arma coeptabant*: „Acidalius coni. *coeptarant*, et favet ed. Spir. *coeperant*, quod est aut pro *ceperant* aut pro *coeptarant*." *Ern.* Refragatur Walther. de quo v. Ind. III. v. *Verborum Tempora, II. Imperfectum* p. 847. Cf. ad 15, 46, 1. et Matthiae ad Cic. Catil. 2, 2, 3. — *in reliquos data venia*, cf. Ind. II. v. *In β. et in reliquos* — *residere* ed. Spir. — *Silurum gens* ad mare Hibernicum et Sabrinam fl. (*Severn*) in Cambria s. Valia australi, ubi nunc comitatus Glamorgan, Brecknock, Radnor, Hereford, Worcester et Monmouth. Cf. c. 38. 40. Agr. 11. 17. Plin. 4, 16. s. 30. Cambdeni Britannia by Gibson Lond. 1695. p. 574. Cellar. geogr. ant. T. I. p. 342. Mannerti Geogr. II, 2. p. 218. *Silurum* edd. Rhen. 2. 3. sqq. ut c. 33. *Siluras* MS. Guelf. edd. Spir. Lips. sqq. Ita etiam edd. vet. c. 38. (excepta Spir. in qua *siluas* pro *Siluras*, ut 14, 29. in omnibus MSS. et edd. vet. ante Lips.) et Agr. 11. 17. Hoc loco *Siluarum* MS. Bud. *Sylurarum* MS. Guelf. edd. Put. 2. Ber. Rhen. 1. ut c. 33. *Syluras* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. *Silurarum* ed. Put. 1. Sed c. 38. *silulas* MS. Flor. et h. l. *Diluarum* ed. Spir. — *bellum exerceret*, v. ad 11, 7, 1. — *Id quo* (ut eo) *promptius veniret*, succederet, vim suam haberet; *Ern.* Cf. ad 14, 52. *In quod* ed. Spir. *In quo promptus v.* MS. Guelf. — *colonia Camulodunum valida veteranorum* (v. ad 1, 17, 1.) *manu deducitur in agros captivos*; „Quod oppidum antea regum in eo tractu sedes. Καμουλόδουνον τὸ τοῦ Κυνοβελλίνου βασίλειον ap. Dion. 60, 21. Duplex autem eo nomine oppidum fuisse, alterum in Brigantibus, alterum in Trinobantibus, colliges ex Ptol. 2, 3. et Plin. 2, 77. (Immo hoc in Trinobantibus *Cambodunum* est; *Oberl.*) Nescio an nomen illi a peculiari aliquo et indigena deo, cuius forsan mentio in lapide ap. Gruter. p. 56. *Camulo. Sanc. Fortiss. Sac. Ti. Claudius. Ti. F. Quir. Tertius. Mil. Coh. VII. Pr. 7. Veri. L. D. D. D.*" *Lips.* Hunc *Camulum* fuisse deum Marti similem et ab eo non modo oppidum appellatum *Camulodunum*, (Germ. Marsstadt) et deinde *coloniam victricem*, sed etiam legionem XIV, quae ibi stativa habuerit castra, *Martiam Victricem*, suspicantur Reimar. ad Dion. l. l. et Walth. ad Tac. Agr. 14. p. 216. Vocatur quidem *colonia victricensis* in lapide prisco ap. Gruter. p. 439. *Censitor. Civium. Romanorum. Coloniae. Victricensis. Quae. Est. In. Britannia. Camaloduni.* Sed potius a *veteranis* legionis XX *victricis* eo deductis, de qua legione v. ad Agr. 7. n. 4. et Ind. I. v. *Legio vicesima* p. 519. Hinc etiam Camuloduni fuit *simulacrum Victoriae*, de quo v. Ann. 14, 32. pr. Prima autem haec

Romanorum colonia fuit in Britannia, quae simpl. dicitur *colonia* Agr. 16. et *colonia veteranorum* h. l. 14, 31. Agr. 14. Cf. 14, 32. et ad Agr. 5. n. 3. *Camulodunum* omnes MSS. et edd. vet. h. l. et 14, 31. 32. praeter ed. Spir. in qua 14, 31. est *Camulodinum*, sed 14, 32. *Camulodū.* Sic et ap. Dion. l. l. Ptol. 2, 3. (ubi tamen corrupte scriptum *Καμουδόλανον*) et in Antonini itiner. Sed *Camalodunum* in inscr. modo laudata et in aliis ap. Cambden. in Brit. p. 70. 322. 347. 394. Hic defendit posteriorem scripturam et ex nominis similitudine colligebat, Camalodunum nunc dici *Maldon.* Sed situs loci a Ptol. definitus magis congruit oppido vicino *Colchester,* non minus tamen ei, quod hodie *Chester* vocatur, et utroque loco reperta sunt multa antiquitatis monimenta. Cf. ad Agr. 7. n. 4. et Mannerti geogr. ant. T. II. p. 175. — *subsidium adversus rebelles et imbuendis sociis ad munia legum,* v. ad c. 29. n. 2. et Ind. II. v. *Ad a.* — *officia legum;* „Opposita sunt *munia legum* I, 2. 11, 5. *officia legionum* male coni. Boxhorn. nec opus est emendatione Burmanni ad Claudian. de VI cons. Hon. v. 100. *obsequia legum.*" Walth.

CAPUT XXXIII.

Itum inde in Siluras super propriam ferociam Caractaci viribus confisos, quem multa ambigua, multa prospera extulerant, ut ceteros Britannorum imperatores praemineret. Sed tum astu, locorum fraude prior, vi militum inferior, transfert bellum in Ordovicas additisque, qui pacem nostram metuebant, novissimum casum experitur, sumpto ad proelium loco, ut aditus, abscessus, cuncta nobis importuna et suis in melius essent, tunc montibus arduis, et si qua clementer accedi poterant, in modum valli saxis praestruit: et praefluebat amnis vado incerto, catervaque maiorum pro munimentis constiterant.

1. *Itum inde in Siluras,* cf. ad c. 32. n. 1. et 2. — *Caractaci,* de quo Silurum duce cf. c. 34—38. et H. 3, 45. *Caractaci* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. sq. *Carataci* MSS. Reg. Guelf. ed. Spir. et Zonaras p. 565. Ita et illae edd. c. 34—38. Sed c. 34. *Caractacus* MS. Guelf. In MS. Flor. h. l. *Caractaci,* c. 36. *cataractacus.* c. 38. *carataco,* c. 40. *carataçum.* In H. 3, 45. *Caractaco* edd. Pich. Bern. sqq. *Carataco* MSS. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. *Caratacho* ed. Spir. — *Carattaci* h. l. MS. Ies. *Καταράταχος* ap. Dion. 60, 20. „Ex numo cum epigraphe CARIC Haymius in Tesoro Britannico T. I. p. 145. eum *Caricta-cum* nominandum praecipit. Verum non certum esse, istum numum Britanniae deberi, censet Eckhel doctr. NN. vet. T. I. p. 80." *Oberl.* „Cambdenus in Brit. p. 585. docet, eum apud Demetas (*le Comté de Cardigan*) regnasse. Idem p. 524. putabat, *proelii locum* fuisse apud Carnavios in comitatu Salopiensi, (*Shropshire*) ubi *amnis* Colunus (*Clune*) in Temdum fl. (*Temd*) influit et antiquae memoriae collis adhuc ostentatur, quem vocant *Caer Caradoc,* h. e. oppidum s. arcem Caradoci; quod verum ducis s. regis huius nomen fuisse suspicabatur Lipsius." *Brot.* — *confisos:* in MS. Flor. *confisis.* — *Britannorum:* in MS. Flor. *brittanorum,* c. 35 *brittannorum,* c. 36. *brittannia.* — *praemineret* edd. omnes. *praeemineret* MS. Guelf. Cf. ad 3, 56.

2. *Sed tum astu, locorum fraude prior, vi militum inferior, transfert bellum in O.* MS. Flor. edd. Pich. Bekk. 2. Walth. *Sed tamen astu loc. fr. pr.* MS. Reg. et ed. Spir. *Sed tum astu, tum locorum fraude prior* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Oberl. Lün. Bekk. 1. Kiessl. *Sed tamen astu locorumque fraude prior* MSS. Bud. Agr. *Sed astu, tum locorum fraude prior* edd. Lips. *Sed tum*

astu, loco, tum fraude prior coni. Gron. et *Sed ea tempestate locorum fr. prior* Ern. „Verum genuina est scriptura MSti Flor. *Astus* h. l. est *consilium illud imperatorum, quod Graeci στρατήγημα appellant,* Cic. N. D. 3, 6. Cf. H. 2, 28. 3, 73. 5, 17. 22. Iam iste *tum astu prior* fuit *fraude locorum,* (ut ap. Virg. Aen. 9, 397.) h. e. quia locis utebatur in fraudem Romanorum: an Kriegslist überlegen durch schlaue Benutzung des Terrain. Duplex Ablativus diversa ratione in eadem serie positus, ut 2, 23. et 24. H. 1, 79. *Tum* (damals) transitum facit ad narrationem rerum, quibus auctor praemisit notitiam de viro. Plane sic H. 1, 79. *Sed tum humido die* cet. Deest ille transitus in libris, qui *tum - tum* habent, neque ulla idonea harum particularum ratio.“ *Walth.* Omnino lectio MSti Flor. ceteris praeferenda, sed verba *astu transfert* iungenda videntur: Caractacus, qui *inferior* quidem Romanis erat *vi militum,* sed *prior,* superior, *fraude locorum,* peritia locorum, quibus ad fraudem uti posset, *astu transfert bellum in Ordovicas,* ubi callide *locum sumpsit ad proelium* cet. Ita fere Pich. qui idem persuasit Lipsio. Cf. ad locum simill. 3, 74. pr. ubi memorantur *artes Tacfarinatis,* qui *robore exercitus impar, furandi melior* erat. *vi multum* MS. Guelf. *in militum* ed. Spir. — *bellum* edd. Spir. Ber. Rhen. 1. 2. 3. sqq. *proelium* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. — *Ordovicas* edd. Rhen. 2. 3. et sqq. ut omnes libri Agr. 18. De Accusativi forma v. ad c. 27. n. 2. et ad G. 46. n. 16. *ordolicas* ed. Spir. *Ordolucas* MSS. Guelf. Bud. ed. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Ordovices* in septentr. Wallia, ubi nunc comitatus Montgomery, Merionet, Caernarvon, Flint, Denbig. Caput regni Conovium, hod. Conwy s. Conway. v. Cambdeni Britan. p. 650. et Mannerti geogr. — *qui pacem nostram metuebant,* „qui detrectabant imperium nostrum et verebantur, ne et ipsi venirent in ditionem nostram, ut c. 29. *ne turbarent nostram pacem,* in fines nostros incursiones facerent: nam *pax* eleganter interdum est id. qd. imperium, ut *immensa Romanae pacis maiestate* Plin. 27, 1. *haec tot millia gladiorum, quae pax mea comprimit* Sen. de clem. 1, 1. *hic casus Romanae pacis exitium erit* ib. c. 4. et *tibi in tua pace armato vivendum erit* c. 8. *omnes considera gentes, in quibus Romana pax desinit* Sen. de prov. 4. ἐν τῇ σῇ εἰρήνῃ οἷα πάσχω Arrian. Epict. 3, 22.“ *Gron.* „Scriptoribus argenteae aetatis *pax* dicitur imperium Rom. neque internis neque externis bellis lacessitum. Cf. Ruhnk. ad Vell. 2, 131.“ *Boett.* Lex. Tac. p. 346. Sic *pacari* dicuntur, quae sub imperium Rom. rediguntur armis; *Ern.* „Mirum est hoc commentum. Immo *pacem nostram metuebant* dictum pro: sortem et conditionem, qua utebantur inita cum Romanis pace, metuebant, quia durior ipsis videbatur quam bellum ob tributa, secures aliasque dominorum vexationes.“ *Walth.* Recte. Cf. cap. 34. ad Agr. 20. n. 1. et c. 30. n. 8. *qui pacem in iram m.* ed. Spir. corrupte. Hinc vero *qui pacem an iram nostram m.* coni. Lips. *qui parem iniuriam m.* Freinsh. *qui pacem irritam* vel *infidam m.* Heins. — *novissimum casum experitur,* v. ad 5, 7. — *suis in melius essent,* cf. Ind. II. v. *In β.* — *sumpto ad proelium loco — tunc montibus arduis*: „haec iungenda et comma ante *tunc* ponendum pro puncto, quod est in omnibus edd. Germanice: indem er den Ort zum Kampfe, damit ... alles uns nachtheilig und den Seinigen günstig wäre, damals auf steilen Bergen wählte.“ *Walth.* Haec ratio non plane quidem satisfacit, magis tamen quam illa Boetticheri, qui coni. *nam montibus arduis* scil. instruit aciem, (quod intell. e seq. *praestruit*) *et si qua* cet — *si qua,* aliqua, (v. ad O. 36. n. 5.) *accedi poterant clementer,* facile sensim, ut 13, 38. H. 3, 52. G. 1. (ubi v. Hess.) et *leniter* H. 4, 23 pr. *molliter assurgens* collis Colum. 2, 2, 1. Cf. Drak. ad Sil. 1, 274. 4, 489 Burm. ad Val. Fl. 6, 239. Heind. ad Cic. N. D. 2, 57. *in modum vall*

saxis praestruit MS. Flor. (nam ita Ed. Ber. ubi siluit Vict.) Oxon. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Kiessl. *saxa* edd. Spir. Lips. Pich. sqq. „Utrumque bonum est et *saxis* fortasse verum. Tum *praestruit* absolute ponitur pro *praestructionem facit.*“ *Walth.* Immo *saxis praestruit* sc. ea, ut al. *obstruere.* Sic Ovidius dixit Met. 14, 798. *porta fonte praestructa* et Fast. 1, 563. *aditum fracti praestruxerat obiice montis.* — *praefluebat:* in MS. Guelf. *praefulciebat.* — *vado incerto,* cf. ad Ann. 1, 70. — *catervaque maiorum* omnes MSS. et edd. vet. praeter MS. Agr. in quo est *maiore,* quod recepit Ryck. *maiorum,* veterum praecipuorumque bellatorum; *Brot.* Sed repudianda et explicatio haec et ipsa lectio. *nationum* corr. Lipsius, quia solitum Britannis Gallisque struere aciem per nationes, ut discreta virtus eluceret. „Placet Pichenae, quia sequitur *gentium ductores.* Sed hi pertinent ad reliquum exercitum; et tantum pars copiarum, non *catervae nationum* pro munimentis stabant.“ *Ern.* *Moniorum* s. *Maniorum* emend. Barth. Adv. 45, 3. nam Ordovices finitimi Monae ins. *maior eorum* Walth. Probabiliores sunt coniecturae Crollii *meliorum* (fortiorum, ut c. 56. princ. et Gr. κρειόσων et ἀμείνων, de quo v. ad G. 32. n. 4.) et Freinsh. *armatorum,* ut Agr. 37. qui *propugnatores* dicuntur c. 35 pr. Illam recepere Oberl. Bekk. in ed. 1. et Lün., hanc Walth. — *pro munimentis,* v. ad 2, 80, 2. — *caterva* — *constiterant* recte dictum, et sine necessitate editores recentt. substituerunt vel *catervae* vel *constiterat,* quod est in MS. Guelf. Cf. Ind. III. v. *Nomina collectiva.*

CAPUT XXXIV.

Ad hoc gentium ductores circumire, hortari, firmare animos minuendo metu, accendenda spe aliisque belli incitamentis. Enimvero Caractacus huc illuc volitans illum diem, illam aciem testabatur aut reciperandae libertatis aut servitutis aeternae initium fore; vocabatque nomina maiorum, qui dictatorem Caesarem pepulissent, quorum virtute vacui a securibus et tributis intemerata coniugum et liberorum corpora retinerent. Haec atque talia dicenti adstrepere vulgus: gentili quisque religioni obstringi, non telis, non vulneribus cessuros.

1. *Ad hoc,* v. ad c. 20. n. 1. — *illum diem* — *reciperandae libertatis* — *initium fore,* ut Agr. 30 pr. *reciperandae* edd. Lips. et rec. *recuperandae* MS. Guelf. et edd. vet. v. ad 1, 74. — *servitutis:* in ed. Spir. *salutis.* — *initium* delendum videbatur Lipsio et Acid. Sed necessario adest: non enim apte *dies* et multo minus *acies servitutis aeternae* dici potest; *Walth.* — *vacui a securibus et tributis* cet. cf. Agr. 30. 31. 32. *et a securibus* ed. Spir. haud inepte; *Walth.*

2. *gentili quisque religioni,* suae gentis *religioni* h. e. diis patriis *obstringi* iureiurando: nam *obstringi* alicui rei dicuntur, qui ita obstringuntur, ut illa re teneantur; *Walth.* *religioni* MSS. Guelf. Bud. et omnes edd. vet. *religione* edd. Lips. et rec. Recte: nam *religio* est religiosa asseveratio et *gentilis religio* mos iurandi cuivis genti sollennis; *Ern.* Hinc bene etiam *religioni* dicitur. — *non telis, non vulneribus,* cf. Ind. III. v. *Hendiadyoin.* — *cessuros* sc. se. Cf. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 14.

CAPUT XXXV.

Obstupefecit ea alacritas ducem Romanum: simul obiectus amnis, additum vallum, imminentia iuga, nihil nisi atrox et

propugnatoribus frequens terrebat. Sed miles proelium posceri cuncta virtute expugnabilia clamitare, praefectique ac tribun paria disserentes ardorem exercitus intendebant. Tum Ostoriu circumspectis, quae impenetrabilia quaeque pervia, ducit infe sos amnemque haud difficulter evadit. Ubi ventum ad aggere dum missilibus certabatur, plus vulnerum in nos et pleraeq caedes oriebantur. Postquam facta testudine rudes et inform saxorum compages distractae parque cominus acies, deceder barbari in iuga montium. Sed eo quoque irrupere ferentariu gravisque miles, illi telis assultantes, hi conserto gradu, turbatis contra Britannorum ordinibus, apud quos nulla loricarum galearumve tegmina; et si auxiliaribus resisterent, gladiis ac pilis legionariorum, si huc verterent, spathis et hastis auxiliarium sternebantur. Clara ea victoria fuit, captaque uxore et filia Caractaci fratres quoque in deditionem accepti.

1. *obiectus amnis, additum vallum, imminentia iuga*, cf. cap. 33 extr. — *proelium:* in MS. Guelf. *praemium*, et deinde *virtuti*, quod malebat Pich. Paulo post *expugnabili clamitare, praefectique tribuni* MS. Flor. test. Furia. — *intendebant* MSS. Reg. Guelf. Bud. a m. rec. Agr. edd. vet. omnes et Lips. 1. h. e. augebant. v. Ind. II. *incendebant* edd. Gryph. Lips. inde a II. Gron. et aliae. Dubito an *intendere* satis commode *ardori* iungatur; *Ern.* Immo *ardor*, h. e. studium, *intendi* apte dicitur et *ardor* militum iam prius erat incensus; *Walth.*

2. *Tum Ostorius:* in ed. Spir. *Tunc O.* — *certabatur*: in MS. Agr. et ed. Spir. *certatur.* — *pleraeque caedes*, permultae, plurimae. v. ad 3, 28. — *Postquam* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Walth. *Posteaquam* edd cet. — *facta testudine*, fortasse *acta*, quod certe est voc. propr. et sollenne. v. Heyne ad Virg. Aen. 2, 441. 9, 505. et intpr. Sil. 1, 365. Caes B. G. 5, 43. Sall. Iug. 94. et de variis generibus testudinis ad H. 3, 28. — *distractae:* in MS. Flor. *distracta*, vitiose, nisi mutes *rudis et informis* Walth. — *cominus:* in MS. Guelf. *comminus.* — *decedere* „sc. loco, quod dicitur de iis, qui impares pelluntur. Brevitatis studio auctor statim addit *in iuga montium*, quum debuisset interponi aliud verbum secessum significans. *recedere* coni. Acid. et *secedere* Heins. „*Walth* Proelio vel munimentis *decedere*, ut *in iuga montium* evaderent; *Ern.* — *ferentarius gravisque miles*, levis gravisque armaturae milites. *Ferentarii levis armaturae milites a ferendo, quia ea tantum arma habebant quae feruntur, non quae tenentur, quippe qui fundis lapidibusque vel arc et telis pugnabant*; *Varro* et *Festus*. De utroque militum genere v. Vege 1, 20. 2, 15. et Cort. ad Sall. Cat. 60. — *conserto gradu* MSS. Bud Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Oberl. et al. *conferto gradu* edd. Spir. Pu 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. et cet. ut et Ern. Bekk. al. Recte: nam *turbat Britannorum ordinibus* opponitur; Walth. Cf. ad 6, 35, 1. — *apud qu nulla loricarum galearumque tegmina*, v. ad G. 6. n. 7. et Dio 62, 5. — *spathis et hastis auxiliarium;* „observa h. l. diversa arma legionarioru et auxiliarium: illi *gladiis ac pilis*, hi *spathis et hastis* utebantur.“ *Lip spathis* MSS. Reg. Guelf. edd. Gron. 1672. et rec. *spatis* edd. vet. *Spat* Gr. σπάθη. Cf. Pollux 10, 31. Menander in *Μισουμ.* 2. Hesych. et ad G 6. n. 3. — *fratres quoque*: in ed. Spir. *fratresque*. Cf. ad 2, 37, 1.

CAPUT XXXVI.

Ipse, (ut ferme intuta sunt adversa) quum fidem Cartisma

duae reginae Brigantum petivisset, vinctus ac victoribus traditus est, nono post anno quam bellum in Britannia coeptum. Unde fama eius evecta insulas et proximas provincias pervagata per Italiam quoque celebrabatur; avebantque visere, quis ille tot per annos opes nostras sprevisset. Ne Romae quidem ignobile Caractaci nomen erat; et Caesar, dum suum decus extollit, addidit gloriam victo. Vocatus quippe, ut ad insigne spectaculum, populus. Stetere in armis praetoriae cohortes campo, qui castra praeiacet. Tunc incedentibus regiis clientulis phalerae torquesque, quaeque externis bellis quaesierat, traducta; mox fratres et coniunx et filia, postremo ipse ostentatus. Ceterorum preces degeneres fuere ex metu: at non Caractacus aut vultu demisso aut verbis misericordiam requirens.

1. *Cartismanduae reginae Brigantum,* cf. c. 40. H. 3, 45. et de *Brigantibus* sup. ad c. 32. n. 2. *Cartismanduae* edd. Lips. et rec. *Cartimandus* MS. Flor. ed. Spir. *Cartimanduae* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. *Cartumanduae* (ut MS. Guelf.) et *Cartumanduae* MSS. Brot. Infra c. 40. e MS. Flor. *Catimandum* enotavit Furia, sed *Cartimannum* et *Cartimannus artibus* Vict. *Cartimandam* — *Artimannus artibus* ed. Spir. *Cartimandam* — *Cartimanda artibus* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. In H. 3, 45. *Cartismanduam* edd. Spir. Pich. sqq. *Cartismanduam* et paulo post *Cartimanduam* MS. Flor. teste Furia. *Carthismanduam* edd. Lips. post. *Carthimanduam* edd. Put. 1. 2. et cet. — *fidem C. petivisset,* ad eam confugisset; *Ern.* *Fides* est certa pollicitatio; deinde securitas et tutela, inpr. iure iurando promissa. Paulo post *iunctus et victoribus traditus est* ed. Spir. — *nono post anno;* „immo septimo: nam bellum coepit a. U. 796. v. Dio 60, 19. Pugnant etiam haec cum H. 3, 45. nam triumphus Claudii aliquot annis anterior, nec in eo ductus Caractacus.“ *Lips.* „Immo initium belli repetitum ab ipsis Britannorum dissensionibus, expeditionis Britannicae causis. v. Agr. 13. 14. Dio 60, 19—23. Suet. Claud. 17. Haec non pugnant cum H. 3, 45. In ea autem Belgarum parte, quae nunc dicitur *le Comté de Somerset,* reperta oblonga plumbi lamina in tropaeum erecta et inscripta *Ti. Claudius Caesar Aug. P. M. Tr. P. VIIII. Imp. XVI. de Britan.* v. Cambdeni Brit. p. 196. Obvii quoque numi aurei cum eadem inscr. et capite laureato, in quorum adversa parte arcus triumph. duobus tropaeis et equestri Imperatoris statua ornatus cum tit. DE BRITANNIS. Inde accipimus, victum fuisse Caractacum anno priore. Sed Tacitus plures per annos gesta coniunxit, ut ipse monet c. 40.“ *Brot.* „Claudius facta expeditione Britannica Romae triumphavit eodem a. U. 797. Caractacus aliquot annis post illum triumphum captus est. Quaeritur ergo, Tacitum memoria fefellerit an *triumphum* H. 3, 45. dixerit latiore significatu et decoris causa. At si quid recte video, Cartismandua eo sensu *instruxisse triumphum Claudii videbatur,* ut gloriam et decus triumphi pridem acti tradito Caractaco augeret alteramque partem triumpho adderet: nam appendicula quaedam triumphi Claudiani fuit pompa illa, in qua Caractacus ducebatur.“ *Walth.* ad H. 3, 45. Non Caractacum in illo triumpho ductum dicit Tacitus H. 3, 45. nec triumphum a Cartismandua instructum, sed *instructum videri,* h. e. maiorem visum victo et a Cartismandua Romanis *tradito* Caractaco, quia tum demum apparuerit fructus victoriae, de qua antea triumphatum; *Ryck.* — *fama eius evecta insulas,* egressa, ut *privatum modum evectas opes* 14, 52. in MS. Bud. et edd. Lips. sqq. usque ad Ern. Pro *insulas* h. l. scrib. *insulam,* ipsam Britanniam; *Heins.* Sed *insulae* hic opponuntur terrae continenti; *Walth.* *in insulas* male ed. Spir. *insulas*

et proximas civitates — celebrebatur — ruebantque visere MS. Guelf. — *quis ille* esset qui — *sprevisset,* ut *quem illum tanta superbia esse* 11, 7. pr. *hunc illum* 14, 22. *hoc illud* Virg. Aen. 4, 675. Similiter *quicquid illud et qualecunque* 14, 55. et *quicquid hoc auctoritatis est* 14, 43.

2. *addidit gloriam victo,* in ed. Spir. *a. g. vincto.* — *qui castra praeiacet* praetoria, de quibus v. 4, 2. *castra* MSS. Guelf. Bud. Harl. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3 sqq. *castris* MSS. Vatic. (teste Lips.) Reg. ed. Spir. — *Tunc* omnes MSS. et edd. vet. *Tum* rescripsere Brot. Ern. Ob. Bekk. in ed. 1. Lün. Kiessl. *Tunc* est eo tempore et ab h. l. alienissimum, *tum* est post, quo facto; *Ern.* „Recte: sed propterea huc quadrat *tunc,* non vero *tum.* Nam illa rerum traductio et clientium incessus haud dubie fuit, dum *in armis stabant praetoriae cohortes,* neque vero postquam steterant. Bene igitur Stromb. reddidit *Da,* male Rickl. Darauf." *Walth.* Hic tamen loco simill. cap. 12. princ. probavit *tum.* De differentia autem particularum *tunc* et *tum* non consentiunt viri docti. Cf. ad 2, 9, 2. Herzog. ad Caes. B. G. 4, 33. Orell. ad Cic. Brut. §. 33. Ochsner. ad Eclog. Cic. p. 230. 493. Goerenz. ad Cic. de fin. 2, 11, 32. et Lindem. de adv. lat. spec. 1. p. 10. Huic suffragatur Iahn. ad Virg. Eclog. 3, 10. et ex parte Wagner Quaest. Virgil. XXV. p. 493 sqq. — *regiis clientulis:* lego *clientelis, Lips.* Sed reguli barbari *clientes* per contemptum *clientulos* dici putem; *Ern.* Cf. ad 13, 37. pr. 14, 61. et inpr. ad O. 36. n. 6. — *phalerae torquesque,* v. ad H. 2, 89. et G. 16. n. 5. *falleret.* ed. Spir. *falere torquibus* MS. Flor. teste Furia. Mox *bellis externis quaesiverat* edd. Spir. et Bekk. 2. — *ex metu: at — requirens.* Ita haec verba distincta in edd. Spir. et rec. sed *ex metu. At non — requirens, ubi* in cet. edd. vet. „Si *ex metu* abesset, nemo desideraret. Alieno etiam loco est *non,* et melius puto *At Caractacus non vultu demisso — requirens, ubi* cet. quod placet Broterio." *Ern.* Immo *ex metu* additur, quoniam et aliis de causis degeneres esse possunt preces: *non* vero aptissimo loco et cum emphasi positum; *Walth.* Fortasse leg. *requirere.*

CAPUT XXXVII.

Ubi tribunali adstitit, in hunc modum locutus est: *Si, quanta nobilitas et fortuna mihi fuit, tanta rerum prosperarum moderatio fuisset, amicus potius in hanc urbem quam captus venissem; neque dedignatus esses claris maioribus ortum, pluribus gentibus imperitantem, foedere pacis accipere. Praesens sors mea, ut mihi informis, sic tibi magnifica est. Habui equos, viros, arma, opes. Quid mirum, si haec invitus amisi? Nam si vos omnibus imperitare vultis, sequitur, ut omnes servitutem accipiant? Si statim deditus traderer, neque mea fortuna, neque tua gloria inclaruisset: et supplicium mei oblivio sequeretur; at si incolumem servaveris, aeternum exemplar clementiae ero.* Ad ea Caesar veniam ipsique et coniugi et fratribus tribuit. Atque illi vinclis absoluti Agrippinam quoque haud procul alio suggestu conspicuam iisdem quibus Principem laudibus gratibusque venerati sunt. Novum sane et moribus veterum insolitum feminam signis Romanis praesidere: ipsa semet parti a maioribus suis imperii sociam ferebat.

1. *Ubi tribunali adstitit,* v. ad 1, 18, 3. — *in hunc modum locutus est* „Egregie quidem et ad regiam dignitatem invictamque constantiam ac commodata. Idem Caractacus inexplebilem Romanorum cupiditatem ar

guit, [ut Calgacus Agr. 30 sqq.] et Zonaras p. 566. tradit, eum viso Urbis splendore et amplitudine dixisse: *εἶτα, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα κεκτημένοι, τῶν σκηνιδίων ἡμῶν ἐπιθυμεῖτε;*" *Brot.* Verba Caractaci libertatem ac minime degenerem animum prae se ferunt: sed adspersa etiam sunt plurima in Claudium Romanosque adulatione; *Pich.* Cf. Paraphr. Freinsh. in qua bene adumbratur orationis indoles. — *neque dedignatus esses* — *ortum* — *imperitantem* — *accipere* MS. Flor. edd. Lips. (in quibus tamen *imperantem*) Pich. et rec. *n. d. essem* — *imperantem* — *foedera pacis a.* MS. Reg. ed. Spir. *neque dedignatus essem* (passive) — *ortus* — *imperitans foedere pacem accipere* MSS. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. „Illa, quae sunt a MS. Flor., haud dubie praestant: nam quae Caractacus affert, se *claris maioribus ortum, pl. g. imp.*, non ita potuere impellere Caractacum ad pacem foedere accipiendam, quam Claudium, ut foedere pacis illum acciperet. Ceterum *pacem* etiam MS. Flor. et nisi fallor verum est, intell. *ὥστε* ante *foedere pacem accipere.* Eadem structura est 11, 1." *Walth.* Sed v. ibi nota 2. — *informis*, indigna, inhonesta. Cf. ad 1, 16, 1. — *Nam si vos omnibus* — *accipiant* omnes MSS. et edd. vet. ut et Pich. al. sed puncto post *accipiant* posito, cui notam interrog. bene substituit *Walth.* Sic aptissimum *accipiant* sc. patienter vel accipere velint, nec opus est lectionis mutatione *Non si* — *accipiant* vel *Num si* — *accipiant!* Illam e MS. Agr. ascivere Ryck. Gron. Brot. Oberl. (qui tamen male scripsit *accipiant!*) Bekk. in ed. 1. Lün. Kiessl. hanc Lips. Ern. Bekk. in ed. 2. *sequetur* MS. Agr. prob. Lips. — *traderer*: „non *traditus essem*, quoniam in hoc verbo non cogitat de certo momento tradendi, quod aliquando fuit, sed rem dicit ut e mera cogitatione pendentem. Germanice: wenn ich sogleich mich ergebend überliefert würde. „*Walth.* *traherer* coni. Bekk. pro *traderer.* Deinde *sequetur* male edd. Ern. Brot. Bekk. 1. e coni. Rhen. et Lips. Negligenter in hac oratione dicta *accipere-accipiant*, *imperitantem-imperitare*, *sequitur-sequeretur*; *Brot.* Idem *et* delendum putabat et iungenda *supplicium mei*, non *mei oblivio.* — *aeternum*: in MS. Guelf. *certae non.*

2. *Ad ea*, ob haec, seu quum haec dixisset; *Ern.* — *ipsique et coniugi et fratribus*, cf. ad G. 1. n. I. — *vinclis absoluti* MSS. Flor. Harl. Bodl. Ies. Bud. edd. vet. et Walth. *exsoluti* edd. rec. ex emend. Lipsii." At *vinclis absoluti* hic non sunt tantum intelligendi, quibus vincla exsoluta et adempta, sed potius quibus adempto vinclo libertas est reddita, (von Banden befreit und freigesprochen) ut porro non vinciantur. Contra *vinclis exsolutus* intelligi potest, qui ad tempus vinclis liberaretur, at mox eadem reciperet." *Walth.* Haec arguta potius quam vera. Immo *absoluti* id. qd. *exsoluti.* In ed. Spir. *vinculis*; in ed. Put. 2. post *absoluti* plene interpunctum. — *gratibusque* MSS. Harl. et Bodl. a m. pr. Guelf. edd. Lips. et rec. *gratiisque* MSS. Harl. et Bodl. a m. sec. et edd. vet. — *Novum sane*, non mirum tamen hebete marito, ambitiosa uxore; *Brot.* — *feminam signis Romanis*, cohortibus praetoriis in armis stantibus, (v. cap. 36.) *praesidere* in *alio suggestu*, tribunali. Cf. ad 3, 33, 2. — *Ipsa semet parti a maioribus suis* (inpr. ab Agrippa et Germanico) *imperii sociam ferebat*: „quin et talem habuere gentes exterae ac maxime Polemon II. rex Ponticus, cuius insignem numum argent. protulit Pellerin recueil de médailles de Rois p. 187." *Brot.* Cf. c. 56. 13, 2. 5. *patri ac maioribus* MS. Guelf.

CAPUT XXXVIII.

Vocati posthac Patres multa et magnifica super captivitate Caractaci disseruere: neque minus id clarum quam quod Sypha-

cem P. Scipio, Persen L. Paulus et si qui alii vinctos reges populo Romano ostendere. Censentur Ostorio triumphi insignia, prosperis ad id rebus eius, mox ambiguis, sive quod amoto Caractaco, quasi debellatum foret, minus intenta apud nos militia fuit, sive hostes miseratione tanti regis acrius ad ultionem exarsere. Praefectum castrorum et legionarias cohortes exstruendis apud Siluras praesidiis relictas circumfundunt; ac ni cito nuntiis et castellis proximis subventum foret, copiae tum occidione occubuissent. Praefectus tamen et octo centuriones ac promptissimus quisque manipulus cecidere. Nec multo post pabulantis nos ipsos missasque ad subsidium turmas profligant.

1. *Vocati posthac,* v. ad 3, 62. — *quam quod* MS. Flor. ed. Bekk. 2. *quam quum* vel *cum* cet. edd. omnes praeter Spir. in qua nec *quod* nec *quum*. — *Syphacem*: in longe plurimis edd. *Siphacem*, et in MS. Flor. *sifacem*. Notissimus autem *Syphax* e Liv. 30, 11 sq. ut *Perseus s. Perses* et *L.* Aemilius *Paulus* e Liv. 45, 6 sq. — *Persen* MS. Flor. edd. Spir. I. Gron. et rec. *Persem* edd. Put. 1. 2. et cet. Cf. Ind. III. v. *Accusativi Sing. nominum peregrinorum et declin. III.* p. 802. *praesens* MS. Guelf. — *si qui*, v. ad O. 36. n. 5. — *vinctos* MSS. Flor. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Spir. Pich. sqq. *victos* edd. Put. 1. 2. et cet. Cf. ad I, 65.

2. *Censentur Ostorio triumphi insignia*, v. ad 1, 72, 1. — *prosperis ad id rebus eius, mox ambiguis,* cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita. ad id,* v. ad 1, I, 2. — *sive quod amoto — sive hostes:* in MS. Flor. et hinc in edd. Iac. Gron. et Bekk. 2. *sive amoto,* in MS. Reg. et ed. Spir. *sive quod hostes.* Male „*Sive quod* inducit rem in facto positam, alterum *sive* alteram addit rationem coniectura nixam. Priore loco *quod* necessario adest, posteriore potest omitti.« *Walth.* Cf. ad 6, 9, 1. — *Praefectum castrorum,* cf. Ind. I. — *exstruendis apud Siluras praesidiis relictas* cf. ad 2, 67. 3, 19. et Ind. III. v. *Gerundia et Gerundiva in Dativo* p. 820 *apud Siluras,* v. ad c. 27. n. 2. et ad c. 32. n. 2. *silulas praesidiis relicti* MS. Flor. teste Furia. — *ni cito nuntiis et castellis proximis subventum foret* MSS. Flor. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. edd. Spir. Put. 1. 2. Riv Haec revocavi, quanquam corrupta videntur et sic emendanda: *ni cit nunc* vel *tunc iis ex* vel *e castellis p. s. f.* „Nulla est necessitas, ut ind deflectamus. *Nuntiis et castellis* est ἓν διὰ δυοῖν et indicatur, quomod *subventum* sit, scil. *nuntiis* missis, ut appellarent auxilia apud castell proxima, et *castellis proximis,* quae auxilia mittebant nuntio accepto. *Walth.* Sed haec abhorrent ab usu loquendi. *ni cito vicis et cast. pr.* *f.* edd. Ber. Rhen. 2. 3. et cet. ante Ern. Quam lectionem defendit Gro Obss. 2, 20. Non vero vicis et castellis subventum, sed praefecto castrorum et cohortibus; *Ern. ni cito e vicis et c. p. s. f.* edd. Ern. Ob. Lü *ni cito (e) vicis* cet. edd. Bekk. et Kiessl. *ni citis nuntiis e castellis* co Lips. et *ni cito nuntiis e cast.* Ryck. *Castella et vici* saepe iungunt ut ap. Liv. 9, 38., et intell. in quibus praesidia militaria essent; *Er* Cf. ad Agr. 41. n. 2. — *copiae tum occidione occubuissent* edd. Rhen. 2. sqq. *copiarum obsidione occ.* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Be *copiarum occidione occ.* MS. Agr. *obcubuissent* MS. Flor. *occidione occid sent* (ut ap. Liv. 2, 51. 3, 10. 4, 48. 9, 38. et al.) coni. Mur. — *pro ptissimus quisque manipulus* omnes MSS. et edd. vet. *Manipulus* h. l. proprie dicitur vel pro *manipularis*. Cf. ad H. 1, 57. et Ind. III. *Abstracta pro Concr.* Editores rec. varia substituere, nonnulli *e mani lis,* alii *manipularis,* alii *manipularium.* — *pabulantis* (s. *pabulantes*) *ipsos missasque ad subsidium turmas* MSS. Flor. et Guelf. „Recte: n *pabulantes nos,* h. e. Romanos, id. qd. *pab. nostros,* et *pab. ipsi* opponu

tur *missis ad subsidium turmis*. Fusius auctor scripsisset: *nec multo post pabulantes nos profligant, non tantum ipsos pabulantes, sed etiam missas* cet." *Walth. pabulatum nos ipsos* MS. Reg. et ed. Spir. *pabulantes nostros ipsos* MSS. Harl. et Ies. *pabulantis nostros missasque* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Ern. Brot. Ob. Lün. Bekk. Kiessl. *pabulantis nostros ipsasque missas* edd. Rhen. 2. 3. Ald. et cet. usque ad Ern.

CAPUT XXXIX.

Tum Ostorius cohortes expeditas exposuit; nec ideo fugam sistebat, ni legiones proelium excepissent. Earum robore aequata pugna; dein nobis pro meliore fuit. Effugere hostes tenui damno, quia inclinabat dies. Crebra hinc proelia et saepius in modum latrocinii per saltus, per paludes, ut cuique sors aut virtus, temere, proviso, ob iram, ob praedam, iussu et aliquando ignaris ducibus. Ac praecipua Silurum pervicacia, quos accendebat vulgata imperatoris Romani vox: *ut quondam Sugambri excisi, ut in Gallias traiecti forent, ita Silurum nomen penitus exstinguendum.* Igitur duas auxiliares cohortes avaritia praefectorum incautius populantes intercepere; spoliaque et captivos largiendo ceteras quoque nationes ad defectionem trahebant, quum taedio curarum fessus Ostorius concessit vita, laetis hostibus, tanquam ducem haud spernendum, etsi non proelium, at certe bellum absumpsisset.

1. *Tum Ostorius cohortes expeditas* (v. ad H. 3, 2.) *exposuit* sc. hostibus, (ut ap. Plin. 11, 19 extr. sect. 21. et Flor. 3, 11, 7.) vel discrimini. Similiter *ne inermes provinciae barbaris nationibus exponerentur* H. 3, 5. Germ. Preis geben. „*Exponere* h. l. est Gr. ἐκτάσσειν, in Schlachtordnung stellen, aufstellen, ins Feld stellen, quod egregie h. l. convenit." *Walth.* Sed eo sensu nusquam *exponere* dicitur. „Cur *exposuit?* an in navibus fuerant? Legitimum verbum erat *submisit*: tolerabilius erat *exprompsit.*" *Ern.* Immo leg. *opposuit*, *Lips.* Id recepere Bip. Ob. Bekk. Lün. Kiessl. — *nec ideo fugam sistebat, ni legiones proelium excepissent*, cf. Ind. III. v. Verborum Modi I, 1. p. 843. *sistebant* MS. Guelf. *legiones* subsidio venientes. *proelium excepissent*, v. ad 3, 10. *aequata pugna*, „aequo Marte pugnatum est, quum ante hostes superiores fuissent, *dein nobis pro meliore fuit* pugna, superiores etiam facti sunt Romani. *Pro meliore esse* ad extremum idem est ac *meliorem esse* vel *instar melioris*, nisi quod inest aestimationis notio." *Walth.* Cf. ad 4, 38, 1. Ind. II. v. *Pro* δ, Cort. ad Sall. Iug. c. 22. — *Effugere hostes* sc. perniciem, internecionem, sie entkamen, retteten sich, kamen davon; *Walth. Et fugere* coni. Ern. — *per saltus, per paludes* — *temere, proviso, ob iram, ob praedam*, cf. Ind. III, v. *Asyndeta*, Beier ad Cic. off. 1, 17, 56. Zumpt. Gramm. p. 496. Ramshorn. Gramm. p. 514 sq. 710. Similiter *a fronte, a tergo coorti cominus, eminus petunt* ap. Liv. 21, 34, 6. et *socios, amicos, procul, iuxta sitos trahant* Sall. fragm. hist. 4, 12. ed. Gerl. *proviso* MS. Flor. edd. Pich. et rec. *provisa* MS. Guelf. edd. Spir. et cet. ante Pich. *provisu* verius videbatur Lipsio. Sed *proviso* adverbialis forma, ut *improviso, inopinato, inexspectato* et similia; *Acid.* — *ignaris ducibus*, v. ad c. 40. n. 1.

2. *Ac praecipua*: rectius omitteretur coniunctio; *Freinsh.* Malim *at*, quod hic aptissimum; *Ern.* Sed nihil mutandum. v. ad 1, 13, 2. — *Sugambri excisi*, non exstincti, deleti, sed vastati, sedibus suis moti aliisque

populis immixti, ex quo *nomen* proprium habere desierunt; *Ern.* et *Walth.* Cf. ad 2, 25, 2. *Sugambri* edd. Lips. et rec. *Sigambri* ed. Spir. *Sycambri* edd. Put. 1. 2. et cet. ante Lips. *Sicambri* MS. Guelf. Scripturam *Sugambri* defendit Lipsius ant. Lectt. 1, 6. *Sygambri* Heins. ad Ovid. Am. 1, 14, 49. *Sigambri* (a *Sigo* fluvio) Alting. in notit. Germ. inf. Cf. ad 2, 26, 3. — *ut in Gallias* MSS. et edd. vet. Sed *aut in Gallias* MS. Flor. (teste I. Gron. non aliis) ed. Bekk. *et in Gallias* edd. Lips. et aliae. — *etsi non proelium* scripsi, ut et Bekk. Lün. Kiessl. *et si non pr.* edd. cet. Dein *aut certe bellum assumpsisset* ed. Spir.

CAPUT XL.

At Caesar, cognita morte legati, ne provincia sine rectore foret, A. Didium suffecit. Is propere vectus non tamen integras res invenit, adversa interim legionis pugna, cui Manlius Valens praeerat, auctaque et apud hostes eius rei fama, quo venientem ducem exterrerent, atque illo augente audita, ut maior laus compositi vel, si duravissent, venia iustior tribueretur. Silures id quoque damnum intulerant, lateque persultabant, donec accursu Didii pellerentur. Sed post captum Caractacum praecipuus scientia rei militaris Venutius e Iugantum civitate, ut supra memoravi, fidusque diu et Romanis armis defensus, quum Cartismanduam reginam matrimonio teneret: mox, orto discidio et statim bello, etiam adversus nos hostilia induerat. Sed primo tantum inter ipsos certabatur, callidisque Cartismandua artibus fratrem ac propinquos Venutii intercepit. Inde accensi hostes, stimulante ignominia, ne feminae imperio subderentur. Valida et lecta armis iuventus regnum eius invadunt. Quod nobis praevisum; et missae auxilio cohortes acre proelium fecere, cuius initio ambiguo finis laetior fuit. Neque dispari eventu pugnatum a legione, cui Caesius Nasica praeerat. Nam Didius, senectute gravis et multa copia honorum, per ministros agere et arcere hostem satis habebat. Haec, quanquam a duobus Ostorio Didioque propraetoribus plures per annos gesta, coniunxi, ne divisa haud perinde ad memoriam sui valerent. Ad temporum ordinem redeo.

1. *ne provincia* Rom. in Britannia. Cf. ad Agr. 10. n. 1. — *A. Didium suffecit* Ostorio. v. ad c. 15. n. 1. et ad Agr. 14. n. 3. — *propere:* in MS. Guelf. *prope* omisso compendii signo, et dein *res integras* in ed. Spir. — *adversa interim legionis pugna,* ut c. 39. *ignaris ducibus* et *laetis hostibus.* Cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita.* — *Manlius Valens,* cf. H. 1, 64. *Mallius* MS. Reg. *Malleus* ed. Spir. Post *praeerat* maxima distinctio posita in omnibus paene libris, sed recte minor ab Acid. Iac. Gron. et Walth. ut h. l. sint tres Ablativi absoluti bene procedentes et Tacitus non inepte dixerit *atque illo augente audita.* Pro *illo augente* Ern. coni. *ipso a.* — *ut maior laus,* maiori laudi, *compositi* (cf. ad c. 32 pr.) scil. hostes (ut c. 32. 55. 3, 38.) essent; *Walth.* Ita et Salin. Iac. Gron. Lallem. Kiessl. Recte: nam Part. *compositi* more Taciti positum pro subst. abstr. *compositio,* pacificatio. Cf. ad 1, 8, 7. 4, 69, 1. et inpr. Ind. III. v. *Participia Perf. passivi pro Substantivis abstractis* p. 829. *compositi* omnes MSS. et edd. ante Pich. *compositis* edd. Pich. et rec. e coni. Lipsii, ut sensus sit: *ut maior laus*

esset *compositis* sc. rebus, ordinatis et pacatis, h. e. earum compositioni, *vel, si duravissent* res turbatae, turbulentae, *venia iustior tribueretur* illis vel duci. Sed duriores sunt hae ellipses et Partic. *compositi* referendum potius ad propius subiectum, *hostes*, quam ad remotius, *non integras res*. — *vel, si duravissent* hostes se animumve suum, (v. ad 1, 6, 3.) si omnes pacis conditiones repudiassent, *venia iustior tribueretur* duci, Didio, et infelici rerum eventui. Ita interpretor haec verba et *duravissent* aeque ac *compositi* ad *hostes* refero, non, ut ceteri interpretes, vulgari sensu ad *res*. — *id quoque damnum* sc. legionis, cuius pugna fuerat adversa.

2. *Venutius e Brigantum civitate*; de *Brigantibus* v. ad c. 32. n. 1. de *Venutio* H. 3, 45. *Venutius* omnes MSS. et edd. vet. praeter Spir. in qua est *venustius*, sed paulo post *Venutii*. Hinc *Venutio* scripsere Oberl. et post eum alii H. 3, 45. pro vulg. *Venusio*. *e Brigantum civitate* MS. Agr. edd. Bip. Ob. Bekk. et aliae. *euigantum civ.* MSS. Flor. (teste Furia, non Vict.) Bud. ed. pr. *Euigantium c.* MS. Reg. *e Iugantum c.* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. et cet. ante Bip. „Quae vocabula quum nemo geographorum agnoscat, Venutius autem, qui Cartismanduam Brigantum reginam (v. cap. 36. et H. 3, 45.) matrimonio tenuit, ad eandem gentem videretur pertinere, *e Brigantum* scripsere editores rec. At nonne potuit vir nobilis alia quam Brigantum civitate oriundus Cartismanduam tenere matrimonio? Et profecto sunt, quae haec innuant. Nam *hostes, quos stimulabat ignominia, ne feminae imperio subderentur*, non poterant esse Brigantes, qui dudum Cartismanduae parebant, sed alii, qui timebant, ne victo Venutio Cartismanduae imperio accederent. Porro *valida et lecta armis iuventus*, quae Cartismanduae *regnum invasit*, haud dubie aliunde debuit venire.“ *Walth.* — *ut supra memoravi*, vel H. 3, 45. (nam Tacitus Historias prius scripsit quam Annales) vel in libro Annalium deperdito. Sed propter vocab. *supra* posteriorem rationem praeferendam esse iam monuit Walth. — *Cartismanduam*, v. ad c. 36. n. 1. — *discidio* MSS. Flor. Bud. Agr. edd. Spir. Ryck. Ern. sqq. *dissidio* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. cet. v. ad 2, 86, 2. et cf. H. 3, 45. — *hostilia induerat*, v. ad 2, 15. — *intercepit*, v. ad 2, 78. *intercipit* MS. Reg. — *stimulante ignominia, ne feminae imperio subderentur*: „Tacitus in suis, non in Britannorum moribus fuisse videtur, quum haec scriberet: his enim non ignominiosum subdi feminae. Cf. 14, 35. et Agr. 16.“ *Lips.* Potius crediderim, Brigantas feminae parere inadsuetos, quam Tacitum memoria lapsum; *Brot.* — *lecta armis* (v. ad H. 3, 55.) *iuventus regnum eius invadunt*, cf. Ind. III. v. *Nomina collectiva*. — *praevisum*: in ed. Spir. *provisum* — *nanque dispari*. — *laetior*: in MS. Guelf. *lectior* — *pugnatum est*. — *Nasica*: in MS. Guelf. *nassica*. — *multa copia honorum*, sc. praeditus, ornatus; *Ern.* Sed cf. Ind. III. v. *Ablativi qualitatis* p. 800. — *Ostorio Didioque* e glossemate inserta videbantur Freinsh. — *duobus propraetoribus, Ostorio Didioque* coni. Rickl. — *perinde*: in ed. Spir. *proinde*. Cf. Ind. II. — *Ad temporum* MSS. Flor. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Riv. Ern. sqq. *Nunc ad temporum* edd. Spir. Ber. Rhen. 1. 2. 3. et cet. ante Ern.

CAPUT XLI.

Ti. Claudio quintum Ser. Cornelio Orfito Coss. virilis toga Neroni maturata, quo capessendae rei publicae habilis videretur: et Caesar adulationibus senatus libens cessit, ut vicesimo aetatis anno consulatum Nero iniret atque interim designatus proconsulare imperium extra Urbem haberet ac Princeps iuventutis appellaretur. Additum nomine eius donativum militi,

congiarium plebei. Et ludicro Circensium, quod acquirendis vulgi studiis edebatur, Britannicus in praetexta, Nero triumphalium veste transvecti sunt. Spectaret populus hunc decore Imperatorio, illum puerili habitu, ac perinde fortunam utriusque praesumeret. Simul, qui centurionum tribunorumque sortem Britannici miserebantur, remoti fictis causis et alii per speciem honoris: etiam libertorum si quis incorrupta fide, depellitur tali occasione. Obvii inter se Nero *Britannicum* nomine, ille *Domitium* salutavere. Quod, ut discordiae initium, Agrippina multo questu ad maritum defert: sperni quippe adoptionem, quaeque censuerint Patres, iusserit populus, intra penates abrogari, ac nisi pravitas tam infensa docentium arceatur, eruptura in publicam perniciem. Commotus is quasi criminibus optimum quemque educatorem filii exsilio ac morte afficit datosque a noverca custodiae eius imponit.

1. *Tib. Claudio quintum Ser. Corn. Orfito coss.* cf. Suet. Claud. 14. et inscr. ap. Fabret. p. 473. *T. L. Claudio* edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. quod vitium e scriptura TI ortum est; *Walth. Tiberio Claudio Quinto* MS. Guelf. „Male quidam *Orfitum* vocant *Sergium*, alii etiam *Scipionem*, ut in Fastis Panvinii et Almelov.“ *Ern.* — *virilis toga Neroni,* qui tum annum aetatis XIV inierat, (v. ad c. 25. n. 2.) *maturata,* maturius ab eo sumpta: nam diem tirocinii, quo a tirone posita toga puerilis praetexta et sumpta virilis s. pura, semper fuisse absoluto aetatis anno XIV. et ineunte XV. contendunt Lips. et Gron. ad h. l. Dodwell. prael. Camd. V. sed completo a. XV. Noris. cen. Pis. 2. 3. Masson. in vita Horatii, et ante Imperatorum tempora expleto a. XVII. Ryck. ad h. l. Cf. ad 3, 29. 12, 58. 13, 15 pr. intpp. Suet. Aug. 8. — *capessendae rei p.* cf. ad c. 24. n. 1. — *libens cessit* MSS. Flor. Harl. a m. sec. edd. Spir. Lips. sqq. *libeiis c.* MS. Guelf. *liberis c.* MSS. Harl. a pr. m. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *cessit* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. — *ut vicesimo aetatis anno consulatum iniret,* cf. ad 3, 29, 1. Iniit a. XVII. sed iam Princeps et legum securus; *Lips. vicensimo* MS. Flor. — *proconsulare imperium extra Urbem,* v. ad 1, 14. — *Princeps iuventutis,* v. ad 1, 3, 3. Miror Tacitum hic omisisse alios honores Neroni adolescenti tunc decretos, quorum memoria exstat in aureis numis; *Ursin.* — *Additum nomine eius donativum militi, congiarium plebei:* nam militum plebisque favor largitionibus frumentariis et a Caesaris inde aevo pecuniariis, ut et viscerationibus epulisque, (v. Liv. 8, 22. 39, 46. 41, 28.) captari solebat, et dona haec ante comitia, in triumphis et funeribus ludisve funebribus, ab Imperatoribus vero sub auspicia imperii vel in adoptionibus filiorum successorumque viritim dabantur et militibus et plebi. Illa proprie dicebantur *donativa,* haec *congiaria* h. e. largitiones rerum in *congiis* distributarum, frumenti, vini, olei, salis et pecuniae. Cf. ad 1, 11. 3, 29. 13, 31. 14, 11. 47. 15, 39. O. 17. (ubi historiam congiariorum accuratam contexuit Brot.) Dio 43, 31. 49, 43. 51, 21. 53, 28. 55, 10. Suet. Aug. 41. 42. Plin. 31, 7. Duk. ad Liv. 25, 2. 37, 57. *plebei* MSS. Flor. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Bekk. Walth. *plebeis* MS. Agr. ed. Spir. *plebi* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. cet.

2. *ludicro Circensium,* cf. Ind. I. — *Britannicus in praetexta* toga puerili, *Nero triumphalium veste transvecti sunt,* cf. ad 1, 3, 3. et 1, 15, 3. *triumphalium* omnes MSS. et edd. nisi quod *in triumphalium veste* in MS. Agr. Quia *triumphalis* dicatur, qui triumphum aliquando egerit, (ut 3, 30. 56. 14, 1. et ad 1, 72, 1.) non qui agat, *triumphantium* leg. censebat

Acid. et *triumphali in* vel *cum veste* Freinsh. Prius praeferebat Ern. postremum substituere Freinsh. Ob. Bekk. Lün. Kiessl. „Sed nihil mutandum. Genitivus plur. inservit indicando rerum generi, cui res aliqua est annumeranda. Sic τροχὸς τῶν κεραμεικῶν pro τροχὸς κεραμεικός ap. Xenoph. Symp. 7, 2. θυρεακὰς τῶν στρογγύλων ληκύθους καὶ βακτηρίας τῶν σχολιῶν ap. Theophr. Char. 5. πέλεκυς τῶν ναυπηγικῶν ap. Lucian. dial. mort. 10, 9. Cf. Matthiae Gramm. Gr. §. 345. b. Malim tamen accipere pro *veste triumphalium* scil. virorum, h. e. quali triumphales viri uti solebant. Ita c. 3.“ *Walth.* Cf. et 4, 23. *travecti* MS. Flor. (ut ubivis *tramittere*) quod recepit Bekk. Fortasse leg. *transvecti, ut spectaret* cet. — *decore,* ornatu. — *puerili:* in ed. Spir. *pueri;* et *ac* omissum in MS. Guelf. — *perinde,* v. Ind. II. — *praesumeret,* v. ad 14, 64, 2. — *Simul qui* MSS. Flor. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. edd. Spir. Put. 1. 2. Riv. Pich. sqq. *simulque qui* edd. Ber. Rhen. 1. 2. 3. cet. — *sortem:* in ed. Spir. *sortem et.* — *miserebantur* MSS. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. ed. Spir. unde illud revocavi, etsi Tacito magis in usu fuit *miserabantur,* (v. Ind. II.) quod legitur in edd. rel. — *remoti:* in MS. Flor. et ed. Spir. *remotis.* — *depellitur,* removetur, *tali occasione,* hac, de qua v. seqq. et ad cap. 26. n. 2. — *depellitur. Tali occasione obvii* cet. MSS. Guelf. Bodl. Ies. et edd. vet. Melius distincta haec verba a Lipsio, Pich. et editoribus rec.

3. *ille Domitium* salutavit, non *Neronem,* illi nomen dedit, quod habuerat ante *adoptionem,* non illud quod post eam acceperat a Claudio. — *questu:* in edd. Spir. Put. 1. 2. *quaestu.* — *Sperni quippe adoptionem, quaeque censuerint Patres, iusserit populus i. p. a.* cf. cap. 26 pr. ad 1, 3, 3. n. 1. et Suet. Ner. 7. ubi paulum diversa narrantur. *Sperni quidem* MS. Guelf. et paulo post *arrogari* a. m. sec. *quāque* pro *quaeque* edd. Ber. Rhen. 1. — *ac nisi:* in ed. pr. *ac ni.* — *pravitas tam infensa docentium,* pravi educatores tam invisa docentes. Cf. ad 3, 48. et Ind. III. v. *Abstracta pro Concretis. privatas* MS. Guelf. *infensa* MSS. Guelf. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. sqq. *impensa* MS. Agr. et ed. pr. quod magis approbabat Lipsius, ut iungerentur *pravitas tam impensa* h. e. grandis, immodesta, non *tam infensa docentium.* — *eruptura* sc. tam infensa esse. *erupturam* (sc. hanc pravitatem) MSS. Guelf. Agr. non male. — *Commotus is* (sc. maritus, Claudius) MS. Flor. (teste Furia) et ed. Bekk. II. *Commotus his quasi criminibus* MSS. Reg. Corb. Bud. edd. Spir. Ber. Rhen. 1. 2. 3 sqq. „h. e. his non aliter commotus Claudius quam si vera essent crimina. Alii putant, *quasi crimina* esse ficta. v. Burm. ad Ovid. art. am. 1, 429.“ *Ern. Commotus his tanquam criminibus* MSS. Guelf. Oxon. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Riv. ex interpr. Ante *optimum* additur *Claudius* in MSS. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3 sqq. omittitur in MSS. Flor. Reg. Corb. Agr. ed. Spir. prob. I. Gron. et Walth. ut *commotus* referatur ad *maritum.* — *optimum quemque educatorem filii — imponit,* v. ad c. 26. n. 2. et de *educatore* ad 11, 1, 2 princ.

CAPUT XLII.

Nondum tamen summa moliri Agrippina audebat, ni praetoriarum cohortium cura exsolverentur Lusius Geta et Rufius Crispinus, quos Messalinae memores et liberis eius devinctos credebat. Igitur distrahi cohortes ambitu duorum et, si ab uno regerentur, intentiorem fore disciplinam asseverante uxore, transfertur regimen cohortium ad Burrum Afranium egregiae militaris famae, gnarum tamen, cuius sponte praeficeretur.

Suum quoque fastigium Agrippina extollere altius: carpento Capitolium ingredi, qui mos sacerdotibus et sacris antiquitus concessus venerationem augebat feminae, quam imperatore genitam sororemque eius, qui rerum potitus sit, et coniugem et matrem fuisse, unicum ad hunc diem exemplum est. Inter quae praecipuus propugnator eius Vitellius, validissima gratia, aetate extrema, (adeo incertae sunt potentium res) accusatione corripitur deferente Iunio Lupo senatore. Is crimina maiestatis et cupidinem imperii obiectabat: praebuissetque aures Caesar, nisi Agrippinae minis magis quam precibus mutatus esset, ut accusatori aqua atque igni interdiceret. Hactenus Vitellius voluerat.

1. *praetoriarum cohortium cura,* praefectura, ut *curare* pro regere. Cf. ad 4, 2. et H. 1, 52, 1. — *exsolverentur* MS. Flor. edd. Spir. Lips. post. et sqq. *exsolveretur* aut *exolveretur* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. 1. — *Lusius Geta* MS. Flor. edd. Put. 1. Lips. sqq. *Luscius Geta* edd. Put. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. *L. Geta* ed. Spir. Cf. ad 11, 2, 1. et 11, 31, 1. — *Rufius Crispinus,* v. ad 11, 2, 1. 13, 45. 15, 71. 16, 17. Suet. Ner. 35. quibus locis eadem varietas est quae hic, ubi *Rufius* MSS. Flor. Reg. Corb. Guelf. edd. Ryck. sqq. *Ruffius* MSS. Harl. Bud. *Ruffus* ed. Spir. *Rufus* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. et cet. ante Ryck. — *Messalinae memores,* quae eos ad hanc dignitatem promovisse videtur. „Sub finem certe Caii cohortibus praetoriis praeerant duo alii, Clemens teste Iosepho A. I. XIX. pater Clementis Arretini, de quo v. H. 4, 68. et Rubrius Pollio de quo v. Dio 60, 23. Duos autem praefuisse sub Caligulae finem patet etiam ex Suet. Calig. c. 56." *Ryck.* — *distrahi cohortes ambitu duorum* cet. cf. ad 4, 2. — *Burrum Afranium* MSS. Flor. Reg. Agr. edd. Spir. Ryck. sqq. ut inscriptt. vett. *Burrhum* MSS. Guelf. Harl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. et cet. ut Dio 61, 3. et al. „Sed aspiratio non in usu fuit Romanis nisi in vocibus manifeste Graecis. *Burrus* autem, etsi Graecae originis, tantae antiquitatis vox est, ut pro indigena fuerit habita, ut *Roma* et similes. *Burrum dicebant antiqui, quod nunc dicimus rufum, unde burra appellatur bucula, quae rostrum habet rufum, et burrus rubens cibo ac potione ex prandio; Festus* v. *burrus.* Cf. idem v. *Burranica* et *Burranicum.*" *Ryck.* v. et Castalio in obs. dec. 5, 8. *Affranium* MS. Guelf. ed. pr. *Afrannium* edd. Put. 1. 2. et aliae. — *cuius sponte,* v. ad 2, 59.

2. *carpento Capitolium ingredi:* immo *Circum; Lallem.* cui favent loci iam a Lipsio laudati Suet. in Caio 15. in Claud. 11. et Dionis 60, 22. 33. ubi eadem Agrippina καὶ τιμὰς ἄλλας τε καὶ τῷ καρπέντῳ ἐν ταῖς πανηγύρεσι χρῆσθαι παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβεν. De origine honoris haec tradit Livius 5, 25. *Matronis* (a quibus aurum et ornamenta sua in aerarium delata Capitolio a Gallis capto) *honorem ob eam munificentiam ferunt habitum, ut pilento ad sacra ludosque, carpentis festo profestoque uterentur. Pilentum* erat vehiculum Tuscae originis, pensile, celsum, quatuor rotis instructum, tectum superne, sed in lateribus apertum; *carpentum* vero vehiculum, cui tectum arcuatum et duae aut quatuor erant rotae. Cf. Liv. 34, 1. 3. Ovid. Fast. 1, 619. Heyne ad Virg. Aen. 8, 665. Scheffer. de re veh. 2, 17. 24. 25. Spanh. de pr. et usu num. diss. XI. p. 278. Beckmann's Beitr. zur Gesch. d. Erfind. T. I. p. 391. „Carpenti formam veram erues ex numis Agrippinae et quomodo differat a rheda, aliquid ap. Pausan. 5, 9." *Lips.* Conspiciuntur carpenta duabus rotis instructa in numis Iuliae Augustae et Agrippinae, quatuor vero in Heraclii; *Ryck.* — *qui mos sacerdotibus et sacris antiquitus con-*

casus: „*Sacerdotes* capio Vestales, *sacra* deos ipsos statuasque, quas pompa circensi in carpentis traduci moris fuit. De Vestalibus Prudent. in Symm. 2, 1087. *fertur per medias ut publica pompa plateas pilento residens molli.* Idem de sacerdotibus feminis universe significat Artemid. 1, 58. ubi curru in somniis per urbem vehi liberis mulieribus virginibusque bona sacerdotia ait portendere, scil. quia id sacerdotum insigne. De diis aut consecratis Suet. Claud. 71. et Cal. 15. *matri carpentum, quo per circum duceretur.* Olim tamen commune fuisse videtur, ut matronae vulgo carpentis uterentur ad sacra. v. Liv. 34, 1. et Ovid. Fast. 1, 619. Sed exolevit ille mos post repertas lecticas; et mansit saltem in veneratione sacerdotum deorumque. Prima Messalina honorem hunc a senatu cepit et iuxta eam Agrippina. v. Dio 60, 22. 33. Postea etiam praefecti praetorio carpentis usi, (v. Cassiod. 6, 3. et Symm. 10. dist. 17.) et nisi Vopisci locus in Aureliani initio fallit, etiam praefecti Urbis.“ *Lips.* „Sed haec maximam partem non videntur vera. Vestalibus non *antiquitus*, sed iuxta Dionem ab Augusto demum indultum omne matronarum ius, in quo et carpentis vehendi. Praeterea matronae nunquam *carpentis* usae ad sacra, sed *pilentis*. v. Liv. 5, 25. Neque exolevit illorum usus post lecticas repertas, uti probat Scheffer. de re veh. 2, 17. Nec Dio 60, 22. 33. *carpentum* ad sacra restringit, sed c. 33. verba καρπέντῳ ἐν ταῖς πανηγύρεσι χρῆσθαι ad pompam circensem referenda.“ *Ryck.* In pompa circensi effigies deorum vehebantur et traducebantur, non vero a *sacerdotibus*, sed a summis magistratibus, neque *carpentis*, sed tensis s. thensis. v. ad 2, 83, 1. et conf. Suet. in Caes. 76. in Oct. 43. in Vesp. 5. 9. Dio 44, 6. Dionys. Hal. 7, 72. *qui mos sacerdotibus in sacris* corr. Boetticher, et *qui honos. sac.* Ursinus quod verum putabat Ern. — *et sacris antiquitus concessus* MSS. Flor. Reg. Corb. edd. Spir. (in qua tamen *concessis*) Lips. sqq. Lectio corrupta videtur. *in sacris* emend. Boetticher. *et sacris Druidibus antiquitus c.* MSS. Guelf. Bud. a m. rec. Harl. Bodl. Ies. edd. Riv. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. *et sacris Druidibus antiquitatis c.* edd. Put. 1. 2. Hinc *et sacris virginibus* coni. Pith. advers. subsec. 1, 5. *et sacrorum regibus* Bip. *sacerdotibus et* (et quidem, v. ad 1, 33, 2.) *sacris Deorum* (Drü) *diebus* Walth. — *venerationem augebat feminae,* (v. ad 1, 34.) Agrippinae, *quam* a Germanico *imperatore* (v. 1, 58.) *genitam, sororem* Caligulae, *coniugem* Claudii *et matrem* Neronis. Quo clarior eius sanguis, eo ipsa peior; *Brot.* — *sororemque* edd. Spir. et Walth. *sorore eiusque* MS. Guelf. *sororem* MSS. et edd. cet. — *rerum potitus:* in ed. Spir. *rebus p.* cf. Ind. II. v. *potiri* et Ind. III. v. *Verba diversis casibus iuncta* p. 841. — *unicum ad hunc diem exemplum est* sc. inter Romanos, non apud Graecos, Aegyptios aliosque barbaros; *Lips.* Ita Lampido Lacedaemonia et Archedice, (v. Plin. 7, 41. s. 42. et Plat. Alcib. 1. p. 88. ed Nürnberg.) ut apud Gallos Claudia Ludovici XII. filia, Francisci I. coniux et Henrici II. mater; *Hard.* ad Plin. l. l.

3. *Inter quae* (interea) *praecipuus propugnator eius Vitellius,* (v. cap. 4. et 5.) *validissima gratia, aetate extrema,* v. ad 3, 52. *ergo et* pro *gratia* ed. Spir. — *accusatione corripitur,* v. ad 3, 49. — *deferente Iunio Lupo senatore,* v. ad 1, 74, 1. et 3, 36, 2. — *ut accusatori aqua atque igni interdiceret,* v. ad 3, 68, 2. *aqua atque igni* MSS. Flor. Guelf. edd. Bekk. Walth. *aqua atque igne* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. et cet. ante Bekk. *aqua et igne* ed. Spir. Cf. ad 3, 21, 1. *interdiceret* MSS. Flor. Bud. edd. Rhen. 2. 3. sq. *interdiceretur* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *interdicat* MS. Reg. ed. Spir. — *Vitellius voluerat* accusatorem puniri *hactenus,* in tantum, (in so weit) non ultra, ut 2, 34. 14, 7. 16, 15. G. 25. Sed probabilior sententia est; *Vitellius voluerat hactenus* pro *hoc tantum, nihil aliud nisi hoc,* ut 13, 47 pr. *ni-*

hil aliud quam, Germ. nur, nichts weiter als. Cf. 14, 3. 51. 15, 60. Sic et Agr. 10. a multis explicatur, ab aliis *huc usque*. Cf. Walch. et Hertel. ad Agr. 10. Gron. in auct. eccl. 2, 22. Meiner de part. lat. p. 157. Zumpt. Gram. p. 244. Gesneri et Forcell. Lexica, Ruhnk. ad Mur. Sensus est: id unum oraverat graviorem poenam deprecatus; *Brot.*

CAPUT XLIII.

Multa eo anno prodigia evenere. Insessum diris avibus Capitolium; crebris terrae motibus prorutae domus ac, dum latius metuitur, trepidatione vulgi invalidus quisque obtriti: frugum quoque egestas et orta ex eo fames in prodigium accipiebantur. Nec occulti tantum questus, sed iura reddentem Claudium circumvasere clamoribus turbidis pulsumque in extremam fori partem vi urgebant, donec militum globo infensos perrupit. Quindecim dierum alimenta Urbi, non amplius, superfuisse constitit, magnaque deum benignitate et modestia hiemis rebus extremis subventum. At hercule olim Italia legionibus longinquas in provincias commeatus portabat; nec nunc infecunditate laboratur: sed Africam potius et Aegyptum exercemus, navibusque et casibus vita populi Romani permissa est.

1. *Multa eo anno prodigia evenere*, cf. ad cap. 64. pr. *prod. fuere* MS. Covarr. Unum prodigium, trinos soles, (v. Plin. 2, 31.) omisit Tacitus; *Brot.* — *prorutae* MS. Flor. (si Victorio, sed *proruptae*, si Furiae fides habenda) edd. Lips. Pich. sqq. *proruptae* MS. Guelf. et edd. ante Lips. *proruptae*, *praeruptae* et *perruptae* MSS. Brot. Cf. ad 15, 40, 1. — *invalidus quisque obtriti*, cf. ad H. 2, 22. et Ind. III. v. *Nomina collectiva*. *obtriti* MS. Flor. edd. Lips. Pich. sqq. *obtritus* MSS. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. et edd. vet. ante Lips. — *accipiebantur* plerique MSS. et omnes edd. ante Rhen. 2. *accipiebatur* MSS. Guelf. Bud. edd. Rhen. 2. 3. sqq. Cf. ad c. 45. „*Fames* Claudio regnante quater grassata est, primo et secundo imperii anno Romae, (v. Dio 60, 11. Aur. Vict. Caes. 4.) quarto in Iudaea, (Act. Ap. 11, 28. Ioseph. A. I. 3, 15, 3. 20, 2, 6. 20, 5, 2. Euseb. hist. eccl. 2, 11.) nono in Graecia, (Euseb. Chron. 1. p. 79. ibique Scal. p. 192.) undecimo Romae. Tac. h. l. et Suet. Claud. c. 18.“ *Brot.* — *Nec occulti tantum questus* sc. erant s. fuere. Cf. ad 1, 73. et Ind. III. v. *Ellipses* 1. α. — *sed iura reddentem Claudium circumvasere* cet. cf. Suet. Claud. 18. *circum invasere* ed. Spir. — *vi urgebant* MS. Flor. (*urguebant*) edd. Spir. Pich. sqq. *vi* omissum in MSS. Guelf. Bud. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. — *donec* cet. Cf. ad 13, 44, 2. — *globo*, cum globo. *globos* MS. Reg. ed. pr. — *infensos* MSS. Flor. Reg. Agr. edd. Spir. Ryck. sqq. *infestos* MSS. Guelf. Harl. Bodl. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Ryck. *infesto* MS. Ies. *festos* MS. Bud. — *perrupit* omnes MSS. et edd. praeter Spir. in qua *prorupit*.

2. *Quindecim dierum alimenta:* „i. e. canon dierum XV. Sub Caio VII aut VIII certe dierum cibaria tantum superfuisse notat Sen. ep. 18.“ *Lips.* — *deûm:* in ed. pr. *deinde*. — *et* delendum putabat Acid. Sed *magna deum ben. et mod. hiemis* est ἓν διὰ δυοῖν, *Walth.* — *modestia hiemis*, qua effectum, ut navibus advehi posset frumentum. *Modestia h.*, clementia, cui *saevitia hiemis* opponitur a Plin. 6, 23. v. ad 1, 11. H. 4, 38. et cf. Suet. Claud. 18. *hiemis* MSS. Flor. Bud. (*hyemis*) edd. Spir. Lips. sqq. *urbis* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Lips. — *subventum:* in MS. Flor. teste Furia *subvenientum*, in ed. Spir. *subveniendum*.

— *At hercule olim Italia legionibus — permissa est*: nam Italia olim erat et etiam nunc est omnium paene terrarum fertilissima, mari undique cincta bonisque portubus instructa, unde non modo Romam, sed etiam *longinquas in provincias* merces varii generis et praecipue frumentum olim *portabatur*, eaque divisa primum in Italiam propriam, Galliam Cisalpinam Graeciamque magnam, ab Augusto autem in XI *regiones*, quas recensent Plin. 3, 5. 11 — 18. Cellar. G. A. 2, 9, 5. et Mannert. Bellis deinde continuis, maxime civilibus, Italia saepe vastabatur, et tum fames Romae saeviebat: unde Alexandrina classis ab Augusto et Africana a Commodo institutae, quibus frumentum adveheretur Romam, ubi inopia et fames augebantur luxu, mollitie, ludorum otiique amore. v. ad 2, 59. 3, 54. H. 3, 8. Agr. 19. n. 3. et 4. Iuvenal. 8, 117. 118. 12, 57 sq. Plin. 3, 6. 5, 4, Virg. Ge. 1, 174. Varr. R. R. 2. pr. Ioseph. B. I. 4, 37. intpp. Claudiani b. Gild. v. 51 sq. Lips. Elect. 1, 8. *ad hercule* MS. Flor. *at hercle* ed. Spir. *Italia — portabat* MS. Flor. edd. Spir. Bekk. 2. Walth. *Italiae — portabant* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *ex Italiae regionibus — portabant* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. et cet. ante Oberl. *ex Italiae regionibus — portabantur* MS. Agr. et Kiessl. *ex Italia legionibus — portabantur* edd. Oberl. Bekk. 1. Lün. ex emend. Ern. *regionibus* in omnibus MSS. et edd. vet. „Sed haud dubie scrib. *legionibus*. Ita magis augetur Italiae fecunditas, et frumentum non fere nisi ad exercitus exportatum. Praeterea Tacitus pro *ex Italiae regionibus* potius dixisset *ex Italia*." *Ern.* — *Africam et Aegyptum exercemus*, Africanos et Aegyptios exportatione frumenti. Cf. ad 11, 7, 1.

CAPUT XLIV.

Eodem anno bellum inter Armenios Iberosque exortum Parthis quoque ac Romanis gravissimorum inter se motuum causa fuit. Genti Parthorum Vologeses imperitabat, materna origine ex pellice Graeca, concessu fratrum regnum adeptus: Iberos Pharasmanes vetusta possessione, Armenios frater eius Mithridates obtinebat opibus nostris. Erat Pharasmani filius nomine Rhadamistus, decora proceritate, vi corporis insignis et patrias artes edoctus claraque inter accolas fama. Is modicum Iberiae regnum senecta patris detineri ferocius crebriusque iactabat, quam ut cupidinem occultaret. Igitur Pharasmanes iuvenem potentiae promptae et studio popularium accinctum, vergentibus iam annis suis metuens, aliam ad spem trahere et Armeniam ostentare, pulsis Parthis datam Mithridati a semet memorando; sed vim differendam et potiorem dolum, quo incautum opprimerent. Ita Rhadamistus, simulata adversus patrem discordia, tanquam novercae odiis impar, pergit ad patruum; multaque ab eo comitate in speciem liberum cultus primores Armeniorum ad res novas illicit, ignaro et ornante insuper Mithridate.

1. *Iberosque:* in MS. Guelf. *hiberosque*, in edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *hyberosque* et deinde *Mithrydates optinebat — Hyberiae. — exortum Parthis quoque* cet. In MS. Guelf. *exortum est, Parthisque ac Romanis. — Genti Parthorum Vologeses imperitabat, materna origine ex pellice Graeca* cet. v. ad 2, 1. et 6, 42. — *concessu fratrum*, concedentibus fratribus. „*Concessu* est ablativus absolutus substantivi e supino secundo formati. Sic *consensu adulantium* (consentientibus adulatoribus) 3, 35. *quorum sub-*

vectu 15, 4. *adventu legionis* 3, 39. *missu* 1, 60. 2, 43. 3, 21. *visu* 3, ; *rarus egressu* (ratione egressus) 15, 53. *eodem* (eo ipso, Germ. eben da durch) *actu invisior*, pro *tanto invisior actu rerum*, in administration munerum publicorum, (ut *actus rerum* et *vitae* ap. Suet. Oct. 32. Claud 15. 23. Ner. 17. Sen. de ira 3, 6. 41) Germ. desto verhasster i dem, was er that, H. 1, 12. (ubi *eodem actu* male coniunxit Walther *obiectu paludis* H. 3, 9. *peritus dispositu* (in dispositione) *provisuque civi lium rerum* H. 2, 5. (ut *gravis ictu* et *consessu medius* ap. Virg. Aen. 274. 290.) *fluxu auctumni*, (non *flexu*) postquam auctumnus iam fluxera h. e. praeterierat (nam eum iam praeteriisse intelligitur ex verbis seq *et crebris per hiemem imbribus*) H. 5, 23. *obiectu paludis* H. 3, 9. *auden tissimi cuiusque procursu* (iis procurrentibus) Agr. 33. *concursu totius ci vitatis* (ea concurrente) O. 39." *Roth.* ad Agr. in Exc. XIX. — *Phara manes*, cf. Ind. I. — *vetusta:* in MS. Guelf. *uetera* et deinde *feroti detineri cr. iactabant, q. u. cupinē occultaret.* — *Armenios frater ei Mithridates obtinebat*, v. ad 3, 48. et 11, 8.

2. *Erat Pharasmani filius nomine Rhadamistus*, cf. Ind. I. *farasman* MS. Flor. et ed. Spir. *radamistus* et deinde *radomastus* MS. Flor. et e Spir. *ramadistus* MS. Guelf. sed in marg. *Radamistus*, ut paulo post. - *decora proceritate* et *clara fama*, cf. Ind. III. v. *Ablativi qualitatis* 1 800. — *Iberiae regnum*, spem eius adipiscendae, *senecta patris*, a patr sene, *detineri*, (v. ad 12, 49, 1. et Ind. III. v. *abstracta nomina pro con cretis*) vel longa eius vita tardari. Cf. Iuvenal. 3, 43. et 6, 565 sq. - *iactabat*, v. ad 11, 9, 2. — *iuvenem potentiae promptae*, cf. ad 4, 46. 4, 60. *pot. promptum* coni. Lips. *p. properum* (ut 4, 59.) et *impotentia promptae* Freinsh. — *studio popularium accinctum*, v. ad 5, 10. — *ve gentibus iam annis suis*, veritus ne iam senex a filio deiiceretur imper et occideretur. *urgentibus* MS. Ies. et ed. pr. Cf. ad 2, 43. — *Armenia ostentare*, v. ad H. 1, 74, 1. — *in speciem liberum*, liberorum, eadem c mitate qua liberi. *in spem l.* MSS. Guelf. Bud. ed. Spir. e comp. scrib. *sp* pro *speciem* et *specie* ut c. 45. 48. 13, 5. 8. 40. 14, 60. 15, 19. H. 3, 84. 46. Cf. Spald. ad Quintil. 1, 6, 26. Drak. ad Liv. 3, 19, 3.. Beier ad Ci off. 2, 3. p. 24. — *ad res novas illicit*, v. ad 2, 78. *inlicit* MS. Flor. ed Bekk. 1. et Walth. Sed non constanter. — *ornante* ad *cultum* spectar videtur. *ornante* MS. Flor. (test. Pich.) edd. Lips. sqq. *orante* MSS. Flo (test. I. Gron.) Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhe 1. 2. 3. Ald. *ignorante* MS. Reg. ed. Spir. Punctum post *Mithrida* positum in edd. Lips. et sqq. *illicit*. *Ignaro et orante ins. Mithrida reconciliationis specie assumpta regressusque* MSS. et edd. vet. nisi qu *regressus* in MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Male: nam ablativi absolu non bis poni solent in eadem periodo aliis verbis non interiectis; *Er* Sed v. 13, 12; *Kiessl.*

CAPUT XLV.

Reconciliationis specie assumpta regressus ad patrem, qua fraude confici potuerint, prompta nuntiat, cetera armis exse quenda. Interim Pharasmanes belli causas confingit: proelian sibi adversus regem Albanorum et Romanos auxilio vocan fratrem adversatum, eamque iniuriam excidio ipsius ultum iti rum. Simul magnas copias filio tradidit. Ille irruptione subit territum exutumque campis Mithridaten compulit in castellu Gorneas, tutum loco ac praesidio militum, quis Caelius Polli praefectus, centurio Casperius praeerat. Nihil tam ignaru barbaris quam machinamenta et astus oppugnationum: at nob

ea pars militiae maxime gnara est. Ita Rhadamistus, frustra vel cum damno tentatis munitionibus, obsidium incipit et, quum vis negligeretur, avaritiam praefecti emercatur, obtestante Casperio, ne socius rex, ne Armenia donum populi Romani scelere et pecunia verterentur. Postremo, quia multitudinem hostium Pollio, iussa patris Rhadamistus obtendebant, pactus inducias abscedit, ut, nisi Pharasmanen bello absterruisset, Ummidium Quadratum praesidem Syriae doceret, quo in statu Armeniae forent.

1. *quae fraude confici potuerint prompta* (parata sibi vel a se esse) *nuntiat* edd. Lips. et sqq. *qua fraude confici potuerit, prompte nuntiat* MSS. et edd. vet. nisi quod *potuerint* ed. Spir. — *proelianti* (cf. ad 14, 38, 2.) *sibi adversus regem Albanorum* cet. „cuius belli historia intercidit. Albana olim socii Pharasmanis fuere. v. 6, 33.“ *Ryck.* — *ultum iturum,* v. ad 4, 1. *multum i.* ed. pr. — *irruptione* omnes edd. vet. Lips. 1. et rec. *eruptione* MS. Flor. (test. Pich.) edd. Lips. poster. Pich. Freinsh. I. Fr. Gron. Sed *erumpunt* clausi, *irrumpunt* alium aggressuri; *Ryck.* — *castellum Gorneae* in Armenia maiore. „Intra initia Araxis et Euphratis ad occasum Artaxatorum, ut quidam putant, id. qd. *Garnaco* ap. Ptol. 5, 7. Alia castella montana et custodiendis regiis thesauris munita, γαζοφυλάκια, φρούρια ὀρεινά, memorat Strabo XI. p. 529.“ *Brot. gorgoneas* MS. Guelf. — *quis Caelius Pollio praefectus* et *centurio Casperius praeerat:* suspicari possis *praeerant.* Sed verbum praedicatumve num. sing. pluribus substantivis subiectisve, quae vel ut partes rei cohaerent, vel una sunt et agunt, vel eandem paene vim habent, iungitur et numerus genusque vel proximo eorum vel nobiliori accommodatur, v. c. *abstulerat* 1, 10. *metuebatur* 1, 56. *movebat* 2, 71. *peremerat* 4, 49. *egens* 4, 69. *eximerat* 13, 15. *irrumpet* H. 1, 15. *arceat* H. 3, 38. *terret* H. 3, 85. *mens et animus et consilium et sententia civitatis posita est in legibus* ap. Cic. p. Cluent. 53. Substantivis tamen diversae indolis plerumque, non ubivis, verbum num. plur. iungitur. Cf. Ind. III. v. *Praedicatorum atque Subiectorum numeri et genera diversa,* ad O. 22. n. 4. Ramshorn. Gram. p. 155—159. Walch. in emend. Liv. p. 130. et ad Tac. Agr. p. 304. Refragatur Walther, qui ad 13, 12. haec annotavit: „*Irrepserat* in num. sing. de duobus dici non potest. Quod 13, 15. legitur *nox et lascivia exemerat,* huc non facit. Nam huius generis subiecta plura verbo sing. num. addi posse nemo nescit, et exempla sunt innumera. Speciosius est *Caelius* et *Casperius praeerat* 12, 45. Sed *praeerat* pertinet tantum ad posterius membrum; ad prius supplendum est *erat.* Quid multa? Duo subiecta personas praeferentia sequitur verbum sing. num., si diversa de utroque subiecto praedicantur, quae per unum verbum coniunguntur. Tum vero id verbum non ad duo subiecta pertinet, sed suppletur ad prius membrum, scribitur ad alterum. Sic *lueret* 16, 20. extr. *adeptus* ap. Sall. Cat. c. 45.“ *Caelius* edd. Lips. sqq. ut in lapp. *Celius* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. I. 2. 3. Ald. *Cellius* ed. Spir. *Casperius* memoratur etiam 15, 5. et alii eiusdem nominis H. 3, 73. Xiphil. 68, 3. et alibi. *Asperius* coni. Ursinus.

2. *Nihil tam ignarum barbaris — at nobis ea pars militiae gnara est,* cf. ad 1, 5, 3. et 3, 6, 1. „Similiter Sen. de vita beata c. 26. *sicut barbari plerumque inclusi et ignari machinarum segnes laborem obsidentium spectant.*“ *Pich.* — *quum vis negligeretur,* sperneretur. — *avaritiam praefecti,* avarum praefectum. Cf. Ind. III. v. *Abstracta pro concr.* — *obtestante:* in MS. Guelf. et ed. Walth. *obstante.* — *Armenia donum populi Romani,* cf. ad cap. 48. n. 1. *Armeniae* (sc. maior et minor) ed.

Spir. quod verum videtur. Sic aptior pluralis *verterentur*. Cf. extrem huius cap. verba; pro quibus tamen *Armenia foret* substituta in eaden ed. Spir. et in MS. Flor. test. Furia. — *verterentur* MSS. Bud. Agr edd. Ern. Brot. sqq. *uterentur* MSS. Flor. (teste Ryck. et al.) Reg. ed Spir. *venderentur* vel *venderetur* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. *muterentu* MS. Flor. si fides potius habenda Victorio, qui hinc coni. *mutarentur.*" Recte: nam sic *mutare* 4, 23. 16, 12. Facile intelligis, hoc praestare e e corrupta scriptura *muterentur* exortum esse *uterentur, venderentur* e *verterentur.*" *Walth.* Immo menda librariorum *venderentur* et *uterentu* enata ex *verterentur* et antiqua huius vocis scriptura *ůterentur* vel *ůte rentur,* quae etiam h. l. in MS. Bud. reperitur. *Verterentur* auten eodem sensu quo *mutarentur* accipi potest, vel suadente Ern. exponi everterentur, perderentur. Cf. Ind. III. v. *Verba simpl. pro comp.* Burm ad Virg. Aen. 1, 34. 5, 810. Drak. ad Sil. 15, 411. — *obtendebant*: i MS. Guelf. *obtinebant* et paulo post *pharasmatē*, ut aliquoties. — *absce dit* sc. Casperius. *abscessit* ed. Spir. — *nisi Ph. bello absterruisset* absterrere potuisset. v. ad Agr. 17. n. 3. — *T. Ummidium Quadratu* edd. Ern. et sqq. idque verum huius praesidis nomen esse videtur, ni praenomen C. ei tribuendum, quod colligere possis ex inscr. vet. lapidi ap. Noris. in Epoch. Syro-Maced. diss. III. p. 156 sq. et 183. *Tumidiu* MS. Flor. teste Iac. Gron. *T. Umidium* MSS. Guelf. Bodl. Harl. ed. Iac. Gro *tum Umidium* MS. Agr. *Tumidum* MS. Vat. *tum Midium* MS. Reg. e Spir. *T. Vinidium* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. et cet. ante Ern *umidium* aut *uinidium* MS. Bud. Solent enim primae syllabae in MSS ita scribi, ut non discerni possint, quia puncta nunc omittuntu nunc ambigue collocantur. Sic et aliis locis varie scriptum *Num dius, Umidius, Ummidius, Immidius, Humidius, Unidius, Uvidiu Vinidius.* Cf. ad 12, 54. 13, 8. 9. 14, 26. Bentl. et Fea ad Hor. Serm. 1, 95. Scal. ad Varr. R. R. 3, 3. Salmas. ad Spart. Hadr. c. 15. Ruper ad Reines. ep. 21. Spanh. de usu et pr. num. T. II. p. 7. et Noris. l. Hi ex numis et inscr. docent, *Ummidium* esse verum nomen. *Umidi* tamen reperitur in Reines. inscript. 8, 52. Lipsius et Ryckius corr. *Ni midium* ex Plin. ep. 6, 11. 7, 24. et Iosephi Ant. Iud. 20, 6. (*Νουμίδιο Κοδράτον τῆς Συρίας προεστηκότα*) et belli Iud. 2, 2. 2, 12, 5. Sed ha potius loca emendanda esse contendunt Cort. ad Plin. epp. et Hudso ad Ioseph.

CAPUT XLVI.

Digressu centurionis velut custode exsolutus praefectu hortari Mithridaten ad sanciendum foedus, coniunctionem fr trum ac priorem aetate Pharasmanen et cetera necessitudinu nomina referens, quod filiam eius in matrimonio haberet, qu ipse Rhadamisto socer esset. *Non abnuere pacem Iberos, qua quam in tempore validiores; et satis cognitam Armeniorum per diam, nec aliud subsidii quam castellum commeatu egenum.* *dubitaret armis incruentas conditiones malle.* Cunctante ad Mithridate et suspectis praefecti consiliis, quod pellicem regia polluerat inque omnem libidinem venalis habebatur, Casperiu interim ad Pharasmanen pervadit utque Iberi obsidio deceda expostulat. Ille, propalam incerta et saepius molliora respo dens, secretis nuntiis monet Rhadamistum, oppugnationem qu quo modo celerare. Augetur flagitii merces, et Pollio occul corruptione impellit milites, ut pacem flagitarent seque praes

dio abituros minitarentur. Qua necessitate Mithridates diem locumque foederi accepit castelloque egreditur.

1. *Digressu centurionis* Casperii *velut custode exsolutus praefectus* Caelius Pollio. Cf. c. 45. *custode* MSS. Flor. Guelf. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *custodiae* edd. Put. 1. 2. Riv. Ber. Rhen. 1. *custodia* malebat I. Fr. Gron. Paulo post *filiam eius in matrimonium haberet* ed. Spir. — *in tempore* scil. hoc s. praesenti, ut Germ. zur Zeit. — *cognitam Armeniorum perfidiam* edd. Lips. Pich. sqq. *cognita A. perfidia* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. et edd. vet. etiam Beroald. ad quam nihil annotavit Vict. Hoc restituendum censebat Walth. Tum seq. *nec* pro *non* dictum, (cf. Ind. II.) vel hoc illi substituendum, nisi antiqua potius lectio inde orta, quod librarii lineolas literae *a* superscribere omiserunt. — *nec aliud subsidii,* v. ad 2, 16. *subsidii* MSS. Flor. Reg. Bud. edd. Spir. Ryck. Ern. sqq. *praesidii* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. cet. ut et Iac. Gron. Sed *subsidium* id. qd. *praesidium* 2, 63. 4, 5. 6, 2. 12, 51 pr. et al. — *castellum commeatu egenum,* ut 15, 12. pr. *commeatuum* MS. Farn. Sed talia homoeoteleuta mihi non valde placent; *Ern.* — *ne dubitaret incruentas conditiones malle armis,* quam arma, bellum. Sic *malle* ap. Horat. Sat. 2, 8, 79. et Apul. Apol. p. 83. ed. Pric. Cf. Ramshorn. Gram. p. 313. 314. *conditiones incruentas,* pacis. Sic *incruenta pax* 2, 46. et *incruentae res* 13, 37. *ne dubitare* MS. Reg. ed. Spir. *ne dubiam rem* — *mallet* MS. Agr. *meruentes conditiones* MS. Reg. Post *armis* in omnibus libris vett. additum *quam* et ante *armis* in multis asteriscus. Labes ab iis, qui hoc loquendi genus non concoquebant; *Gron.* Editores rec. inde a Ryck. deleverunt *quam,* nec fides habenda videtur Ursino, qui affirmat, reperiri etiam libros veteres, in quibus illud omissum, et alios, in quibus scriptum sit: *ne dubitaret armatus quam circumventus conditiones malle.* Freinshemius coni. *ne dubitaret arma quam i. c. malle,* alii alia minus probabilia.

2. *quod pellicem regiam polluerat;* quare et timebat et timebatur; *Huet.* In MS. Guelf. *susceptis* pro *suspectis,* et deinde *polluerit* — *obsidione d. exposcit.* — *expostulat,* v. ad 1, 28, 5. et 3, 14, 2. — *saepius molliora respondens* „scil. quam duriora, immitiora. Similes ellipses sunt 2, 56. *saepius discordes sunt,* sc. quam concordes, 3, 28. *altius penetrabant,* sc. quam quis crediderat volueratve, (ut *altius* 1, 69. 2, 36. 82. 4, 41. 54.) 4, 11. *atrociore semper fama erga dominantium exitus,* quam quod attinet ad mortem hominum inferioris conditionis, 6, 4. *melius obliterari,* quam in memoriam revocari, G. 22. *saepius calida,* quam frigida aqua.“ *Roth.* ad Tac. Agr. p. 244. *meliora respondens* ed. Spir. Cf. ad 1, 40. 72. H. 1, 69. 4, 32. — *monet Rhadamistum* — *celerare* (ut c. 64.) MSS. Flor. Reg. Guelf. Bodl. Agr. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Ryck. sqq. *accelerare* MSS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. cet. *celeraret* vel *acceleraret* malebat Heins. Sed bonum quoque est *celerare.* v. ad 11, 1, 2. — *corruptione:* in MS. Guelf. *pollutione.* Fortasse dare voluit *pollicitatione; Ern.* — *seque* pro *seve.* v. ad Agr. 12. n. 3. — *praesidio abituros* MSS. Bud. a m. rec. Guelf. Harl. Bodl. Ies. et omnes edd. praeter Spir. *praesidium tradituros* MS. Agr. Sed *praesidium ammis*, MS. Flor. teste Pich. *praesidii ammis* MS. Bud. a m. pr. *presidium qminus* ed. Spir. *praesidium cominus* MS. Reg Inde *praesidium omissuros* coni. Freinsh. et *praesidii immunes* Bip. — *diem locumque foederi accepit,* cf. ad 11, 10, 3. et Ind. III. v. *Dativus obiectivus.* In ed. Spir. *accepit. Castello quidem egreditur.* De *castello* illo v. cap. 45.

CAPUT XLVII.

Ac primo Rhadamistus in amplexus eius effusus simulare

obsequium, *socerum* ac *parentem* appellare. Adiicit ius iurandum; non ferro, non veneno vim allaturum: simul in lucum propinquum trahit, provisum illic sacrificium imperatum dictitans, ut diis testibus pax firmaretur. Mos est regibus, quotiens in societatem coeant, implicare dextras pollicesque inter se vincire nodoque praestringere: mox, ubi sanguis in artus extremos suffuderit, levi ictu cruorem eliciunt atque invicem lambunt. Id foedus arcanum habetur, quasi mutuo cruore sacratum. Sed tunc, qui ea vincla admovebat, decidisse simulans, genua Mithridatis invadit ipsumque prosternit: simulque concursu plurium iniiciuntur catenae, ac compede, quod dedecorum barbaris, trahebatur; mox, quia vulgus duro imperio habitum, probra ac verbera intentabat. Et erant contra, qui tantam fortunae commutationem miserarentur; secutaque cum parvis liberis coniunx cuncta lamentatione complebat. Diversis et contectis vehiculis abduntur, dum Pharasmanis iussa exquirerentur. Illi cupido regni fratre et filia potior animusque sceleribus paratus: visui tamen consuluit, ne coram interficerentur. Et Rhadamistus, quasi iuris iurandi memor, non ferrrum, non venenum in sororem et patruum expromit, sed proiectos in humum et veste multa gravique opertos necat. Filii quoque Mithridatis, quod caedibus parentum illacrimaverant, trucidati sunt.

1. *provisum* (paratum, praepàratum esse) *illic sacrificium imperatum dictitans;* nam *Mithridates diem locumque foederi acceperat* c. 46. extr. „Locum sic distinguo: *provisnm illic* (esse) *sacrificium, imperatum dictitans*, quod imperatum dicebat, *ut* cet. Nempe *imperatum* eo respicit quod Rhadamistus iussa habebat patris.“ *Walth.* Alii suspicantur vel *provisum* vel *imperatum* glossema esse. Nec defuere qui hoc vel illud emendandum censerent. *provisu suo illic sacr. i. d.* et *provisum illic sacrif. ac paratum d.* coni. Lips. *trahit improvidum, illic s. i. d.* vir doctus ad Phaedr. 6, 16. *trahit renisum* et *renitentem, illic s. i. d.* I. Fr. Gron. *promissum illic* (diis suis votum) *sacrif. imperatum* a se esse et ex mandato curatum, Iac. Gron. et alia alii.

2. *Mos est regibus Orientis — mutuo cruore sacratum:* „Id de Scythis tradunt Lucian. in Toxari c. 37. et Mela 2, 1, 7. 2, 21. de Armeniis Valer. Max. 9, 11. ext. 3. universe Tertull. Apol. 9. de Poenis Sil. 2, 427. de sociis Catilinae Sall. Cat. 22. Idem mos patrum aevo repertus ab Hispanis apud barbaros novi orbis. Verba Festi sunt: *Assiratum apud antiquos dicebatur genus quaddam potionis ex vino et sanguine temperatum, quod Latini prisci sanguinem assir vocarunt.* Hanc tamen potionem olim in sacris tantum obtinuisse suadere videntur verba Sall. l. l. *sicuti in sollennibus sacris fieri consuevit.*“ *Lips.* Hinc h. l. *id foedus arcanum habetur.* Cf. etiam Herodot. 1, 74. 3, 7. 8. 4, 70. Plat. in Crit. extr. Lindenbr. ad Ammian. Marc. 14, 10, 16. intpp. Genes. 15, 9 et Ier. 34, 18. Michaelis Coll. crit. ad Psalm. 16, 4. et Ius Mos. §. 70 206. — *implicare dextras,* v. ad H. 4, 46. *applicare* ed. Spir. et deinde *ubi mox.* — *nodoque praestringere* edd. Lips. Pich. sqq. *nodoque perstringere* MSS. Flor. Guelf. Bud. omnesque edd. vet. Cf. ad 11, 37, 2. et H. 1, 84. — *ubi sanguis in artus extremos suffuderit* MSS. Flor. Reg. Bud. a m. pr. Bodl. Agr. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *in artus extr. se effuderit* MSS. Bud. a m. rec. Bodl. in marg. Guelf. edd. Rhen. 2. 3 et cet. ante Bip. *artus extr. suffuderit* MS. Ies. edd. Bip. Oberl. sqq. e

emend. Heins. „Recte: sanguis enim nodo facto paululum modo coercetur et impeditur, quo minus regyrare valeat, non *effunditur* in artus extremos, sed *suffundit* articulum, ut omnes sciunt. Hinc vero delendum in." *Ern. in artus se extr. s.* coni. Iac. Gron. Sed *suffuderit* etiam dici potuit pro *suff. se* in significatione medii. Cf. ad 4, 41, 2. — *atque:* in MS. Reg. *ad.* — *arcanum*, ἀπόῤῥητον, sanctissimum et horrendum. *archanum* edd. vet.

3. *qui ea vincla admovebat*, quibus dextrae pollicesque vinciebantur. *vincla* MS. Flor. quod revocarunt Bekk. et Walth. quia constanter sic Tacitus. Iidem tamen *vincula* scripsere 1, 55. H. 1, 58. 4, 70. et al. *vincula* MS. Guelf. et editt. paene omnes. — *decidisse* sc. vincla, non virum; *Walth.* — *simulans* et incurvans se, ut ea tolleret. — *concursu plurium*, pluribus accurrentibus. Cf. Ind. III. v. *Ablativi Substantivorum absoluti* et *Ellipses I. γ.* — *iniiciuntur* MS. Guelf. edd. Spir. Lips. poster. Pich. sqq. *iniciuntur* MS. Flor. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. 1. Bekk. *initiuntur* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *ac compede, quod dedecorum barbaris*, (ut 3, 32.) *trahebatur* (ut apud poetas et Colum. R. R. 8, 2.) edd. Ern. Brot. sqq. ex emend. Lips. *ac compedes* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Ern. *ad compedes* MS. Reg. et ed. Spir. „Tacitus ad morem Romanum narrat. *Iniectae*, inquit, *catenae:* immo et oblonga *compede trahebatur* per viam. Qui ritus apud Romanos quidem receptus est in custodia militari, at apud *barbaros dedecori* habetur et summae ignominiae. v. Exc. II. ad Tac. Ann. III." *Lips. iniiciuntur catenae ac compedes, quo dedecore barbaris trahebatur* (oneratus catenis et tractus iis ostendebatur) coni. Gron. *iniic. cat. ac compedes et, quod dedecorum barbaris, trahebatur* Iens. *ac compede suo* cet. Aurel. alia alii. Sed probabilior est Lipsii correctio. — *mox, quia* MS. Flor. edd. Spir. Walth. *moxque vulgus d. i. habitum probra* cet. MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. — *Et erant contra* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. Ryck. sqq. *Et erant e contra* MSS. Flor. (test. Pich. et Vict. non Furia) Reg. Agr. edd. Spir. et cet. Hanc puto notam temporis, quo exemplar illud MSti Flor. factum est: nam aevo meliore non sic loquebantur; *Gron.* „In MS. Ies. non est *Et.* Hinc forsan ambiguitas invasit librarios, et ita ortum istud *e* abundans et vitiosum, ut habuerint nonnulli *Erant. et contra.* At 13, 37 pr. in MS. Flor. et ed. pr. literae perperam divisae." *Iac. Gron.* — *commutationem* MS. Flor. ut Harl. et Bodl. in marg. edd. Spir. Lips. sqq. *commotionem* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. *mutationem* MS. Bud. a m. rec. — *vehiculis abduntur:* in MSS. Guelf. Harl. Ies. *veh. abducuntur.* „Sane *abditos* fuisse *contecta vehicula* satis indicant. Cf. Suet. Tib. 64." *Ern.* — *dum Pharasmanis* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *cum Phar.* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *cum Faresmanis* ed. Spir. *Quom pharasmenis iussa exequirentur — usui tamen — qui iurisiurandi* MS. Guelf. — *interficerentur:* in MS. Flor. teste Furia *interficeret*, quod recepit Bekk.

CAPUT XLVIII.

At Quadratus cognoscens proditum Mithridaten et regnum ab interfectoribus obtineri vocat consilium, docet acta et an ulcisceretur consultat. Paucis decus publicum curae, plures tuta disserunt: *Omne scelus externum cum laetitia habendum: semina etiam odiorum iacienda, ut saepe Principes Romani eandem Armeniam specie largitionis turbandis barbarorum animis praebuerint. Potiretur Rhadamistus male partis, dum invisus, infamis, quando id magis ex usu quam si cum gloria adeptus foret.* In

hanc sententiam itum. Ne tamen annuisse facinori viderentur et diversa Caesar iuberet, missi ad Pharasmanen nuntii, ut abscederet a finibus Armeniis filiumque abstraheret.

1. *Vocat consilium:* in quibusdam edd. vet. *v. concilium.* Cf. ad G. 11. n. 2. — *omne scelus externum cum laetitia habendum* edd. rec. ex emend. Lips. *omnes scelus* MSS. et edd. vet. perperam geminata litera *s*. Nam *quibus decus publicum curae,* licet *paucis,* non potuit simul esse sententia, *scelus externum cum laetitia habendum,* sed contra hostem iudicandum Rhadamistum; *Ryck.* Nec *omnes* statim ita censuisse satis indicat formula sequens *in hanc sententiam itum; Walth.* Verba *omne scelus externum — adeptus foret* haud dubie sunt *plurium tuta disserentium,* et verum vidit Lipsius, ut iam ante Vict. in annotat. ad edit. Beroald. Male *disserunt monentes, scelus* cet. coni. Gron. *disserunt immo* et *quippe: scelus* Ern. *disserunt in commune: scelus* Heins. ut 15, 63. *disserunt omnino* Hiller. — *scelus externum:* in MS. Bud. a m. rec. *sc. eternum,* in ed. Spir. *sc aeternum,* in MS. Reg. *foedus aeternum.* — *cum laetitia habendum,* tanquam rem gratissimam. Cf. Ind. II. v. *habere.* — *ut saepe Principes Romani eandem Armeniam specie largitionis — praebuerint* huic illive regi Hinc *Armenia donum populi Romani* c. 45. Cf. 2, 3. 64. 11, 9 sq. et ad 2, 3, 2. *in eandem Armeniam* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. et al. quod et Danes. volebat, sed non probo; *Ern. specie:* in ed. Spir. *spe.* Cf. ad c 44. n. 2. — *turbandis barbarorum animis,* cf. ad 2, 3, 2. et Ind. III. v *Gerundia et Gerundiva in Dativo.* — *Potiretur Rhadamistus* cet. cf. simil loc. Iuvenal. 12, 128 sq. — *dum invisus, infamis* sc. foret, esset. Cf Ind. III. v. *Ellipses I. a.* — *quando,* cf. ad 1, 6, 2. et 1, 57, 1. „Olim con iiciebam *quanto id magis — adempta forent?* Nunc non damno vulgatum, quod video explicare Pichenam: magis hoc ex usu Romano, si cum infamia, quam si cum gloria regnum adeptus, quia scil. incertior futurus odiisque magis obnoxius.“ *Lips.*

2. *In hanc sententiam itum,* v. ad 3, 23, 2. — *iuberet* MS. Flor. (test Pich. et I. Gron.) edd. Bip. Bekk. *Tu diversa iubes* poeta dixit Tacit aequaevus; *Iac. Gron. praeciperet* cet. MSS. et edd.

CAPUT XLIX.

Erat Cappadociae procurator Iulius Pelignus, ignavi anim et deridiculo corporis iuxta despiciendus, sed Claudio perquam familiaris, quum privatas olim conversationes curaret, iner otium oblectaret. Is Pelignus auxiliis provincialium contract tanquam recuperaturus Armeniam, dum socios magis quam ho stes praedatur, abscessu suorum et incursantibus barbaris prae sidii egens ad Rhadamistum venit; donisque eius evictus ultr regium insigne sumere cohortatur sumentique adest auctor satelles. Quod ubi turpi fama divulgatum, ne ceteri quoque Peligno coniectarentur, Helvidius Priscus legatus cum legion mittitur, rebus turbidis pro tempore ut consuleret. Igitur pr pere montem Taurum transgressus moderatione plura quam composuerat, quum redire in Syriam iubetur, ne initium be adversus Parthos exsisteret.

I. *Cappadociae procurator,* v. ad 4, 15, 2. *ignavi animi causa et ridiculo* (propter ridiculam distortionem) *corporis iuxta* (pariter aequ *despiciendus.* cf. Ind. III. v. *Adiectiva relativa et participia Geniti iuncta et Constructio verborum variata.* Similis fuit Vatinio, de quo

15, 34. *ignavia* coni. Mur. et Acid. *deridiculo* edd. Spir. Rhen. 1. 2. 3. sq. *de ridiculo* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. *despiciendus* MSS. Flor. Reg. Bud. Agr. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *conspiciendus* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. h. e. conspicuus, insignis. Cf. ad 2, 17. ad H. 1, 88. et Ind. III. v. *Enallage*. — *quum privatas olim conversationes* (eius) *curaret*, (*et*, quod supplendum est vel post *curaret* excidit) *iners otium oblectaret* MSS. Flor. Reg. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Freinsh. nisi quod *privatus* in MS. Flor. et *obiectaret* in MS. Reg. *quin privatus olim comesaties* (a m. sec. *comessatium*, si Ryckio, sed *comessationum*, si Heinsio fides habenda) *curas et iners otium obiectaret* MS. Agr. *cum privatis olim conversationes curaret, iners ocium obiectaret* ed. Spir. *quum privatus olim conversatione scurrarum iners otium oblectaret* edd. Freinsh. Ern. sqq. ex emendat. Lipsii. Sed veterem scripturam bene et ita fere defendit Rothius in Seebodii N. Archiv für Philol. u. Pädag. a. 1830. nr. 3. 4. et ad Tac. Agr. p. 114. sqq. ubi simul de metonymico Plurali et Sing. in Exc. IV. et V. disputavit: „Coniecturam Lipsii firmari putant locis Suet. Claud. 5. et 8. quibus tamen non de conversatione Claudii cum scurris et copreis sermo est, sed de contubernio sordidissimorum hominum et de copreis illi illudentibus. Aptior videtur vetus lectio, quae tamen magis placere possit, si cuius *privatas* vel *quum privati olim conversationes* cet. scripseris: nam Claudius iuvenis abiecta spe honorum, quos frustra petierat a Tiberio, ad *otium iners* (13, 42. *inertia studia*) concesserat, (cf. 6, 46. 11, 14. Suet. Claud. 5. 40. 41. 42.) et Pelignus curaverat eius *conversationes*, h. e. ludos, iocos, voluptates et oblectamenta, qualia sunt in *conversatione amicorum*, (O. 9. extr.) vel homines, quibuscum confabularetur. Sic in plur. metonym. multa ponuntur substantiva abstracta pro concretis et pro signis, indiciis, actionibus, effectis, speciebus, partibus eius, quod num. sing. significatur, v. c. *odia* pro indiciis odii 2, 57. 4, 60. 11, 6. pro hominibus odiosis, invisis H. 2, 95. ut *amicitiae* pro amicis 4, 40. *miseriae temporum et audaciae hominum* 1, 74. *insectationes* 2, 55. *occupationes* 2, 87. *educationes* 3, 25. O. 28. *coercitiones* 3, 26. *munditiae* 3, 30. 4, 28. *dominationes* 3, 26. 12, 4. 30. 13, 1. *status* 3, 28. *pravitates* 3, 34. O. 28. *auditiones* 4, 11. *simulationes* pro artibus indiciisque simulationis 4, 54. 6, 45. *metus* pro obiectis causisve metus (Germ. Befürchtungen, Besorgnisse, Gegenstände der Furcht) 4, 71. 6, 18. 14, 57. 69. H. 2, 12. 4, 5.) *fallaciae* 6, 22. 12, 4. *exitia* 6, 29. *aedificationes* 6, 45. *valetudines* 6, 50. *tristitiae* 11, 38. *gratiae* 12, 15. *nobilitates* 12, 20. *iracundiae* 14, 4. *libertates* pro singulis actibus modisque manumissionis 15, 55. *infamiae* pro officiis turpibus et infamiam inurentibus vel signis extremae turpitudinis 4, 33. ut contra *gloriae* 3, 45. *vacationes* cuivis militum datae H. 1, 46, 58. *deditiones* H. 2, 10. *amoenitates villarum* H. 2, 87. *captivitates, deditiones* H. 3, 70. *pavores* H. 4, 38. *remissiones* Agr. 9. O. 28. *opportunitates* Agr. 22. *pallores* Agr. 45. *advocationes* O. 4. *comitatus et egressus* O. 6. *praeceptiones* O. 34. *acerbitates, adulationes, auctoritates, clientelae, cogitationes, iniquitates, largitiones, necessitates, necessitudines, offensiones, servitia, spes, usus, utilitates* et alia. Similiter et in sing. et in plur. metonymico abstracta nomina dicuntur pro concretis, v. c. *sapientia* pro mediis, quibus astutia utitur 2, 64. pro utilitate et utili 1, 28. 6, 6. 13, 42. pro philosophia Agr. 2. 4. 6. *liberalitas* pro dono et donatione (Germ. Geschenk et Schenkung) 2, 37. 3, 8. 4, 20. H. 1, 18. 20. G. 14. ut *munificentia* 2, 26. 6, 45. *clementia* pro venia 2, 10. 42. ut *lenitas* 13, 11. *veritas* pro vero, veris 2, 39. 4, 45. 6, 38. *credulitas* pro fama, cui fides facile ac temere habita est, 2, 40. 82. *patientia* pro iis quae patimur, (ut τὸ πάθος, Leiden, leidender Zustand) 6, 1.

46. (cf. Sen. N. Q. 1, 16. 46. ep. 78. 82. 97.) *superbiam fecunditate sub nixam popularibus studiis inhiare dominationi* pro *illam superbam* cet. Germ. dafs ihr auf ihren Kinderreichthum pochender Stol durch die Volksgunst nach Alleinherrschaft trachte, 4 12. *senectae suae* pro *sibi seni* 4, 17. *senectà patris* pro *a patre sene* 12 44. *captivitas* 11, 23. *subitae felicitati* scil. eius, Senecae, Germ. der Glücke eines Emporkömmlings, 13, 42. *crimina* pro sontibus 1 55. *quies* pro somnio 1, 65. 2, 14. *matrimonia* pro coniugibus 2, 13. *con sortia* pro consortibus 3, 34. *prava dicta factaque* pro hominibus, qu prava dicunt faciuntque 3, 65. *pacis decora* pro viris, qui studiis civili bus excelluerunt 3, 75. ut *rei publicae lumina* ap. Cic. p. Sulla 2. et i Vat. 11. *lecta decora* H. 2, 81. *amicitiarum dehonestamenta* H. 2, 87 *origo Iuliae gentis Aeneas* Ann. 4, 9. *Tuisconem et Mannum origine gentis conditoresque* G. 2. *clara origo* pro claris maioribus H. 4, 55 *idem annus luctu Caesarem afficit alterum ex geminis Drusi liberis ex stinguendo* Ann. 4, 15. ut 4, 23. et 6, 45. *proximus annus civili bello in tentus* H. 5, 10. *incensa super villa omnes cremavit* Ann. 3, 46. *noctem i castris tutam ac vigilem capessere* 4, 48. *noctem minacem et in scelu erupturam fors lenivit* 1, 28. pr. *aestas in Favonium obversa* pro insul quae a Favonio perflatur tempore aestivo 4, 67. *introitus* pro introeun tibus 4, 67. *egressibus* pro Silio egredienti domo 11, 12. ut *hostiles in gressus* pro hostibus ingredientibus 15, 3. *incurioso fine* 6, 17. *qualem diem Tiberius induisset* 6, 20. *manus carnificum* pro eo quod hi fecerun 6, 39. *conditoris Seleuci* pro moribus et institutis Seleuci conditoris 6 42. *occultum ac subdolum* (sc. tempus) *fingendis virtutibus*, quibus verbi tempori vitae tribuitur, quod ad mores in eo pertinet, 6, 51. *eductae a tius turres facibus atque hastis turbabant obsessos* 12, 16. *plenum exsilii mare* H. 1, 2. *Titus ingens rerum fiducia* dicitur H. 2, 4. ut *praecipu concordiae fides* c. 6. *audacia* pro audaci facinore, Germ. Wagestüc H. 4, 49. *inopia* pro inopibus, pauperibus Agr. 30. *annus* pro annuo pro ventu Agr. 31. *cura* et *curae* pro libris curiose scriptis, Germ. Arbei Ausarbeitung O. 3. 6. *Minucius et Servaeus damnati indicibus a cessere* Ann. 6, 7. quae verba obscura recte interpretatus est Pichen bona Minucii et Servaei, qui damnati erant, lucrati sunt indices, i. h. delatores, qui eorum indices fuerant; ut simili metaphora ap. Virg Ann. 2, 311. *iam proximus ardet Ucalegon* et Germ. Einer ist der Andern geopfert worden, possessoribus bonorum aediumque pos tis pro bonis eorum et aedibus. Male Lipsius et Walther: servati sun quia *indicium professi*, ut Paconianus c. 3. extr. nam *indicium profite* dictum pro: fateri, confiteri indicium, cuius insimulatus erat. Cf. Se Contr. Exc. 10, 6. Plin. ep. 3, 6, 9. et Cortius ad Sall. Iug. 35. Pac nianus confessus est, se indicem fuisse, et tum *ingressus*, aggressus e invasit, accusavit *Latinium Latiarem*, qui aeque reus fuit, cap. 4. princ Ita *Roth.* l. l. Cf. Ind. III. v. *Abstracta nomina pro concretis* et *Metonymi*

2. *Is Pelignus* omnes libri vet. *Pelignus* deleverunt Oberl. Bek Lün. Kiessl. „Hoc vero nomen non frustra repetitum: nam auctor praecedd. non solum de Peligno, sed etiam de Claudio et de hoc postr mum dixerat. Similiter *is Lygdus* 4, 10." *Walth.* Cf. ad 15, 49, 1. — *a scessu suorum*, cf. Ind. III. v. *Ablativi Substantivorum absoluti.* — *regi insigne sumere cohortatur*, cf. ad 6, 37, 1. et Ind. III. v. *Infinitivi* nr.

3. *turpi fama divulgatum*, quia scil. ipsa res turpis; *Ern.* — *ne teri quoque* Romani *ex Peligno coniectarentur*, similes ei et aeque turp viderentur; *Brot.* Ne Romani, si quiescerent, Peligni facinus approba crederentur; *Gron.* — *Helvidius Priscus legatus*, cf. ad H. 4, 5. — *tempore*, ut 3, 1. Cf. Ind. II. v. *Pro y. ut pro tempore cons.* ed. Sp — *propere* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Rhen. 2. 3 sqq. *prope* M

Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *redire*: in MS. Flor. teste Furia *rediret*. — *iubetur*: in MS. Guelf. *iuberetur*.

CAPUT L.

Nam Vologeses casum invadendae Armeniae obvenisse ratus, quam a maioribus suis possessam externus rex flagitio obtineret, contrahit copias fratremque Tiridaten deducere in regnum parat, ne qua pars domus sine imperio ageret. Incessu Parthorum sine acie pulsi Iberi, urbesque Armeniorum Artaxata et Tigranocerta iugum accepere. Deinde atrox hiems seu parum provisi commeatus et orta ex utroque tabes percellunt Vologesen omittere praesentia: vacuamque rursus Armeniam Rhadamistus invasit truculentior quam antea tanquam adversus defectores et in tempore rebellaturos. Atque illi, quamvis servitio sueti, patientiam abrumpunt armisque regiam circumveniunt.

1. *Casum inv. A. obvenisse*, cf. ad 1, 13, 2. — *a maioribus suis possessam*, cf. 2, 3. et 6, 31. — *externus rex* Rhadamistus *flag. obt.*, cf. c. 44 — 49. — *Tiridatem* cet. cf. 15, 2. — *ageret*, esset. v. ad 1, 68, 1.

2. *Urbes Armeniorum Artaxata et Tigranocerta*, quae nomina plerumque in plur. num. reperiuntur, nonnunquam in sing. ut *Tigranocerta* in ablat. sing. num. 14, 24. 15, 4. 5. et Τιγρανόκερταν ap. Appian. b. Mithrid. c. 67. Cf. de hoc usu et de *Artaxatis* ad 2, 56, 1. de *Tigranocertis* ad 15, 4, 1. — *accepere*: in MS. Guelf. *accipere*. — *Deinde* MSS. edd. vet. et rec. inde ab Ern. *Dein* MS. Bud. edd. Lips. cet. — *percellunt Vologesen omittere*: sic Graeci omisso ὥστε, *Walth.* Cf. Ind. III. v. *Infinitivi* nr. 7. *percellunt* MSS. Flor. Bud. a m. pr. Guelf. edd. vet. ante Rhen. et e recentt. Pich. Lall. Bip. Ob. Bekk. Walth. *propellunt* MS. Bud. a m. sec. *perpellunt* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. Hoc defendit Gron. ad Liv. 3, 30. illud Günther in Athenaeo II, 2. p. 289. — *vacuamque rursus Armeniam*, cf. ad 1, 3, 2. et 2, 3, 1. — *tanquam*: in ed. Spir. *quanquam*. — *in tempore*, v. ad 1, 1, 2. et 3, 41, 1. — *rebellaturos* edd. rec. ex emend. Rhen. *bellaturos* MSS. et edd. vet. omissa geminatione literarum *re*. — *circumveniunt* MSS. Guelf. Bud. Agr. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *circueunt* MS. Flor. teste Ryck. quod idem est, media syll. omissa, ut saepe; *Walth.* cf. ad 2, 63, 2. Nisi est *circumvenerunt*, quod est in MS. Reg. et ed. Spir. *circumeunt* MS. Bodl. a m. pr. edd. Put. 1. 2. Riv. Ber. Rhen. 1.

CAPUT LI.

Nec aliud Rhadamisto subsidium fuit quam pernicitas equorum, quis seque et coniugem abstulit. Sed coniunx gravida primam utcunque fugam ob metum hostilem et mariti caritatem toleravit; post festinatione continua ubi quati uterus et viscera vibrantur, orare, ut morte honesta contumeliis captivitatis eximeretur. Ille primo amplecti, allevare, adhortari, modo virtutem admirans, modo timore aeger, ne quis relicta potiretur. Postremo violentia amoris et facinorum non rudis destringit acinacem vulneratamque ripam ad Araxis trahit, flumini tradit, ut corpus etiam auferretur: ipse praeceps Iberos

ad patrium regnum pervadit. Interim Zenobiam (id mulieri nomen) placida illuvie spirantem ac vitae manifestam advertere pastores et dignitate formae haud degenerem reputantes obligant vulnus, agrestia medicamina adhibent cognitoque nomine et casu in urbem Artaxata ferunt: unde publica cura deducta ad Tiridaten comiterque excepta cultu regio habita est.

1. *Rhadamisto:* in MS. Guelf. *radamasto.* — *seque et,* v. ad G. 1. n. I. — *ob metum hostilem,* ab hoste, ut *metus externus* 2, 44. *timor et terror externus, servilis, peregrinus* ap. Liv. 2, 39. 3, 10. 16. 28, 42. 34, 25. *certamen muliebre,* h. e. de mulieribus, ap. Liv. 1, 57. Cf. Ind. III. v. *Adiectiva Substantivis iuncta* cet. p. 804. 805. — *ubi quati uterus et viscera vibrantur:* sic a Tacito 16, 11. 27. H. 3, 31. al. et saepe a Sallustio coniunguntur infinitivus hist. et verbum finitum; *Ern.* Cf. ad 2, 40. 4, 38. 40. 48. et Ind. III. v. *Constructio verborum variata et permixta.* Praeterea infinitivus hist. iungitur coniunctionibus. Cf. Ind. III. v. *Infinitivi* nr. 1. — *allevare,* attollere provolutam ad genua mariti, vel consolari, lenire, ut 14, 63. al. — *timore:* in MS. Agr. et ed. pr. *terrore.* — *potiretur:* in MS. Flor. *poteretur.* Cf. ad 3, 61, 2. — *facinorum non rudis,* solitus magna audere; *Ern.* — *destringit* MSS. Flor. Bud. edd. Ryck. sqq. *distringit* MS. Guelf. et edd. vet. Male. v. ad 1, 32, 1. Duk. ad Flor. 2, 2. Gron. ad Liv. 27, 13. Drak. ad Sil. 16, 528. 17, 164. intpp. Hor. od. 3, 1, 17. — *acinacem* edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *acinacen* MS. Flor. *acynacem* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Ἀκινάκης περσικὸν ξίφος ἢ ξιφίδιον τι τῷ μηρῷ προσηρτημένον Pollux. — *ripam ad Araxis* MSS. Flor. Reg. Agr. edd. Spir. Ryck. sqq. *ad ripam A.* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. cet. cf. Ind. III. v. *Praepositiones* nr. 1. *Araxes* Artaxata caput Armeniae alluit; 13, 39. extr. — *trahit* et *flumini tradit;* cf. Ind. III. v. *Asyndeta. trahit flumini traditam* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. — *ut corpus etiam auferretur* a flumine et hosti eriperetur; *Iac. Gron.* Ita MSS. Flor. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Bekk. Walth. *ut etiam corpus non auf.* MS. Bud. *ne corpus e. auf.* (ab hostibus) edd. cet. — *Iberos* (eorum terram) *ad p. r. pervadit,* cf. ad c. 32. n. 1. et Ind. III. v. *Metonymia* nr. 3. *ad Hiberos* MS. Agr. Hinc *ad Iberos, patrium in regnum, pervadit* coni. Heins.

2. *placida illuvie,* ut ap. Liv. 1, 4. *proxima alluvies,* quae ibi ita explicatur: *languida aqua Tiberis super ripas effusi lenibus stagnis.* Hinc etiam h. l. *alluvie* corr. Bip. sed utroque loco *eluvie* Gron. qui ad Liv 1, 4. haec annotavit: „*Eluvies* est inundatio vel effusio et excursus aquae sive vehemens, ut ap. Ovid. Met. 15, 267. Iustin. 2, 1. (ubi male legitur *illuvies,* ut Tac. Ann. 12, 51.) sive modicus et quatenus restagnat eve hitque se plurima unda, ut ap. Tac. Ann. 13, 57. et Curt. 6, 3. 8, 14 Usus enim voluit, *illuviem* vocari sordes extrinsecus aspersas, *eluviem* vero stagnantem undam, etsi non ita dicatur *eluere* fluvius, ut et *alluere* dici fluctum quacunque excurrat, *alluviem* non ita." — *vitae manifestam* v. ad 2, 85, 1. et Ind. III. v. *Adiectiva relativa Genitivis obiecti iuncta.* — *advertere pastores Zenobiam,* h. e. animadvertere, ut προςέχειν sc. νοῦν *Ern.* Sic 3, 52. 4, 35. 54. 5, 9. 6, 40. 13, 54. 14, 43. 15, 30. H. 3, 2[illegible] Male Lipsius *advertere* h. l. dictum putabat ut 2, 17. et ap. Liv. 1, 1[illegible] Nam ita scribendum fuerat *Zenobia — spirans ac v. manifesta adverti pastores,* quod iam animadvertit Acid. *avertere* ed. pr.

CAPUT LII.

Fausto Sulla, Salvio Othone Coss. Furius Scribonianus i[illegible] exsilium agitur, quasi finem Principis per Chaldaeos scrutare

tur. Annectebatur crimini Iunia mater eius, ut casus prioris (nam relegata erat) impatiens. Pater Scriboniani Camillus arma per Dalmatiam moverat: idque ad clementiam trahebat Caesar, quod stirpem hostilem iterum conservaret. Neque tamen exsuli longa posthac vita fuit: morte fortuita an per venenum exstinctus esset, ut quisque credidit, vulgavere. De Mathematicis Italia pellendis factum senatus consultum atrox et irritum. Laudati dehinc oratione Principis, qui ob angustias familiares ordine senatorio sponte cederent, motique, qui remanendo impudentiam paupertati adiicerent.

1. *Fausto Sulla,* Sullae Felicis filio et Claudii genero, *Salvio Othone* Titiano Imperatoris fratre. Cf. Ind. I. et Ryck. *Sulla,* v. ad c. 23 extr. *Salvio* MS. Flor. edd. Spir. Lips. Pich. sqq. *Silvio* MS. Guelf. et edd. cet. — *Furius Scribonianus,* v. ad 2, 52. *Fulvius S.* MS. Guelf. — *finem* (vitae, mortem, v. Ind. II.) *Principis per Chaldaeos scrutaretur,* v. ad 2, 27, 1. — *Iunia mater eius* edd. omnes, nisi quod *mater viva eius* in ed. Spir. *Vinia* MS. Farn. teste Lips. in ed. 1581. *Vibia* in marg. ed. Gryph.

2. *Pater Scriboniani* Furius *Camillus* Dalmatiae legatus *arma per Dalmatiam moverat* a. U. 795. v. ad 2, 52. H. 1, 89. 2, 75. Dio 60, 15. Suet. Claud. 13. et Oth. 1. — *idque ad clementiam trahebat Caesar,* (v. ad 1, 62. et 76.) *quod stirpem hostilem,* familiam viri huius, qui legionibus fuisset auctor defectionis, *iterum conservaret* in vita, quod nunc filium eius exsilio tantum, non morte puniret. *quod stirpem* MSS. Flor. Guelf. Bud. Reg. Harl. Bodl. Ies. Agr. edd. Spir. Pich. sqq. *qui stirpem* edd. cet. ut et Kiessl. prob. Gron. Sed iungenda *id-quod* cet. *interritum* pro *iterum* MS. Reg. ed. Spir. *conservare* MS. Reg. — *morte fortuita, an per venenum exstinctus esset, ut quisque credidit, vulgavere*: „Plenius scripsisset: *morte fortuita — esset,* non satis constitit: nam alii morte fortuita, alii per venenum exstinctum esse, *ut quisque credidit, vulgavere.*" *Walth.* Cf. Ind. III. v. *Anacolutha* et *Ellipses* nr. 8. nam ante *morte* suppl. *an* vel *utrum*. *exstinctum esse* MS. Agr. quod et coni. Gron. *exstincta esset* (sc. *vita*) MS. Reg. et ed. pr. Verba *exstinctus esset* delenda censebant Mur. et Acid. *credit* ed. pr. — *De Mathematicis Italia pellendis factum SCtum,* cf. ad 2, 32. *ita* pro *Italia* MS. Flor. teste Furia. Cf. ad 2, 63, 2. — *qui ob angustias fam. ordine senatorio sponte cederent, motique* cet. cf. ad 1, 75. et 6, 16. *cederent* et *adiicerent,* cf. Ind. III. v. *Verborum Tempora* nr. II, 4. et ad 15, 46, 1. — *impudentiam paupertati adiicerent;* quae *paupertas* Iuvenali 3, 182. dicitur *ambitiosa,* sc. eius, qui, quum pauper sit, dives vult videri et maiores facit impensas, quam facultates patiuntur.

CAPUT LIII.

Inter quae refertur ad Patres de poena feminarum, quae servis coniungerentur, statuiturque, ut ignaro domino ad id prolapsae in servitute, sin consensisset, pro libertis haberentur. Pallanti, quem repertorem eius relationis ediderat Caesar, praetoria insignia et centies quinquagies sestertium censuit consul designatus Barea Soranus: additum a Scipione Cornelio, grates publice agendas, quod regibus Arcadiae ortus veterrimam nobilitatem usui publico postponeret seque inter ministros Principis haberi sineret. Asseveravit Claudius, contentum honore Pallantem intra priorem paupertatem subsistere: et fixum

est aere publico senatus consultum, quo libertinus sestertii ter millies possessor antiquae parcimoniae laudibus cumulabatur.

1. *Inter quae refertur ad Patres de poena feminarum* (ingenuarum), *quae servis coniungerentur, statuiturque, ut ignaro domino* (servi eoque invito et denuntiante) *ad id* (ad concubitum cum servis) *prolapsae in servitute* (essent aut haberentur), *sin consensisset* (servi dominus), *pro libertis haberentur* edd. Iac. Gron. Ern. et sqq. *Inter quae* MS. Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *Interque* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *refert* ed. pr. *statuiturque* MS. Guelf. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *statuitque* (pro *statuiique*) edd. primae. *ut ignaro domino ad id prolapsa in servitute sui consensisset, pro libertis haberentur* MSS. Flor. (teste Pich.) Reg. ed. Spir. *ut i. d. ad id prolapsa in servitute: si consensisset, pro liberta haberetur* MSS. Farn. et Corb. Sic et MS. Agr. nisi quod in eo *sin* pro *si* scriptum. Hunc secutus est Ryckius, illos Lipsius. *prolapse in servitute sin consensisset* a m. pr. et *prolapsa in s. sui c.* a m. sec. MS. Bud. *ut i. d. ad id prolapsa: in servitutem sui consensisset: et qui nati essent pro libertis haberentur* MSS. Guelf. (in quo tamen *consensissent*) Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. et cet. ante Iac. Gron. cum additamento *et qui nati essent,* quod etiam in marg. MSti Bud. legitur, sed neque in optimis codd. neque in legum libris. De hoc enim SCto Claudiano, quod temporum licentia abolitum renovarunt quidem, sed immutarunt Vespasianus et Hadrianus, (Suet. Vesp. 11. *Auctor senatui fuit decernendi, ut, quae se alieno servo iunxisset, ancilla haberetur*) abrogavit autem Iustinianus, (v. L. un. C. de SCto Claud. toll. §. 1.) loci class. sunt Gaii institut. 1, 34. (*Ex SCto Claudiano poterat civis Romana, quae alieno servo volente domino eius coisset, ipsa ex pactione libera permanere, sed servum procreare; nam quod inter eam et dominum istius servi convenerit, ex SCto ratum esse iubetur. Sed postea divus Hadrianus iniquitate rei et inelegantia iuris motus restituit iuris gentium regulam, ut, quum ipsa mulier libera permaneat, liberum pariat.*) ibid. 1, 86. et 91. (*Si qua mulier civis Romana praegnans ex SCto Claudiano ancilla facta sit ob id quod alieno servo invito et denuntiante domino eius coierit, complures distinguunt et existimant, siquidem ex iustis nuptiis conceperit, civem Romanum ex ea nasci, si vero volgo conceperit, servum nasci eius, cuius mater facta est ancilla.*) Pauli sentent. l. 4. tit. 10. ad SCtum Orfit. leg. 2. (*Ad filiam ancillam vel libertam ex SCto Claudiano effectam legitima matris intestatae hereditas pertinere non potest, quia neque servi neque liberti matrem civilem habere intelliguntur*) eiusdem Pauli sentent. lib. 2. tit. 21. ad SC. Claud. leg. 1. (*Si mulier ingenua civisque Romana vel Latina alieno se servo coniunxerit, si quidem invito et denuntiante domino in eodem contubernio perseveraverit, efficitur ancilla.*) Tertull. de uxore 2, 8. (*Nonne insuper censuerunt* Romani *servituti vindicandas, quae cum alieno servo post dominorum denuntiationem in consuetudine perseverarunt?*) et similia Ulpiani fragm. 5. §. 5. 8—10. „Verba *et qui nati essent* non reperiuntur in legum libris et contra ius sunt: nam favor libertatis exposcit, ut nati e libera sint liberi; adeoque superveniens calamitas matris nocere ei, qui in utero est, non debet, sed sufficit, matrem liberam vel medio tempore habuisse. Clementius *pro libertis haberentur,* sed non verius. Quomodo enim libertus, qui nunquam servus? Optima est scriptura MSti Farn. Duplex videlicet eius SCti membrum: si mulier peccasset ignaro servi domino, ait lex, serva esto; sin sciente et volente, habetor pro liberta. Omnino enim propositum legislatori, a servili contubernio abstinere lubricum sexum, et sive *ignaro domino,* sive sciente et consentiente ea mixtio, posuit poenam, sed ἀναλόγως et pro gradu noxae intentiorem remissioremque. Sed cui rei, inquies, *ha-*

benda pro liberta? Huic, ut vinculo aliquo teneatur domino. servi ad operas libertorum aliaque eius ordinis praestanda. Ius item domino in feminae bonis et quicquid in veram libertam. Sed recte *pro liberta:* non enim liberta vere. Cf. P. Fabri Semestr. 1, 25." *Lips.* Bene; sed eadem est sententia nostrae lectionis. „Frustra pugnat Salinerius pro verbis, quae Taciti non sunt, *et qui nati essent.* Sic nati, inquit, statim matrem a servi complexibus habuerunt servam. Sed non pro serva habita nisi post trinas denuntiationes. Deinde hoc non eo valebat utique, ut mancipium fieret, nisi forte in humilibus et egentibus personis, quam ut et suam et assumpti mariti libertatem ab huius domino emere compelleretur. Itaque caute Tacitus *in servitute haberetur.* Quemadmodum enim aliud est *in libertate esse,* aliud *esse liberum* teste Fabio declam. 340., sic et aliud est *servum esse,* aliud *in servitute esse.* Roganti Lipsio, quomodo libertus esse possit, qui servus nunquam fuerit, reponit Salinerius, quo pacto *liberta* dicatur, quae non servierit. Haec paria non sunt. Mulieris enim culpa est subeuntis iugum, cui leges eam infamiam statuerunt; nulla culpa fetus est. Quin rem diligentius consideranti liquebit, nihil tale nec potuisse de natis ex eo coniugio constitui, nec necesse fuisse, quum iure communi satis cautum esset. Nam qui ante denuntiationes istas provenerant, nec servi erant nec libertini, sed ingenui, quia non mutabat mulier statum, nisi postquam dominus servi denuntiasset. Si vero factis denuntiationibus non abstinuit servo mulier neque libertatem utriusque redemit et plane serva facta est, haud dubie liberum est quod inde nascitur, si conceptum est, antequam mater iustam servitutem subiret; quod simul concepit et parit iam ancilla, servum est ex communi iure." *Gron.* „Lipsio et Gron. suffragantur Gothofr. ad l. 1. C. Theodos. ad SC. Claud.. P. Burgius in Elect. c. 8. et Barbeyrac sur le Droit de la G. et de la P. de Grotius 2, 20, 5. qui hoc SCtum dominis tantum servorum, non honestati mulierum prospexisse putant. Refragantur Gravina in orig. iur. civ. de legg. nr. 31. p. 543. et Gundling. in Gundlingianis P. 36. qui defendunt verba *et qui nati essent,* sed *libertis* mutant in *liberis,* quia sit iuris communis, ex muliere lasciva nondum ancilla natos esse liberos et ingenuos." *Oberl.* Eandem ob causam et quia primus Gaii locus supra laudatus id non probet tantum sed clamet, hanc emendationem verissimam esse arbitratur Moebius in biblioth. crit. Seebod. a. 821. P. IX. p. 817. qui tamen verba *et qui nati essent* damnat. „His vero abolitis nulla superest necessitas, ex qua *libertis* mutetur in *liberis. Pro libertis haberentur* h. e. eo vinclo tenerentur domino servi eoque statu in domo eiusdem uterentur, quo libertorum libertarumque genus; igitur liberae quidem manerent, annexae tamen domo, cuius servo se iungerent. Quid multa? Tacitus non scripsisset *pro liberis haberentur,* sed *liberae haberentur* vel *essent, manerent:* nam *liberae* erant; ergo *pro liberis* non debebant haberi." *Walth.* „Schultingius ad Paul. rec. sent. 2, 21. in iurispr. Anteiust. p. 305 sq. verba *ignaro domino* de initio rei accipit: re comperta *dominum denuntiare* debuisse et si tunc *perseveraverit* mulier, *faciam ancillam,* ut Paulus dicat. Coniecturas Gundlingii, I. C. Schwarzii et Heumanni in Actis Erud. a. 1732. p. 290. et a. 1733. p. 431. nemo facile probabit." *Ern.*

2. *Pallanti,* (v. Ind. 1.) *quem repertorem* (ut 2, 30. 4, 11.) *eius relationis ediderat Caesar, praetoria insignia — cumulabatur:* ad totum h. l. conf. Plin. ep. 7, 29. et 8, 6. a quo ipsa et monimenti et SCti in honorem Pallantis facti verba adscripta sunt et salse perstricta. Eandem rem sugillat Plinius maior in H. N. 35, 18. s. 58. *praetoria insignia* (cf. ad 1, 72, 1.) *et centies quinquagies sestertium,* ut in inscriptione monimenti illius ap. Plin. ep. 7, 29. Hinc recte *quinquagies* MSS. Flor. Guelf. Reg. Agr. edd. Spir. Put. Ber. Rhen. Ald. Lips. 1. Iac. Gron. et sqq. vitiose

quinquagesies edd. Lips. poster. Pich. et cet. — *censuit consul designatus*, qui primus censebat. v. ad 3, 22, 3. — *Barea Soranus* censuit, quod indignum videri possit tali viro, de quo 16, 21. *Nero virtutem ipsam excindere concupivit interfecto Thrasea Paeto et Barea Sorano*, sed necessitate extortum et excusandum. Cf. de utroque ad 16, 21 sqq. — *quod regibus Arcadiae ortus* Pallas; quod vel ab ipso, vel a Scipione, turpissimo adulatore, effictum videtur, quia Pallas fuit filius Evandri, regis Arcadii. De sordida eius origine v. ad c. 54. n. I. „Haec fuit semper novorum hominum stulta aemulatio, ut claros ac saepe regios natales arcesserent, nec ullum fortasse saeculum, quod Pallantas non habuerit.“ *Brot.* Cf. ad 13, 12, 1. *quod regibus* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Lips. sqq. *qui regibus* edd. Put. Ber. Rhen. Ald.

3. *contentum honore Pallantem*, cf. Plin. ep. 7, 29, 2. et 8, 6, 7 sqq. — *intra priorem paupertatem subsistere*, cf. ad 3, 72. *inter priorem* ed. Spir. — *fixum est aere* (in aere) *publice* (publico loco) *SCtum*; nam non in aerarium est delatum, sed, quod Plinius ep. 8, 6, 13. 14. maxime indignatur, *senatus decrevit, ut in aes incideretur idque aes figeretur ad statuam loricatam D. Iulii.* (Quam in eius foro fuisse docet Plin. H. N. 34, 5. s. 10.) *Parum visum, tantorum dedecorum esse curiam testem: delectus est celeberrimus locus, quo legenda praesentibus, legenda futuris proderentur. Placuit aere signari omnes honores fastidiosissimi mancipii.* — *Incisa et insculpta sunt publicis aeternisque monimentis* (insignia) *praetoria*; *sic quasi foedera antiqua, sic quasi sacrae leges.* Cf. ad 3, 57, 2. et 11, 14 extr. *fixum est . . publico* MS. Flor. teste Pich. et Iac. Gron. sed *aere* ab alia manu in margine adscriptum. *fixum est aere publico* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. sqq. *fixum est publice* MSS. Reg. Agr. ed. Spir. „Utrumque est ineptum, sive de sumptu aerarii, sive de loco publico intelligas: nam omnia SCta sic fixa. Ex Plin. ep. 8, 6. suspicor scriptum fuisse *fixum est foro D. Iulii.*“ *Ern.* Immo *aes publicum* intellige aes publico loco et auctoritate publica propositum; *Walth.* Haec tamen eo sensu esse dicta et dici posse haud crediderim. *aere publice* scriptum a Kiessl. nobisque. — *libertinus* Pallas *ter millies possessor*, v. ad 2, 86. et conf. Suet. Claud. c. 28. *milliens* MS. Flor. *milies* ed. Bekk. v. ad G. 33. n. 4. et O. 16. n. 5. *sestercii trimilies* ed. Spir.

CAPUT LIV.

At non frater eius, cognomento *Felix*, pari moderatione agebat, iam pridem Iudaeae impositus et cuncta malefacta sibi impune ratus tanta potentia subnixo. Sane praebuerant Iudaei speciem motus orta seditione. Postquam cognita caede eius haud obtemperatum esset, manebat metus, ne quis Principum eadem imperitaret. Atque interim Felix intempestivis remediis delicta accendebat, aemulo ad deterrima Ventidio Cumano, cui pars provinciae habebatur, ita divisis, ut huic Galilaeorum natio, Felici Samaritae parerent, discordes olim et tum contemptu regentium minus coercitis odiis. Igitur raptare inter se, immittere latronum globos, componere insidias et aliquando proeliis congredi spoliaque et praedas ad procuratores referre. Hique primo laetari, mox gliscente pernicie quum arma militum interiecissent, caesi milites. Arsissetque bello provincia, ni Quadratus Syriae rector subvenisset. Nec diu adversus Iudaeos, qui in necem militum proruperant, dubitatum, quin capite poenas luerent: Cumanus et Felix cuncta

tionem afferebant, quia Claudius, causis rebellionis auditis, ius statuendi etiam de procuratoribus dederat. Sed Quadratus Felicem inter iudices ostentavit, receptum in tribunal, quo studia accusantium deterrerentur; damnatusque flagitiorum, quae duo deliquerant, Cumanus, et quies provinciae reddita.

1. *frater eius,* qui aeque ac Pallas Antoniae servus eaque mortua Claudii filii libertus fuit (v. Ioseph. A. I. 18, 6. 8. et Plin. 33, 9. s. 47.) et inde non modo *Antonius,* sed etiam *Claudius* dictus, (v. H. 5, 9. ad H. 1. 59, 1. Ioseph. A. I. 20, 6. 7. Suidas v. Κλαύδιος et Zonar. 6, 15, 6.) *cognominatus* autem est *Felix,* quia tum res in bellis feliciter gessit, (v. Acta Apost. 21, 38. 24, 3. Ioseph. A. I. 20, 6. 8. B. I. 2, 12.) tum Iudaeae procurator fuit et *trium reginarum maritus,* si vera est lectio MSS. et edd. Suet. Claud. 28. nam duae tantum memorantur et quidem Drusillae, altera Romana, *Cleopatrae et Antonii* triumviri *neptis,* filia Iubae, qui rex Mauritaniae fuit, e Cleopatra Selene Antonii filia, (unde *eiusdem Antonii Felix progener, Claudius nepos* H. 5, 9 extr.) altera Iudaea, Herodis Agrippae Iudaeorum regis filia, quam Azizo Emesenorum regi nuptam Felix nefariis artibus ab eo abalienaverat. v. Acta Apost. 24, 24. et Ioseph. A. I. 20, 7, 1. 2. *Reginae* enim, ut Gr. ἄνασσαι, regum quoque filiae et neptes dicuntur. — *iam pridem Iudaeae* (eius parti) *impositus:* nam regnum Iudaeae, quale antea Agrippa pater habuerat, (cf. ad c. 23. n. 2.) simul Samariam et Galilaeam complectebatur, et Felix illud iam sex annos cum Ventidio Cumano ita administraverat, ut hic Galilaeae et Iudaeae propriae praeesset, ille Samariae; quod paulo post a Tacito traditur. Cumano deinde in exsilium pulso Felix omni Iudaeae praefectus et postquam *per omnem saevitiam ac libidinem ius regium servili ingenio* per decem annos *exercuerat,* (H. 5, 9.) ex provincia Romam reversus a Iudaeis quidem apud Neronem accusatus est, sed Pallante fratre intercedente supplicio liberatus. Cf. Acta Ap. 24, 10. (ἐκ πολλῶν ἐτῶν ὄντα κριτὴν τῷ ἔθνει τούτῳ) in oratione a Paulo apostolo habita tribus aut quatuor annis post damnationem Cumani) Ioseph. A. I. 20, 5—7. et B. I. 2, 12. Euseb. H. E. 2, 19. *tum primum* MS. Agr. *tum pridem* ed. Spir. *haud pridem* coni. Lips. et *tum quidem* Ern. — *cuncta malefacta sibi impune ratus* scil. esse s. fore. Cf. ad 1, 72, 2. 11, 22, 1. et Ind. III. v. *Ellipses* 1. *β.* — *tanta potentia* Pallantis fratris. *tanta patientia* MS. Flor. et ed. pr.

2. *Sane praebuerant Iudaei speciem motus orta seditione * postquam* cet. edd. Pich. Lips. Brot. Bekk. 1. Kiessl. Walth. qui notam lacunae apposuere et recte, opinor, suspicantur post *seditione* excidisse *ob Caii* vel C. *Caesaris effigiem in templo locandam* vel alia et plura, saltem similia, quod probabile fit ex H. 5, 9. Ioseph. A. I. 18, 8. B. I. 2, 10. *orta seditione: postquam c. c. eius haud obtemperasset. monebat metus* MSS. Corb. Harl. ed. Spir. *orta seditione. Postquam c. c. eius haud obtemperatum esset. Sed manebat metus* MSS. Guelf. Ies. (in quo tamen *est* pro *esset*) Bodl. edd. Put. 1. 2. Riv. Ber. Rhen. 1. 2. Ita et MS. Flor. teste Vict. et Bud. nisi quod *sed* ab illo abest et in hoc a m. sec. verbo *manebat* superscriptum. *postquam cognita caede Caii haud optemperatum esset, manebat* vel *esset. manebat metus* edd. Rhen. 3. Ald. et cet. ante Bip. ut et Kiessl. *orta seditione, postquam C. Caesari haud obtemperatum esset, cognita caede eius, sedata. manebat metus* edd. Bip. Oberl. Lün. *orta seditione, postquam c. c. eius haud obtemperatum esset. manebat metus* ed. Bekk. 2. *quanquam cognita caede Caii edicto eius h. o. esset* coni. Gron. *et quanquam* Boett. Aliorum commenta recensere haud operae pretium. *Postquam* h. l. coniunctivo iunctum. Cf. Ramshorn. Gram. p. 580. et Boett. Lex. Tac. p. 109. — *delicta accendebat,* v. ad 1, 23, 1. — *Ventidio Cumano* cet. cf. nota 1. et ad H. 5, 9.

Cumano abest a MS. Flor. et ed. Spir. In illo eius loco est lacuna et *Cumano* in marg. — *cui*, a quo, *pdrs provinciae habebatur*, cf. ad 4, 5. et Ind. III. v. *Dativus subiectivus*. — *ita divisis*, sc. partibus; *Oberl.* Intell. *Iudaeis* vel *provincialibus*, quod in voc. *provinciae* latet; *Walth.* E seqq. intell. *incolis*; *Kiessl.* Probabilior est emend. Gron. *divisae*. In ed. Spir. *divisit*. Ad seqq. conf. Ioseph. A. I. 20, 4—6. qui tamen praeter alia haud congrua tradit etiam, Cumanum Samariae et Felicem nondum ulli Iudaeae parti praefuisse: quos nodos non expediverunt Ern. et qui ab eo laudantur. — *contemptu*: in MS. Flor. teste Furia et in ed. Spir. *contemptui*, in MS. Guelf. *contentu*. — *immittere latronum globos*, v. ad 6, 45. — *componere insidias*, v. ad 1, 1, 4. et H. 4, 14. — *arma militum interiecissent* tumultuantibus. Vox *militum*, quae mox repetitur, est fortasse glossema et *arma* dictum pro armatis. — *Quadratus Syriae rector*, v. ad c. 45. extr. et Ind. I. — *damnatusque Cumanus flagitiorum, quae duo deliquerant*, Felix et Cumanus. „*Delinquere flagitium*, ut *d. adulterii crimen* ap. Papinian. l. 38. §. 4. D. ad leg. Iul. de adult. Et sane, ubi dicitur *delinquere quid*, intelligitur *flagitium* vel *scelus*." *Gron.* Si fides habenda Iosepho A. I. 1, 20, 5—8. B. I. 2, 21. Cumanus cum Celere tribuno ad Caesarem missus et ab eo in exsilium eiectus, Celer reversus Hierosolyma et dilaceratus est. Huius narratio distinctior videbatur Lipsio, sed confusa et tumultuaria et manifesto falsa Broterio.

CAPUT LV.

Nec multo post agrestium Cilicum nationes, quibus *Clitarum* cognomentum, saepe et alias commotae, tunc Troxobore duce montes asperos castris cepere, atque inde decursu in litora aut urbes vim cultoribus et oppidanis ac plerumque in mercatores et navicularios audebant. Obsessaque civitas Anemuriensis, et missi e Syria in subsidium equites cum praefecto Curtio Severo turbantur, quod duri circum loci peditibusque ad pugnam idonei equestre proelium haud patiebantur. Dein rex eius orae Antiochus blandimentis adversus plebem, fraude in ducem, quum barbarorum copias dissociasset, Troxobore paucisque primoribus interfectis, ceteros clementia composuit.

1. *Cilicum nationes, quibus Clitarum cognomentum* cet. Cf. ad 6, 41. *ditarum cogn.* MS. Guelf. — *Troxobore* MS. Flor. (in quo paulo post *roxoboro* test. Iac. Gron. et Furia) edd. Kiessl. et Bekk. 2. *Aroxobore* MS. Vat. 1958. *Trosobore* MS. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. sqq. *Aresoboro* ed. Spir. *Aresobore* Vat. 1863. 1864. a m. pr. et *Arosoboro* a m. sec. *torosbore* MS. Guelf. sed deinde *Trosobore*. — *cepere*: in edd. Spir. Put. 1. 2. *coepere*. Deinde *decursum in litora ad urbes* ed. Spir. — *cultoribus* (agrorum, rusticis) *et oppidanis* pro *in cultores et oppidanos*, ut *in mercatores et navicularios*. Cf. Ind. III. v. *Constructio verborum variata*, quae Tacito in deliciis fuit. *et oppidanis* MSS. Broterii et Flor. Guelf. Bud. edd. Spir. Ern. sqq. *ac opp.* edd. cet. Cf. ad c. 12. n. 1. — *in mercatores et navicularios*, ναυκλήρους, qui hominibus mercibusque traiiciendis lucrum quaerunt. Cf. ad 13, 51. extr. Ern. clav. Cic. et Forcell.

2. *Civitas Anemuriensis*, Ἀνεμούριον opp. et prom. Ciliciae, quam a Pamphylia distinguit. *Anermuriensis* ed. pr. *animiuerensis* MS. Guelf. — *rex eius orae Antiochus*, v. ad 13, 7, 1. *rex eius orationibus bland. adversum plebem* MS. Guelf. — *composuit*, v. ad I, 1, 4.

CAPUT LVI.

Sub idem tempus inter lacum Fucinum amnemque Lirin perrupto monte, quo magnificentia operis a pluribus viseretur, lacu in ipso navale proelium adornatur, ut quondam Augustus structo cis Tiberim stagno, sed levibus navigiis et minore copia ediderat. Claudius triremes quadriremesque et undeviginti hominum millia armavit, cincto ratibus ambitu, ne vaga effugia forent; ac tamen spatium amplexus ad vim remigii, gubernantium artes, impetus navium et proelio solita. In ratibus praetoriarum cohortium manipuli turmaeque adstiterant, antepositis propugnaculis, ex quis catapultae ballistaeque tenderentur. Reliqua lacus classiarii tectis navibus obtinebant. Ripas et colles ac montium edita in modum theatri multitudo innumera complevit proximis e municipiis et alii Urbe ex ipsa visendi cupidine aut officio in Principem. Ipse insigni paludamento neque procul Agrippina chlamyde aurata praesidere. Pugnatum, quanquam inter sontes, fortium virorum animo, ac post multum vulnerum occidioni exempti sunt.

1. *Lacum Fucinum* inter Apenninorum montium iuga, hod. *Lago Fucino* vel Lago di Celano, sic dictum ab oppido ad eum sito in Abrutio ult. et prov. Neapol. Eius emissarium in Tiberim, quod meditatus erat Caesar, (Suet. Caes. c. 44.) perfectum a Claudio et instauratum a Nerva et Traiano. *Inter maxime memoranda Claudii equidem duxerim, quamvis destitutum successoris odio, montem perfossum ad lacum Fucinum* (in Tiberim) *emittendum inenarrabili profecto impendio et operarum multitudine* (XXIX vel XXX millium) *per tot* (XI.) *annos, quum aut corrivatio aquarum, qua terrenus mons erat, ageretur in vertice machinis, aut silex caederetur omniaque intus in tenebris fierent, quae neque concipi animo, nisi ab iis qui videre, neque humano sermone enarrari possunt* Plin. 36, 15. s. 24. Cf. Dio 60, 11. 33. Suet. Claud. 20. (ibique Ern. in Exc.) Fabretti de emissario lac. Fuc. Euseb. in Chron. et Spartiani Hadr. c. 22. Opus a Claudio non absolutum dicit Dio 60, 11. quod e seriori lacus Fucini statu ab eo collectum censet Ern. — *amnem Lirin*, qui Latium a Campaniae ora seiungit et prius Glanis s. Clanis, *Κλάνις*, appellatus est, nunc *Garigliano* dicitur. *Lyrim praerupto* MS. Guelf. *Lirim* edd. Spir. et rec. *lyrin* edd. Put. 1. 2. et aliae. — *lacu in ipso navale proelium, ναυμαχία, adornatur* cet. Cf. Suet. Claud. 21. et Dio 60, 33. *ordinatur* ed. Spir. — *ut quondam* (a. U. 752.) *Augustus* cet. Cf. 14, 15. Suet. Aug. c. 43. Vell. 2, 100. et marm. Ancyran. cuius verba sunt in tab. prima a dextra: *Navalis proelii spectaculum populo dedi trans Tiberim, in quo loco nunc nemus est Caesarum, cavato* solo in longitudinem mille *et octingentos pedes: in latitudine* mille erant et *ducenti. In quo triginta rostratae naves, triremes* et quadriremes, *pluris autem minores inter se conflixerunt.* Atticis et Persicis *classibus pugnaverunt praeter remiges millia* hominum tri*ginta circiter.* Hic numerus haud dubie corruptus: nam Claudius *XIX hominum millia armavit*, Augustus autem navale proelium edidit *minore copia*, multitudine, (ut 4, 4. 27. et al.) scil. hominum. Fortasse et ille numerus minuendus, quia naumachiarii erant *sontes*, ut paulo post dicuntur. „Ceterum illud *stagnum* fuit in XIV regione Urbis *trans Tiberim*, (cf. marm. Ancyr.) unde nunc appellatur *Trastevere*. Cur Tacitus scripserit *cis Tiberim* non video, nisi fortasse in XIV Urbis regione ipse habitaverit. Stagni autem seu naumachiae hu-

ius manent adhuc vestigia in loco, qui nunc dicitur *la Vigna delle Monache di S. Caterina da Siena.* v. Fabretti l. l. p. 395.“ *Brot.* In MS. Flor. *cis tiberin* teste Furia.

2. *Claudius triremes quadriremesque — armavit,* L utrinque, ut tradit Dio 60, 33. unde Lipsius h. l. legendum putat *C. triremes q.* et ap. Suet. Claud. 21. *L. triremium.* — *milia* MSS. edd. vet. et Bekk. 2. Cf. ad G. 33. n. 4. et O. 16. n. 5. — *cincto ratibus ambitu* lacus. „Teste Fabretto l. l. ambitus lacus per lacinias sinuum et promontoriorum in eum excurrentium est XXX milliarium et ultra: rotundatis flexuris XXVI millia passuum et paulo amplius obtinet.“ *Brot.* Lacum muro ligneo circumdatum scribit Dio l. c. τεῖχός τε περὶ τὴν λίμνην ξύλινον κατεσκεύασε καὶ ἰκρία ἐπήξεν. Hinc *cincto cratibus* aut *trabibus* substituendum censebat Lipsius ratus, eius quasi valli tutelae praepositos fuisse praetor. milites. Sed mox *in ratibus* praetoriani adstitisse dicuntur; *Acid.* Locus Dionis agit de pariete et tabulatis ligneis spectatorum causa circa lacum exstructis. — *ac tamen* MS. Guelf. edd. vet. ut et rec. inde ab Ern. *attamen* edd. Rhen. 2. 3. et cet. ante Ern. *ac tantum* coni. Mur. et *sat tamen spatii* Heins. Cf. ad 3, 29. „Loci sensus est: cinxit quidem ratibus ambitum; ac tamen spatium interius, quod sic amplexus erat Claudius, sat magnum erat, ut omnia proelio navali solita peragi possent.“ *Kiessl.* — *remigii:* in MS. Guelf. *navigii.* — *gubernantium* MS. Flor. edd. Spir. Pich. sqq. *et gub.* MSS. Guelf. Bud. edd. Put. 1. 2. cet. — *impetus n. et proelio* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Pich. sqq. *impetusque n. proelio* edd. Rhen. 2. 3. cet. — *solita* MS. Flor. edd. Pich. sqq. *soliti in ratibus* cet. MSS. Guelf. Bodl. Bud. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *impetusque n. et pr. solitos* edd. Rhen. 2. 3. cet. — *ballistaeque* edd. rec. ut *ballista* H. 3, 23. in MS. Flor. *balistaeque* edd. vet. ante Oberl. *et balistae* MS. Guelf. — *tenderentur* in fugitivos. *traderentur* ed. pr. — *Reliqua lacus,* cf. ad H. 4, 2. — *classiarii,* non milites e classe, sed naumachiarii, *sontes,* damnati ad pugnam in navibus; *Pich.* „Gravis hac de re inter Taciti intpp. dissensio. Plurimi contendunt, tres navium ordines fuisse, primum navium tectarum cum classiariis, qui *reliqua lacus,* ripas inter et rates praetorianorum, occupaverint, secundum ratium cum praetorianis, tertium triremium et quadriremium cum sontibus depugnaturis. Sed vera mens optimorum interpretum, qui duos tantum agnoscunt ordines, unum ratium in ambitu lacus, alterum triremium et quadriremium, et quidem centum navium tectarum, in quibus depugnabatur.“ *Brot.* — *tectis navibus* et more Siculo Rhodioque aedificatis. v. Dio 60, 33. et Suet. Claud. 21. quibus conf. verba marmoris Ancyr. adscripta in nota 1. et Suet. Caes. 39. *Naves tectae,* quae etiam *constratae, contabulatae* dicuntur, αἱ κατάφρακτοι νῆες ap. Plut. in Pyrrho p. 391. αἱ τὰ καταστρώματα ἔχουσαι ap. Thucyd. 7, 40. h. e. tabulas s. tabulata, quibus et naves et propugnatores *teguntur.* Iis opponuntur naves *apertae* et *aphractae,* ἄφρακτοι, (non munitae et tectae tabulatis) leviores, quibus merces deportari solebant. *Tectas longas invenere Thasii; antea ex prora tantum et puppi pugnabatur,* Plin. 7, 56. Cf. Scheffer. de re nav. 2, 2. et 5. Pitture antiche d'Ercolano T. I. tab. 46. 47. *rectis navibus* edd. Rhen. 2. 3. Ald. — *ac montium* omnes libri praeter MS. Flor. et ed. Spir. a quibus *ac* abest. — *officio in Principem,* ut 3, 1. Cf. ad 2, 42, 1. Ind. III. v. *Ablativi Substantivorum absoluti.* — *Ipse* Nero *insigni paludamento neque procul Agrippina chlamyde aurata praesidere,* ὁ δὲ Κλαύδιος ὅ τε Νέρων στρατιωτικῶς ἐστάλησαν, ἥ τε Ἀγριππῖνα χλαμύδι διαχρύσῳ ἐκοσμεῖτο Dio 60, 33. *Nos vidimus Agrippinam Claudii Principis, edente eo navalis proelii spectaculum, assidentem ei indutam paludamento auro textili sine alia materia* Plin. 33, 3. s. 19. *Paludamentum* chlamys imperatorum

palliumve album seu purpureum. *praesidere* MSS. Guelf. Bud. edd. vet. et rec. *praesedere* edd. Lips. et al. — *pugnatum quanquam:* in MS. Guelf. *pugnatumque.* — *sontes* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Rhen. 2. 3 sqq. *innoxii* MS. Bodl. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. quod male defendebat Iac. Gron. οἱ ναυμαχήσαντες θανάτῳ καταδεδικασμένοι Dio 60, 33. — *post multum vulnerum,* ut *multum diei* et similia. *multi* MS. Guelf. — *occidioni exempti sunt,* v. ad 1, 64, 1. *occidione* MS. Guelf. a m. sec. *occisioni* ed. Spir.

CAPUT LVII.

Sed perfecto spectaculo apertum aquarum iter, et incuria operis manifesta fuit. Haud satis depressi ad lacus ima vel media, eoque tempore interiecto altius effossi specus. Et contrahendae rursus multitudini gladiatorum spectaculum editur inditis pontibus pedestrem ad pugnam. Quin et convivium effluvio lacus appositum magna formidine cunctos affecit, quia vis aquarum prorumpens proxima trahebat, convulsis ulterioribus aut fragore et sonitu exterritis. Simul Agrippina trepidatione Principis usa ministrum operis Narcissum incusat cupidinis ac praedarum: nec ille reticet impotentiam muliebrem nimiasque spes eius arguens.

1. *perfecto spectaculo,* finito proelio navali, *apertum aquarum iter,* aperti sunt specus emittendi lacus causa facti, *et* tunc *incuria operis manifesta fuit:* nam *specus* illi *haud satis depressi ad lacus ima, eoque,* ideoque, *tempore interiecto altius effossi* sunt; *Walth.* „*Ima lacus* depressiora erant, quam ut ille penitus emitteretur: non satis excavatus fuerat lacus in medio et in iis locis, quae ab effluvio remotiora erant; unde emissarium adhuc fuit excavandum.“ *Brot.* Verba haec ab aliis male et intellecta et distincta. *et incuria* edd. Put. 1. 2. et cet. usque ad Ern. ut et Kiessl. Walth. *et* omittunt MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Bud. edd. Spir. Ern. al. — *tempore interiecto* inter proelium navale vel *spectaculum* navalis proelii et *spectaculum gladiatorum.*

2. *Et contrahendae rursus multitudini gladiatorum spectaculum editur,* cf. ad 2, 37, 1. et Ind. III. v. *Gerundia et Gerundiva in Dativo posita.* In ed. Spir. *rursum.* — *inditis pontibus,* super impositis, *pedestrem ad pugnam* gladiatorum, cui oppositum proelium navale, spectaculum naumachiariorum: nam lacus non *ad ima vel media,* ubi aqua profundior, effluxerat. — *Quin et convivium effluvio,* emissario, *lacus appositum* cet. cf. Suet. Claud. 32. *Convivium* locus eius et apparatus, ut 15, 37. bis et H. 1, 82. — „*quia vis aquarum prorumpens proxima trahebat,* ubi vehementissima aquarum vis, *ulterioribus,* quae remotiora erant ad dextram laevamque, *convulsis,* (wurden erschüttert) quod fit minore vi.“ *Walth.* Claudius *convivatus super emissarium Fucini lacus ac paene submersus, quum emissa impetu aqua redundasset* Suet. Claud. 32. *proxima trahebat* secum, abstrahebat, abripiebat, ut 2, 7. 13. Agr. 37. *convulsis ulterioribus sublicis aut* MSS. Guelf. Bodl. in marg. Harl. Ies. *fragore et sonitu* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Put. 1. 2. Rhen. 2. 3 sqq. *fragore etiam sonitu* ed. Spir. *fragore, sonitu* edd. Ber. Rhen. 1. — *exterritis* edd. Put. 1. 2. sqq. *exterriti* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Bud. a m. pr. Reg. ed. Spir. *exterritos* corr. Gron. qui id referebat ad *cunctos.* Ita saltem delendum *aut,* et tamen durior est orationis structura; *Ern.* Immo *proxima* et *ulteriora* sunt partes operis proximae et ab his remotiores cum hominibus ibi collocatis, ad quos solos pertinet *exterritis.* Ita 13, 37. *plura fama quam pugna exterrere.*“ *Kiessl.* „*Proxima* et *ulteriora* intell. et res et homi-

nes, ut *cuncta, omnia.*" *Walth.* — *trepidatione Principis usa,* cf. ad 1, 28. — *ministrum operis Narcissum* ipsi invisum ob Aeliae Petinae studium (v. cap. 1.) *incusat,* quasi impensarum partem suos in usus vertisset eamque ruinam machinatus esset, ne fraus sua pateret; *Brot.* Cf. Dio 60, 33. et de *Narcisso* Ind. I. — *impotentiam muliebrem,* v. ad 4, 57, 3. — *nimiasque spes eius* ad suam et Neronis filii dominationem spectantes. *nimias* ed. Spir.

CAPUT LVIII.

D. Iunio, Q. Haterio Coss. sedecim annos natus Nero Octaviam Caesaris filiam in matrimonium accepit: utque studiis honestis et eloquentiae gloria enitesceret, causa Iliensium suscepta Romanum Troia demissum et Iuliae stirpis auctorem Aeneam aliaque haud procul fabulis vetera facunde exsecutus perpetrat, ut Ilienses omni publico munere solverentur. Eodem oratore Bononiensi coloniae igni haustae subventum centies sestertii largitione; redditur Rhodiis libertas adempta saepe aut firmata, prout bellis externis meruerant aut domi seditione deliquerant; tributumque Apamensibus terrae motu convulsis in quinquennium remissum.

1. *D. Iunio* Torquato Silano et *Q. Haterio* Antonino. Hic filius fuit D. Haterii Agrippae, 3, 52. Cf. 13, 34. *D. Silanum* fratrem fuisse M. et L. Silanorum, abnepotum Augusti, fraudibus Agrippinae interemptorum, (v. 13, 1.) suspicabantur Rupertus in ep. 60. ad Reines. p. 542. 546. Vales. ad Dion. 62, 27. Ryck. et Brot. ad 15, 35 pr. ubi leg. censebant *D. Augustum abavum* pro *atavum,* et Ryckius haec annotavit: „*Torquatus Silanus* 15, 35. non potuit esse filius Marci, qui natu maximus, quoniam, quum is natus a. U. 767. quo mortuus est Augustus, (v. Plin. 7, 13.) hic fuisset vix grandiore quam senatoria aetate, quod absurdum, quum anno seq. L. Silanus filius fratris iam senator fuerit. v. 16, 7." *D. Iunio, Q. Haterio* edd. Lips. et sqq. *D. Lunio. Q. Auturio* ed. Spir. *D. Iunio. Q. Auterio* MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. „Ad hos consules Tacitus refert Neronis matrimonium cum Octavia et causarum dictiones. Suetonius Claud. c. 7. gesta haec vult toto anno ante Claudio V. et Cornelio Orfito coss. At inter eum consulatum et hunc Taciti annum interiecti Faustus Sulla et Salvius Otho. Uter verior, mihi sane non liquet." *Lips.* „Fallitur. Suetonius res suas non per annos Urbis digessit, ut Tacitus, sed similitudinem rerum et aetatem virorum sequitur. Idem Lipsius rem ita refert, tanquam apud Suet. his statim annectantur illa: *nec multo post duxit uxorem* cet. Sed interiecta sunt haec: *auspicatus est et iurisdictionem praefectus Urbi* cet. Iam praefectura illa ad a. 806. relata plane cum Tacito consentire videtur Suetonius, dum pergit: *nec multo post* cet. Nam hoc non est diebus quibusdam interiectis, sed indicat post praefecturam Urbis proximum in vita Neronis memorandum fuisse matrimonium cum Octavia initum." *Walth.* — *sedecim annos natus* „i. e. anno XVI. ineunte. In fine autem anni U. 790. (XVIII Kal. Ian.) natus fuerat; ergo in principio anni 806. ingressus annum XVI aetatis. Hinc *quindecim* h. l. scribendum videtur." *Ryck.* et *Brot.* „Ryckius inde ab initio huius libri falso numerat annos Urbis et uno anno omisso gesta haec refert ad a. 806. quum sit 807." *Walth.* Sed a Walthero potius et editoribus Taciti recentioribus annos U. c. tam in Annalibus inde a libro XII. quam in Historiis false numerari uno perperam inserto et adiecto, iam notatum est a Bachio in

novi Musei Rhen. fasc. III. et viris doctis in Allgem. Schulzeitung a. 1833. Nr. 103. p. 32. et in Annal. lit. Lips. a. 1833. Nr. 236. p. 1886. Nam uno eodemque anno gesta sunt, quae et Ann. 11, 23. — 12, 4. et H. I. — IV, 38. traduntur, illa A. Vitellio et L. Vipstano, haec Ser. Galba iterum et T. Vinio consulibus. — *Caesaris* Claudii. Male C. *Caesaris* MS. Guelf. — *utque studiis honestis* (v. ad Agr. 4. n. 4.) *et eloquentiae gloria enitesceret, causa Iliensium* cet. Cf. ad 4, 15. et Suet. Ner. 7. *et* omissum in MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. *enitesceret* MS. Flor. (teste Iac. Gron.) edd. Lall. Bip. Bekk. 2. *nitesceret* MSS. Reg. Bud. edd. omnes ante Lallem. Cf. ad 11, 7, 2. ubi *enitesceret* in omnibus libris. — *Romanum Troia demissum,* Romanos a Troianis oriundos. Sic *Romanus* pro Romano populo et exercitu dicitur Liv. 2, 27. 3, 2. 8, 3 pr. 24, 27. ut *Samnis, Tarquiniensis* et *Carthaginiensis* Liv. 7, 33. 9, 41. 24, 47. 28, 44. ad quae loca v. Drak. *demissum,* ut ap. Virg. Aen. 1, 288. et Ge. 3, 35. *nomen* post *Romanum* excidisse putabat Grot. — *aliaque vetera haud procul fabulis* sc. ὄντα. Cf. Ind. v. *Ellipses* I. γ. et ad 11, 22, 1. *vetera facunde* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. et sqq. *vera facunde* MSS. Flor. (in quo media syll. saepissime omissa) Reg. Guelf. Harl. Ies. edd. Spir. Ber. Rhen. 1. quod non displicuit Crollio, qui *haud procul fabulis vera* dici putabat nixa quidem rebus factis, sed fabulis commixta. *verum facunde* MSS. Bodl. in marg. Agr. ed. Ryck. quod etiam coniecere Mur. Lips. Acid. *vera facundie* MS. Bodl. *vera facunditate* edd. Put. 1. 2. ut ap. Plaut. Truc. 2, 6, 13. — *facunde exsecutus,* v. ad 3, 65, 1. Hanc aliasque orationes Neronis Seneca praeceptor composuerat. Cf. ad 13, 3. — *perpetrat* (ut 14, 10.) MSS. Flor. Reg. Bodl. à m. rec. Harl. Ies. Guelf. Bud. edd. Spir. Ern. sqq. *impetrat* MS. Bodl. et edd. cet. — *ut Ilienses omni publico munere solverentur:* „Sed *Iliensibus et propter inclitam nobilitatem civitatis et propter coniunctionem originis Romanae iam antiquitus et SCtis et Principum constitutionibus plenissima immunitas tributa est, ut etiam tutelae excusationem habeant,* Callistr. l. 17. D. de excusat. Primus Alexander ἐλευθέραν καὶ ἄφορον eam urbem pronuntiavit. v. Strab. XIII. p. 593. Deinde a Romanis in foedere cum Antiocho Iliensibus immunitas, Rhoeteum et Gergithum concessa, in epistola S. P. Q. R. Seleuco regi *amicitia et societas ita demum promissa, si consanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes praestitisset.* v. Liv. 38, 39. et Suet. Claud. 25. Sulla etiam eosdem ἐλευθέρους ἠφίει καὶ Ῥωμαίων ἀνέγραφε φίλους. Appian. Mithrid. c. 61. An hoc mutatum postea, ut saepe solet, nescio. Iulius quidem Caesar Καῖσαρ ὁ θεὸς χώραν τε δὴ προςένειμεν αὐτοῖς καὶ τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὴν ἀλειτουργησίαν αὐτοῖς συνεφύλαξε· καὶ μέχρι νῦν συμμένουσιν ἐν τούτοις Strab. XIII. p. 595. Nec imminuit Augustus aut Tiberius aut Caligula. Itaque Claudius adiecit aliquid ad immunitatem olim datam effecitque ut plenissima uterentur, (*ut omni publico munere solverentur*) aut concessa, sed publicanorum improbitate mota, sanxit in perpetuum stabilivitque. Illud colligere possis ex Callistr. l. l. hoc ex Suet. Claud. 25. *Iliensibus quasi Romanae gentis auctoribus tributa in perpetuum remisit.* „*Lips.* Cf. Ulpian. Dig. L. tit. 1. ad municip. et de incolis leg. 1." In memoriam huius immunitatis numi tunc cusi, in quibus symbolum eius est equus libere pascens. v. Harduini sel. opp. p. 74. et Vaillant. coll. NN. T. I. p. 221. T. II. p. 45." *Brot.* et *Oberl.* Pro *munere* Heinsius coni. *onere,* ut 2, 42. 4, 6. et ap. Suet. l. l. Sed *munera publica* dicuntur quaecunque a civibus praestanda sunt, (öffentliche Leistungen) onera et tributa; unde *immunis* et *immunitas.* Cf. ad Agr. 13. n. 1. et cap. 19. n. 3.

2. *Eodem oratore* h. e. orante *Bononiensi* — *largitione*; *redditur* — *deliquerant*; *tributumque* — *remissum.* Ita haec primus interpunxit Boetticher minore distinctione pro maxima post *largitione* et *deliquerant*

posita, ut omnia pendeant ex *eodem oratore.* — *Bononiensi coloniae,* cf. Liv. 37, 57. et Vell. 1, 15. — *centies sestertii largitione,* v. ad 2, 37. et 86. — *redditur Rhodiis libertas adempta saepe* „ut etiam ab ipso Claudio a. U. 797. quia cives Rom. cruci suffixerant, (v. Dio 60, 24.) et nunc reddita orante Nerone, qui hinc cum sole Rhodum radiis retegente comparatur ab Antiphilo Byz. in epigr. 19.“ *Lips.* v. Brunck. Anal. T. II. p. 174. et Iacobs in Anthol. Gr. II, 2. p. 51. 52. ubi docet, eo potius referendum esse illud epigramma, quam ad famam de capite radiato Neronis recens nati in numis Rhodiorum et Nicaeensium efficto. v. Dio 61, 2. — *tributumque Apamensibus terrae motu convulsis in quinquennium remissum:* hinc. Apamensium sumptibus cusi duo numi grati animi testes, quos Harduinus sel. opp. p. 24. profert; *Brot. Apamensibus* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Reg. edd. Spir. Ern. sqq. *Apamiensibus* edd. Put. 1. 2. et cet. ante Ern. praeter illam Ryckii, qui *Apameensibus* dedit e MS. Agr. *a parmensibus* MSS. Bud. et Guelf. in quo praep. *a* erasa. Ἀπαμιεῖς ap. Strab. XII. p. 577. (1564.) sed Ἀπαμεῶν in omnibus numis; *Iac. Gron.* Plures fuerunt urbes huius nominis, (*Apama, Apamea* et *Apamia*) sed h. l. intelligenda videtur illa Phrygiae maioris, condita ab Apama Seleuci Nicanoris uxore, aucta deinde civibus Celaenarum vicini oppidi et arcae instar inclusa a tribus amnibus in Maeandrum fl. labentibus, Marsya, Obrima et Orga; unde dicta est Ἀπάμεια πρὸς Μαιάνδρον, Ἀπ. Κιβωτὸς (arca) Μαρσύας et Κέλαιναι. „Haec urbs saepius *terrae motu convulsa* propter cuniculos igne aut aqua plenos usque ad mediterranea, et praecipuum fuit totius Asiae emporium post Ephesum. v. Strab. l. l.“ *Ryck. convolsis* MS. Guelf.

CAPUT LIX.

At Claudius saevissima quaeque promere adigebatur eiusdem Agrippinae artibus, quae Statilium Taurum opibus illustrem hortis eius inhians pervertit accusante Tarquitio Prisco. Legatus is Tauri Africam imperio proconsulari regentis, postquam revenerant, pauca repetundarum crimina, ceterum magicas superstitiones obiectabat. Nec ille diutius falsum accusatorem indigna sorte perpessus vim vitae suae attulit ante sententiam senatus. Tarquitius tamen curia exactus est, quod Patres odio delatoris contra ambitum Agrippinae pervicere.

1. *Claudius saevissima quaeque promere adigebatur,* cf. ad 3, 36, 1. et Ind. III. v. *Infinitivi* nr. 7. — *Statilium Taurum hortis eius inhians pervertit,* v. ad 2, 1, 1. et 11, 1, 2. Horti illi fuerunt fortasse vicini amphitheatro Statilii Tauri, ex cuius ruderibus concretus mons, qui nunc *Monte Citorio* dicitur; *Brot.* — *praevertit* ed. pr. — *accusante M. Tarquitio Prisco,* de quo v. 14, 46. Idem fortasse scripsit libros de *Etrusca disciplina* vel de *rebus divinis* vel de *ostentario arborario,* de quibus v. Ammian. Marc. 25, 2, 7. quique ibi a Wagnero citantur Macrob. Sat. 2, 7. 16. 3, 7. Lactant. inst. 1, 10. Voss. de hist. 1, 31. Pithoei Advers. 1, 20. p. 71. et Crenii anim. philol. hist. T. IX. p. 44 sq. *Tarquitio* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. edd. Spir. Lips. sqq. *Tarquinio* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Ita et 14, 46. *TAPKYTIOΣ* et *TAPKYITIOΣ* in numis. v. Spanhem. de usu et pr. num. T. II. p. 593. Vaillant. num. fam. Rom. T. II. p. 460. Eckhel D. NN. T. II. p. 403. et NN. vet. anecd. p. 187.

2. *magicas superstitiones,* v. ad 2, 27. 28. 69. 3, 22. — *indigna sort* MSS. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. et sqq. usque ad Bip

indigna sortes MS. Flor. teste Furia. *indignasque sortes* MSS. Reg. Agr. ed. Spir. *indignamque sortem* edd. Bip. Oberl. Lün. *indignasque* (immeritas) *sordes* (reorum, ut 4, 52. 6, 8. O. 12.) edd. Ern. Lall. Brot. Bekk. Kiessl. Walth. Ritt. ex emend. Heinsii. — *quod Patres contra ambitum* (cf. ad 1, 7, 8.) *Agrippinae pervicere*, cf. Ind. II. Eadem tamen pervicisse videtur, ut Tarquitius Proc. in Bithyniam mitteretur, de quo v. 14, 46. et numos in nota 1. memoratos.

CAPUT LX.

Eodem anno saepius audita vox Principis, *parem vim rerum habendam a procuratoribus suis iudicatarum, ac si ipse statuisset:* ac ne fortuito prolapsus videretur, senatus quoque consulto cautum plenius quam antea et uberius. Nam divus Augustus apud Equestres, qui Aegypto praesiderent, lege agi decretaque eorum perinde haberi iusserat ac si magistratus Romani constituissent: mox alias per provincias et in Urbe pleraque concessa sunt, quae olim a praetoribus noscebantur. Claudius omne ius tradidit, de quo totiens seditione aut armis certatum, quum Semproniis rogationibus equester ordo in possessione iudiciorum locaretur, aut rursum Serviliae leges senatui iudicia redderent, Mariusque et Sulla olim de eo vel praecipue bellarent. Sed tunc ordinum diversa studia et, quae vicerant, publice valebant. C. Oppius et Cornelius Balbus primi Caesaris opibus potuere conditiones pacis et arbitria belli tractare. Matios posthac et Vedios et cetera Equitum Romanorum praevalida nomina referre nihil attinuerit, quum Claudius libertos, quos rei familiari praefecerat, sibique et legibus adaequaverit.

1. *a procuratoribus suis*, h. e. fisci tam in Urbe quam in provinciis Caesaris, quod patet ex verbis huius cap. extremis, non praefectis provinciarum Caesaris, quibus pridem iurisdictio et imperium concessum; *Walth.* Cf. ad 4, 15. Lips. Exc. II. ad Ann. XII. Duk. ad Liv. 33, 26. — *iudicatarum* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *iudicaturum* MS. Flor. (teste Vict.) et ed. Spir. *iudicatorum* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *fortuito prolapsus* in talem sententiam. — *senatus quoque:* in MS. Guelf. *senatusque*. Cf. ad 2, 37, 1. — *apud equestres* h. e. Equites vel equestris ordinis homines. Ita 13, 10. et unice ap. Tac. ut *militares* 14, 33. pro militibus, qui 15, 10. *viri militares* dicuntur. *equites* MS. Agr. *equestres, qui Aegypto praesiderent*, v. ad 2, 59 extr. et H. 1, 11. *praesiderent*, cf. Ind. III. v. *Verba diversis casibus iuncta.* — *lege agi*: „Formula *lege agere* latissime sumpta continet quicquid ex lege apud praetorem fit iuris sui obtinendi causa, ut vindicatio, in iure cessio, emancipatio, postulatio possessionis, actionis, tutoris interdicti: deinde est actionem alicui intendere ex lege aliqua. Ei a parte praetoris respondet *ius dicere* vel *reddere*. Ubi autem actio legis, ibi necessario iurisdictio, cuius tria verba sunt *do, dico, addico*. v. Sigon. de iudic. 1, 9.“ *Ern.* clav. Cic. v. *Lex*. Quae sit *legis actio*, docet Pompon. de orig. iuris §. 5., *Ferret.* — *perinde* MS. Guelf. edd. Ern. sqq. *proinde* edd. vet. Cf. Ind. II. — *per provincias et in Urbe pleraque concessa sunt* sc. Equitibus, non procuratoribus: nam de his proprie nondum loquitur; *Ern.* „Equitibus Rom. in Urbe ius late datum, praecipue praefectis Urbi et praetorio, qui ex ordine equestri ad tempora Vespasiani. Sed et procuratoribus Caesaris in Urbe aliquod ius extra res fisci. v. Ulpian. l. 9.

de off. proc. ap. Schulting. in Coll. LL. Mos. et Rom. 1, 14." *Lips.* — *noscebantur,* cognoscebantur. Cf. Ind. II. et ad 3, 35.

2. *Claudius omne ius,* omnem iurisdictionem, *tradidit* Equitibus in Urbe et Procuratoribus fisci in provinciis Caesareis, *de quo totiens* (v. ad Agr. 30. n. 1.) *seditione aut armis certatum, quum Semproniis rogationibus — valebant,* v. ad 11, 22, 4. *Semproniis rogationibus* edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *Sempronii rogationibus* edd. Put. 1. 2. Ber. *Sempronii rogatione* MS. Guelf. et sane una tantum fuit, ut et una *Servilia,* quae *senatui iudicia reddidit.* Sed v. ad 3, 33, 3. 11, 22, 4. et Ind. III. v. *Numerus plur. pro sing.* — *Sulla* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Lips. sqq. *Silla* ed. pr. *Sylla* MS. Guelf. edd. Put. Ber. Rhen. v. ad 1, 1, 2. — *bellarent* MSS. Flor. Guelf. edd. ante Rhen. 2. et rec. *redderent. Mariusque* et *Sulla - bellarunt* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. et cet. ante Iac. Gron. — *Sed tunc ordinum,* praecipue senatorii et equestris, *diversa studia,* contrariae partes et certamina erant, *et quae* studia *vicerant, publice valebant,* in re publica plurimum poterant, eam et iudicia suo arbitrio administrabant. *quae vicerant* MSS. Flor. Bud. edd. vet. ante Lips. et rec. *qui vicerant* edd. Lips. et sqq. ante Ern. — *C. Oppius et Cornelius primi opibus Caesaris,* eius auctoritate nixi et adiuti, tantam obtinuerunt potentiam, ut quisque eorum unus omnia posset. De *C. Oppio* v. Suet. Caes. 52. 53. 56. 72. Cic. ad Att. 5, 1. al. *Cornelius Balbus* h. l. maior et Gaditanus, a Cn. Pompeio civitate donatus rogatu L. Cornelii Lentuli, cuius inde nomen ascivit, Caesari familiaris, qui eius gratia consul factus est quique Garamantas vicit et de iis triumphavit. Eius e fratre nepos et hinc *minor* dictus Cornelius Balbus, Asinii Pollionis quaestor in Hispania, homo flagitiosissimus omniumque sua aetate ditissimus. De illo v. Cic. or. pro L. Corn. Balbo, ei. ep. ad Att. 2, 12. 7, 3. 7. Plin. 7, 43. de hoc Cic. ep. ad div. 10, 32. Plin. 5, 5. Dio 48, 32. Vell. 2, 51. — *Matios et Vedios,* cf. Ind. III. v. *Numerus plur. pro sing.* C. *Matius,* Caesari, Augusto et Ciceroni familiaris. v. Suet. Caes. 52. Cic. ad Att. 9, 11. 14, 1 — 5. ad div. 6, 12. 7, 15. 11, 27. 28. Idem vel alius *Cn. Matius,* quem ex ordine equestri et Augusti amicum fuisse dicit Plin. 12, 2. s. 6. et *Cn. Matius,* qui Iliada et Mimiambos scripsit. v. Macrob. Sat. 2, 6. Gell. 6, 6. 9, 14. 10, 24. 15, 9. 25. 20, 25. De *Vedio* Pollione v. ad 1, 10. *Matios* edd. Lips. et sqq. *Mathios* MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. *Matthios* edd. vet. *Macchyos* alii libri test. Lips. *Vadios* pro *Vedios* ed. Spir. — *posthac,* v. Ind. II. — *referre nihil attinuerit* ad rem, opus fuerit. Cf. Ind. III. v. *Verborum tempora* III. — *quum Claudius libertos — adaequaverit,* v. ad 11, 38, 2. *sibique et legibus,* cf. ad 4, 34, 2. et G. 1. n. 1.

CAPUT LXI.

Retulit dein de immunitate Cois tribuenda, multaque super antiquitate eorum memoravit: *Argivos vel Coeum Latonae parentem vetustissimos insulae cultores: mox adventu Aesculapii artem medendi illatam maximeque inter posteros eius celebrem fuisse,* nomina singulorum referens et quibus quisque aetatibus viguissent. Quin etiam dixit, *Xenophontem, cuius scientia ipse uteretur, eadem familia ortum, precibusque eius dandum, ut omni tributo vacui in posterum Coi sacram et tantum dei ministram insulam colerent.* Neque dubium haberetur, multa eorundem in populum Romanum merita sociasque victorias potuisse tradi: sed Claudius facilitate solita, quod uni concesserat, nullis extrinsecus adiumentis velavit.

1. *de immunitate* (v. ad c. 58. n. 1.) *Cois tribuenda, de antiquitate eorum* et cultu *Aesculapii* v. ad 4, 14. *Cois* MS. Guelf. edd. Spir, Ber. Rhen. 2. 3. seqq. *Chois* edd. Put. 1. 2. Rhen. 1. Sic paulo post *Choi* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. sed *Cohi* ed. Spir. *tribuenda* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. edd. Spir. Put. 1. 2. Riv. Rhen. 2. 3. sqq. *tristuenda* ed. Ber. unde *restituenda* Rhen. 1. — *Argivos:* in MS. Flor. *Argios* teste Vict. — *Coeum Latonae parentem:* „nam pater deae Κοῖος vel Κῶος unus ex Titanibus, (v. Hesiod. Theog. 135. 404. Ovid. Met. 6, 185. 366.) et ab eo nomen tum Coeo fluvio, tum ipsi insulae datum; unde gryphus apud Athen. 10, 21. *μήτηρ δ'ἐστ' ἀριθμοῖο παῖς, numeri mihi filia mater*: nam, inquit Athenaeus, numerum Macedones dicunt *Coeum.*« *Lips.* Cf. Pausan. 4, 33. Heyne ad Apollod. 1, 2, 2. *Coeum Latonae parentem* edd. Pich. et sqq. ex emend. Merceri. *cum L. parente* MSS. Flor. (in quo tamen *parentem* teste Furia.) Guelf. Bud. edd. vet. — *inter posteros eius* Asclepiadas, qui per DCC annos in scholis (Coa, Rhodia, Cidnia, Italica et aliis) artem medicam excoluere. — *viguissent*: in MS. *viguisset*, et paulo post omissum *ipse*.

2. *Xenophontem* cet. Cf. c. 67. Athen. 10, 21. Diog. Laert. in fine Xenophontis Socrat. et Pellerin recueil de médailles de Rois p. 206. — *eadem familia* Aesculapii. — *precibus eius dandum*, ut paulo post *quod uni concesserat* sc. Xenophonti. v. ad 1, 7, 8. — *tantum* MSS. Flor. Reg. Farn. Bodl. a m. pr. Bud. edd. Spir. Pich. sqq. *tanti* MSS. Bodl. a m. sec. Harl. Ies. Guelf. Agr. edd. cet. Quod male defendit Ryckius: nam sensus est, insulam Deo tantum servire, non etiam hominibus pendendo tributo; *Ern.* — *Neque dubium haberetur* MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. Bud. Agr. edd. vet. ante Lips. „Recte. Est Optativus Graecorum. v. ad 2, 30. 4, 6" *Walth.* *habetur* edd. Lips. sqq. — *multa eorundem in pop. Rom. merita*, cf. 4, 14. — *sociasque victorias*, communiter partas; *Ern.* „Cf. Plut. Lucull. p. 493. Haec quidem laudare dignum fuisset Principe. At Claudius foedo peregrinae eruditionis ostentandae cacoethe laborabat." *Brot.* — *potuisse tradi: sed Claudius* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *potuisset tradidisset* C. MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. *patuisse tradidisset* C. MSS. Guelf. Bud. *patuisse. Claudius* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. „Haud inepte: nam *patere* dicitur de iis, quae sunt clara et manifesta, ac *sed* ante *Claudius* eleganter omittitur." *Walth.* Immo vitiosa bene correxit Rhen. — *facilitate*, v. ad 6, 15. *nullis extrinsecus adiumentis velavit*, v. ad 11, 22, 1.

CAPUT LXII.

At Byzantii data dicendi copia, quum magnitudinem onerum apud senatum deprecarentur, cuncta repetivere, orsi a foedere, quod nobiscum icerant, qua tempestate bellavimus adversus regem Macedonum, cui, ut degeneri, Pseudophilippi vocabulum impositum. Missas posthac copias in Antiochum, Persen, Aristonicum, et piratico bello adiutum Antonium, memorabant, quaeque Sullae aut Lucullo aut Pompeio obtulissent: mox recentia in Caesares merita, quando ea loca insiderent, quae transmeantibus terra marique ducibus exercitibusque, simul vehendo commeatu opportuna forent.

1. *cuncta* (sc. *merita*, ut paulo post) *repetivere*, cf. ad 3, 24, 1. — *icerant* MSS. Bodl. Ies. edd. Gryph. Lips. sqq. *iecerant* MSS. Flor. Guelf. Bud. edd. vet. Hinc *fecerant* coni. *Ern.* — *Pseudophilippi*, Andrisci, de quo v. Flor. 2, 14. Liv. epit. 49, 50. al.

2. *posthac — memorabant* iungenda: nam bellum illud serius gestum, sed foedus primo memoratur tanquam res maximi momenti. „*Posthac* non gestae sed dictae rei tempus notat: malim tamen *post haec.*" *Lips.* Sed cf. Ind. II. — *Antiochum* M., *Persen, Aristonicum,* cf. Ind. I. *Persen* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *Persem* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Walth. — *piratico bello* s. Cretensi a. U. 679. *adiutum* a se M. *Antonium* Creticum Praetorem, triumviri patrem, oratoris filium, qui cos. factione Cethegi et gratia Cottae infinitum in omnes oras maritimas imperium acceperat, sed interiit. v. Vell. 2, 31. Flor. 3, 6. 7. Cic. in Verr. 1, 23. 2, 3. 3, 91. Sall. fragm. 1, 3. — *memorabant, quaeque* edd. Berneg. et sqq. *Memorabantque quae* MSS. Broterii et Guelf. edd. vet. — *recentia in Caesares merita,* cf. 4, 47. 12, 15. — *vehendo commeatu opportuna* MSS. (Flor.) Reg. Guelf. Agr. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. Lips. et al. *commeatui* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Ob. Lün. Bekk. Sed cf. ad 3, 19. 3, 30. Ind. III. v. *Dativus* n. 7. et *Gerundia et Gerundiva in Dativo. subvehendo* MS. Agr.

CAPUT LXIII.

Namque arctissimo inter Europam Asiamque divortio Byzantium in extrema Europa posuere Graeci, quibus Pythium Apollinem consulentibus, *ubi conderent urbem?* redditum oraculum est, *quaererent sedem caecorum terris adversam.* Ea ambage Chalcedonii monstrabantur, quod priores illuc advecti praevisa locorum utilitate peiora legissent. Quippe Byzantium fertili solo fecundoque mari, quia vis piscium immensa Pontum erumpens et obliquis subter undas saxis exterrita, omisso alterius litoris flexu, hos ad portus defertur. Unde primo quaestuosi et opulenti; post magnitudine onerum urgente finem aut modum orabant annitente Principe, qui Thracio Bosporanoque bello recens fessos iuvandosque retulit. Ita tributa in quinquennium remissa.

1. *arctissimo* MSS. Flor. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Sic et *arctum* 13, 38. MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. *artissimo* edd. Spir. Lips. sqq. Cf. ad 4, 32, 1. — *Byzantium in extrema Europa posuere Graeci:* urbem tradunt Tacitus h. l. Herodot. 4, 144. et *Strabo* VII. p. 320. a *Chalcedoniis* conditam; a *Megarensibus* duce *Byzante* Neptuni filio Olymp. 30, 2. postquam ab iisdem exstructa Chalcedon Olymp. 26, 2. duce Archia Claudianus in Eutrop. 2, 83. Eustath. in Dionys. Perieg. v. 804. Steph. Byz. v. *Βυζάντιον,* Euseb. Chron. ad a. 17. Diodor. 4, 50. a *Spartanis* eorumve rege Pausania Iustin. 9, 1. et Isidor. orig. 15, 1. sed ab *Atheniensibus* Ammianus Marc. 22, 8, 8. Iulianus orat. III. p. 118. ed. Spanh. et Himerius orat. VII. (ubi cf. Wernsdorf. p. 512. ed. mai. et in edit. min. Harles. p. 43, qui his potius originem tribuendam censet, quia Byzantini ipsi temporibus Constantini Atheniensium maluerint quam aliorum colonia haberi) a *Milesiis* Vell. 2, 15. (ubi cf. Ruhnk.) Quae referenda ad colonias variis temporibus eo deductas. „Cf. Raoul-Rochette hist. crit. de l'établiss. de col. gr. Vol. III. p. 297." *Walth.* Hodie urbs illa dicitur *Constantinopolis* a Constantino M. qui sedem imperii Roma Byzantium contulit. *in extrema Europa* edd. Rhen. 2. 3. Ald. sqq. *in extrema Europae* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Riv. Rhen. 1. *in extremo Europae* MS. Agr. edd. Spir. Walth. — *redditum oraculum est, quaererent*

sedem caecorum terris adversam cet. „Tota res denarrata a Strab. VII. p. 320. Τὸν Ἀπόλλω φασὶ τοῖς κτίσασι τὸ Βυζάντιον ὕστερον, μετὰ τὴν ὑπὸ Μεγαρέων Χαλκηδόνος κτίσιν, χρηστηριαζομένοις προστάξαι ποίησασθαι τὴν ἵδρυσιν ἀπεναντίον τῶν τυφλῶν, τυφλοὺς καλέσαντα τοὺς Χαλκηδονίους, ὅτι πρότερον πλεύσαντες εἰς τοὺς τόπους, ἀφέντες τὴν πέραν κατασχεῖν τοσοῦτον πλοῦτον ἔχουσαν, εἵλοντο τὴν λυπροτέραν. Habes eadem in Herodoto 4, 144. qui Chalcedonem XVII annis ante Byzantium conditam tradit, dictum vero hoc et scomma in Chalcedonios tribuit Megabyzo duci Darii et satrapae." *Lips. caecorum terris* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Rhen. 2. 3. sqq. *graecorum t.* MSS. Flor. (si Furiae fides habenda) Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Riv. Ber. Rhen. 1. — *Ea ambage*, eo oraculo obscuro, (cf. ad H. 2, 78.) *Chalcedonii monstrabantur*, significabantur, ut Agr. 13. extr. *monstratus a Fatis Vespasianus*, significatum iam tum a Fatis, qualis ille aliquando futurus esset. — *praevisa locorum utilitate* MSS. Flor. Reg. Guelf. et omnes edd. *provisa* male MSS. Bud. Agr. *parum visa* coni. Lips. *impraevisa* Iac. Gron. *invisa* (non visa) Ryck. *Praevisa* pro *praetervisa*, neglecta, accipiunt Heins. et Ern. rati, ita illud dictum Horat. Serm. 1, 3, 25. ut Gr. παρορᾶν, παραβλέπειν, et *praefluere* pro *praeterfluere*. Sed haec verbi significatio est dubia et vulgaris h. l. aptissima, quod iam animadvertit Khunius ab Oberlino laudatus. Chalcedonii magnam animi *caecitatem* prodiderunt, quippe qui *priores*, prius quam alii, (cf. Ind. III. v. *Adiectiva pro adverbiis*) *illuc*, ad haec loca, *advecti* et utramque regionem, Chalcedonensem et Byzantinam, ante speculati, ut urbem conderent loco opportunissimo, praetulerunt deteriorem: nam incommodus est situs Chalcedonis in Bithynia et opportunissimus Byzantii ei ex *adverso* positi ad Bospori Thrac. ostium, opportunior tamen a mari, quam a parte continentis, ubi continua bella cum Thracibus et Gallis orta; de quo v. Polyb. 4, 38—52.

2. *Quippe Byzantium fertili solo fecundoque mari*, piscium pleno, appositum. *fecundoque mari* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. *fecundo mari* MS. Flor. (teste Vict.) et ed. Spir. prob. Walth. — *vis* (multitudo) *piscium immensa* (in) *Pontum erumpens et obliquis subter undas saxis exterrita* — *hos* (Byzantii) *ad portus defertur* ibique tum capitur. Pisces enim et quidem pelamydes, πηλαμύδες, et thunni s. thynni, θύννοι, minores, Thünlinge, (nam maiores ὄρκυνοι dicti) pinguefacti et adulti in luto (πηλῷ) Maeotidis paludis, sed aspectu saxorum miri candoris in Euripo iuxta Chalcedonem exterriti, per Propontidem in *Pontum* Euxinum (mare nigrum) immensa multitudine et impetu violento profluunt et potissimum iuxta Byzantium iaculis tridentibus, τριαίναις, τριόδοις (Harpunen) capiuntur; unde etiam in multis Byzantiorum numis tum thynni, tum hami et tridentes, quibus capi solent, expressi. De quo locus class. est Plin. 9, 15. s. 20. *In Pontum nulla intrat bestia piscibus malefica praeter vitulos et parvos delphinos. Thynni dextra ripa intrant, exeunt laeva. Id accidere existimatur, qui a dextro oculo plus cernant utroque natura hebete. Est in Euripo Thracii Bospori, quo Propontis Euxino iungitur, in ipsis Europam Asiamque separantis freti angustiis, saxum miri candoris a vado ad summa perlucens iuxta Chalcedonem in latere Asiae. Huius aspectu repente territi semper adversum Byzantii promontorium ex ea causa appellatum Chrysoceras, aureum cornu, praecipiti petunt agmine. Itaque* o m n i s c a p t u r a B y z a n t i i e s t, *magna Chalcedonis penuria mille passuum medii interfluentis Euripi. Opperiuntur autem aquilonis flatum, ut secundo fluctu exeant e Ponto,* n e c n i s i i n t r a n t e s P o n t u m B y z a n t i i c a p i u n t u r. *Bruma non vagantur: ubicunque deprehensi usque ad aequinoctium ibi hibernant. Iidem saepe navigia velis euntia comitantes, mira quidam dulcedine, per aliquot horarum spatia et passuum millia a gubernaculis spectantur ne tridente quidem in eos saepius iacto territi. — Multi in Propontide aestivant:* P o n t u m n o n i n t r a n t. Ea-

dem tradit Strabo VII. p. 320. (493.) his verbis: *Γεννᾶται οὖν τὸ ζῷον (πηλαμὺς) ἐν τοῖς ἕλεσι τῆς Μαιώτιδος, ἰσχῦσαν δὲ μικρὸν ἐκπίπτει διὰ τοῦ στόματος ἀγεληδὸν, καὶ φέρεται παρὰ τὴν Ἀσιανὴν ἠϊόνα μέχρι Τραπεζοῦντος καὶ Φαρνακίας. — Ἐπειδὰν δὲ ἤδη συνάψῃ ταῖς Κυανέαις καὶ παραλλάξῃ ταύτας, ἐκ τῆς Χαλκηδονιακῆς ἀκτῆς λευκή τις πέτρα προσπίπτουσα φοβεῖ τὸ ζῷον ὥστ' εὐθὺς εἰς τὴν περαίαν τρέπεσθαι. παραλαβὼν δὲ ὁ ἐνταῦθα ῥοῦς ἅμα καὶ τῶν τόπων εὐφυῶν ὄντων, πρὸς τὸ τὸν ἐκεῖ ῥοῦν τῆς θαλάττης ἐπὶ τὸ Βυζάντιον καὶ τὸ πρὸς αὐτὸ Κέρας τετράφθαι φυσικῶς, συνελαύνεται δεῦρο καὶ παρέχει τοῖς Βυζαντίοις καὶ τῷ δήμῳ τῶν Ῥωμαίων πρόσοδον ἀξιόλογον.* Conf. Arist. H. A. 8, 13—16. 15, 10. Aeliani H. A. 9, 42. 15, 5. Oppiani *ἁλιευτ.* 3, 620 sq. Iuvenal. 4, 41 sq. Pseudo-Aristot. de mirab. narrat. c. 148. Ambros. Hexaem. 5, 10. Heyne Antiq. Byzant. in Commentatt. Gott. rec. T. I. p. 19. Schneider ad Aristot. H. A. T. I. p. 627 sq. T. II. p. 468. id. ad Artedi Synon. pisc. p. 53—64. 325. et in primis Böttiger in Amalthea T. II. p. 303—309. ubi et itineraria laudantur, ex quibus constat, ingentem etiam nunc copiam thunnorum capi ad oras Valentiae, Provinciae Gall., Massiliae, Sardiniae et Siciliae. *vis piscium in metapontum erumpens* vitiose MSS. et edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Vera scriptura videtur esse quam substitui: *vis piscium immensa* (*inmēsa* s. *immēsa*) *Pontum erumpens* h. e. *in P. er.* (v. ad 6, 49. extr.) nisi leg. *ir̄umpens* i. e. *irrumpens.* Minus congruae aliorum emendationes. *vis piscium in Pontum erumpens* edd. Rhen. 2. 3. et cet. usque ad Gron. *vis piscium innumera Pontum erumpens* edd. I. Fr. Gron. Lün. Walth. ex emend. Lipsii. *vis p. innumera Ponto er.* edd. Brot. Oberl. Bekk. Kiessl. et *vis p. immensa Ponto e.* ed. Ritt. ut in fragm. Sallustii a Servio ad Virg. Aen. IV. et Schol. Iuvenalis 4, 42. laudato: *qua tempestate vis piscium Ponto erumpit,* et in illo Plinii loco *ut secundo fluctu exeant e Ponto.* Sed Sallustius scripsisse videtur *Pontum* et Plinius *p̄pont.* i. e. *Propontide.* Pro *obliquis* Franc. Medices coni. *albis* et *albidis.* — *quaestuosi,* quaestus avidi et magno quaestu ditati, ut 13, 35. de militibus in provinciis more Romanorum negotiantibus et *veno exercentibus* multa 14, 51. Cf. ad 2, 87, 1. *quaestosi* MS. Flor. teste Furia. *questosi* ed. pr. — *urgente:* in MS. Guelf. *uergente.* — *Thracio Bosporanoque bello recens fessos,* cf. 4, 46. et 12, 15 sqq. *Threcio bosphorianoque* MS. Flor. *theacia* ed. pr. *bosforanoque* MS. Guelf. *Bosphoranoque* edd. vet. Cf. ad c. 15.

CAPUT LXIV.

M. Asinio, M'. Acilio Coss. mutationem rerum in deterius portendi cognitum est crebris prodigiis. Signa ac tentoria militum igne coelesti arsere. Fastigio Capitolii examen apium insedit. Biformes hominum partus et suis fetum editum, cui accipitrum ungues inessent. Numerabatur inter ostenta deminutus omnium magistratuum numerus, quaestore, aedili, tribuno ac praetore et consule paucos intra menses defunctis. Sed in praecipuo pavore Agrippina vocem Claudii, quam temulentus iecerat, *fatale sibi, ut coniugum flagitia ferret, dein puniret,* metuens agere et celerare statuit, perdita prius Domitia Lepida muliebribus causis, quia Lepida, minore Antonia genita, avunculo Augusto, Agrippinae sobrina prior ac Cnei mariti eius soror, parem sibi claritudinem credebat. Nec forma, aetas, opes multum distabant, et utraque impudica, infamis, violenta, haud minus vitiis aemulabantur quam si qua ex for-

tuna prospera acceperant. Enimvero certamen acerrimum, amita potius an mater apud Neronem praevaleret. Nam Lepida blandimentis ac largitionibus iuvenilem animum devinciebat, truci contra ac minaci Agrippina, quae filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat.

1. *M. Asinio* Marcello et *M'. Acilio* Aviola. v. ad 1, 12. et 3, 41. *masilinio macilio* MS. Flor. teste Furia. *Massilimo Macilio* ed. Spir. *M. Asillino M. Accilio* MS. Guelf. *M. Asilino M. Acilio* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Vera nomina a Vertranio restituta e Suet. Claud. 45. et *M'. Acilio* pro *M. Ac.* substitutum ab Ern. quia illud praenomen legitur in Ind. coss. ap. Dion. l. LX. et sollenne est Aciliorum ap. Cic. et Liv. — *Crebris prodigiis*, cf. Plin. 2, 25. Dio 60, 35. et Suet. Claud. 46. qui aliorum quoque mentionem faciunt. *Prodigia* autem dicuntur omnia, quae contra naturae morem fiunt iramque divinam *portendere* olim credebantur, etsi pleraque vel animorum terrori falsaeque persuasioni, vel fraudi ac praestigiis, vel causarum physicarum ignorantiae et neglectui tribuenda. De *prodigiis, portentis, ostentis, ominibus et monstris* v. Ind. II. ad 15, 47, 1. et Praef. ad Vol. I. p. XLIV. intpp. Liv. 1, 31. 22, 1. Frereti Réflexions sur les Prodiges rapportés dans les Anciens in Mémoires de Literature T. IV. p. 411 sqq. ed. in 4. Steger von den Prodigien Brunsv. 1800. et Heyne opusc. Acad. Vol. III. p. 198—215. 255—279. — *Signa ac tentoria* MSS. Flor. Reg. edd. Spir. Ber. Ern. sqq. *Signa enim ac t.* MSS. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Ern. — *igne coelesti* omnes libri praeter edd. Spir. et Walth. in quibus est *igni c.* Cf. ad G. 45. n. 18. — *examen apium* MSS. Flor. Reg. edd. Pich. sqq. *ex. apum* MSS. Guelf. Agr. al. et edd. vet. Cf. Drak. ad Liv. 4, 33. et Sil. 8, 635. Gernhard. ad Cic. de sen. c. 15. Beier. ad Cic. de off. 1. p. 308. Hoc semper inter dira omina, quum visum loco insolenti; *Lips.* — *Biformes hominum partus*, ut *bicipites partus* 15, 47. aut potius hermaphrodyti s. androgyni, qui ap. Liv. 31, 12. inter obscenissima prodigia; *Ern.* — *suis fetum editum* omnes MSS. et edd. vet. Intell. *nuntiabant, ferebant* e sententia Lall. et Ern. Cf. ad 3, 46. *suis fetus editus* edd. Lips. et sqq. ante Ryck. Sed Lipsius recte, opinor, suspicabatur, antiquos etiam *fetum* dixisse in nominandi casu. — *inessent* MSS. Flor. Guelf. edd. ante Rhen. et post Pich. *erant* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. et cet. — *deminutus* MSS. Flor. Guelf. Bud. edd. Ber. Pich. sqq. *diminutus* edd. cet. Cf. ad Agr. 9. n. 4. Mox *tribuno, praetore ac consule* MS. Agr. ed. Ryck.

2. *vocem Claudii* cet. cf. Suet. Claud. c. 43. — *iecerat*, v. ad 11, 9, 2. — *agere et celerare*, scil. quae prodigia portendebant et quae c. 66. narrantur. Sed tales ellipses vix ferendae. — *Domitia Lepida* h. l. est minor filia L. Domitii Ahenobarbi et *Antoniae minoris*. Cf. 4, 44. Suet. Ner. 5. 7. Maior nupta Crispo Passieno et veneno sublata a Nerone. v. 13, 19. Suet. Ner. 34. Dio 61, 17. Quintil. 4, 1, 50. 6, 11. Frater earum Cn. Domitius, qui ex Agrippina Germanici filia Neronem suscepit. Cf. ad 4, 44, 1. et 11, 37, 2. *Domitia Lepida muliebribus causis* edd. Freinsh. Gron. sqq. ex emend. Pich. *Domitia le muliebribus c.* MS. Flor. *Domiciale mulieribus c.* ed. Spir. *Domitia levibus et muliebr. c.* MSS. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Freinsh. *Domitia Lepida levibus et m. c.* coni. Lips.[1] *Lepida* repetitur, quod non displicet ob orationis claritatem; *Brot.* — *Avunculo Augusto*, cf. Ind. III. v. *Ellipses* 1. *y.* — *Agrippinae sobrina prior*, v. ad c. 6. n. 2. — *Cnei mariti eius soror*, verba a librariis fortasse corrupta. „Offendor, quod maritus Agrippinae tantum praenomine notatur, praesertim ubi nullus

praeterea de eo sermo est, quodque *maritus eius* dicitur, qui diu defunctus aliis maritis locum fecit. Hinc scribendum puto *sobrina priorisque mariti eius soror*, ut *prior uxor* et *coniux* 4, 22. 12, 65." *Freinsh.* Displicere etiam possunt Genitivi ex se pendentes. *eius* abest a MS. Guelf. *Gnaei* ed. Bekk. Cf. ad 11, 3, 2. — *claritudinem* sc. esse. Cf. Ind. III. v. *Ellipses* 1. *β.* — *violenta* MSS. Flor. Guelf. Bodl. edd. Put. 2. Ber. Rhen. 1. Pich. sqq. *vinolenta* MSS. Reg. Bodl. in marg. Harl. Ies. Bud. edd. Spir. Put. 1. Rhen. 2. 3. et cet. ante Pich. ut et Brot. *utraque infamis: impudica-vinolenta* ed. Spir. — *si qua*, v. ad O. 36. n. 5. — *ac largitionibus* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Bekk. Walth. *et larg.* edd. cet. — *devinciebat;* in ed. pr. *devincebat*, in MS. Agr. *demulcebat*. — *truci ac minaci Agr.*. cf. Ind. III. v. *Ellipses* 1. *γ.* — *quae filio dare imperium* sc. quibat, *tolerare imperitantem nequibat*, cf. ad 13, 56, 1. et Ind. III. v. *Syllepsis* 2. p. 835.

CAPUT LXV.

Ceterum obiecta sunt, quod coniugium Principis devotionibus petivisset quodque, parum coercitis per Calabriam servorum agminibus, pacem Italiae turbaret. Ob haec mors indicta, multum adversante Narcisso, qui Agrippinam magis magisque suspectans prompsisse inter proximos ferebatur, *certam sibi perniciem, seu Britannicus rerum seu Nero potiretur. Verum ita de se meritum Caesarem, ut vitam usui eius impenderet. Convictam Messalinam et Silium. Pares iterum accusandi causas esse, si Nero imperitaret. Britannico successore nullum Principi meritum, ac novercae insidiis domum omnem convelli maiore flagitio quam si impudicitiam prioris coniugis reticuisset: quamquam ne impudicitiam quidem nunc abesse Pallante adultero, ne quis ambigat, decus, pudorem, corpus, cuncta regno viliora habere.* Haec atque talia dictitans amplecti Britannicum, robur aetatis quam maturrimum precari: modo ad deos, modo ad ipsum tendere manus, *adolesceret, patris inimicos depelleret, matris etiam interfectores ulcisceretur.*

1. *coniugium Principis*, h. e. coniugem, Agrippinam: nam ut Claudii coniugium ipsa ambierit, non lectum; *Lips.* *coniugem* MSS. Flor. Reg. „*Coniugium*, ut 2, 13. *matrimonium*, non id. qd. *coniugem;* sed significat tantum coniugem: nam si quis coniugium alicuius petit devotionibus, is haud dubie petit coniugem. Ceterum vix abstineo, quin scripturam cod. Flor. in locum suum reponam." *Walth.* Videtur ea esse e glossa; *Ern.* — *devotionibus petivisset*, v. ad 2, 69. — *parum coercitis servorum* suorum *agminibus*, cf. ad 4, 27, 1.

2. *Ob haec:* in ed. Spir. *ob hoc.* Sed plura ei sunt obiecta. — *indicta* MS. Flor. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *indita* MSS. Reg. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *Convictam* esse *Messalinam et Silium*, qui accusati, damnati et occisi erant instinctore Narcisso. v. 11, 30—38. *Convictam:* nam praedicatum annectitur praecipuo subiecto. Cf. Ramshorn. Gram. p. 156. et Ind. III. v. *Praedicatorum et Subiectorum numeri ac genera diversa.* — *Pares iterum accusandi causas esse, si Nero imperitaret*, imperium adepturus esset: nam Claudii vitam nunc iisdem periculis et quidem insidiis Agrippinae et Pallantis adulteri, ut antea Messalinae et Silii, obnoxiam esse. — *Britannico successore nullum Principi meritum, ac novercae* cet. Verba haec mendi

suspecta, quae diu et frustra tum torserunt virorum doctorum ingenia, tum torquebunt. In MSS. et edd. vet. nulla fere h. l. lectionis varietas est, nisi quod in MS. Reg. et ed. Spir. legitur *Nero impeditaret*, in MS. Guelf. *ac* omissum et in MS. Flor. pro eo scriptum *ad*, si Pichenae, et *a*, si Furiae fides habenda. In plerisque tamen edd. vet. post *esse* vel maior vel maxima distinctio posita. Non defuere quidem, qui nulla verborum emendatione opus esse censerent; sed nondum quisquam ea ita explicuit, ut nullus resideat scrupulus. Gronovius in obss. 1, 22. ex illis sententiam satis aptam elicuit, quam tamen iis non inesse iam docuit Ernestius. Non magis satisfaciunt explicationes Seidenstückeri in Güntheri et Wachsmuthi Athenaeo Vol. II. fasc. 1. p. 93 — 96. et Wagneri in Seebod. bibl. crit. a. 1820. p. 853. Minime vero haec Strombecii et Waltheri, qua verbis Taciti magna vis infertur: „*Pares iterum accusandi causas esse* scil. in Agrippina. Quare *si Nero imperitaret Britannico successore*, h. e. sive Nero imperaturus, seu Britannicus patri successurus esset, *nullum Principi*, apud Principem futurum, sibi *meritum* fore, immo culpam: se enim Neroni invisum fore ob ea, quae nunc meditaretur in Agrippinam, Britannico ob convictam Messalinam. *Ac* tamen *novercae* Agrippinae flagitia a se reticeri non posse: nam illius insidiis *domum omnem convelli* easque *maiore flagitio* taceri, quam impudentiam prioris coniugis, qua celata levius peccavisset, quam si nunc de Agrippina taceret.“ Alii interpretes correctiones commenti sunt, et nonnulli verba *si Nero imperitaret Britannico successore nullum Principi meritum ac*, saltem illa *si Nero i. Br. successore* uncis inclusere tanquam spuria et in margine adscripta superioribus *seu Britannicus rerum seu Nero potiretur*. Ita Freinsh. Bip. Oberl. Lün. Bekk. Rickl. Ritter. *Britannico successore*, si ille patri successurus esset, *nullum in Principem meritum* sibi esse s. fore, scil. apud Principem, natalium iure regnum adeptum et offensum tum ob interfectam Messalinam matrem, tum maxime ob Agrippinae *novercae insidias*, quae *domum omnem* tantis *convelleret* sceleribus, ut *minore flagitio* impudicitiam Messalinae reticuisset, coni. Brot. *Si Nero imperitaret*, sc. sibi esse pereundum: *Britannico successore nullum percipi meritum; nunc novercae* cet. corr. Hiller. in Racem. 8. 9. *nullum e Principe metum: at novercae* Mur. et Acid. *nullum Principi metum: at novercae* Ferrar. Elect. 1, 1. quae emendatio probata est a Ryckio et Ernestio, ut sensus sit: *Britannico successore*, si accusata, damnata et occisa Agrippina Britannico certa successio, *nullum* quidem *Principi metum*, Claudium ab eius insidiis tutum fore: *at* se evertenda Messalina tot turbarum in domo Caesaris causam attulisse, ut hoc nomine Britannicus supplicium sumpturus sit. Sed posterior sententia non est in verbis *at novercae insidiis* cet. Aptior erit haec; *Britannico successore* . . . . (abrupta oratio affectui congrua, de qua v. ad 14, 8, 2.) *Nullum Principi metum* esse, (Claudio, de quo Iuvenalis 10, 342. *Dedecus ille domus sciet ultimus*) *at* (vel *ac*, tamen; v. ad 1, 13, 2.) *novercae* Agrippinae *insidiis*, quas illa Britannico privigno et Claudio eius patri struat, ut Nero filius imperium consequatur, *domum omnem* Caesaris *convelli*, (ut c. 1. pr.) et quidem *maiore flagitio quam si retinuisset* (quod etiam coniecit Ritter) *impudicitiam prioris coniugis*, Messalinae. In MS. Agr. *flagitio maiore tacere*. — *quanquam ne impudicitiam quidem nunc abesse*, cf. Ind. III. v. *Accusativi cum Infinitivis* nr. 3. regno omissum in MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. et margini adscriptum in Harl. et Bodl. — *habere* sc. eam, illam. *haberi* (ab illa) malebat Grot. — *matris etiam interfectores ulcisceretur:* ergo odio in Agrippinam ita exarserat, ut salutem suam non curaret; *Pich.* Ipse supra dixerat: *certam sibi perniciem — impenderet*. Venia quoque magno beneficio redimi poterat.

CAPUT LXVI.

In tanta mole curarum Claudius valetudine adversa corripitur refovendisque viribus mollitia caeli et salubritate aquarum Sinuessam pergit. Tum Agrippina, sceleris olim certa et oblatae occasionis propera nec ministrorum egens, de genere veneni consultavit: ne repentino et praecipiti facinus proderetur: si lentum et tabidum delegisset, ne admotus supremis Claudius et dolo intellecto ad amorem filii rediret. Exquisitum aliquid placebat, quod turbaret mentem et mortem differret. Deligitur artifex talium vocabulo *Locusta*, nuper venefici damnata et diu inter instrumenta regni habita. Eius mulieris ingenio paratum virus, cuius minister e spadonibus fuit Halotus, inferre epulas et explorare gustu solitus.

1. *Claudius* deest in MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. — *valetudine*: in MS. Guelf. et edd. vet. *valitudine*. v. ad O. 23. n. 4. *refovendisque viribus*, cf. Ind. III. v. *Gerundia et Gerundiva in Dativo*. — *mollitia* MS. Flor. (teste Furia) edd. Spir. Bekk. 2. *mollitie* edd. Rhen. 1 2. 3. sqq. *mollicie* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. — *Sinuessam*, in finibus Campaniae et Latii ad mare, ubi thermae Sinuessanae, *aquae salubres quae sterilitatem feminarum et virorum insaniam abolere produntur* Plin. 31, 2. s. 4. Πλησίον αὐτῆς ἐστὶ θερμὰ λουτρὰ κάλλιστα ποιοῦντα πρὸ νόσους ἐνίας Strab. V. p. 162. (371.) Cf. H. 1, 72. Martial. 11, 8. et 7? Vinum quoque Sinuessanum laudatur Horat. epist. 1, 5, 5. Martiali 13 111. et aliis. Rudera oppidi reperta prope castellum *Rocca di Mondragone*. — *Tum Agrippina sceleris olim certa* (cui iam diu decretum era Claudium necare) *et obl. occ. propera*, cf. Ind. III. v. *Adiectiva relativ Genitivis obiecti iuncta*. *Tunc* ed. pr. *scelerum* MS. Ies. *praeproper* MS. Agr. — *ne — proderetur*, cf. ad 1, 47, 1. — *tabidum*, v. ad H. 26, 1. — *admotus supremis*, cf. ad 1, 8, 1. *amotus s.* ed. pr. — *aliquid* in ed. pr. *aliquod*.

2. *vocabulo Locusta*, ut *nomine Locusta* 13, 15. Cf. ad 2, 6. et d Locusta 13, 15. Dio 60, 34. (ubi Fabricius docuit, verum eius nome fuisse *Lucusta*) Dio 64, 3. (qui tradit, eam iussu Galbae occisam) Sue Ner. 33. 47. Iuvenal. 1, 71. et ibi Schol. in Crameri comment. vet. i Sat. Iuvèn. p. 29. 30. et Walch. emend. Liv. p. 108. 109. — *instrument regni*, immo regni scelera et portenta, uni Machiavello probata, impr bitatis et nequitiae doctori; *Brot.* — *e spadonibus*, v. ad 6, 31, 2. Ind. II. v. *E ε*. — *Halotus*, cf. Suet. Claud. 44. *holatus* ed. pr. — *i ferre epulas et explorare gustu solitus*: „Cui id munus, is in mult lapp. dicitur *praegustator*, in quodam etiam *a potione*. Ὃν νῦν καλοῦσ οἱ Ῥωμαῖοι προγεύστην, τότε οἱ Ἕλληνες προτένθην ὠνόμαζον, Athen, 4, 2 (71. ubi v. Schweigh.) Mos libera re publica ignotus Romanis, que coepisse ab Augusto et a Tiberio retentum coniicio ex inscr. lapp. a Gruter. 602. et 582, 1. Traductum opinor a Persis maxime. v. Xenop Cyrop. 1, 3. ubi hic ritus praegustandi describitur.“ *Lips.* Cf. 13, 1 Plin. 21, 3. Suet. Claud. 44. Iuvenal. 6, 632. 633. Suidas v. ἐδέατρ Eustath. ad Hom. Od. 1. p. 37, 16 sq. Meurs. animadv. misc. 1, 12. exerc. crit. 2, 3.

CAPUT LXVII.

Adeoque cuncta mox pernotuere, ut temporum illoru scriptores prodiderint, infusum delectabili cibo boletorum v

nenum, nec vim medicaminis statim intellectam, socordiane an Claudii vi an vinolentia: simul soluta alvus subvenisse videbatur. Igitur exterrita Agrippina et, quando ultima timebantur, spreta praesentium invidia, provisam iam sibi Xenophontis medici conscientiam adhibet. Ille, tanquam nisus evomentis adiuvaret, pinnam rapido veneno illitam faucibus eius demisisse creditur, haud ignarus, summa scelera incipi cum periculo, peragi cum praemio.

1. *cuncta mox pernotuere*: in MS. Bud. *nótuere*. Sed plus est illud; *Ern.* — *infusum delectabili cibo boletorum*, quo Claudius delectabatur, *venenum*, cf. Dio 60, 34. Plin. 22, 22. s. 46. Iuvenal. 5, 145 sq. 6, 20. et Suet. Claud. 44. a quo etiam diversitas famae memoratur. *delectabili*, v. ad 16, 21, 1. *cibo boletorum* MSS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. *cibo leto* MS. Flor. test. Iac. Gron. et Furia. Vitiose pro *cibo boleto*, ut sit appositio; *Iac. Gron.* *cibo et laeto* ed. Spir. — *socordiane an Claudii vinolentia* MSS. Guelf. (in quo tamen *violentia*) Bodl. edd. Put. 1. 2. Riv. Ber. Rhen. 1. Walth. *socordiane Claudii an vinolentia* edd. Rhen. 2. 3 sqq. „Immo h. l. *socordia* non pertinet ad Claudium, cuius socordia quanquam eximia non fuerit ea, quae etiam acceptum venenum dissimularet, sed ad convivas, qui accepti veneni signa in Claudio non adverterent." *Walth.* *socordiane an Claudii vi an vinolentia* MSS. Flor. (teste Pich.) et Bud. a m. pr. nisi quod haec dedit *violentia* et secunda *s. an Claudii vinolentia*. Haec lectio, quae etiam non improbanda videbatur Pichenae et Brot., a nobis revocata est, ut tres memorentur causae huius rei, *socordia* convivarum, (non Claudii, quod illi putabant) *vis Claudii*, naturae corporisque robur, et *vinolentia* eius. Eadem firmatur corruptis lectt. edit. Spir. *socordiam necis ad claudii hi an vinolentia* et MS. Agr. *secordia mentis a Claudio bili an vinolentia*. Male autem *violentia* MSS. Guelf. et Bud. Claudius *οὕτως ἐπιβουλευθεὶς ἐκ μὲν τοῦ συμποσίου, ὡς καὶ ὑπερχορῆς μέθης σφόδρα ὢν ἐξεκομίσθη, ὅπερ που καὶ ἄλλοτε πολλάκις ἐγεγόνει*, Dio 60, 34. Cf. de vinolentia Claudii Suet. c. 33. et verba illa Liv. 26, 14. *impletae cibis vinoque venae minus efficacem in maturanda morte vim veneni faciunt.* — *soluta alvus subvenisse videbatur*: in MSS. Guelf. Bodl. Ies. Bud. *solutam alvum subvenisse videbatur*, quod neutiquam damnandum. „Ita ap. Liv. 36, 13. *quia videbatur, et Limnaeam eodem tempore oppugnari posse*, ap. Cic. Tusc. Qu. 5, 5. *non mihi videtur, ad beate vivendum satis posse virtutem*. Verba sentiendi et declarandi impersonaliter in Passivo cum Accus. et Inf. iunguntur, et quidem nonnunquam *traditur*, (4, 57.) *creditur*, (1, 28. 2, 69. H. 1, 50. 90.) *nuntiatur*, (H. 3, 79.) plerumque *memoriae proditur* (3, 65. G. 8. al.) et *intelligitur*, raro et saepius in Perf. et Imperf. quam in Praes. *dicitur*, (H. 4, 52.) *narratur*, (G. 33.) *videtur*, (Agr. 18.) *fertur*, *proditur*, *memoratur*, *cernitur*, nunquam *putatur*, *existimatur*, *perhibetur*. Sic usurpari solent de rebus certis et definitis, ut *dicunt*, *ferunt*, *tradunt*, *perhibent*, *φασίν*, (cf. Wolf. Proleg. ad Hom. p. LXXVII.) sed iungi cum Nomin. et Inf. ubi res minus certae sunt. Contraria tamen et posterioris dictionis exempla saepius reperiuntur, v. c. *creditur* 1, 33. 53. 74. H. 2, 23. 3, 41. *intelligebantur* 1, 61. *audiebatur* 15, 6. *defertur* 2, 27. 3, 22. 6, 19. 13, 23. *incusabatur* 6, 3. *arguitur* 2, 50. 6, 5. *convincebatur* 13, 41. *cognitus sum* H. 4, 40. *narrabatur* Agr. 7. *momenta nuntiata constabant* Agr. 43. ubi haec est vetus lectio, quae firmari potest locis Cic. cr. pro domo c. 54. *quae si acta esse constarent*, Cic. de fin. 3, 7. *ut membra data esse appareant*, Liv. 27, 1. (cf. 30, 39, 7.) *qui cum Fulvio colloquia occulta habuisse comperti sunt*. Quae quum ita sint, horum

verborum structura cum Accus. et Inf. ad antiquius perspicuitatis, constructio cum Nomin. et Inf. ad serius concinnitatis studium ref renda videtur.“ *Roth.* ad Tac. Agr. in Exc. VI. et VII. Cf. ad G. 3 n. 2. Ind. III. v. *Accusativi cum Infinitivis* nr. 4. et Ramshorn. Gramn p. 431. (633. ed. II.)

2. *quando ultima timebantur* cf. ad 5, 7. — *spreta praesentium i vidia,* ex facinoribus, quae nunc parabantur; *Ern.* — *Xenophontis m dici,* de quo v. ad c. 61. n. 2. — *rapido veneno,* quod vi sua rapide n cat, ut 13, 15.

CAPUT LXVIII.

Vocabatur interim senatus votaque pro incolumitate Prin cipis consules et sacerdotes nuncupabant, quum iam exanimi vestibus et fomentis obtegeretur, dum, quae res forent firmand Neronis imperium, componuntur. Iam primum Agrippina, ve lut dolore victa et solatia conquirens, tenere amplexu Britan nicum, *veram paterni oris effigiem* appellare ac variis artibu demorari, ne cubiculo egrederetur. Antoniam quoque et Octa viam sorores eius attinuit, et cunctos aditus custodiis clause rat crebroque vulgabat, ire in melius valetudinem Principis, quo miles bona in spe ageret tempusque prosperum ex monitis Chaldaeorum adventaret.

1. *Vocabatur*: in MS. Spir. *Vexabatur.* — *quum iam exanimis — obtegeretur,* cf. ad Agr. 25. n. 4. — *dum, quae res forent firmando Neronis imperium, componuntur* MSS. Reg. Agr. edd. Spir. Walth. (nisi quod in MS. Reg. et ed. Spir. est *que*) *dum res forent firmando* MS. Flor. teste Iac. Gron. *dum res firmando N. imperio comp.* MSS. Guelf. Bud. Harl. Ies. (in quo *Neroni*) Bodl. edd. Put. 1. 2 sqq. *firmando imperium,* ut 4, 13. 16, 7. Agr. 21. etsi plerumque *firmando imperio* dicitur. — *componuntur* pro *componerentur* dictum; *Ern.* Sed cf. Ind. III. v. *Verborum Tempora* 1. p. 847.

2. *dolore victa*: Heinsius malebat *evicta.* Cf. ad 1, 57, 2. — *Antoniam et Octaviam sorores eius,* cf. ad c. 2. n. 1. — *attinuit* domi. v. ad 1, 35. — *miles,* excubias agens. Cf. cap. 69. — *ageret,* v. ad 1, 68, 1. — *ex monitis Chaldaeorum,* cf. ad 2, 27, 1. — *adventaret* MSS. Flor. et Harl. in marg. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Pich. sqq. *atemptaret* MS. Bud. *attentaret* MSS. Harl. Ies. edd. Rhen. 2. 3 sqq. *attentarent* MSS. Guelf. Bodl.

OAPUT LXIX.

Tunc medio diei tertium ante idus Octobres foribus palatii repente diductis, comitante Burro Nero egreditur ad cohortem, quae more militiae excubiis adest. Ibi monente Praefecto festis vocibus exceptus inditur lecticae. Dubitavisse quosdam ferunt respectantes rogitantesque, *ubi Britannicus esset?* Mox nullo in diversum auctore, quae offerebantur, secuti sunt. Illatusque castris Nero et congruentia tempori praefatus, promisso donativo ad exemplum paternae largitionis, *Imperator* consalutatur. Sententiam militum secuta Patrum consulta: nec dubitatum est apud provincias. Coelestesque honores Claudio decernuntur et funeris sollenne perinde ac divo Augusto cele-

bratur, aemulante Agrippina proaviae Liviae magnificentiam. Testamentum tamen haud recitatum, ne antepositus filio privignus iniuria et invidia animos vulgi turbaret.

1. *tertium* MSS. Flor. Ies. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Pich. sqq. *tertio* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3 sqq. *iu.* MS. Guelf. — *Octobres* MS. Bodl. edd. Ryck. al. *Octobris* MSS. Flor. Ies. edd. Spir. Iac. Gron. al. *Octob.* edd. plurimae. — *ad cohortem* praetoriam, *quae more militiae excubiis adest,* cf. ad 1, 7. et H. 4, 11. *Burrhus* erat *praefectus* praetorio. v. cap. 42. *ad cohortem* MS. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3 sqq. *a cohorte* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *Ibi* MSS. Flor. Guelf. edd. omnes praeter priores Lipsii, in quibus *ubi.* — *festis vocibus:* immo *faustis v.* scribendum videtur; *Ern.* Cf. ad 1, 35, 2. et 5, 4. 2. — *in diversum,* cf. ad 2, 60, 1. et Ind. II. v. *In β.* — *quae offerebantur, secuti sunt,* promissa, donativum. *Turba Remi sequitur Fortunam semper* cet. Iuvenal. 10, 73 sqq.'

2. *Illatusque castris* praetoriis *Nero congruentia tempori praefatus* primum in castris et deinde in senatu, recitatis orationibus, quas Seneca composuerat. v. Dio 61, 3. — *promisso donativo ad exemplum paternae largitionis,* ὑπέσχετο αὐτοῖς ὅσα ὁ Κλαύδιος ἐδεδώκει Dio l. l. „Promissa viritim quinadena sestertia tradit Suet. Claud. 10. sed quina millia drachmarum, quae sunt sestertia vicena, Ioseph. A. I. 19, 4," *Lips.* — *Coelestesque,* coelestes quoque, (v. ad 2, 37, 1.) *honores Claudio decernuntur,* quam consecrationem ridebant Iuvenal. 6, 620 sq. et Seneca in libello, quem non ἀπαθανάτισιν seu ἀποθέωσιν inscripsit, sed ἀποκολοκύνθωσιν, quoniam haec ἀποθέωσις effecta quasi est esu κολοκύνθης s. κολοκύντης, boleti, de quo v. cap. 67 pr. Cf. Suet. Ner. 33. Dio 60, 34. 35. Iuvenal. 5, 147. Hinc DEVUS CLAUDUS in numo Neronis; *Oberl.* — *perinde,* v. Ind. II. — *antepositus filio privignus,* cf. Ind. III. v. *Participia Perf. pass. pro Substant.* abstr. p. 829. — *iniuria et invidia,* per ἓν διὰ δυοῖν dictum pro *iniuriae invidia:* nam iniuria erat, privignum filio antepositum eiusdemque iniuriae invidia metuebatur; *Roth.* de synon. Tac. p. 35. Cf. Ind. III. v. *Hendiadyoin.*

ANNALIUM
LIBER XIII.

BREVIARIUM LIBRI XIII.

Cap. 1. *M. Iunius Silanus, L. Silanus et Narcissus ad mortem acti ab Agrippina.* 2. *Burri et Senecae concordia.* 3. *Claudius die funeris laudatus a Nerone in oratione a Seneca scripta.* 4. *Bona dominationis initia.* 5. *SCta. Agrippinae viriles curae.* 6. 7. *Parthorum irruptio in Armeniam et regressus.*

8. *Corbulo Armeniae praepositus et Syria provincia prorogata Ummidio Quadrato.* 9. *Obsides a Vologese dati. Dissidium Corbulonis et Ummidii a Principe compositum.* 10. 11. *Nero ostentat popularitatem, modestiam clementiamque.* 12. 13. *Delabitur in amorem Actes libertae, as-*

sumptis Othone et Senecione in conscientiam libidinum, fremente matre et frustra blandiente. 14. *Pallas cura rationum demotus. Minae et probra Agrippinae.* 15—17. *Britannicus necatus veneno a Locusta parato et propere funeratus.* 18. *Mater Neronis irata excubiis privata et in domum Antoniae translata.* 19. *Accusatio eius,* 20. 21. *et ferox defensio.* 22. *Amicorum praemia et poena delatorum.* 23. *Paetus, Pallantis et Burri delator, in exsilium actus.* 24. *Maior species libertatis data theatris. Lustratio Urbis.*

25. *Neronis nocturna lascivia. Montanus, cum eo congressus per tenebras, ad mortem adactus. Histriones Italia pulsi et milites theatris rursum assidere iussi.* 26. 27. *Actum in senatu de ingratorum libertinorum poena, sed non peractum.* 28. *Tribunorum plebis et aedilium potestas arctius cohibita.* 29. *Aerarii cura a quaestoribus ad praetorios translata.* 30. *Delationes illustrium virorum et mors L. Volusii in summa senectute.* 31. *Neronis amphitheatrum, congiarium et liberalitas. Vectigal ab eo remissum et magistratui provinciali interdicta ludorum editio.* 32. *Dominorum vitae consultum SCto Neroniano. Pomponia Graecina externae superstitionis crimine absoluta.* 33. *Repetundarum rei.*

34. *Annua salaria Valerio Messalae, Aurelio Cottae et Haterio Antonino constituta. Nova discordia cum Parthis de Armenia.* 35. 36. *Severa Corbulonis disciplina.* 37. 38. *Bellum a Tiridate circumlatum et dolus frustra paratus.* 39—41. *Res prospere in Armenia a Corbulone gestae. Honores ob eas diis Neronique decreti.* 42. 43. *P. Silius, delator terribilis, accusatus relegatusque.* 44. *Pontia ab Octavio Sagitta ad adulterium divortiumque nequicquam sollicitata et interempta. Mira liberti professio. Damnatio Octavii.*

45. *Poppaeae Sabinae genus, divitiae, libidines.* 46. *Huius amore capitur Nero et Otho maritus Lusitaniae praeficitur.* 47. *Cornelius Sulla Principi suspectus Massiliam mittitur.* 48. *Concordia decurionum et plebis restituta Puteolis.* 49. *Disceptatio de numero gladiatorum Syracusis edendorum.* 50. *Remissio omnium vectigalium frustra a Nerone agitata.* 51. *Coercita publicanorum avaritia; quadragesima quinquagesimaque litium abolita et temperata frumenti subvectio.* 52. *Sulpicius Camerinus et Pomponius Silvanus rei absolutique.*

53. *In Germania agger a Druso inchoatus Rheno coercendo absolvitur a Paulino Pompeio. L. Antistio Veteri, Mosellam Ararimque fossa iungere paranti, obstat invidia Aelii Gracilis.* 54. *Frisii agris iuxta Rhenum occupatis expulsi, frustra Romam missis legatis.* 55. 56. *Idem fatum et interitus Ansibariorum.* 57. *Exitiosum certamen Chattorum cum Hermunduris de fluvio salem gignente. Iuhonum civitas afflicta ignibus terra editis et vix oppressis.* 58. *Ficus Ruminalis revirescens.*

Gesta haec exeunte a. U. c. 807. *et quatuor annis U. c.* 808—811.

M. ASINIO MARCELLO, M'. ACILIO AVIOLA
IMP. CLAUDIO NERONE, L. ANTISTIO VETERE
Q. VOLUSIO SATURNINO, P. CORNELIO SCIPIONE
IMP. CLAUDIO NERONE II., L. CALPURNIO PISONE
IMP. CLAUDIO NERONE III., VALERIO MESSALA COSS.

CAPUT I.

Prima novo principatu mors Iunii Silani proconsulis Asiae ignaro Nerone per dolum Agrippinae paratur, non quia ingenii violentia exitum irritaverit, segnis et dominationibus aliis fastiditus, adeo ut C. Caesar *pecudem auream* eum appellare solitus sit; verum Agrippina fratri eius L. Silano necem molita ultorem metuebat, crebra vulgi fama, anteponendum esse vix

dum pueritiam egresso Neroni et imperium per scelus adepto virum aetate composita, insontem, nobilem et, quod tunc spectaretur, e Caesarum posteris: quippe et Silanus D. Augusti abnepos erat. Haec causa necis. Ministri fuere P. Celer Eques Romanus et Helius libertus rei familiari Principis in Asia impositi. Ab his proconsuli venenum inter epulas datum est apertius quam ut fallerent. Nec minus properato Narcissus Claudii libertus, de cuius iurgiis adversus Agrippinam retuli, aspera custodia et necessitate extrema ad mortem agitur invito Principe, cuius abditis adhuc vitiis per avaritiam ac prodigentiam mire congruebat.

1. *Prima* pro *primum*, (cf. Ind. III. v. *Adiectiva pro Adverbiis*) vel *prima mors novo princ. parata* fuit mors Silani. *mors* M. *Iunii Silani* proc. *Asiae*, qui a. U. 799. consul fuit. v. Dio 60, 27. 61, 6. et Plin. 7, 13. s. 11. qui tamen eum veneno interemptum tradit iussu Neronis. De aliis Silanis v. Ind. II. *Silani* MS. Flor. (test. Vict.) edd. Lips. sqq. *Sillani* MS. Guelf. et edd. vet. Paulo post *C. Sillano* MSS. Reg. Corb. ed. Spir. *L. Sillano* MSS. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. *L. Syllano* MS. Guelf. Sed *L. Silano* MS. Flor. (test. Vict.) edd. Lips. sqq. Cf. ad 12, 3, 2. — *paratur* omnes libri veteres. *patratur* substituere Bip. Lall. Ob. Bekk. At *parata* est mors *per dolum* Agrippinae, *patrata* per scelus Celeris et Helii; *Kiessl.* — *exitum irritaverit* sibi Silanus. *exitum* MSS. et omnes edd. vet. *exitium* MS. Agr. et edd. rec. „Sed *exitum* ut 1, 10. et alibi, finem vitae, vel eventum caedis, *irritaverit*, ut H. 2, 24. 3, 4. *Walth.* *irritaverit* MS. Bud. a m. sec. edd. Spir. Ber. Rhen. 1. 2. 3. sqq. *irritaverat* MSS. Flor. (test. Vict.) Bud. a m. pr. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ern. Sed haec non fuit vera aut certa causa; Bip. — *dominationibus aliis fastiditus*, ab aliis prioribusque dominis, Principibus, Tiberio, Caio et Claudio, contemptus. Cf. Ind. III. v. *Abstracta pro Concretis* et *Dativus subiectivus*. — *C. Caesar pecudem auream* (hominem opulentum, sed hebetem ovis instar) *eum appellare*. „Dio 59, 8. χρυσοῦν πρόβατον a Caio appellatum ait non hunc *M. Silanum* cos. a. 799. sed *M. Silanum* cos. a. 772. socerum Caii et ab eodem sublatum. v. 6, 20. et Suet. Cal. c. 23. Lipsius putabat, Tacitum aberrare in homine et Dionem in dicto sive appellationis illius significatu. Verum in utroque et Dio aberrasse et Tacitus verum dixisse mihi videtur: nam hic Silanus Caii socer non *dominationibus aliis fastiditus* et *segnis* ac stupidus fuit, sed prudens et magnus vir et summo honore a Tiberio habitus.“ *Ryck.* *eum* e terminatione proximi verbi ortum suspicabatur Ern. — *L. Silano necem molita*, v. 12, 4. — *crebra vulgi fama*, cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita*. — *virum aetate composita*, quadragenarium. Cf. ad 6, 46, 1. et Plin. 7, 13. s. 11. qui hunc Silanum dicit *genitum quo excessit anno Augustus* et *neptis Augusti nepotem* fuisse. Hinc *e Caesarum posteris* et *Augusti abnepos*. Cf. Suet. Oct. 64. et Claud. 26. — *quod tunc spectaretur* maxime: nam *Caesarum posteros* venerabantur Romani et ex his erat Silanus, at Nero tantum ex posteris Octaviae, quae Augusti soror erat; *Brot.* Ernestius corr. *spectabatur*, quia Tacitus haec e sua persona dixerit. „Non tamen ita dixit, ut per se constarent tanquam aliunde lectori cognita, sed nunc demum docet, id tunc sic esse *spectatum*, ideoque haec ceteris iungit per nexum causalem. Sic *pateretur* 1, 64. *misceatur* 2, 6. *inessent* 12, 64. *coerceretur* H. 1, 11.“ *Walth.*

2. *P. Celer* edd. rec. ex emend. Lipsii. *P. Celerius* MSS. et edd. vet. Sed cf. cap. 33. et H. 4, 40. — *Helius* MS. Guelf. edd. Ern. sqq. Cf. H. 1, 37.

Dio 63, 12. 18. Suet. Ner. 23. *Elius* edd. vet. ante et *Aelius* edd. rec. post Lips. usque ad Ern. „Romani *Helii* nulli sunt, ut docuit Periz. in Trig. diss. p. m. 151. et de numis cons. p. 235. at hic est nomen Graecum liberti." *Ern.* — *rei familiari Principis in Asia impositi*, v. ad 4, 15. et 12, 60. — *Ab his* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Pich. sqq. *ab hiis* MS. Bud. *ab iis* edd. Put. 1. 2. Ber. et cet. ante Pich. — *Narcissus Claudii libertus, de cuius iurgiis adv. Agrip. retuli,* (12, 57. et 65.) *ad mortem agitur,* quam sibi intulit in sepulcro Messalinae, si Zonarae fides habenda. Narcissum hominem ditissimum tunc in thermis Campaniae commoratum esse et ante mortem egregium facinus edidisse tradit Dio 60, 34. sed idem 64, 3. eum una cum Helio, Patrobio et Locusta iussu Galbae occisum. *adigitur ad mortem* MS. Agr.

CAPUT II.

Ibaturque in caedes, nisi Afranius Burrus et Annaeus Seneca obviam issent. Hi rectores imperatoriae iuventae et (rarum in societate potentiae) concordes diversa arte ex aequo pollebant, Burrus militaribus curis et severitate morum, Seneca praeceptis eloquentiae et comitate honesta, iuvantes invicem, quo facilius lubricam Principis aetatem, si virtutem aspernaretur, voluptatibus concessis retinerent. Certamen utrique unum erat contra ferociam Agrippinae, quae cunctis malae dominationis cupidinibus flagrans habebat in partibus Pallantem, quo auctore Claudius nuptiis incestis et adoptione exitiosa semet perverterat. Sed neque Neroni infra servos ingenium, et Pallas, tristi arrogantia modum liberti egressus, taedium sui moverat. Propalam tamen omnes in eam honores cumulabantur, signumque more militiae petenti tribuno dedit OPTIMAE MATRIS. Decreti et a senatu duo lictores, flaminium Claudiale, simul Claudio censorium funus et mox consecratio.

1. *Ibaturque in caedes, nisi — obviam issent*, cf. Ind. III. v. *Verborum Modi* 1, 1. — *nisi Afranius* MS. Guelf. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *ni Afr.* MS. Agr. *nisi Affranius* primae edd. — *Hi rectores imperatoriae iuventae,* cf. 12, 8. 42. et Ind. III. v. *Abstracta pro concr.* — *rarum in societate potentiae* (ut 1, 39. 56. 6, 10.) edd. Ryck. Lall. Bip. sqq. ex emend. Boxh. *parum in societate potentia et* MS. Flor. test. Pich. *parum in societate et potentia* MSS. Vat. 1863. 1864. Reg. Agr. ed. Spir. *pari in societate potentiaque* MSS. Vat. 1958. Guelf. Bud. a m. sec. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *pari in societate potentia* MS. Bud. a m. pr. edd. Rhen. 2. 3. Ald. *pari in soc. potentiae* edd. Lips. et cet. ante Ryck. *rarum in societate et potentia* corr. Brot. Haud absurde, ut sit ἓν διὰ δυοῖν pro *societate, quae coniuncta est cum potentia; Walth.* — *diversa arte,* cf. ad 2, 60. — *Burrus militaribus curis — et comitate honesta:* „quod Racine in praef. tragoediae, cui nomen fecit *Britannicus*, reddit *par son expérience dans les armes et par le tour agréable de son esprit.* Hanc vero tragoediam egregiam legat et comparet, qui intelligere velit, quantus sit Tacitus, quam sensibus validus, quam fecundandis ingeniis locuples: quantumque in veterum imitatione sit emolumenti, discet mirabundus." *Brot.* — *lubricam Principis aetatem*, v. ad 6, 49.

2. *malae dominationis cupidinibus* MS. Harl. a m. sec. edd. Spir. (in qua *male*) Ber. Rhen. 1. Lips. sqq. *malis dominationis c.* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. *malis dominationibus c.* MSS. Guelf. (in quo

comma post *malis*) Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. — *habebat in partibus Pallantem*, v. 12, 1 sq. 25. 26. — *nuptiis incestis et adoptione exitiosa*, v. 12, 1. 2. 5. 6. 7. 25. 41. — *neque* (et non) *Neroni infra servos ingenium*, servorum libertorumve potentiae subiectum erat, ut Claudio, de quo v. 12, 60. et Suet. Claud. 28. — *tristi arrogantia*, v. ad 16, 22. et Agr. 9. n. 4. Ad rem cf. Dio 60, 3. — *taedium sui:* in MS. Flor. test. Furia *t. suae*. — *signumque more militiae petenti tribuno*, v. ad 1, 7, 6. — *dedit* sc. Nero. — *decreti et a senatu duo lictores*, v. ad 1, 14. — *flaminium Claudiale*, v. ad 1, 10. *flamonium* MS. Flor. test. Vict. *Flaminiū Claudialē* MS. Guelf. ed. Spir. *Flamini Claudiali* MS. Agr. — *censorium funus*, v. ad 3, 5. — *consecratio*, v. ad 12, 69, 2.

CAPUT III.

Die funeris laudationem eius Princeps exorsus est. Dum antiquitatem generis, consulatus ac triumphos maiorum enumerabat, intentus ipse et ceteri; liberalium quoque artium commemoratio et nihil regente eo triste rei publicae ab externis accidisse pronis animis audita. Postquam ad providentiam sapientiamque flexit, nemo risui temperare, quanquam oratio a Seneca composita multum cultus praeferret, ut fuit illi viro ingenium amoenum et temporis eius auribus accommodatum. Annotabant seniores, quibus otiosum est, vetera et praesentia contendere, primum ex iis, qui rerum potiti essent, Neronem alienae facundiae eguisse. Nam dictator Caesar summis oratoribus aemulus, et Augusto prompta ac profluens, quae deceret Principem, eloquentia fuit. Tiberius artem quoque callebat, qua verba expenderet, tum validus sensibus ac consulto ambiguus. Etiam C. Caesaris turbata mens vim dicendi non corrupit. Nec in Claudio, quotiens meditata dissererentur, elegantiam requireres. Nero puerilibus statim annis vividum animum in alia detorsit: caelare, pingere, cantus aut regimen equorum exercere; et aliquando carminibus pangendis inesse sibi elementa doctrinae ostendebat.

1. *Die funeris laudationem eius Princeps exorsus est*, v. ad 3, 5. — *Dum antiquitatem generis, consulatus ac tr. m. enumerabat*, cf. Suet. Tib. 1. *enumerat* ed. Spir. — *intentus*, v. ad 1, 52, 1. *intentis ipso et caeteris* MS. Agr. et ed. Spir. *ceteris* MS. Flor. test. Furia. — *Liberalium quoque artium commemoratio*, cf. de Claudio 6, 46. 11, 13. 14. 24. inpr. Suet. Claud. 40. 41. 42. et de *liberalibus artibus* ad Agr. 4. n. 4. — *nihil regente eo triste rei p. ab ext. a.* MSS. Flor. Guelf. edd. Bekk. Walth. *rei p. ab ext. triste a.* ed. Spir. *rei p. triste ab ext. a.* edd. Put. 1. 2. sqq. — *externis*, cf. Ind. II. et ad 1, 41. — *flexit*, v. ad 1, 34 extr. — *oratio a Seneca composita*, cf. 13, 11. 14, 11. Idem Seneca composuerat orationem a Nerone in senatu habitam et argento incisam. v. cap. 4. et Dio 61, 3. — *multum cultus praeferret*, v. ad 2, 53 extr. — *ingenium amoenum*, venustum: at 2, 64. opponitur barbaro et fero; *Ern.* — *temporis eius auribus*, v. ad O. 19. n. 2. *temp. eius* MSS. Flor. Reg. Vat. 1863. 1864. edd. Spir. Iac. Gron. Ern. sqq. *temp. illius* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Vat. 1958. edd. Put. 1. 2. et cet.

2. *Annotabant seniores* cet. v. ad 12, 25, 2. — *quibus otiosum est — contendere*, ut H. 2, 38. *concupiscere vacuum fuit; Bip. otiosum* MSS. Flor. (test. Pich.) Vat. 1863. (in marg.) 1958. Guelf. (*occiosum*) Bud.

Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Riv. Ber. Pich. sqq. *otium* MSS. Vat. 1863. 1864. Reg. edd. Spir. Rhen. cet. Hoc multo mollius, sed ex illo per comp. scribendi factum videri potest; *Ern.* — *contendere,* v. ad 4, 32, 1. et 12, 1, 1. — *ex iis, qui rerum potiti essent,* cf. ad 1, 5. et 3, 55. *ex his* MS. Flor. teste Furia et ed. Spir. Cf. ad c. 1. n. 2. — *Neronem* deest in ed. Spir. et in eadem paulo post *Augusti.* — *Caesar summis oratoribus aemulus,* v. ad O. 17. n. 1. et cap. 21. n. 6. — *Augusto prompta ac profluens — eloquentia fuit,* de qua v. Suet. Oct. c. 86. *profluens,* v. ad 4, 61. — *quae deceret Principem,* cf. Ramshorn. Gram. p. 417. *quae,* qualis. *et quae* MS. Agr. prob. Heins. „Durior haec interpositio, quod sensit Acid. qui coni. *qua* i. e. quatenus. Possis etiam *quaeque:* sed non satisfacit.“ *Ern.* In ed. Spir. *Principi.* — *Tiberius artem quoque callebat — ambiguus,* cf. 1, 11. Suet. Oct. 86. et Tib. 70. *artem quoque* MSS. Flor. (test. Vict.) Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *quoque artem* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Sed vis vocabuli *quoque* h. l. ad *artem,* non ad *Tiberium* pertinet; *Walth.* — *tum validus sensibus ac consulto ambiguus* MSS. Guelf. Vat. Oxon. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. Walth. *tum validis s. ac c. a.* ed. Spir. quod consentit consuetudini Taciti variandae constructionis in talibus, sed *tum validus s. aut c. a.* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. sqq. quod melius est; *Ern.* „Verum haec sibi non opponuntur, sed alterum alteri annectitur hac sententia: *tum,* praeterea, *validus sensibus* erat, quod requiritur in oratore, *ac* si *ambiguus* premeret sensus, id *consulto* factum.“ *Walth.* Cf. 1, 11. — *C. Caesaris turbata mens,* irata; *Burm.* ad Suet. Cal. 53. Sed haec recte retulit Ern. ad mentem Caligulae morbo comitiali et amatorio medicamento turbatam. Cf. Suet. Cal. 50. et Iuvenal. 6, 615—626. Γάϊος Καῖσαρ ῥητορικὴν τέχνην ἔγραψε Ῥωμαϊκῶς, Suid. Sed hunc librum Germanico potius tribuendum suspicabatur Lipsius. — *dissererentur* MS. Flor. edd. Spir. Kiessl. Walth. *discerentur* MS. Bud. a m. pr. *dissereret* edd. cet. — *in alia:* in MS. Agr. *ad puerilia.* — *caelare, pingere* MS. Flor. edd. Spir. Ern. sqq. praeter Kiessl. *caelare et p.* MSS. Guelf. Bud. edd. cet. *celare* MS. Guelf. et primae edd. ante Rhen. 2. — *cantus aut regimen equorum exercere* cet. Cf. 14, 16. 15, 47. Suet. Ner. 20—25. 52. Domit. 1. Iuvenal. 1, 62. 4, 106. 8, 210—230. Xiphil. 61, 6.

CAPUT IV.

Ceterum peractis tristitiae imitamentis, curiam ingressus et de auctoritate Patrum et consensu militum praefatus consilia sibi et exempla capessendi egregie imperii memoravit, neque iuventam armis civilibus aut domesticis discordiis imbutam; nulla odia, nullas iniurias, nec cupidinem ultionis afferre. Tum formam futuri principatus praescripsit, ea maxime declinans, quorum recens flagrabat invidia. *Non enim se negotiorum omnium iudicem fore, ut clausis unam intra domum accusatoribus et reis paucorum potentia grassaretur. Nihil in penatibus suis venale aut ambitioni pervium: discretam domum et rem publicam. Teneret antiqua munia senatus: Consulum tribunalibus Italia et publicae provinciae assisterent: illi Patrum aditum praeberent: se mandatis exercitibus consulturum.*

1. *Peractis tristitiae imitamentis,* cf. ad 3, 5. — *de auctoritate Patrum et consensu militum praefatus,* cf. ad c. 3. n. 1. et ad 12, 69, 2. — *capessendi egregie imperii* MSS. Flor. (test. Vict.) Bud. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *c. egregii imp.* MSS. Broterii et primae edd. *c. imperii egregii*

MS. Guelf. Ad rem cf. Suet. Ner. 10. — *neque iuventam* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Bekk. Walth. *nec iuv.* edd. rel. — *afferre se.*

2. *unam intra domum* sc. Principis. *imam i. d.* MS. Guelf. Recte, ut *intra cubiculum* 11, 2. pr.; *Stromb.* „Immo *una domus* opponitur toti civitati, apud quam omnis esse debet potentia. Hinc etiam mox pergit: *discretam domum et rem publicam* cet.“ *Walth.* — *Consulum tribunalibus Italia cet.* h. e. *provincias publicas*, populi, earumque controversias solis consulibus curae fore: se provinciis Caesareis, in quibus *exercitus*, velle consulere; *Lips.* Cf. Polyb. 6, 13. *ὁμοίως καὶ ὅσα τῶν ἀδικημάτων τῶν κατ' Ἰταλίαν προσδεῖται δημοσίας ἐπισκέψεως, λέγω δὲ οἷον προδοσίας, συνωμοσίας, φαρμακείας, δολοφονίας, τῇ συγκλήτῳ μέλει περὶ τούτων. πρὸς δὲ τούτοις, εἴ τις ἰδιώτης ἢ πόλις τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν διαλύσεως ἢ ἐπιτιμήσεως ἢ βοηθείας ἢ φυλακῆς προσδεῖται, τούτων πάντων ἐπιμελές ἐστι τῇ συγκλήτῳ.* *praeberent* sc. sociis, provincialibus.

CAPUT V.

Nec defuit fides, multaque arbitrio senatus constituta sunt: *Ne quis ad causam orandam mercede aut donis emeretur: ne designatis (quidem) quaestoribus edendi gladiatores necessitas esset.* Quod quidem adversante Agrippina, tanquam acta Claudii subverterentur, obtinuere Patres, qui in palatium ob id vocabantur, ut adstaret abditis a tergo foribus velo discreta, quod visum arceret, auditus non adimeret. Quin et legatis Armeniorum causam gentis apud Neronem orantibus escendere suggestum Imperatoris et praesidere simul parabat, nisi ceteris pavore defixis Seneca admonuisset, venienti matri occurreret. Ita specie pietatis obviam itum dedecori.

1. *arbitrio senatus*: in ed. Spir. *senatus arbitrio.* — *ne quis ad causam orandam mercede aut donis emeretur*, v. ad 11, 7. extr. — *ne designatis quidem quaestoribus edendi gladiatores necessitas esset* omnes MSS. et edd. ante Bip. Si a Tacito est *quidem*, sensus est, ne quaestoribus saltem, quod tantum designati essent, necesse esset edere gladiatores; *Ern.* „Maluerim *quidem* referri ad sensum scriptoris, ut dicat, ne in ea quidem re Claudii acta mansisse intacta. Sed facile potuit e sqq. huc irrepere.“ *Walth.* Deleverunt illud Bip. Oberl. Lün. Bekk. Walth. Cf. ad 11, 22, 2.

2. *acta Claudii*, quae memorantur 11, 7. et 22. — *Patres, qui in palatium ob id vocabantur*; quod Lipsius retulit ad templum Apollinis Palatini, (cf. ad 2, 37, 1. extr. 16, 27, 1. et Suet. Oct. 29.) sed Ern. rectius ad cubiculum Principis propter sequentia et loca sim. 11, 2. pr. et Cic. or. pro Deiot. c. 2. 3. — *ut* (ita ut) *adstaret* Agrippina *abditis a tergo foribus velo discreta:* „Sic ap. Suet. Claud. 10. *inter foribus praetenta vela se abdidit* et Lamprid. Heliog. 14. *in angulum se condidit obiectuque veli cubicularis, quod in introitu cubiculi erat, se texit.* Velum describit Pollux 10, 7. *πρὸ μὲν τοῦ κοιτῶνος ἐπὶ ταῖς θύραις παραπετασμάτων σοι δεῖ, εἴτε ἁπλοῦν εἴη τὸ παραπέτασμα λευκὸν ἐξ ὀθόνης, εἴτε καὶ πολύχρουν.* *Allevabatur velum* Sen. ep. 80. (81.) *Salutabatur patente velo admissionalibus remotis* Lamprid. Alex. c. 4. Erant tamen et alia vela in coenationibus arcendi frigoris itemque ornatus causa, de quibus v. Sen. quaest. nat. 4, 13. et Tertull. de hab. mul. 1, 8. Melius vero h. l. *obditis.*“ *Lips.* Id recepere Bip. Ob. Bekk. „Immo *obdere* est opponere, et vela quidem obdi foribus possunt, non vero *obditae fores* dici, quibus velum obditum est. Sunt potius *obditae* h. e. occultatae, clausae velo

obdito. Cf. 15, 3. extr. Uberius auctor dixisset: *adstitit* Agr. *foribus*, quae *a tergo* erant Patribus, neque tamen apertae, sed *abditae*, ut ita *velo discreta* staret, ut ap. Plin. ep. 4, 19: Melior, sed non necessaria est coniectura J. Fr. Gron. *obdito a tergo* (sedentis Principis) *foribus velo discreta*, quod obditum erat foribus, in quibus stabat ipsa." *Walth.* De velis loco forium praetentis v. Meurs. in Vocab. Graecob. v. βῆλον et Boettigeri Sabina p. 327. ed. 1. Vulgatum est in omnibus MSS. et edd. nisi quod *additis* in MS. Bud. — *auditus* (ut *visus* c. 16.) edd. Freinsh. Ern. et aliae ex emend. Lips. Cf. ad 12, 49, 1. *additus* MS. Ies. *auditum* MS. Bodl. in marg. quod recepere Bip. Ob. Lün. Bekk. *aditus* MSS. cet. et edd. vet. Immo vero *aditus* adimebat: nec adiri conspicive Agrippina voluit; *Lips.* „Non ineptum *aditus* sc. senatorum ad Agrippinam. Nam vela, quae obdi foribus solebant, ita erant comparata, ut levari possent ingredienti; et Agrippina conspici quidem a senatu noluit: cur vero adiri noluerit a singulis senatoribus et per amicos ipsam adeuntes sese rebus senatus immiscere, non video. Non enim sola audiendi cupidine, sed ut plus sibi auctoritatis esset in senatum, *Patres in palatium vocari* iusserat." *Walth.* — *Quin et legatis Armeniorum — dedecori*, cf. Dio 61, 3. *escendere* MSS. Flor. Vat. 1864. edd. Lips. Pich. sqq. *ascendere* MSS. Vat. 1863. 1958. Harl. Bodl. Ies. et edd. vet. Cf. Drak. ad Liv. 2, 28, 6. Beier. ad Cic. or. §. 125. Ruhnk. ad Rutil. p. 48. — *parabat, nisi — Seneca* (et Burrus, ut Dio tradit) *admonuisset*, cf. Ind. III. v. *Verborum Modi I.* 1. — *ceteris pavore defixis*, v. ad 1, 68.

CAPUT VI.

Fine annis turbidis rumoribus prorupisse rursum Parthos et rapi Armeniam allatum est, pulso Rhadamisto, qui saepe regni eius potitus, dein profugus, tum quoque bellum deseruerat. Igitur in urbe sermonum avida, *quemadmodum Princeps vix septemdecim annos egressus suscipere eam molem aut propulsare posset? quod subsidium in eo, qui a femina regeretur? num proelia quoque et oppugnationes urbium et cetera belli per magistros administrari possent*, anquirebant. Contra alii *melius evenisse* disserunt *quam si invalidus senecta et ignavia Claudius militiae ad labores vocaretur servilibus iussis obtemperaturus. Burrum tamen et Senecam multarum rerum experientia cognitos: et Imperatori quantum ad robur deesse, quum octavo decimo aetatis anno Cn. Pompeius, nono decimo Caesar Octavianus civilia bella sustinuerint. Pleraque in summa fortuna auspiciis et consiliis quam telis et manibus geri. Daturum plane documentum, honestis an secus amicis uteretur, si ducem amota invidia egregium, quam si pecuniosum et gratia subnixum per ambitum deligeret.*

1. *rursum*: in ed. Spir. *iterum* et paulo post *dein*. — *rapi Armeniam*, v. ad 4, 23, 1. — *Rhadamisto*, de quo v. Ind. I. — *regni eius potitus*, cf. Ind. II. v. *Potiri* et Ind. III. v. *Verba diversis casibus iuncta.* — *tum quoque*: in edd. Spir. et Walth. *tunc quoque*. Cf. ad 2, 9, 2. et 12, 36, 2. — *sermonum*, rumorum. — *Princeps* Nero *vix XVII annos egressus*, v. ad 12, 25, 2. *decem septem annos* ed. Spir. *septem et decem a.* MS. Agr. in quo deinde *multi proelia quoque*. — *anquirebant* MSS. Flor. Vat. 1958. in marg. Farn. edd. Pich. sqq. *anquirebat* MS. Vat. 1863. unde *anquirebatur* coni. Brot. *inquirebant* MSS. Bud. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. sqq. *alii inquirebant* ed. Spir. Cf. ad 12, 6, 1.

2. *disserunt* MS. Flor. edd. Pich. sqq. *dixerunt* MSS. Guelf. Bud. aliique cum edd. vet. Utrumque abundare videbatur Ursino. — *servilibus iussis obt.*, servorum libertorumve, de quo v. 12, 60. et Suet. Claud. 28. — *multarum rerum experientia:* in MS. Corb. *multa r. e.* quod placebat Ernestio. In eodem cod. omissum *et* ante *Imperatori*, ut *rerum* in MS. Bud. — *ad robur*, ad aetatem maturam. Unus aut alter annus deerat: nec in Principibus aetas, sed animus spectandus; *Brot.* — *nono decimo Caesar Octavianus c. b. s.* cf. marm. Ancyr. princ. intpp. Flori 4, 4. Vell. 2, 61. Notae dictiones *octavo decimo*, *nono decimo*, et similes. Tirones consulant Ramshorn. Gram. p. 322. *Octavianus* MS. Flor. (test. Vict.) edd. Spir. Lips. sqq. *Octavius* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. — *civilia bella* non satis conveniunt *Pompeio*, et h. l. est zeugma; *Roth.* ad Tac. Agr. p. 273. — *Pleraque in summa fortuna*, ab Imperatoribus, *auspiciis* (v. ad 2, 41, 1.) *et consiliis* magis *quam telis et manibus geri*, ab ipsis, praesentibus et armatis; *Gron.* Cf. ad 1, 58, 1. *Pleraque* MSS. Flor. (test. Vict.) Corb. Vat. Bodl. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *Pluraque* MSS. Harl. Bodl. in marg. Ies. Guelf. edd. cet. quod probarunt Brot. Rickl. Kiessl. Sed v. ad 3, 28, 4. — *Daturum* ipsum. *Datum* MSS. Guelf. a m. pr. et Bud. — *honestis amicis an secus*, an non, vel an non honestis. Cf. ad II, 22, 1. — *si ducem* — *egregium* sc. magis, potius, *quam si* cet.; *Ern.* Cf. ad 1, 58, 1. *et si ducem* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. — *per ambitum deligeret*, cf. ad H. 1, 1. *delegerit* MS. Agr. *diligent* ed. Spir.

CAPUT VII.

Haec atque talia vulgantibus, Nero et iuventutem proximas per provincias quaesitam supplendis Orientis legionibus admovere legionesque ipsas propius Armeniam collocari iubet, duosque veteres reges Agrippam et Antiochum expedire copias, quis Parthorum fines ultro intrarent; simul pontes per amnem Euphraten iungi. Et minorem Armeniam Aristobulo, regionem Sophenen Sohemo cum insignibus regiis mandat. Exortusque in tempore aemulus Vologeso filius Vardanes: et abscessere Armenia Parthi, tanquam differrent bellum.

1. *legionibus:* in MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. *regionibus.* — *admovere:* in edd. rec. *admoveri*, ut *collocari* et *iungi*, ex emend. Pich. „Immo Noster consulto et sapienter structuram variat, ut 1, 3. *appellari*, *destinare* — *cupiverat* et H. 4, 28. *vastari et* — *transire iubet.* Sensus est, Neronem mandata sua exsequenda aliis dedisse, ut iuventutem admoverent vel admoveri curarent, (man solle die Jugend hinführen) non, iuventutem propria Neronis mandata accepisse, ut iret ad legiones. Diversa est ratio legionum, quae ipsae imperium accipiunt et *propius Armeniam collocari* iubentur, sie sollen sich aufstellen. In verbis *pontes iungi* non eadem est ambiguitas." *Walth.* Sed haec arguta magis quam vera. — *Agrippam*, v. ad 12, 23, 2. — *Antiochum* Cilicem, cui Caligula Comagenen et oram Ciliciae maritimam dederat. Cf. ad 2, 42. 12, 55. Ind. II. Dio 59, 8. 60, 8. Ioseph. A. I. 19, 5. *Antiochum* edd. Ryck. Brot. Ern. al. ex emend. Lipsii, quae firmatur c. 37. ubi Antiochus Corbulonis socius. *Jocchum* MSS. Flor. Vat. 1958. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. sqq. *Jocchium* MSS. Vat. 1863. 1864. (test. Brot.) *Lochium* MSS. Vat. 1864. (si Lipsius verum vidit) Reg. Agr. ed. Spir. *Locchum* MSS. Guelf. Harl. — *pontes per amnem Euphraten iungi*, ut 1, 49. et ap. Virg. Aen. 9, 170. pro vulgari *ponte* vel *pontibus amnem iungi.* In MS. Guelf. *Eufratem*, in ed. Spir. *per omnem Eufraten.*

2. *minorem Armeniam Aristobulo* — *mandat,* τὴν μικρᾶς Ἀρμενίας προστασίαν Ἀριστόβουλος, Ἡρώδου τῆς Χαλκίδος βασιλέως παῖς, ὑπὸ Νέρωνος ἐγχειρίζεται τῷ πρώτῳ τῆς Νέρωνος ἀρχῆς ἔτει Ioseph. A. I. 20, 8. Cf. eiusd. B. I. 2, 13. *Aristobulo* MS. Flor. (test. Vict.) edd. Lips. sqq. *Aristobolo* MS. Guelf. et edd. vet. — *regionem Sophonen,* quae nunc *Zoph* dicitur, inter Antitaurum et Euphraten. *Sophenen* MSS. Guelf. edd. Ber. Ryck. sqq. ut *Sophenē* in aliis. *Sophenem* edd. Rhen. 1. 2. 3. et al. *Sophonen* ed. Spir. *Sophonem* edd. Put. 1. 2. — *Sohemo,* non illi Ituraeorum Arabum regi, qui memoratur 12, 23. sed ut *defunctus* a. U. 803. Eius filium fuisse hunc Sohemum seu potius *Soaemum* et eundem, qui H. 2, 81. 5, 1. et Ioseph. B. I. 7, 28. socius Vespasiani et rex Emesae dicatur, putabat Ryckius. „Mihi Sohemus hic idem prorsus videtur ac Sohemus, quem fratri suo Azizo Emesorum regi successisse ait Iosephus A. I. 20, 8. Scilicet Sohemo Ituraeae rege a. U. 803 mortuo Ituraea addita est provincia Syriae. v. 12, 23. Datum vero Azizo Sohemi filio Emesorum regnum. Azizo defuncto a. U. 807. successit Sohemus frater. At Nero, ut adversus *Parthos rursum prorumpentes* (c. 6. pr.) Armeniam certius defenderet, *Armeniam minorem Aristobulo* dedit, *Sohemo Sophenen,* partem Armeniae maioris occiduam et Armeniae minori finitimam, cuius caput est Carcathiocerta, quae deinde dicta Amida et Diarbekr. v. Strab. XI. p. 527. Plin. 6, 10. Iustin. 42, 3.“ *Brot.* *sohoemo* ed. Spir. *Sophaemo* MS. Guelf. — *aemulus Vologeso filius Vardanes,* cf. ad 2, 1, 1. et 11, 8, 1. et Ind. I. *Vologesi* MS. Agr. Nam a Tacito tum *aemulus* iungitur secundo et tertio casui, tum *Vologesus* (ut c. 37. H. 4, 51.) et plerumque *Vologeses* dicitur. *Vardanis* MSS. Flor. (test. Furia) Guelf. et edd. vet. ante Lips.

CAPUT VIII.

Sed apud Senatum omnia in maius celebrata sunt sententiis eorum, qui supplicationes et diebus supplicationum vestem Principi triumphalem, utque ovans Urbem iniret effigiesque eius pari magnitudine ac Martis Ultoris eodem in templo censuere, praeter suetam adulationem laeti, quod Domitium Corbulonem retinendae Armeniae praeposuerat; videbaturque locus virtutibus patefactus. Copiae Orientis ita dividuntur, ut pars auxiliarium cum duabus legionibus apud provinciam Syriam et legatum eius Quadratum Ummidium remaneret, par civium sociorumque numerus Corbuloni esset, additis cohortibus alisque, quae apud Cappadociam hiemabant: socii reges, prout bello conduceret, parere iussi. Sed studia eorum in Corbulonem promptiora erant, qui, ut famae inserviret, quae in novis coeptis validissima est, itinere propere confecto apud Aegeas civitatem Ciliciae obvium Quadratum habuit illuc progressum, ne, si ad accipiendas copias Syriam intravisset Corbulo, omnium ora in se verteret corpore ingens, verbis magnificis et super experientiam sapientiamque etiam specie inanium validus.

1. *supplicationes,* v. ad 3, 64, 1. — *utque ovans Urbem iniret* — *Martis Ultoris,* cf. ad 2, 64. — *censuere:* in ed. Spir. *censuerunt* et deinde *Demicium.* — *Domitium Corbulonem,* v. Ind. I. et ad 3, 31. — *videbaturque locus virtutibus patefactus,* v. ad Agr. 8. n. 4.

2. *Syriam:* in MS. Flor. et ed. Spir. *Suriam.* — *Quadratum Ummidium,* v. ad 3, 75, 1. et 12, 45, 2. *Umidium* MS. Flor. (test. Furia) et

ed. Spir. *Numidium* MS. Guelf. *Vinidium* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. — *remaneret:* in MS. Agr. *remanerent.* — *par civium* cet. In MSS. Flor. (test. Furia) Guelf. ed. Spir. *pars civium.* — *alisque, quae apud Cappadociam hiemabant,* cf. Ind. II. v. *Apud.* Haec corrupta in MSS. et edd. vet. *alisque, quae* edd. Ber. Rhen. 2. 3. sqq. et *apud Cappadociam* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. sqq. Sed *aliisquaeque cappadocia* MS. Flor. test. Furia. *aliisque quae* edd. Put. 1. 2. Rhen. 1. *aliis quae* MS. Agr. ed. Spir. quod etiam coniecere Mur. et Acid. *aliisque apud C.* MS. Guelf. *Cappadociae* MS. Agr. *Cappadocia* omisso *apud* ed. Spir. ut MS. Flor. Hinc *alisque, quae in Cappadocia h.* ed. Bekk. 2. — *prout bello conduceret,* in omnibus, quae usus belli postularet; *Ern.* — *studia in C. promptiora,* cf. ad 4, 60. extr. — *inserviret* omissum in MS. Flor. (test. Furia) et ed. Spir. — *est* in ed. Spir. post *quae* scriptum. — *propere:* in MS. Agr. *praepropere.* In eodem *consuleret* adiectum ante *itinere.* — *Aegeas* edd. rec. ut ἐν Αἰγέαις ap. Dion. 47, 30. *Egeas* MSS. Flor. Reg. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. Agr. ed. Spir. *Egas* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. al. *Αἰγαῖαι* Strab. XIV. p. 676. *Αἰγαί* Philostr. de vita Apoll. 1, 12. 2, 4. et Steph. Byz. ut *Aegae* Plin. 5, 22. et Lucan. 3, 227. Oppidum fuit maritimum Ciliciae campestris, quod nunc *Aiaskala* dicitur; *Brot.* — *ne:* in MS. Guelf. *ut.* — *verbis magnificis — validus* MS. Flor. edd. Spir. Walth. *verbis magnificus* MS. Guelf. et edd. cet. — *super,* praeter. Cf. Ind. II. — *specie inanium validus,* gestibus, verbis habituque externo animos plebis et imperitorum allicere peritus; *Lips.* Aliqua *inanium species* summos viros decet, placet populo, probos oblectat, morosis levem dat criminandi materiem; *Brot.* *specie inanium* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Lips. sqq. *specie in animum* MSS. Flor. (test. Pich.) Bud. et ed. Spir. nisi quod in hac est *spem* et in MS. Bud. *spe,* de quo v. ad 12, 44, 2. Hinc tamen *spe inanium* edd. Rhen. 2. 3. Ald.

CAPUT IX.

Ceterum uterque ad Vologesen regem nuntiis monebant, pacem quam bellum mallet datisque obsidibus solitam prioribus reverentiam in populum Romanum continuaret. Et Vologeses, quo bellum ex commodo pararet, an ut aemulationis suspectos per nomen obsidum amoveret, tradit nobilissimos ex familia Arsacidarum. Accepitque eos centurio Insteius ab Ummidio missus forte priore de causa adito rege. Quod postquam Corbuloni cognitum est, ire praefectum cohortis Arrium Varum et reciperare obsides iubet. Hinc ortum inter praefectum et centurionem iurgium ne diutius externis spectaculo esset, arbitrium rei obsidibus legatisque, qui eos ducebant, permissum. Atque illi ob recentem gloriam et inclinatione quadam etiam hostium Corbulonem praetulere. Unde discordia inter duces, querente Ummidio, praerepta quae suis consiliis patravisset, testante contra Corbulone, non prius conversum regem ad offerendos obsides quam ipse dux bello delectus spes eius ad metum mutaret. Nero, quo componeret diversos, sic evulgari iussit, ob res a Quadrato et Corbulone prospere gestas laurum fascibus imperatoriis addi. Quae in alios consules egressa coniunxi.

1. *uterque ad Vologesen regem* (sc. missis) *nuntiis monebant* MS.

Flor. test. Vict. et Furia, nisi quod hic *ad Vologesem* legit. Recepi *ad*, quod a ceteris MSS. et edd. abest. Cf. Roth. ad Tac. Agr. p. 238. *utrique* ed. Spir. *monebat* MS. Guelf. — *prioribus* regibus, maioribus suis. Cf. ad 1, 1, 2. — *quo bellum ex commodo pararet*, ut maiorem opportunitatem belli parandi nancisceretur laxamento belli accepto; *Ern. ex commodo* edd. Pich. et sqq. ex emend. Merceri, ut Colum. 6, 2. 12, 19. et opp. *ne id contra commodum faceret* Suet. Aug. 78. *ex quo modo* MSS. Flor. Reg. *ex equo modo* ed. Spir. *ex aequo modo* MSS. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. sqq. usque ad Pich. „Quae aberrationes inde ortae quod antiqui nonnunquam *QV* pro *C* scribebant, ut in SCto de Bacchanal. *indoquoltod* pro *in occulto*. Haec enim vera ibi lectio, non *indovolgod*, ut vult Maffeus in Istoria dipl. p. 124." *Ern.* Sic *dequoquitur* in MS. Flor. c. 15. extr. QUOM, QUOIUS, QUOIEI pro *decoquitur, cum, cuius, cui*, et similia. Cf. G. Fr. Grotef. Gram. T. II. §. 164. 173. 260. 264. — *tradit:* in MS. Guelf. *tradidit*. — *Accepitque eos adito rege*, postquam regem hanc ob causam adierat. — *Insteius* MS. Flor. (test. Furia) edd. Lall. Bekk. 2. Idem nomen reperitur c. 39. Vell. 2, 16. et in lapp. ap. Grut. 172. 362. Broterio haud probabile videbatur, Insteium *centurionem* eundem esse ac *praefectum castrorum* c. 39. Sed potuit honore esse auctus; *Lips.* Aut cognatus. *Histeius* MS. Flor. (si Pich. verum vidit) edd. Pich. sqq. *Histius* MS. Vat. Lipsii. *Histerius* MSS. Reg. Guelf. Harl. Bodl. Ies. Agr. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. *Hostorius* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. Grut. Cf. ad c. 39. — *Ummidio:* in MS. Guelf. et ed. Spir. *Humidio*, in edd. Put. 1. 2. sqq. usque ad Ern. *Vinidio*. Cf. ad 12, 45, 2. — *priore:* in MS. Vat. 1958. *prior*, et in edd. Pich. et sqq. usque ad Bip. male *prior, ea de causa adito rege* e coni. Mur. et Lips.

2. *Arrium Varum* MS. Flor. (test. Vict.) edd. Rhen. 2. 3. sqq. *Arrium Varrum* ed. Spir. *Anium Varrum* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *reciperare* MSS. Flor. Vat. Lipsii, edd. Pich. sqq. Recte: volebat obsides sibi per iniuriam praereptos auferri Ummidio; *Ern. recuperare* ed. Spir. Cf. ad 1, 74, 3. *recipere* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. — *iurgium ne diutius* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *iurgium. Quod ne diutius.* MSS. Bud. a m. sec. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *iurgium. Ne diutius* — *essent* MS. Agr. — *ob recentem gloriam* (de qua v. 11, 18—20.) *et inclinatione quadam*, cf. Ind. III. v. *Ablativi Substantivorum absoluti* et *Constructio verborum variata*. Deest *ob* in MS. Flor. et ed. Spir. *inclinatione quadam* edd. Lips. sqq. *inclinatione quadrati* ed. Spir. *inclinationem quandam* MSS. Guelf. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Quae lectio correctori et nostra Tacito tribuenda videtur. — *mutaret:* conii cere possis *mutasset*. Sed cf. Ind. III. v. *Verborum Tempora* II, 3. — *quo componeret diversos*, discordes. Cf. ad 1, 1, 4. et 2, 60, 1. *diversus addidit* MS. Flor. *diversus - gestas prospere - additisque in alios* c. *coniunxit* ed. Spir. — *evulgari*, v. ad 6, 27, 1. — *laurum fascibus imperatoriis addi;* nam *laurus* symbolum victoriae: unde *laureatae* statuae literae, naves, *laureatus* senatus, populus, exercitus. v. ad H. 3, 77. „Olim non nisi magistratus populi Rom. fascibus usi aut qui cum imperio in provinciis. Quid ergo Princeps in Urbe, si nullum gereret ordinarium magistratum? Nihilo secius fasces XII illi. Origo rei ab Augusto, qui ex SCto a. U. 735. semper consulari potestate et fascibus XII usus est v. Dio 54, 10. Quem morem tenuerunt Principes secuti, ita tamen ut *laurum fascibus* non *adderent* nisi in victoria, uti hic factum. At paulatim per adulationem irrupit, ut omnium Principum fasces et semper laureati essent, quin et aurati. v. Herodian. 7, 14. Capitol. in Maxim. 14. Claudian. in VI cons. Honorii v. 644." *Lips.* „Primum August

dictatura et XXIV. fasces decreti, sed repudiati. v. Dio 54, 1." *Brot.* — *coniunxi* edd. Rhen. 2. 3. Ald. sqq. *coniunxit* MS. Guelf. edd. primae.

CAPUT X.

Eodem anno Caesar effigiem Cn. Domitio patri et consularia insignia Asconio Labeoni, quo tutore usus erat, petivit a senatu, sibique statuas argento vel auro solidas adversus offerentes prohibuit; et quanquam censuissent Patres, ut principium anni inciperet mense Decembri, quo ortus erat Nero, veterem religionem Kalendarum Ianuariarum inchoando anno retinuit. Neque recepti sunt inter reos Carinas Celer senator, servo accusante, aut Iulius Densus eques, cui favor in Britannicum crimini dabatur.

1. *effigiem,* cf. Ind. I. et II. — *et consularia insignia* MSS. Flor. Reg. Guelf. in marg. Bud. edd. Spir. Walth. *et* omissum in edd. cet. — *auro solidas,* v. ad 2, 33. — *principium anni inciperet,* ut *principium incendii ortum* 15, 41. Cf. ad H. 2, 79. — *quo ortus erat Nero,* v. ad 12, 25, 2. — *inchoando anno,* cf. Ind. III. v. *Gerundia et Gerundiva in Dativo.*

2. *Neque recepti sunt inter reos* (ut 3, 70.) MSS. Flor. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Lips. et post eam Iac. Gron. sqq. *inter eos* MS. Reg. ed. Spir. *in reos* edd. Lips. sqq. usque ad Iac. Gron. — *Carinas* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *Carrinas* MS. Guelf. et primae edd. *Carrinas cerer* ed. Spir. *et* ante *Celer* superscriptum in MS. Guelf. — *equester,* v. ad 12, 60, 1. — *favor*: in MS. Flor. teste Vict. *fabor.* Cf. ad 11, 6, 1.

CAPUT XI.

Claudio Nerone, L. Antistio Coss. quum in acta Principum iurarent magistratus, in sua acta collegam Antistium iurare prohibuit, magnis Patrum laudibus, ut iuvenilis animus levium quoque rerum gloria sublatus maiores continuaret. Secutaque lenitas in Plautium Lateranum, quem ob adulterium Messalinae ordine remotum reddidit senatui, clementiam suam obstringens crebris orationibus, quas Seneca testificando, quam honesta praeciperet, vel iactandi ingenii voce Principis vulgabat.

1. *Claudio Nerone cos.* I. Cf. Suet. Ner. 14. et de *L. Antistio* ad 4, 1, 1. — *quum in acta Principum iurarent magistratus,* v. ad 1, 7, 3. et Lips. Exc. I. ad 16, 22. *Principum* MSS. Flor. (teste Vict.) Bodl. a m. pr. Farn. edd. Lips. sqq. *Principis* MSS. Bodl. a m. sec. Guelf. aliique et edd. vet. Verum iurabant in acta non unius, qui imperitabat, sed et priorum; *Lips.* — *maiores* res *continuaret,* ad eas aspiraret. „Anceps vero et lubricum hoc laudum genus, quod optimos animos inflammat, bonos deterit, malos pessumdat; *Brot.*

2. *lenitas,* venia. v. ad 12, 49, 1. *levitas* ed. Spir. — *Plautium Lateranum* cet. Cf. 11, 36. *Plautium* edd. Ber. Rhen. 2. 3. sqq. *Plantium* vel *Plancium* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Rhen. 1. *palatium* ed. Spir. — *ordine* (senatorio) *remotum reddidit senatui,* v. ad 12, 4, 2. *ordine* deest in MS. Jes. — *clementiam suam obstringens,* v. ad 1, 14. extr. *clementiam* pro *veniam.* v. ad 12, 49, 1. „Nero id fecit praeceptore Seneca, qui, ut Nero nunquam recederet a virtute, quae Principes maxime decet, duos libros de *clementia* sub finem huius anni aut initio

sequentis, ut ex l. 1. c. 9. patet, scripsit eique inscripsit. Legatur cap. 1. et totus liber, ut melius intelligatur principatus Neroniani ratio, ab optimis orsa, in immania sensim delapsa." *Brot.* — *crebris orationibus, quas Seneca — voce Principis vulgabat*, quae a Seneca compositae a Nerone recitabantur; de quo v. ad c. 3. n. 1. — *testificando*, ut ostenderet, declararet; *Ern.* Cf. Ind. III. v. *Gerundia et Gerundiva in Dativo.* — *vel iactandi ingenii*, cf. Ind. III. v. *Genitivi Gerundiorum.* *vel iactandi i.* MSS. Flor. Bud. a m. pr. Vat. Lipsii, edd. Lips. sqq. *causa iactandi i.* (omisso *vel*) MSS. Guelf. Agr. aliique, edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *vel causa iactandi i.* MS. Bud. a m. sec., edd. Rhen. 2. 3. Ald. quae dictio frequens Livio (v. Gron. ad 31, 12.) et Graecis, a quibus saepe ἕνεκα et χάριν Genitivis praeponuntur. v. Abresch. diluc. Thuc. auctar. p. 420. Sed *causa* potius glossema esse videtur.

CAPUT XII.

Ceterum infracta paulatim potentia matris, delapso Nerone in amorem libertae, cui vocabulum *Acte* fuit, simul assumptis in conscientiam Othone et Claudio Senecione adolescentulis decoris, quorum Otho familia consulari, Senecio liberto Caesaris patre genitus. Ignara matre, dein frustra obnitente, penitus irrepserat per luxum et ambigua secreta, ne senioribus quidem Principis amicis adversantibus, muliercula nulla cuiusquam iniuria cupidines Principis explente, quando uxore ab Octavia, nobili quidem et probitatis spectatae, fato quodam, an quia praevalent illicita, abhorrebat, metuebaturque, ne in stupra feminarum illustrium prorumperet, si illa libidine prohiberetur.

1. *Acte*, de qua cf. cap. 13. 46. 14, 2. Suet. Ner. 28. Dio 61, 7. inscr. in Phil. a Turre monum. vet. Antii p. 121 sqq. Chrysost. homil. XLVI in Acta Ap. et lib. 1. contra monast. vit. contempt. Hic eam a Paulo apostolo Christianorum sacris initiatam dicit. *Acte* edd. Rhen. sqq. *Actae* MS. Guelf. (in quo *Actae vocabulum*) et edd. primae. — *Claudio Senecione*, qui fortasse alius fuit quam *Tullius Senecio e praecipua familiaritate Neronis* 15, 50. nisi ibi leg. *Claudium Senecionem* vel h. l. *Tullio Sen.* *Senecione* MS. Flor. (test. Vict.) edd. Rhen. sqq. *Senection* (sed deinde *Senecio*) MS. Guelf. *Senetione* primae edd. Cf. ad 15, 50. — *adolescentulis:* in MS. Flor. edd. Spir. Bekk. Walth. *adulescentulis.* v. ad 1, 3, 8.

2. „*Ignara matre* Neronis, *dein frustra obnitente, penitus irrepserat* sc. Acte in gratiam et amorem Neronis (cf. ad 4, 2, 2. et H. 2, 63 pr.) *per luxum et ambigua secreta*, per societatem libidinum et consiliorum, quae tum ambigua, tum occulta erant. „Post *genitus* plena distinctio ponenda et omnes editores male coniunxerunt *quorum Otho — genitus, ignara matre — irrepserat;* nec multum iuvat emendatio Lipsii *irrepserant* Pich. et aliis recepta. Quis enim feret structuram *quorum Otho et Senecio irrepserat?*" *Walth.* Cf. ad 12, 45, 1. Sed vulgo interpretantur: *quorum Otho f.* c. erat, *Senecio — genitus, ignara matre — irrepserat.* — *obnitente* MS. Flor. edd. Spir. Put. 1. 2. Rhen. 2. 3. sqq. *obtinente* MS. Guelf. edd. Ber. Rhen. *obmittente* MS. Bud. — *irrepserat:* in MS. Ies. *irrepsere.* — *senioribus* MSS. Flor. Guelf. Bud. Agr. Harl. Ies. edd. Spir. Bekk. Kiessl." Recte *Seniores amici*, ut 14, 54. et h. l. opponuntur *adolescentulis* amicis Neronis s." *Walth.* *severioribus* MS. Bodl. edd. Put. 1. 2. cet. *nec senioribus quidem* MS. Guelf. Dein *adversantibus mulierculae — explenti* coni. Heins. et *mulierculam — explere* Ern. ne ablativi absoluti nimis conc

rant. — *fato quodam, an quia*, v. ad 2, 38, 5. Fortasse et artibus Agrippinae, quae priorem paremque verebatur; *Brot.* Cf. c. 13. pr. *facto* MS. Flor. *aut quia* MS. Guelf. *et quia* ed. Spir. — *metuebaturque, ne in supra* cet. Cf. Dio 61, 3. *metuebantque* ed. pr.

CAPUT XIII.

Sed Agrippina *libertam aemulam*, *nurum ancillam* aliaque eundem in modum muliebriter fremere; neque poenitentiam filii aut satietatem opperiri, quantoque foediora exprobrabat, acrius accendere, donec vi amoris subactus exueret obsequium in matrem seque Senecae permitteret: ex cuius familiaribus Annaeus Serenus simulatione amoris adversus eandem libertam primas adolescentis cupidines velaverat praebueratque nomen, ut, quae Princeps furtim mulierculae tribuebat, ille palam largiretur. Tum Agrippina versis artibus per blandimenta iuvenem aggredi, suum potius cubiculum ac sinum offerre contegendis, quae prima aetas et summa fortuna expeterent. Quin et fatebatur intempestivam severitatem et suarum opum, quae haud procul imperatoriis aberant, copias tradebat, ut nimia nuper coercendo filio, ita rursum intemperanter demissa. Quae mutatio neque Neronem fefellit, et proximi amicorum metuebant orabantque, cavere insidias mulieris semper atrocis, tum et falsae. Forte illis diebus Caesar inspecto ornatu, quo Principum coniuges ac parentes effulserant, deligit vestem et gemmas misitque donum matri nulla parcimonia, quum praecipua et cupita aliis prior deferret. Sed Agrippina *non his instrui cultus suos, sed ceteris arceri* proclamat, *et dividere filium, quae cuncta ex ipsa haberet.* Nec defuere, qui in deterius referrent.

1. „*Sed Agrippina fremere, libertam* Acten esse *aemulam* et hanc *ancillam* fieri *nurum.* Sunt qui *nurum* esse putent Octaviam, nec multum contendam. Utroque sensu hunc locum eloquenter suos in usus vertit Racine in trag. Britannicus Act. III. Sc. 3. et 4." *Brot.* — *opperiri:* in MS. Guelf. et ed. Spir. *operiri.* — *accendere:* in MS. Flor. et ed. Spir. *accenderet.* — *seque*, ut antea matri, (v. cap. 1.) sic nunc *Senecae permitteret*, obsequeretur, ut ille rem publicam curaret seque adiuvaret consilio, opera; *Ern.* Cf. Dio 61, 3. 4. *seque Senecae p.* edd. Ryck. Brot. Ern. Ob. al. ex emend. Mur. et Lips. *seque* MSS. Flor. Vat. Lipsii, Reg. Farn. Agr. ed. Spir. *seque nece p.* et in marg. *Seneceque p.* MSS. Flor. (test. Pich.) Bud. Harl. Bodl. .Ies. *Senecaeque p.* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. *Senecique p.* MS. Guelf. *seque neci p.* MSS. Reg. Farn. ed. Spir. *seque p.* suprascripto *neci* MS. Vat. *seque nec ei p.* MS. Agr. *Senecaeque se p.* coni. Ursinus et *Senecaque p.* Pich. et Gron. hoc sensu: non adversaretur, sive Agrippinae odio, sive metu illo, de quo v. cap. 12. extr. — *Annaeus Serenus* „praefectus vigilum Neronis et *familiaris* Senecae, qui inscripsit eidem libros suos de tranq. animi, monumentum amoris. v. Plin. 22, 47. Sen. ep. 63." *Lips.* — *adolescentis cupidines velaverat*, v. ad 6, 29. *adulescentis* MS. Flor. edd. Spir. Bekk. Walth. *celaverat* — *tribuebat* — *Tunc* ed. Spir. — *ille*: immo *ipse*, quia *Principi* opponitur; *Ern.* Sed de pron. *ille* idem valet; *Walth.*

2. *suum potius cubiculum ac sinum:* „Non aperte filium ad id scelus,

quod 14, 2. *nova libido et immanitas* vocatur, invitasse videtur mater, sed indulgens iam et intemperanter demissa simulavisse, libidinibus filii se non quidem adversari, sed Imperatori minime decorum esse, huiusmodi mulierculas palam habere: et ideo ad id sua *cubicula ac sinum*, non Germ. Busen, sed latebras offerebat." *Pich.* Cf. ad Agr. 4. n. 4. et G. 1. n. 2. — *summa fortuna* MSS. Flor. Bud. et edd. omnes nisi quod *s. forma* in edd. Ber. et Rhen. 1. — *intempestivam:* in MS. Flor. teste Furia *intempestatem.* — *intemperanter demissa,* v. ad 2, 75, 2. — *Neronem fefellit,* cf. ad 15, 66, 1. — *orabantque caveri* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. Pich. sqq. *or. caveri* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Lips. Grut. *or. caveret* ed. Ald. Cf. ad 11, 1, 2. — *tum et falsae,* v. ad 2, 9.

3. *inspecto ornatu, quo Principum* priorum, Augusti, Tiberii, Caii, Claudii *coniuges ac p. eff.,* quarum supellex inter Imperatorias gazas asservabatur; *Brot.* — *deligit:* in MS. Guelf. edd. Bip. Lün. *delegit.* Cf. ad 2, 7, 1. — *donum* MSS. Flor. Bud. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *domum* MS. Guelf. et primae edd. — „*nullâ parcimoniâ* tantoque ampliore liberalitate, quod ipse *prior* nec rogatus res *praecipuas* et summe *cupitas* ab *aliis* Principum coniugibus parentibusve *deferret,* deferendas curaret, dono mitteret. *Sed Agrippina proclamat, non his* rebus donisque *instrui* et augeri *cultus suos, sed* per hanc ipsam liberalitatem se *arceri ceteris* thesauris Imperatoriis *et dividere filium* matrem inter et pellices, *qua* cet." *Brot.* — *in deterius referrent,* cf. Ind. II. v. *In.*

CAPUT XIV.

Et Nero infensus iis, quibus superbia muliebris innitebatur demovet Pallantem cura rerum, quis a Claudio impositus velu arbitrium regni agebat, ferebaturque, degrediente eo magna prosequentium multitudine, non absurde dixisse, *ire Pallantem ut eiuraret.* Sane pepigerat Pallas, ne cuiusque facti in praeteritum interrogaretur paresque rationes cum re publica haberet. Praeceps posthac Agrippina ruere ad terrorem et minas neque Principis auribus abstinere, quo minus testaretur, *adultum iam esse Britannicum, veram dignamque stirpem suscipiendo patris imperio, quod insitus et adoptivus per iniurias matri exerceret. Non abnuere se, quin cuncta infelicis domus mala patefierent, suae in primis nuptiae, suum veneficium. Id solum diis et sibi provisum, quod viveret privignus. Ituram cum illo in castra. Audiretur hinc Germanici filia, inde vilis rursus Burrus et exsul Seneca, trunca scilicet manu et professoria lingua generis humani regimen expostulantes.* Simul intendere manus aggerere probra, consecratum Claudium, infernos Silanorum manes invocare, et tot irrita facinora.

1. *iis quibus:* in ed. Spir. *his quibus.* Cf. ad 1, 22, 3. 2, 43, Kritz. ad Sall. Cat. p. 11. Beier. ad Cic. Lael. c. 22, 82. Otto ad Cic. de sen. p. 3. Wunder in Jahn. Anal. a. 1827. III. f. 2. p. 174. — *superbia muliebris* edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *ferocia mulieris* MSS. Guelf. Harl. Ies. Fortasse melius: nam libenter verbo utitur Tacitus, ut de Agrippina Germanici; *Ern.* — *demovet,* cf. Ind. II. *demoliri* MS. Agr. *demolliet* ed. Spir. — *cura rerum* privatarum Principis a rationibus, (v. Suet. Claud. 28.) vel potius administrationis rei publicae. *arbitrium* MSS. Flor. Reg. Vat. 1958. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *arbitrum* MSS. Vat. 1863. 18[illegible]

edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. Utrumque bonum. Cf. 2, 73. 4, 41. et ad H. 4, 21. — *agebat*: in MSS. Guelf. Harl. Ies. *gerebat*. — *degrediente* (sc. palatio, ut H. 3, 67.) MSS. Flor. Vat. 1863. 1864. Reg. Bud. edd. Ern. et rec. *digrediente* MS. Guelf. edd. vet. Cf. ad 4, 74, 2. — *non absurde*, „facete, lepide, ut *non absurdum ingenium* Poppaeae Sabinae (cui σοφίαν tribuit Leonidas in Brunck. Anal. T. II. p. 191. epigr. 8.) cap. 45. H. 3, 62. et ap. Sall. Cat. 25. ut al. *amoenum*, *facetum*." *Ern.* In MS. Guelf. *in* pro *non*, unde *minime* coni. Walth. — *ut eiuraret* sc. regnum, cuius *arbitrium* s. *arbitrum egerat*. Ita Brot. Bip. Ob. „Huic rationi egregie conveniunt etiam sequentia: nam qui ea conditione utitur, ut *nullius facti in praeteritum interrogari* debeat *paresque rationes cum re publica habeat*, is est velut rex, qui cuncta agit ex sua voluntate et nemini factorum rationem reddit." *Walth.* Cf. ad 12, 4, 2. „Immo *eiurare* est iudicem tanquam iniquum iure iurando interposito recusare. Cf. Forcell." *Ritter.* Minus apte *procurationem* intelligebat Ryckius, *multitudinem* Graevius in epp. ad Heins. T. IV. Coll. Burm. p. 515. *rationes* Bahrdt. et Kiessl. (cf. ad 1, 6. extr.) *bonam copiam* Aurelius, ut iuraverit, se bonis cedere, non satisfacere creditoribus posse et solvere, quo facto persona debitoris capiebatur pigneri et addicebatur creditoribus, de quo v. Manut. ad Cic. epp. ad div. 9, 16. et Salmas. mod. usur. c. 18. p. 805. — *ne cuiusque facti in pr. interrogaretur*, reus fieret, accusaretur, ut 14, 46. 16, 21. (*dum Capitonem repetundarum interrogant*) nam pleraque iudicum negotia ad interrogationes pertinebant. *ne cuiusque* (h. e. cuiuscunque) edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. quod revocavit Walth. Cf. ad 1, 6, 2. *quę quoiusque* MS. Guelf. *quae cuius* ed. Spir. *ne cuius* edd. Rhen. 2. 3. sqq. Iungenda *in praeteritum interrogaretur*, recedendo in tempora praeterita; *Roth.* ad Tac. Agr. p. 243. — *paresque rationes cum re publica haberet*, ut nullis administratae rei numariae rationibus redditis pares tamen cum re publica cum accepti tum expensi rationes haberet; *Brot.* Scite de Pallante, qui Imperatori a rationibus fuerat. v. Suet. Claud. 28. Cf. ad 1, 6. extr.

2. *posthac* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Bekk. Walth. *post haec* edd. cet. Cf. ad 3, 62. Oudend. ad Suet. in Ner. c. 9. in Oth. c. 11. Orell. ad Cic. de div. 2, 54, 112. Errat Moser ad Cic. de div. 1, 20, 40. — *ad terrorem* MSS. Flor. Guelf. Bud. omnesque edd. praeter Lips. et Grut. in quibus substitutum *in terrorem*. — *insitus*, ut *Nero insitivus* ap. Sen. Octav. v. 249. — *iniurias:* in ed. Spir. *iniuriam*. Dein *se qui cuncta* MS. Flor. (teste Vict.) et *sequi c.* ed. Spir. — *suae in primis nuptiae* incestae. v. 12, 5. 6. 7. — *suum veneficium*, v. 12, 66. 67. *beneficium* MS. Guelf. ed. Spir. Cf. ad 11, 6, 1. — *Audiretur hinc*, ab hac parte, *Germanici filia*, Agrippina iura Britannici comitis repetitura et sua, *inde*, ab altera parte, *rursus*, contra, e contrario, vel deinde *vilis Burrus*. Cf. 2, 39. H. 2, 43. 4, 14. Agr. 29. et ad Ann. 1, 80, 2. Ita aptum *rursus*, quod alii pleonastice dictum censent, (v. ad G. 18. n. 12.) alii delendum ortumque vel ex corrupta vocis *Burrus* geminatione vel ex glossemate, quia *burrus* a Festo exponatur *rufus*, et in Glossis ξανθός, πυῤῥός. *inde vilis* MSS. Bud. a m. sec. Bodl. in marg. Agr. edd. Put. 1. 2 sqq. *indebilis* MSS. Flor. Bud. a m. pr. Reg. Bodl. ed. Spir. De qua scriptura v. ad 11, 6, 1. *inde bibil* MS. Vat. Lipsii. *inde Mancinus* MSS. Guelf. Harl. Ies. Arroganter et amare Burrus dicitur *vilis*, homo nihili s. nequam, et Seneca *exsul*, de quo v. 12, 8. — *Trunca manus* spectat ad Burrum et *professoria lingua* ad Senecam, qui eloquentiam professoris sive rhetoris et declamatoris modo exerceat. „Nec necessum, totam ut manum praecisam habuerit Burrus: sufficit digito uno aut altero captum fuisse, fortasse in acie, quod virtutis insigne est." *Gron.* „Burrus *trunca manu* esse dicitur potius ob umbratilem ignavamque militiam, et

alluditur ad imbelles illos cives, qui detrectandi sacramenti causa pollices sibi amputabant et *debilitati*, Germanis vero *Murci* (murcati, mutilati) dicebantur." *Brot.* De quo v. ad G. 12. n. 3. et intpp. Ammiani Marc. ad 15, 12, 3." *tunicata scilicet manu* annotatum ab Agricola, nescio a sene an e libris: et sane videtur mollitiam Burro obiectare et tunicas manicatas." *Lips.* Paulo post *expostulantis* MS. Flor. et edd. Spir. Ob. Naud. al. quae antiqua et nominativi et accusativi forma est. — *intendere manus*, v. ad 4, 3. — *Silanorum*, v. cap. I. — *et tot irrita facinora*, tot facinora frustra parandae potentiae, a se patrata scil. dolere s. conqueri; *Ern.* et *Kiessl.* Cf. Ind. III. v. *Ellipsis* nr. 20. et *Syllepsis* nr. 2. Sed talia in affectu potius omitti quam e verbo *invocare* intelligi posse crediderim.

CAPUT XV.

Turbatus his Nero, et propinquo die, quo quartum decimum aetatis annum Britannicus explebat, volutare secum modo matris violentiam, modo ipsius indolem, uno quidem experimento nuper cognitam, quo tamen favorem late quaesivisset. Festis Saturno diebus inter alia aequalium ludicra regnum lusu sortientium evenerat ea sors Neroni. Igitur ceteris diversa nec ruborem allatura: ubi Britannico iussit, exsurgeret progressusque in medium cantum aliquem inciperet, irrisum ex eo sperans pueri sobrios quoque convictus nedum temulentos ignorantis, ille constanter exorsus est carmen, quo evolutum eum sede patria rebusque summis significabatur. Unde orta miseratio manifestior, quia dissimulationem nox et lascivia exemerat. Nero intellecta invidia odium intendit, urgentibusque Agrippinae minis, quia nullum crimen neque iubere caedem fratris palam audebat, occulta molitur pararique venenum iubet ministro Pollione Iulio praetoriae cohortis tribuno, cuius cura attinebatur damnata veneficii nomine Locusta, multa scelerum fama. Nam ut proximus quisque Britannico neque fas neque fidem pensi haberet, olim provisum erat. Primum venenum ab ipsis educatoribus accepit tramisitque exsoluta alvo, parum validum sive temperamentum inerat, ne statim saeviret. Sed Nero lenti sceleris impatiens minitari tribuno, iubere supplicium veneficae, quod, dum rumorem respiciunt, dum parant defensiones, securitatem morarentur. Promittentibus dein tam praecipitem necem, quam si ferro urgeretur, cubiculum Caesaris iuxta decoquitur virus cognitis antea venenis rapidum.

1. *propinquo die, quo XIV aetatis annum Britannicus explebat*, quo expleto toga virilis induebatur. Cf. ad 12, 25, 2. et 12, 41, 1. 2. — *ipsius indolem, uno quidem experimento nuper cognitam, quo tamen favorem late quaesivisset*, sibi paravisset. *et quidem* MSS. Harl. et Agr. a m. sec. quod verum videri posset, si deinde *quo tum favorem l. q.* ex MSS. Reg. et Agr reponeretur, nisi *tum* post *nuper* nimis frigeret. *ut quidam* MS. Flor test. Furia. *ut quidem* ceteri MSS. omnesque edd. ante Bip. quod vitiosum esse vix quisquam negabit. Hinc *vili quidem* coni. Acid. *futili* q Heinsius et *levi q.* Freinsh. quod *levi* tanquam elegantissimum et verisimillimum pro *ut* substituere editores rec. Sed magna est horum verborum diversitas, et Walchius in Emend. Liv. p. 108. verissime dixit non *leve* ingenii puerilis experimentum h. l. memorari, neque antiqui scriptoribus, ut recentioribus, morem esse, in his, ubi res loquatur, iu

dicium suum interponere. Idem scribendum censuit *uno quidem experimento*, quam coniecturam longe aptiorem in ordinem recepi. Ea firmatur alio Taciti loco, ubi de Britannico sermo est, 12, 26. *neque enim segnem ei fuisse indolem ferunt; sive verum, seu periculis commendatus retinuit famam* (talis indolis) *sine experimento:* de quibus verbis *sine experimento* v. ad 12, 26. extr. *quo tamen favore* ed. Spir. *quo tandem favore* MS. Guelf. *quo tum favorem* MSS. Reg. Agr. — *Festis Saturno diebus inter alia aequalium ludicra regnum lusu sortientium evenerat ea sors Neroni:* „Interpretes ad illustrationem loci afferunt verba Pollucis 9, 7, 110. *Βασιλίνδα ἐστὶν, ὅταν διακληρωθέντες ὁ μὲν βασιλεὺς προστάττη τὸ πρακτέον, ὁ δὲ ὑπηρέτης εἶναι λαχὼν πᾶν τὸ ταχθὲν ὑπεκπονῇ.* Magis huc facit Arriani locus Diss. Epicteti 1, 25. *ἐν Σατορναλίοις λέλογχε βασιλεύς. ἔδοξε γάρ παῖξαι ταύτην τὴν παιδιάν. προστάσσει, σὺ πίε, σὺ κέρασον, σὺ ᾆσον, σὺ ἄπελθε, σὺ ἐλθέ. ὑπακούω, ἵνα μὴ παρ' ἐμὲ λύηται ἡ παιδιά.* Maxime vero Luciani in Saturn. IV. *Ὁρᾷς ἡλίκον τὸ ἀγαθὸν, ἔτι καὶ βασιλέα μόνον ἐφ' ἁπάντων γενέσθαι, τῷ ἀστραγάλῳ κρατήσαντα, ὡς μήτε ἐπιταχθείης γελοῖα ἐπιτάγματα, καὶ αὐτὸς ἐπιτάττειν ἔχοις, τῷ μὲν αἰσχρόν τι περὶ αὑτοῦ ἀναβοῆσαι, τῷ δὲ γυμνὸν ὀρχήσασθαι, καὶ ἀράμενον τὴν αὐλητρίδα τρὶς τὴν οἰκίαν περιελθεῖν.*“ *Lips.* „Locus Horat. od 1, 4, 27. (*regna vini sortiere talis*) huc non facit: nam *regna vini* diversa sunt.“ *Walth.* Similis tamen hic ritus videri possit, quo in conviviis Graecorum Romanorumque iactu talorum legebatur *βασιλεὺς, συμποσίαρχος*, rex convivii, (*magister bibendi* ap. Hor. od. 2, 7, 25. Angl. *Toastmaster*) qui numerum poculorum hauriendorum modumque aquae vino immiscendae praescriberet. Similis etiam puerorum nostrorum mos regnum ludendi. *regnum lusu* MS. Flor. si Victorius, *R. regnum lusu*, si Pichena, et *romanum regnum lusu*, si Furia verum excerpsit. *R. regnum lusu* MS. Bud. *Rō. regnum lusu* ed. Spir. *Ro. r. l.* MS. Reg. *Roma regnum ludo* MS. Agr. In MS. Guelf. *regnum iussu* et *Ro.* voci *ludicra* a m. rec. superscriptum. Sed nescio an *Romae regnum ludere* verum sit ludicri vocabulum; *Walth.* In omnibus edd. praeter primam nostra est lectio. Fortasse tamen *Romanum*, non *Romae*, illis scripturae compendiis significatur et inserendum est. — *ceteris diversa* sc. iussit, *Britannico iussit* ut *exsurgeret*, v. ad 4, 72, 1. et Ind. III. v. *Constructio* nr. 3. — *allatura* vel *adlatura* MSS. Flor. Bodl. Guelf. edd. Put. 1. 2. Riv. Ber. Rhen. I. 2. 3. Ald. Gryph. Iac. Gron. sqq. *illatura* edd. Lips. Pich. sqq. *oblatura* MS. Reg. et ed. Spir. quod supra librariorum captum videbatur Ernestio. Cf. Drak. ad Liv. 34, 23. *iussit exurgere* ed. Spir. — *cantum aliquem inciperet*; nam super epulis clarorum virorum laudes ad tibiam cani solebant a convivis (v. Cic. Brut. 18. 19. qu. Tusc. 1. 2. 4, 2. de or. 3, 51. Hor. od. 4, 15, 29. Valer. Max. 2, 1, 10.) et a pueris. v. Varr. vit. pop. Rom. lib. II. — *sobrios quoque convictus ignorantis*, quippe qui ignoraret, qualia dici agique licerent ac solerent in conviviis sobriorum. — *ille constanter exorsus est carmen* illud Ennii ap. Cic. Tusc. Qu. 3, 19. *O patria, o patria, o Priami domus, septum altisono cardine templum* cet. *constanter*, impavide et confestim. Sine metu et haesitatione, prompte; *Ern.* — *rebusque summis*, regno, imperio, *devolutum*, nudatum, privatum, vel vi deturbatum, deiectum: nam metaphora est petita vel a vestimentis et integumentis, ut ap. Cic. or. 2, 86. (*evolutum illis integumentis dissimulationis tuae nudatumque perspicio*) et Petron. II. (*opertum me amiculo evolvit*) vel a fabula de cane et thesauro gallinave ovis pullisque incubante, ut ap. Sen. ep. 74. *boniis evolutus* et Liv. 6, 15. *istos incubantes publicis thesauris ex praeda clandestina evolvas.* *rebus summis* MSS. Guelf. a m. pr. Bud. Harl. Bodl. les. quod appositive dictum putabat Rhen. *rebusque suis* coni. Ern. — *dissimulationem nox et lascivia* lusus et Saturnalium *exemerat*, v. ad 1, 12, 1. *exemerant* MS. Agr. Cf. ad 12, 45, 1.

2. *intellecta invidia*, sentiens, quam invidiosa sibi res esset; *Ern.* Cf. ad H. 1, 82. — *odium intendit*, v. ad 12, 35, 1. — *nullum crimen* erat illud. — *iubere* delendum censebat Acid. quia mox repetitur hoc verbum. Cf. Ind. III. v. *Verba eadem repetita* p. 837. — *occulta:* Heinsius coni. *occultam*, bene; *Ern.* Sed nil mutandum. — *pararique* MS. Flor. edd. Pich. Iac. Gron. Ern. sqq. *parari* MSS. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. et edd. vet. — *Pollione Iulio*, cf. ad 3, 75, 1. Lipsius suspicabatur, eundem sub Othone praef. praet. fuisse. v. Plut. Oth. c. 24. — *cuius cura attinebatur*, cuius custodiae tradita erat. Cf. ad 1, 35. 4, 5. 15, 57. — *nomine Locusta*, v. ad 12, 66, 2. — *ut proximus quisque Britannico* cet. Cf. ad 12, 26, 2. — *educatoribus*, v. ad 11, 1, 2. pr. — *tramisitque* MS. Flor. ex usu Taciti, unde receptum a Walth. nobisque pro vulg. *transmisitque*. — *respiciunt* et *parant*: immo *respiciant* et *parent; Ern.* Sed v. Ramshorn. Gram. p. 619. c. 620. et Ind. III. v. *Verborum Modus Indicativus* nr. 2. — *securitatem*, quae ad securitatem Principis pertinerent. *securitate* MSS. Reg. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Spir. Ald. Gryph. — *dein*: in ed. Spir. *dehinc*. — *urgeretur:* in MS. Agr. *necaretur*. — *cubiculum Caesaris iuxta*, cf. Ind. III. v. *Praepositiones* nr. 1. — *cognitis antea venenis*, postquam vim eorum experti erant in haedo et porcello, quod tradit Suet. Ner. c. 33. — *rapidum*, v. ad 12, 67, 2.

CAPUT XVI.

Mos habebatur, Principum liberos cum ceteris idem aetatis nobilibus sedentes vesci in aspectu propinquorum propria et parciore mensa. Illic epulante Britannico, quia cibus potusque eius delectus ex ministri gustu explorabatur, ne omitteretur institutum aut utriusque morte proderetur scelus, talis dolus repertus est. Innoxia adhuc ac praecalida et libata gustu potio traditur Britannico: dein, postquam fervore aspernabatur, frigida in aqua affunditur venenum, quod ita cunctos eius artus pervasit, ut vox pariter et spiritus raperentur. Trepidatur a circumsedentibus, diffugiunt imprudentes. At quibus altior intellectus, resistunt defixi et Neronem intuentes. Ille, ut erat reclinis et nescio similis, *solitum ita*, ait, *per comitialem morbum, quo primum ab infantia afflictaretur Britannicus, et redituros paulatim visus sensusque.* At Agrippinae is pavor, ea consternatio mentis, quamvis vultu premeretur, emicuit, ut perinde ignaram fuisse ac Octaviam sororem Britannici constiterit: quippe sibi supremum auxilium ereptum et parricidii exemplum intelligebat. Octavia quoque, quamvis rudibus annis dolorem, caritatem, omnis affectus abscondere didicerat.

1. *Mos habebatur*, erat, (v. Ind. II.) *Principum liberos cum ceteri idem aetatis nobilibus sedentes*, non accumbentes, *vesci — mensa*: „Pueri et servi sedebant ad fulcra parentum ac dominorum: spernebatur enim accubitus eorum quasi luxuriae ritus illi aetati ordinive non decorus. v. Suet. Oct. c. 64. et Claud. c. 32. Sen. de tranq. 2, 15. Plaut. Stich. 2, 32. 5, 4, 21. Dio 59, 29. Plut. in conv. c. 10.“ *Lips.* Cf. Aristot. pol. lit. 7, 5. et intpp. Suet. Tit. c. 2. *Feminae quoque cum viris cubantibus sedentes coenitabant* Valer. Max. 2, 1, 2. *eiusdem aetatis* MS. Guelf. Sed cf. Ind. III. v. *Genitivi qualitatis* cet. p. 819. 820. et Ramshorn. Gram. p. 236. — *quia cibus potusque eius delectus ex ministri gustu explorabatur:* ita MSS. omnesque edd. vet. nisi quod *ministris* est in ed. Spir.

Hoc vitiosum esse crediderunt editores rec. et e correct. Lipsii (in edit. a. 1574.) et Danesii substituerunt *cibos potusque eius delectus ex ministris gustu explorabat.* „Attamen nil lectione ant. sanius esse potest. Britannici *delectus cibus potusque* est, quem sibi ex iis, quae apponebantur, delegerat vel deligi iusserat. Non enim omnium, qui una sedebant vescentes, liberorum nobilium cibos potusque, antequam degustarent, exploratos esse putabis, sed principum modo liberorum, ut hic Britannici. Ceteri utebantur cibo potuque non explorato. Cur etiam *delectus ex ministris,* ad eam rem destinatus? Verisimilius est, in universum id fecisse, qui cibos potusque ministraret. Nec degustabat minister, ut sibi constaret de veritate ciborum, sed ut *ex eius gustu* Principi cibus *exploratus* esset.“ *Walth.* Verum *delectus* post *eius* languet et *ex ministris delectus* videtur, qui Britannico ministraret. Cf. ad 12, 66, 2. *delecto ex min. gustu* coni. Boett. — *ne omitteretur* cet. In MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. *ne omitteret* et in MS. Guelf. et ed. Spir. *proderet* sc. Nero. — *innoxia adhuc* (nondum venenata) *ac praecalida et libata gustu* a praegustatore *potio:* nam *calida* aqua vino immisceri solebat in potationibus, ut vomitus moveretur stomacho cibis obruto, *praecalida* autem potio *aqua frigida* temperari. v. Athen. 3, 34 sq. 95 sq. Pollux IX: p. 67 sq. Arrian. 1, 13. Lips. Elect. 1, 4. Stuck. antiq. conv. 3, 6. Gebauer de caldae et caldi potu Lips. 1721. Boettig. Sabina p. 284. 308. 309. ed. pr. Iacobs. ad Anthol. Gr. II, 3. p. 238. III, 1. p. 14. *ac libata g. p. datur Brit.* ed. Spir. — *fervore,* propter fervorem. Cf. Ind. III. v. *Ablativi Subst. absoluti* p. 800. — *frigida in aqua affunditur venenum:* „Idem tradit Suet. Tit. c. 2. sed in cibo, non in potu Aelian. H. A. 5, 29. Ita factum et Alexandro eadem causa et cautione. *Philippus et Iollus, praegustare ac temperare potum regis soliti, in aqua frigida venenum habuerunt, quam praegustatae iam potioni supermiserunt,* Iustin. 12, 14.“ *Lips. affunditur* MSS. Flor. Bud. edd. Rhen. 2. 3 sqq. ut 6, 28. H. 5, 23. *effunditur* ed. Spir. *infunditur* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *eius artus* cet. In ed. Spir. *artus eius* — *etiam spiritus.* — *spiritus raperentur* MS. Reg. edd. Ern. sqq. *spiritus eius* edd. vet. In MS. Bud. *eius* post *vox* positum.

2. *Trepidatur* MS. Guelf. edd. primae et rec. *Trepidatum* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. et cet. ante Ern. — *circumsedentibus:* in MS. Ies. *circumstantibus.* — *diffugiunt:* in MS. Bodl. *diffugiuntque.* — *resistunt defixi,* restant, remanent attoniti. v. ad 1, 68. — *reclinis* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Lips. sqq. *reclivis* MS. Guelf. et edd. vet. Ita et 14, 5. — *morbum comitialem* s. sacrum, ἐπιληψίαν, *quia, si quis forte ipso comitiorum tempore illo corriperetur, comitia dissolvi et in alium diem differri necesse erat.* Ita Festus v. *prohibere.* — *primum ab infantia:* „Germ. schon vel früh schon von Kindheit an, ut ita infantia, ubi primum afflictaretur, opponatur adolescentiae vel pueritiae qua nunc est. Ita *primum* 14, 63. In MS. Agr. *prima ab inf.* Germ. von frühester Kindheit an ut 1, 4. Quod an sibi velit Nero satis dubito.“ *Walth.* Hoc malebant Acid. et Lün. *plurimum* coni. Freinsh. — *visus sensusque,* v. ad 11, 34, 2. *sensus visusque* MS. Agr. — *vultu premeretur,* v. ad I, 4. et 3, 6. — *emicuit:* „Ernestius volebat *eminuit,* quod proprie dicatur de motibus animi vultu se prodentibus, etsi premantur. At *pavor et consternatio mentis,* quae vultu premuntur, *emicare* quidem possunt, minime vero *eminere:* nam ideo premuntur, ne emineant.“ *Walth.* Cf. ad Agr. 35. n. 1. — *perinde,* cf. Ind. II. Iuvenalis 6, 32. acrior quam verior gnaram reamque facit; *Brot.* — *ac Octaviam sororem Britannici* MSS. Flor. (teste Furia, sed omisso *ac*) Guelf. Bodl. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Ern. *atque Oct. sor. Brit.* MSS. Harl. Ies. verius fortasse, etsi

Tacitus nusquam dixit *perinde atque*, (ut Cic. Marc. 4. et ep. ad Att. 16, 5.) sed vel *perinde ac* vel *p. quam;* nisi potius *Octaviam* est glossema et eiiciendum, quod etiam suspicantur Brot. Kiessl. Walth. De particula *ac* ante vocalem v. ad 12, 12, 1. *Britannici sor. Oct.* (sine *ac*) MS. Reg. ed. Spir. *ac sor. Brit. Oct.* edd. rec. auctore Ern. qui perperam affirmat, illa hoc ordine legi in ed. Spir. — *parricidii exemplum esse.* Cf. ad 6, 10, 1.

CAPUT XVII.

Ita post breve silentium repetita convivii laetitia. Nox eadem necem Britannici et rogum coniunxit, proviso ante funebri paratu, qui modicus fuit. In campo tamen Martis sepultus est, adeo turbidis imbribus, ut vulgus iram deum portendi crediderit adversus facinus, cui plerique etiam hominum ignoscebant antiquas fratrum discordias et insociabile regnum aestimantes. Tradunt plerique eorum temporum scriptores, crebris ante exitium diebus illusum isse pueritiae Britannici Neronem, ut iam non praematura neque saeva mors videri queat, quamvis inter sacra mensae, ne tempore quidem ad complexum sorori dato, ante oculos inimici properata sit in illum supremum Claudiorum sanguinem stupro prius quam veneno pollutum. Festinationem exsequiarum edicto Caesar defendit, id a maioribus institutum referens, *subtrahere oculis acerba funera neque laudationibus aut pompa detinere. Ceterum et sibi amisso fratris auxilio reliquas spes in re publica sitas, et tanto magis fovendum Patribus populoque Principem, qui unus superesset e familia summum ad fastigium genita.*

1. *Nox eadem necem* cet. Minus probabilia Zonaras 11, 12. et Dio 61, 7. tradunt; *Lips.* — *paratu* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. sqq. *apparatu* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. et edd. cet. Cf. ad 11, 30, 2. — *In campo Martis sepultus est,* cf. ad I, 8. 2, 73. 3, 41. *Martis* MSS. Flor. Guelf. Harl. Ies. edd. Pich. sqq. *Martio* MS. Bodl. edd. cet. Manent adhuc rudera sepulcri, quae Piranesi Antichita Romane T. II. tab. 61. 62. 63. exhibet; *Brot.* — *deûm:* in MS. Guelf. *dei.* — *cui plerique etiam hominum ignoscebant,* cf. Philo περὶ πρεσβείας p. 1001; *Gron.* Non a MS. Guelf. ebest *etiam,* quod Ern. tradidit, idque intendit, confirmat vocem *plerique,* non unus et alter, sed plerique etiam; *Walth.* De voc. *plerique* v. ad 3, 28, 4. — *insociabile regnum,* ut *infida regni societas* ap. Liv. 1, 14. — *aestimantes,* cogitantes, reputantes; *Ern.* „*Aestimare* est sollertius rem eiusque indolem et pretium ad veritatem exigere, Germ. abschätzen, ut ap. Curt. 3, 7, 14. 4, 6, 8. al. At si adiicitur modus et ratio, ad quam hoc fit, *aestimare* non modo iungitur praepositt. *per* (ut Agr. 40.) *secundum, ex* et *ab,* sed etiam simpl. ablativo, ut 11, 26. H. 4, 73. Agr. 5. (*quem contubernio aestimaret,* h. e. ex contubernali consuetudine, ut 13, 46. *e contubernio servili*) Liv. 7, 32. 22, 8. Sen. ep. 76. Ita et *censere* Agr. 45. O. 39.“ *Walch.* ad Agr. 5. „*Aestimare* est Germ. schätzen, abwägen, erwägen, accurate rem eiusque pretium ponderare, perpendere, reputare; *existimare* est consequens aestimationis, opinari, arbitrari, sententiam s. iudicium ferre.“ *Walth.* a. h. l. Cf. Herzog. ad Sall. Cat. 8, 2. Goerenz. ad Cic. fin. 3, 2, 6. Gron. ad Liv. 4, 41. 34, 2. *aestimantes* vel *estimantes.* MSS. Vat. 1958. Agr. m. sec. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Ern. sqq. *extimantes* MS.

Flor. Agr. a m. pr. Vat. 1863. Ies. edd. Spir. Pich. Hoc est id. qd. *aestimantes*: nam in antiquis MSS. et edd. *e* pro *ae* et *x* pro *s* poni solebat. *existimantes* MSS. Vat. 1864. Reg. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Lips. Haec lectionis varietas est frequentissima. Cf. ad c. 42. ad 11, 26. 15, 2. 21. H. 1, 14. 16. 2, 23. 76. 4, 7. 73. 81. Agr. 11. Cort. ad Sall. Cat. 8, 31. et Iug. 31. 110. Gron. et Drak. ad Liv. 4, 41. 34, 2.

2. *illusum isse* sc. stupro, cuius mox mentio fit, ut *illudere*, (15, 72. Suet. Tib. 45.) *ludere, lusus* de re venerea, h. l. de paedicatione. *illusum isse* edd. rec. ex emend. Lipsii. Cf. ad 4, 1. et 15, 43. *illusum esse* MSS. Flor. Reg. Guelf. Bud. Agr. et alii a Brot. collati, ut edd. vet. *illusisse* coni. Rhen. — *saeva mors*: „nam *saevum*, 1, 35. et al. dicitur id malum, quod modum excedit. In MS. Guelf. *scaeva*, quod eximie placet Strombecio: sed in illo libro fere semper scribitur *scaevus, scaevire* et similia pro *saevus* cet. Cf. ad H. 2, 88.“ *Walth.* — *sacra mensae*, v. ad 2, 65. 15, 52. — *sorori* germanae, Octaviae, cuius potissimum erat morientem fratrem amplecti; *Brot.* *sororum* (Octaviae et Antoniae) MSS. Flor. (teste Furia) Reg. ed. Spir. Paulo ante *ne quidem tempore* MS. Guelf. et deinde *corruptum* pro *pollutum*.

3. *Festinationem exsequiarum edicto Caesar defendit*, v. ad 3, 6, 1. et ad Agr. 36. n. 3. *Festinatione exequiarum edicta Caesar descendit* ed. Spir. — *id a maioribus institutum referens, subtrahere oculis acerba funera* infantium *neque laudationibus* (v. ad 3, 5.) *aut pompa* funebri *detinere*, cfr. locus class. Plut. in consol. ad uxorem p. 612. et Lips. ad Sen. de brev. vitae cap. ult. Seneca in Octavia 1, 165 sq. Britannico meliora merito egregie parentat; *Brot.* Mors infantium ante diem tirocinii *acerba*, iuvenum *immatura* et senum *naturalis* dici solebat. Cf. Virg. Aen. 6, 429. Iuvenal. 11, 44. 45. Sen. ep. 123. Kirchman. de fun. Rom. 1, 4. extr. *Acerbum* saepe dicitur, quod ante tempus contingit, seu quod nondum ad suam perfectionem pervenit; *Forcell.* — *id* perperam deleverunt Ern. Ob. Lün. Bekk. tanquam frigidum et legibus quoque dicendi contrarium. „Immo solent ita scribere optimi auctores et voculae *id, illud, hoc* eam habent vim, ut sententiam sequentem magis et praecipue exhibeant. Ita *id* 1, 32. 15, 35. H. 3, 64. 4, 33. Sall. Cat. 12. *illud* G. 10. Cf. Ramshorn. Gram. p. 678.“ *Walth.* ad h. l. et ad 15, 35, 1. *laudationibus retinere* ed. Spir. *aut pompam detinere preces effundere* MS. Bud. *aut pompa detinere praeceps effundere* MS. Guelf. Id coniecerat Rhen. ut sensus sit: *pr. effundere* funus e sandapila aut loculo, quod alioqui non sine caerimoniis deponi in rogum solebat. Sed neutrum additamentum in aliis libris repertum. Paulo post *sitas*. *Tanto* MS. Bud. — *fovendum*, v. ad 2, 43. *fovendis* MS. Guelf.

CAPUT XVIII.

Exin largitione potissimos amicorum auxit. Nec defuère qui arguerent viros gravitatem asseverantes, quod domos, villas id temporis quasi praedam divisissent. Alii necessitatem adhibitam credebant a Principe sceleris sibi conscio et veniam sperante, si largitionibus validissimum quemque obstrinxisset. At matris ira nulla munificentia leniri, sed amplecti Octaviam, crebra cum amicis secreta habere, super ingenitam avaritiam undique pecunias quasi in subsidium corripere, tribunos et centuriones comiter excipere, nomina et virtutes nobilium, qui etiam tum supererant, in honore habere, quasi quaereret ducem et partes. Cognitum id Neroni, excubiasque militares, quae,

ut coniugi Imperatoris solitum, et matri servabantur, et Germanos super eundem honorem custodes additos digredi iubet. Ac ne coetu salutantium frequentaretur, separat domum matremque transfert in eam, quae Antoniae fuerat, quotiens ipse illuc ventitaret, septus turba centurionum et post breve osculum digrediens.

1. *largitione potissimos amicorum auxit*, v. ad 1, 3, 2. et 3, 8, 1. — *defuere* MSS. Flor. Reg. Bud. Agr. edd. Spir. Ern. sqq. *defuerunt* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. et edd. rel. — *viros gravitatem asseverantes*, sc. Senecam et Burrum; *Lips. asseverantes*, prae se ferentes, affectantes; *Ern.* Cf. ad 4, 19, 2. — *domos* et *villas* sc. Britannici. *villasque* edd. Put. 1. 2. sqq. usque ad Ern. Sed *domos*, *villas* omnes MSS. et edd. Spir. Ern. sqq. Cf. Ind. III. v. *Asyndeta*. — *id temporis*, v. ad 5, 9. et Ind. III. v. *Genitivi qualitatis* cet. p. 819. 820. — *praedam* MSS. Flor. Reg. Bud. edd. Spir. Ber. Ryck. sqq. *praedas* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. et edd. rel.

2. *pecunias quasi in subsidium corripere*, ut c. 31. Cf. ad 4, 3, 1. *corripere* edd. Bip. Ob. sqq. ex emend. Lipsii. *corripiens* edd. vet. quod an necessario mutetur dubitari adhuc licet; *Walth.* Deinde *comiter accipere* ed. Spir. et *quaerere* pro *quaereret* MS. Guelf. — *ducem et partes*; „per ἓν διὰ δυοῖν dictum pro *duces partium*: nam ea, quibus turbam aliquam congregatum iri sperabat, pecuniae correptae, tribuni centurionesque comiter excepti, antea relata. *Partes* autem esse censeo, quae iam factae sunt, non quae fiunt. Ita 3, 62. 4, 17. 6, 37. 16, 7. H. 2, 46. 3, 66. unde colligas, *partes* poni pro *cum suis partibus*.“ *Roth.* de synon. Tac. p. 86. Cf. Ind. III. v. *Hendiadyoin*. „Non satis recte, ut mihi videtur. *Ducem* quaerebat in *nobilibus*, *partes* apud *tribunos et centuriones*.“ *Walth.* *ducem et patres* ed. Spir.

3. *excubiasque militares*, (praetorianos milites) *quae, ut coniugi Imperatoris* (Claudii) *solitum, et* (etiam) *matri* (Neronis) *servabantur* sc. Agrippinae. Ita MS. Agr. edd. Ryck. Brot. Lall. *quae, ut* (quemadmodum) *c. I. solitum, ut* (tanquam) *matri s.* MSS. Reg. Bud. a m. pr. et ed. Walth. Idem e MS. Flor. enotavit Victorius, sed *solitum tū* (tum) *ut m. s.* Iac. Gron. et *solitum tū et ut m. s.* Ryck. *solitum, ita matri s.* MS. Bud. a m. sec. quod arridere possit. *soli, tum ut m. s.* MS. Guelf. *soli cum ut m. s.* ed. Spir. *soli tum et ut m. s.* MSS. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. sqq. usque ad Ryck. *olim, tum et ut matri s.* edd. Pich. Iac. Gron. Bip. Ob. Lün. Bekk. 1. *olim, tum ut m. s.* ed. Bekk. 2. — *Germanos super* (praeter) *eundem honorem* (excubias praetorianorum) *custodes additos*, cf. ad 4, 8. *Germanos nuper eundem in honorem custodes additos* coni. Boetticher. „Principibus eorumque coniugibus duplex fuit custodia, praetoriani et externi milites, primum Hispani, (v. Suet. Iul. c. 86. et Oct. c. 49.) deinde Germani, plerumque Batavi (v. Suet. Cal. 43. Dio 55, 24. Arrian. diss. 4, 7.) vel Frisii his vicini. v. inscr. Grut. p. 600. Germanorum custodia ab Augusto metu aliquo et suspicione ob Vari cladem dimissa, (Suet. Oct. c. 49.) ut a Galba, (Suet. Galba c. 12.) sed post eos recepta a Tiberio, (v. sup. 1, 24.) Nerone, (quod patet ex h. l. et simili Suet. Ner. 34.) Othone (v. Plut.) et aliis Principibus.“ *Lips.* — *digredi* edd. vet. *degredi* (sc. statione, ut c. 24. *custodia cohortis demovetur*) edd. Ern. Bip. Ob. sqq. „*Digredi* nescio an possit defendi. Nero enim hos milites non solum iussit abire statione, de quo usitatum est *degredi*, sed plane dimisit ab illa statione, ut non redirent.“ *Walth.* Cf. ad 4, 74, 2. — *ne coetu salutantium frequentaretur* mater. Cf. ad 5, 10, 2. Paulo post *in ea* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. — *Antoniae maioris*, de qua v. 3, 3. 18. 11, 3. Eius fortasse domus fuit in parte

palatii, ut ex Valer. Max. 4, 3, 3. coniicere licet; *Brot.* — *breve osculum*, ut Agr. 40. ubi haec annotavit Buchner. „Est osculum raptim impertitum et ex more magis quam affectu: nam qui illud dant flagrante affectu, inhaerent ori pressiusque osculantur. Sciendum autem est, osculationes Romae non inter lusus blanditiasque amantium sexus disparis, sed inter communia urbani etiam cultus fuisse officia, ut in congressibus alter alterum honoris ergo exciperet osculo ac dimitteret. Atque hic mos apud Principes ipsos obtinebat, qui senatores et digniores personas excipere osculo soliti, quod dictum φίλημα βασιλικόν." Cf. Dio 59, 27. de Caligula, (ἐφίλει ὀλιγίστους. τοῖς γὰρ πλείστοις καὶ τῶν συμβουλευτῶν ἢ τὴν χεῖρα ἢ τὸν πόδα προσκυνεῖν ὤρεγε) Suet. Cal. c. 56. et Domit. c. 12. Plin. pan. 23. (*Gratum erat cunctis, quod senatum osculo exciperes, ut dimiseras osculo fueras*) 70. (*quo gaudio exceptum est, quum candidatis, ut quemque nominaveras, osculo occurreres?*) 86. (*non temperasti tibi, quo minus exeunti in litore amplexus osculum ferres*) Lips. Elect. 2, 6 extr.

CAPUT XIX.

Nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum est quam fama potentiae non sua vi nixa. Statim relictum Agrippinae limen. Nemo solari, nemo adire praeter paucas feminas, amore an odio incertum. Ex quibus erat Iunia Silana, quam matrimonio C. Silii a Messalina depulsam supra retuli, insignis genere, forma, lascivia, et Agrippinae diu percara, mox occultis inter eas offensionibus, quia Sextium Africanum nobilem iuvenem a nuptiis Silanae deterruerat Agrippina *impudicam et vergentem annis* dictitans, non ut Africanum sibi seponeret, sed ne opibus et orbitate Silanae maritus potiretur. Illa spe ultionis oblata parat accusatores ex clientibus suis Iturium et Calvisium, non vetera et saepius iam audita deferens, *quod Britannici mortem lugeret aut Octaviae iniurias evulgaret*, sed *destinavisse eam, Rubellium Plautum, per maternam originem pari ac Nero gradu a divo Augusto, ad res novas extollere coniugioque eius et iam imperio rem publicam rursus invadere.* Haec Iturius et Calvisius Atimeto, Domitiae Neronis amitae liberto, aperiunt. Qui laetus oblatis (quippe inter Agrippinam et Domitiam infensa aemulatio exercebatur) Paridem histrionem, libertum et ipsum Domitiae, impulit ire propere crimenque atrociter deferre.

1. *instabile ac fluxum*, cf. ad 6, 38. et Ind. III. v. *Synonyma II.* — „*Fama potentiae non sua vi nixa*, quae vana est et vera *vi* s. potentia destituitur, ut *potentia non sua vi nixa*, quae ex aliorum favore (ut h. l. ex filii pietate et obsequio) aut vanis rebus pendet. Itaque aptum et *nixa* et *nixae*, quod tacite repositum a Lipsio et deinde ab aliis, quos sequi nolo, quoniam *nixa* in MSS. et edd. vett. et sic Tacitus dixisset *potentiae fama*, non *fama potentiae*." *Walth.* Posterior ratio levior videtur. — *amore an odio* (adierint) *incertum* MSS. Guelf. et haud dubie alii, ut edd. Put. 1. 2. sqq. praeter Walth. *incertae* MSS. Flor. (teste Vict.) Reg. Bodl. Bud. ed. Spir. „Praeferendum *incertae* h. e. de quibus non satis certo dici potest, utrum amore an odio adierint: quo sensu saepius *incerta* dicuntur. *Incertum* ambiguitatem loco affert. Nescis enim, utrum ad *paucas* feminas pertineat, an eo sit referendum, quod

nemo solatus est, nemo adiit.“ *Walth.* Immo illud ad proximum subiectum, ad *paucas feminas*, unice referendum esse, vel ex adiecta ratione patet; et *incertus* dicitur, qui ipse dubitat, ambigit. — *Iunia Silana, quam — retuli* 11, 12. *Iunia* edd. Lips. sqq. *Iulia* MS. Guelf. et edd. vet. Sed v. ad 11, 12, 1. *Messalinae odio* pro *a Messalina* ed. Spir. — *forma, lascivia* MSS. Flor. Harl. a m. sec. et edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Pich. sqq. *forma lasciva* MSS. Harl. a m. pr. Guelf. Bud. Ies. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. — *percara:* in MS. Guelf. *precara,* in MS. Agr. *praecara.* — *Sextium Africanum,* v. ad 14, 46, 2. — *vergentem annis,* v. ad 2, 43. *veterem annis* MS. Guelf. — *sibi seponeret,* v. ad 2, 59. — *opibus et orbitate,* ut *orbitate et pecunia* 14, 40. ubi v. nota 1. Dictum per ἓν διὰ δυοῖν pro opibus per orbitatem vacuis; *Roth.* de synon. Tac. p. 52. Paulo post *poteretur* MS. Flor. Cf. ad 3, 61, 2.

2. *Illa* (Silana) *spe ultionis oblata* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Lips. sqq. *speculationis oblata* ed. Spir. *speculationis causa oblata* MSS. Guelf. Bud. et alii. *spe ultionis causa o.* edd. Put. 1. 2. et cet. ante Lips. — *clientibus:* in MS. Agr. a m. pr. *clientulis* et a m. sec. *clientelis.* Sed *clientuli* non sunt huius loci; *Walth.*, Cf. ad 12, 36, 2. — *Iturium et Calvisium,* ut c. 22. et 14, 12. sed *Titurium* scribendum pro *Iturium.* Nam *Iturii* nusquam memorantur, sed *Titurii* Caes. B. G. 5, 24 sqq. Suet. Iul. c. 25. Praeterea *Titurium* 14, 12. in MSS. Guelf. Agr. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. — *deferens:* in MS. Guelf. *referens,* sed in MSS. Flor. et Bud. (a m. pr.) *differens,* quod in contextum recipiendum; *Walth.* Cf. ad 1, 4, 3. — *evulgaret,* v. ad 6, 27, 1. *divulgaret, sed destinasse* ed. Spir. — *Rubellium Plautum, per maternam originem pari ac Nero* (esset) *gradu a divo Augusto ὄντα,* quae non ab accusatore delata, sed a Tacito inserta sunt. Cf. Ind. III. v. *Ellipses* 1. α. et γ. Hinc non audiendi Heinsius et Lünemannus, qui *Neronem* scribendum censebant. *per maternam originem — Augusto:* nam C. *Rubellius Plautus* fuit filius Rubellii Blandi et Iuliae, haec vero filia Drusi, neptis Tiberii et proneptis Liviae; quae Livia Claudio Neroni abducta et gravida Augusto nupsit, nepoti Iuliae minoris, cuius frater fuit Iul. Caesar, a quo Imperator ille adoptatus et in gentem Iuliam receptus est; *Nero* autem filius fuit Agrippinae et haec filia Caesaris Germanici, neptis Drusi et proneptis Liviae Augustae. De patre Rubellii Plauti v. ad 3, 23. 51. 6, 27. 45. de ipso praeter h. l. 14, 22. 57. 58. 59. 16, 10. 30. et Iuvenal. 8, 39 — 74. ubi non laudatur, ut inf. 14, 22. 57., sed graviter vituperatur. „In omnibus paene Taciti locis ac libris patri datur *Blandi* et filio, ut a Graecis, *Plauti* cognomen: nam plerique filiorum cognomine a patribus diversi fuere hoc aevo, cuius rei testis tibi una aut altera Taciti pagina.“ Lips. In optimis plurimisque MSS. et edd. Iuvenalis 8, 40. (ubi de filio agitur) *Blande,* in paucis *Plance* legitur. „Sed Romani hoc aevo etiam pluribus cognominibus usi sunt, et pater *Rubellius Blandus,* filius *Rubellius Blandus Plautus* dictus videtur. (v. ad 6, 10, 1.) Ceterum Rubellius Plautus et Nero non quinto *gradu,* ut Ferrettus ad 14, 55. computat, sed quarto ab Augusto aberant. Nero enim Augustum habebat abavum per Agrippinam matrem, Agrippinam aviam, Iuliam proaviam; Rubellius Plautus per Iuliam matrem, Drusum avum Tiberium proavum.“ *Ryck.* — *coniugioque eius et iam* (mox, statim, καὶ δή, und nun, und sofort) *imperio* eius *rem publicam rursus invadere* ea cum vi potiri scil. destinavisse; *Walth.* Sic MSS. Bud. a m. pr. Reg et edd. omnes praeter Brot. nisi quod in vett. scriptum *etiam,* in recentt. *et iam* ex emend. Gron. obss. 1, 22. p. 171. cf. Oudend. ad Caes B. G. 2, 25. *coniugioque eius etiam perio* MS. Flor. test. Pich. *coniugioque eius etiam potiri ac rem p. r. i.* MSS. Guelf. Bud. a m. sec. Harl

Bodl. Ies. ed. Brot. *coni. eius etiam imperium et rem p. r. i.* MS. Agr. Vel haec, vel potius *coni. eius etiam imperium rei publicae rursus invadere* vera esse putat Kritzius in: Allgem. Schulzeitung a. 1830. nr. 17. — *Atimeto,* ad quem etiam inscr. ap. Gruter. p. 607. et locum Scribon. Largi c. 119. referebat Lipsius. — *Domitiae* Lepidae *Neronis amitae,* de qua v. ad 12, 64, 2. Cf. ad c. 27 extr. — *Paridem histrionem,* qui gratiosissimus fuit Neroni et potentissimus, sed postremo eius iussu interfectus est. v. cap. 20. 22. 27. Suet. Ner. c. 54. Dio 63, 18. Alius eiusdem nominis histrio non minus valuit apud Domitianum et occisus est, postquam Domitia Augusta amore eius arserat. v. Suet. Dom. 3, 10. Dio 67, 3. Iuvenal. 6, 87. 7, 87. Martial. 11, 14. — *impulit ire,* cf. ad 11, 1, 2. — *atrociter:* „i. e. intendendo periculum et detorquendis rebus in peius, mit recht schwarzen Farben, ut interpretatur Doederlein in Lat. Synon. T. I. p. 39 sq.“ *Kiessl.* „*Sic atroces literae* ap. Cic. ep. ad div. 9, 25.“ *Ern.*

CAPUT XX.

Provecta nox erat et Neroni per vinolentiam trahebatur, quum ingreditur Paris, solitus alioquin id temporis luxus Principis intendere, sed tunc compositus ad maestitiam, expositoque indicii ordine ita audientem exterret, ut non tantum matrem Plautumque interficere, sed Burrum etiam demovere praefectura destinaret, tanquam Agrippinae gratia provectum et vicem reddentem. Fabius Rusticus auctor est, scriptos esse ad Caecinam Tuscum codicillos, mandata ei praetoriarum cohortium cura, sed ope Senecae dignationem Burro retentam. Plinius et Cluvius nihil dubitatum de fide praefecti referunt. Sane Fabius inclinat ad laudes Senecae, cuius amicitia floruit. Nos consensum auctorum secuti, quae diversa prodiderint, sub nominibus ipsorum trademus. Nero trepidus et interficiendae matris avidus non prius differri potuit quam Burrus necem eius promitteret, si facinoris coargueretur: *sed cuicunque, nedum parenti, defensionem tribuendam: nec accusatores adesse, sed vocem unius ex inimica domo afferri. Refutare tenebras et vigilatam convivio noctem omniaque temeritati et inscitiae propiora.*

1. *Provecta nox,* v. ad 2, 23, 1. — *Neroni v. p. trahebatur,* cf. Ind. III. v. *Dativus* nr. 1. — *vinolentiam* edd. omnes praeter Put. 2. in qua *violentiam,* ut in MSS. Reg. Ies. Guelf. — *id temporis,* cf. Ind. III. v. *Genitivi qualitatis* cet. p. 819. 820. — *luxus,* Germ. Ausschweifungen, Schwelgereien, ut 3, 55. 4, 67.; *Walth.* cf. c. 22 extr. et ad 12, 49, 1. *luxus* MSS. Reg. Harl. Bodl. Ies. Bud. et edd. paene omnes, nisi quod *lusus* scriptum in Rhen. 2. 3. Ern. Kiessl. Illud aptius. — *intendere,* v. ad 12, 36, 1. — *indicii:* in ed. Spir. *iudicii.* — *demovere* edd. Lips. post. Pich. sqq. Cf. Ind. II. *dimovere* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. usque ad Lips. 1. v. ad 4, 74, 2. *amovere* ed. Spir. — *vicem reddentem,* ut 15, 66. H. 1, 72. 3, 75. 4, 3.

2. *Fabius Rusticus,* Senecae amicus, qui historias temporis sui scripsit. *Livius veterum, Fabius Rusticus recentium eloquentissimi auctores* Agr. 10. Cf. 13, 20. 14, 2. 15, 61. et G. Sarpe quaest. philol. Rost. 1819. — *Caecinam Tuscum,* de quo v. H. 3, 38. Dio 63, 18. Suet. Ner. c. 35. — *codicillos,* v. ad 1, 6. — *dignationem,* v. ad 1, 34. et G. 13. n. 6. — *Plinius* maior, a quo libri XXXI. scripti a fine Aufidii Bassi. v. Plin. H.

N. praef. et 2, 85. 106. Plin. ep. 3, 5, 6. — *Cluvius* historicus, ut 14, 2. fortasse idem qui aliis locis (M.) *Cluvius Rufus* dicitur et res Neronis, Galbae, Othonis et Vitellii enarravit. v. Ind. I. Dio 63, 14. Plin. ep. 9. 19, 5. Suet. Ner. 21. *Cluvius* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Lips. sqq. ut 14, 1. *Clivius* MS. Guelf. edd. vet. Sic et 14, 1. nisi quod ibi *Divus* ed. Spir. — *secuti* MS. Reg. edd. Spir. Ern. sqq. *secuturi* MSS. Guelf. Bodl. Ies. edd. cet. Sed tradidit iam Tacitus, in quibus auctores hactenus consensere, et *trademus* fecit, ut futurum poneretur; *Ern.* — *quae:* in MSS. Flor. Reg. Bud. Agr. et ed. Spir. *qui,* quoniam idem utriusque vocis compendium est *q.* — *prodiderint*: in MS. Reg. a m. pr. *prodiderant,* in MS. Agr. *prodiderunt.* — *ipsorum:* in ed. Spir. *eorum.* — *trademus:* immo *tradimus* vel *tradidimus* de re iam tradita; Ern. „Sed tempore futuro Tacitus cum Graecis utitur, ut exprimat, id sibi solitum, destinatum, propositum esse. Cf. ad 11, 27 extr.“ *Walth.* Cf. ad 14, 64, 2.

3. *Nero — non prius differri potuit*: „Ernestius ad h. l. et Ramshorn. Gram. p. 386. *differri* explicant *adduci, ut differret.* Recte quidem ad loci sensum. At conf. Oudend. ad Suet. Caes. c. 82. Ern. ad Suet. Vesp. 23. Schwarz. ad Plin. pan. 26, 2. quos citat Hoffman. in Iahnii Annal. a. 1828. VII, 3. p. 244.“ *Kiessl.* „Vid. et Baumgarten-Crus. in clave Suet. *Differri* est in aliud tempus reiici, ut 2, 36. H. 2, 71.“ *Walth. differre* MS. Reg. ed. Spir. — *cuicunque:* in MS. Agr. *cuique,* in ed. Spir. *cuiusque.* — *unius* accusatoris, *ex inimica domo,* Domitiae, inter quam et Agrippinam infensa aemulatio exerceretur. Cf. cap. 19. — *Tenebras,* (accusat. subiecti) noctem, alienum tempus ab accusatoribus delectum, quo desit facultas recte iudicandi, *refutare* scil. *vocem unius* sive accusationem; *Huet.* prob. Kiessl. „Immo *tenebras refutare* sc. consilium, conatum *matris* subito *interficiendae;* nam *refutare* est verbum a re coquinaria desumptum et significat ferventem in olla aquam infuso frigido repellere, compescere. Tum in universum est cohibere, compescere, coercere, impedire, ut h. l. et ap. Cic. de harusp. resp. c. 4. et ep. ad div. 1, 9. *refutare conatum* et *cupiditatem.*“ *Walth.* „Lipsius coniecit *reputaret,* quod verum esse credebat Ern. Sed nemo vel maxime vinolentus ebrietatem sibi obiici facile patitur, nec per se satis valida sunt haec ad dehortandum: quid enim tenebrae impedirent, quo minus supplicium decerneretur ac perageretur? Immo silentium et arcanum praestarent. Equidem legerim *reputare,* in rationem vocare, respicere unum hunc accusatorem vel accusatores, (in Rechnung bringen) *tenebras* cet. sperantes, Neronem ebrium inconsulto ac temere subita adversus matrem consilia initurum atque exsecuturum.“ *Wagner* in Seebod. bibl. crit. a. 1820. p. 854. et Archiv für Philol. I. 1. p. 151. „*Refutare,* repudiare sc. se, ad matris caedem perpetrandam: er verschmäh für eine solche That.“ *Ritter.* Cf. prima huius cap. verba. — *inscitiae* MSS. Flor. Reg. Agr. edd. Spir. Ber. Rhen. 1. 2. 3 sqq. *inscientiae* MSS. Guelf. Ies. edd. Put. 1. 2. Cf. ad H. 1, 54. O. 28. Beier. ad Cic. off. T. II. p. 31

CAPUT XXI.

Sic lenito Principis metu et luce orta itur ad Agrippinam ut nosceret obiecta dissolveretque vel poena lueret. Burrus iis mandatis Seneca coram fungebatur: aderant et ex liberti arbitri sermonis. Deinde a Burro, postquam crimina et auctores exposuit, minaciter actum. Et Agrippina ferociae memor *Non miror,* inquit, *Silanam nunquam edito partu matrum affectus ignotos habere. Neque enim perinde a parentibus liberi qua*

ab impudica adulteri mutantur. Nec, si Iturius et Calvisius adesis omnibus fortunis novissimam suscipiendae accusationis operam anui rependunt, ideo aut mihi infamia parricidii aut Caesari conscientia subeunda est. Nam Domitiae inimicitiis gratias agerem, si benevolentia mecum in Neronem meum certaret: nunc per concubinum Atimetum et histrionem Paridem quasi scenae fabulas componit. Baiarum suarum piscinas extollebat, quum meis consiliis adoptio et proconsulare ius et designatio consulatus et cetera apiscendo imperio praepararentur. At exsistat, qui cohortes in Urbe tentatas, qui provinciarum fidem labefactatam, denique servos vel libertos ad scelus corruptos arguat. Vivere ego Britannico potiente rerum poteram? ac si Plautus aut quis alius rem publicam iudicaturus obtinuerit, desunt scilicet mihi accusatores, qui non verba impatientia caritatis aliquando incauta, sed ea crimina obiiciant, quibus nisi a filio absolvi non possim. Commotis qui aderant ultroque spiritus eius mitigantibus, colloquium filii exposcit, ubi nihil pro innocentia, quasi diffideret, nec beneficiis, quasi exprobraret, disseruit, sed ultionem in delatores et praemia amicis obtinuit.

1. *poena lueret* (sc. ea) MS. Reg. edd. Spir. Ern. sqq. *poenas l.* MSS. Guelf. Bud. (*penas*) Harl. Bodl. Ies. edd. cet. Utrumque aptum. — *iis mandatis:* in MS. Guelf. et ed. Spir. *his m.* — *Seneca coram,* cf. Ind. III. v. *Praepositiones I.* — *Deinde a Burro* MS. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3 sqq. *Dein a B.* MS. Guelf. *Deinde et a B.* MS. Bodl. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Deinde* h. l. dictum ut 12, 27. ubi v. nota 2.

2. *Et Agrippina* MSS. Flor. Guelf. a m. sec. et ed. Spir. *Et* in ceteris libris omissum. *Deinde et a Burro — actum, et Agrippina* cet. a Tacito scriptum putant Kiessl. et Walth. Mihi *et* quidem inserendum, sed distinctio non mutanda videtur. Cf. ad 2, 37, 1. et O. 4. n. 1. — *nunquam edito partu:* „propter abortus procurationem, ne puerperia formae officiant et pretia orbitatis sibi eripiantur. Cf. cap. 19. „*Gebauer* in vestig. iuris Germ. antiq. p. 339. *editam* ed. Spir. — *Neque enim perinde — mutantur,* amor eorum in alios transfertur; *Ern. proinde* MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. Cf. Ind. II. — *suscipiendae:* in MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. *suscipiendam.* — *anui rependunt,* Silanae impendunt, quae acerbe *anus* vocatur, ut *vergens annis* c. 19. *anni r.* vitiose edd. Lips. post. et Pich. — *aut mihi infamia parricidii aut Caesari conscientia subeunda est:* „innuit Agrippina suam caedem. *Conscientia* scil. *parricidii subeunda est* i. e. facinus committendum, quod conscientiam irritet.“ *Walth.* Immo parricidium de nece filii et Principis, quam Agrippina moliri insimulabatur, accipiendum, (cf. ad H. 1, 85 extr.) et *conscientia* ad eandem referenda. *Caesaris* MS. Guelf. — *concubinum:* in MSS. Flor. Guelf. ed. Spir. *concubinam.* — *quasi scenae fabulas componit,* scite de Paride histrione. „Sic *scenam criminis parat,* confictionem vel apparatum speciemque externam, de Nerone scenae amantissimo (cf. 15, 33. 16, 4.) et de Agerino, qui in ea tanquam maleficus conspiciatur et deprehendatur. *Scena* transl. id exprimit, quod quasi apparatus et ostentationis scenicae imaginem praebet, maxime quod res falsas veritatis specie quasi in scena gestas significat. Similiter ap. Cic. ep. ad fam. 8, 11. *scena rei totius haec,* ordo rei spectaculo similis. Cf. Forcell.“ *Boett.* in Lex. Tac. Ita et *fabula composita,* ficta, ap. Liv. 3, 10. et Iustin. 39, 1. *nocturno hoc ficto et composito argumento — fabula hu-*

ius noctis et *nocturna fabula* ap. Liv. 40, 12. et 15. — *Baiarum suarum piscinas extollebat,* luxui suisque rebus intenta, *quum meis consiliis adoptio* (v. 11, 11.) *et proconsulare ius* (v. ad 1, 14. 12, 41.) *et designati consulatus* (v. 12, 41.) *et cetera,* potissimum caedes Claudii, (12, 66 sq.) *apiscendo imperio praepararentur,* ut Nero filius meus imperium adipisceretur. Designantur *piscinae* et villae a ditioribus Romanis prospectus et aëris temperati causa exstructae in pilis et molibus in altum ductis in mari et potissimum in Campania apud *Baias* et Puteolos. Hinc c. 9. *villa Caesaris dictatoris subiectos sinus editissima prospectat,* et Sen. ep. 51. *C. Marius et Cn. Pompeius et Caesar exstruxerunt quidem villas in regione Baiana, sed illas imposuerunt summis iugis montium. Videbatur hoc magis militare, ex edito speculari longe lateque subiecta. Aspice, quam positionem elegerunt, quibus aedificia excitaverunt locis et qualia. Scias, non villas esse sed castra.* Cf. ad 14, 4, 1. 14, 8, 1. Strab. V. p. 245. Horat. od. 2, 18, 17 sq. 3, 1, 33 sq. epist. 1, 1, 8. Virg. Aen. 9, 710 sq. Sen. ep. 77. Auson. ep. 9, 30. Cassiodor. Var. 9, 6. *extollebat* MSS. Flor. Vat. 1863. 1864. 1958. Guelf. a m. sec. Bud. Harl. Bodl. Ies. edd. Spir. Put. 1. 2. Ern. sqq. *excolebat* MS. Guelf. a m. pr. et edd. cet. Cf. ad 11, 1, 1. — *apiscendo* MSS. Flor. (ut alter Flor. 3, 27. 4, 59. 6, 3. 45.) Agr. edd. Ryck. sqq. *adipiscendo* MSS. Guelf. Bud. et edd. vet.

3. *At exsistat* edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Ald. Bip. Walth. *Aut e.* MSS. Guelf. Bud. et edd. cet. Hoc fortius et aptius hortationi cum irrisione aut minis aut saltem indignatione; *Ern.* „Immo ab h. l. alienum: nam Agrippina iam it adversus criminationes et priori defensioni maiora addit argumenta.“ *Walth. ut exsistat* ed. Gryph. Et vel *Iam exsistat* coni. Boetticher. — *fidem labefactatam,* cf. ad 2, 26. et 15, 51. *f. labefactam* edd. Spir. Naud. ut 1, 75. H. 2, 93. Cf. Gernhard ad Cic. Cat. m. p. 40. Mox *et libertos* MS. Ies. et *ĩ libertos* MS. Guelf. — *Vivere ego Britannico potiente rerum poteram? ac si* Rubellius *Plautus* cet. „Loci sensus hic est: Vivere non poteram, si Britannicus rerum potiretur: ideo hoc egi, ut Nero principatum acciperet. Item si Plautus aliusve Princeps fiat, non magis vivere potero: nam accusatores exsistent, qui crimina capitalia obiiciant. Itaque fieri non potuit, ut contra Neronem aliquid conarer.“ *Kiessl.* „Ex Lipsii sententia signum interrogandi ponunt post *poteram.* Neque tamen vulgarem interrogationem hic quaere, sed, si est, eam, de qua v. ad 2, 15. Nam et haec e sequentia ironice dicuntur; unde et *ac si Plautus,* non *at si Pl.* scribendum. *Potiente rerum* id. qd. obtinente imperium, ut 2, 42. 6, 42. quem verbi usum qui ignorarent, mutavere in *potito.*“ *Walth.* Minus probabilia disputarunt Gron. obss. 1, 22. et alii. *potiente* MS. Guelf. a m. pr. et edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3 sqq. *potito* MSS. Guelf, a m. sec. Reg. Harl. ed. Spir. *potentie* MS. Ies. — *ac si Plautus* MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. Bud. et edd. vet. *at si Pl.* edd. Lips. et sqq. praeter Bip. Kiessl. Walth. *aut si Pl.* malebat Acid. — *iudicaturus* MSS. Flor. Reg. Guelf. Bud. et edd. omnes. *invasurus* MS. Agr. Male: nam *iudicaturus* additur, quoniam Agrippinae ea potissimum pars rei publ. timenda erat, quae versatur in iudiciis; *Walth.* Potestas iudicia exercendi sequentia optime conveniunt; *Ern.* — *scilicet,* v. ad 8. extr. *deerunt* MS. Agr. quod verum; *Heins.* — *quibus nisi a filio absolvi non possim* MS. Flor. (teste Pich. et Iac. Gron.) edd. Spir. Ern. Bro. sqq. Cf. ad 1, 55. et Liv. 40, 15. *mater* ante *absolvi* insertum in MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3 sqq. usque ad Ern. et revocatum a Kiessl. quia h. l. nominis materni commemoratio maxime commovere debuerit animum eorum qui audirent. *quibus non filio mater absolvi non possit* MS. Guelf. *non possit* MSS. Harl. Ies. *non possum* MS. Vat. 1864. — *quasi diffideret* scil. sibi et causae suae. (

Suet. Iul. 3. et Oct. 55. Iustin. 11, 8. extr. *q. differret* ed. Spir. *q. defenderet* MS. Agr. — *nec* pro *beneficiis*, quod *pro* e praeced. intelligi potest; *Brot.* — *ultionem in delatores et praemia amicis obtinuit*, cf. Ind. III. v. *Constructio* nr. 3. *amicis praemia* ed. Spir.

CAPUT XXII.

Praefectura annonae Fenio Rufo, cura ludorum, qui a Caesare parabantur, Arruntio Stellae, Aegyptus C. Balbillo permittuntur. Syria P. Anteio destinata, et variis mox artibus elusus ad postremum in Urbe retentus est. At Silana in exsilium acta. Calvisius quoque et Iturius relegantur. De Atimeto supplicium sumptum, validiore apud libidines Principis Paride, quam ut poena afficeretur. Plautus ad praesens silentio transmissus est.

1. *Praefectura annonae*, v. ad 1, 7, 3. — *Fenio Rufo*, v. Ind. I. *Feniae* gentis mentio fit ap. Gruter. p. 782. Vaill. NN. Aug. T. I. p. 25. *Senio Faeniae* ap. Martial. 1, 15. et Gruter. *Senio R.* MSS. Harl. Bodl. Ies. et edd. vet. ante Pich. — *cura ludorum* cet. Cf. ad 11, 35, 2. extr. — De L. *Arruntio Stella* v. Gruter. p. 642, 2. et Piranesi Antichita Romane T. II. de *C. Balbillo* Plin. H. N. XIX. prooem. et Sen. nat. qu. 4, 2. — *P. Anteio*, cf. 16, 14. et de alio 2, 6. pr. *Pantello* edd. vet. ante Lips. *Ponteio* MS. Bud. 16, 14. Cf. ad 3, 49, 1. — *et variis mox artibus* cet. Cf. ad 1, 80. et 2, 52. *et* MSS. et edd. vet. Recte. v. ad 1, 13, *qui* coni. Gron. *at* Ern. quod mox sequitur. *sed* dedere Ob. Lün. Bekk.

2. *Calvisius et Iturius*, v. ad c. 19. n. 2. — *validiore apud libidines Pr. Paride* cet. pro vulgari: de Paride supplicium non sumptum, quia gratiosior erat Neroni tanquam socius libidinum *quam ut p. a.* Cf. c. 20. pr. et ad c. 19 extr.

CAPUT XXIII.

Deferuntur dehinc consensisse Pallas ac Burrus, ut Cornelius Sulla claritudine generis et affinitate Claudii, cui per nuptias Antoniae gener erat, ad imperium vocaretur. Eius accusationis auctor exstitit Paetus quidam exercendis apud aerarium sectionibus famosus et tum vanitatis manifestus. Nec tam grata Pallantis innocentia quam gravis superbia fuit: quippe nominatis libertis eius, quos conscios haberet, respondit: *nihil unquam se domi nisi nutu aut manu significasse vel, si plura demonstranda essent, scripto usum, ne vocem consociaret.* Burrus, quamvis reus, inter iudices sententiam dixit. Exsiliumque accusatori irrogatum et tabulae exustae sunt, quibus obliterata aerarii nomina retrahebat.

1. *ut Cornelius Sulla* cet. Cf. ad 12, 52, 1. — *cui per nuptias* edd. Rhen. 3. Ald. Lips. sqq. *qui per n.* MSS. et edd. vet. — *exercendis apud aerarium sectionibus famosus*, v. ad 11, 21, 1. et conf. de his *sectoribus* et *sectionibus* H. 1, 20. 90. Ascon. in Cic. Verr. 1, 20. 23. Gron. de pec. vet. 4, 3. Ern. clav. Cic. Schütz. Lex. Cic. et Moeb. ad Caes. b. G. 2, 33. — *vanitatis manifestus*, cf. Ind. III. v. *Adiectivа relativa Genitivis obiecti iuncta. vanitatis* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. Bud. edd. Rhen. 2. 3 sqq. *vanitatibus* MS. Reg. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1.

Vanitas a Cic. qu. Tusc. 3, 1. *veritati* opponitur et inf. 15, 55. *vani* sunt ficta; *Ern.* „Sed *vano* gravius multo significari quam *falso*, appa ret ex Liv. 22, 7. 24, 27. 31, 49. 37, 48. et ex verbis Donati ad Ter Eun. 1, 2, 24. quae acumine insignia P. Nigidio Figulo tribuimus: *Fal sum est, quo tegitur id quod factum est, vanum, quod fieri non potest fictum, quod non est factum et fieri potuit. Vel: falsum est fictum mendacium simile veritati, vanum nec possibile nec verisimile, fictum totum sine vero, sed verisimile. Falsum loqui mendacis est, fictum callidi, vanum stulti. Falsum loqui culpae est, fictum virtutis, vanum vecordiae. Falsis decipimur, fictis delectamur, vana contemnimus.*" *Walch.* emend. Liv. p. 159. 160.

2. *Nec tam grata:* in MS. Bud. omissum *tam*, quod intelligi posse censebat Rhen. — *domi*, domesticis, servis libertisque. — *tabulae exustae sunt, quibus* inscripta erant *obliterata aerarii nomina*, quae accusator ille lucri causa *retrahebat* in lucem vel ad cognitionem, ut Romanus ille Argyropulus, de quo v. Zonar. 17, 12. *nomina* edd. Ern. Lall. Bip. Ob Bekk. Lün. Kiessl. ex emend. Gron. de pec. vet. 4, 3. *monimenta* MSS et edd. omnes ante Ern. „Recte. *Tabulae* sunt materia, in qua monimenta perscribuntur; *monimenta* sunt ipsa scripta, ut 11, 14. et *obliterata aerarii monimenta* Germ. veraltete, non die veralteten Urkunden der Schatzkammer." *Walth.* Immo *nomina* substituenda pro *monimenta* et verba Taciti eodem sensu capienda, quo illa Suet. Oct. 32. *tabulas veterum aerarii debitorum, vel praecipuam calumniandi materiam exussit* et Dionis: τὰ παλαιὰ συμβόλαια τῶν τῷ κοινῷ ὀφειλόντων ἔκαυσε, atque similia Spart. de Hadriano c. 7. *ex reliquiis ingentes summas remisit syngraphis incensis, quo magis securitas omnibus roboraretur* et Flavi Vopisci de Aureliano c. 20. *tabulas publicas ad privatorum securitatem exuri in foro Traiani iussit.* Nam *tabulae* saepissime dicuntur rationes seu codices acceptorum et expensorum, *nomina* vero vel debitores vel debita, quoniam in illas tabulas referebantur *nomina* et hominum, quibus, et rerum, pro quibus, et pecuniae, quae deberetur. Cf. ad c. 28 n. 2. *retrahebant* MS. Flor. teste Furia. *trahebat* MS. Guelf.

CAPUT XXIV.

Fine anni statio cohortis assidere ludis solita demovetur quo maior species libertatis esset, utque miles theatrali licentiae non permixtus incorruptior ageret, et plebes daret experimentum, an amotis custodibus modestiam retineret. Urbem Princeps lustravit e responso haruspicum, quod Iovis ac Minervae aedes de caelo tactae erant.

1. *Fine anni statio cohortis* praetoriae *assidere ludis solita demovetur — theatrali licentiae*, v. ad 1, 16. et 1, 77. *Finem* MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. — *utque:* in MS. Bud. *ut*. — *plebes* MS. Flor. edd Pich. sqq. *plebs* edd. vet. — *amotis:* in MS. Guelf. *motis*, in edd. Put. 2 Ber. Rhen. 1. *ammotis*.

2. *Urbem Princeps lustravit:* nam *lustrari* et purgari solebant tum *agri* ineunte vere a fratribus Arvalibus sacrificio *ambarvali* h. e. circa arva ducto pro felici frugum proventu, tum *populus* sive *exercitus* Censoribus ita *lustrum condentibus*, victima expiatoria circa illum ducta et deinde immolata in campo Martio, tum *Urbs* ob prodigium (ut h. l.) vel insignem calamitatem vel ingens aliquod scelus admissum *amburbii* seu *amburbialibus sacris* s. *hostiis* circa Urbem terminosque eius ductis quod sacrificium lustrale dicebatur *suovetaurile*, ex sue, ove et tauro

Cf. Duk. ad Liv. 35, 9. Heyne ad Virg. Ecl. 5, 75. et ad Tibull. 2, 1. pr. — *e responso:* in ed. Spir. *ex r.* — *haruspicum* edd. Lips. sqq. *aruspicum* edd. vet. — *Iovis ac Minervae aedes de coelo tactae,* v. ad 2, 49, 1.

CAPUT XXV.

C. Volusio, P. Scipione Coss. otium foris, foeda domi lascivia, qua Nero itinera Urbis et lupanaria et deverticula veste servili in dissimulationem sui compositus pererrabat comitantibus, qui raperent venditioni exposita et obviis vulnera inferrent adversus ignaros adeo, ut ipse quoque exciperet ictus et ore praeferret. Deinde ubi Caesarem esse, qui grassaretur, pernotuit augebanturque iniuriae adversus viros feminasque insignes et quidam, permissa semel licentia sub nomine Neronis, inulti propriis cum globis eadem exercebant et in modum captivitatis nox agebatur, Iulius quidem Montanus senatorii ordinis, sed qui nondum honorem capessisset, congressus forte per tenebras cum Principe, quia vi attentantem acriter repulerat, deinde agnitum oraverat, quasi exprobrasset, mori adactus est. Nero autem metuentior in posterum milites sibi et plerosque gladiatores circumdedit, qui rixarum initia modica et quasi privata sinerent; si a laesis validius ageretur, arma inferebant. Ludicram quoque licentiam et fautores histrionum velut in proelia convertit impunitate et praemiis, atque ipse occultus et plerumque coram prospectans, donec discordi populo et gravioris motus terrore non aliud remedium repertum est, quam ut histriones Italia pellerentur milesque theatro rursum assideret.

1. *Q. Volusio* Saturnino, P. Cornelio *Scipione coss.* ut ap. Grut. p. 9. Phleg. admir. c. 27. et in Fastis; *Lips.* Ita et in Ind. coss. ap. Dion. c. LXI. De *Volusio* v. ad 3, 30, 1. *Scipione* edd. Spir. Ber. Lips. sqq. *Cepione* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. et edd. cet. „Sic et *P. Cornelius Caepio* in duabus inscr. ap. Gudium p. 19. et 24. Sed veretur Wessel. ad Simsoni Chron. p. 1654. ne ea scriptura e corruptela huius loci nata sit.“ *Ern.* Quod haud probabile est. — *foeda domi* (in Urbe) *lascivia* et nocturnae grassationes Neronis, de quibus praeter hoc caput v. 13, 47. Dio 61, 8. 9. Suet. Ner. c. 26. Plin. 13, 43. Eadem de Vero tradit Capitol. c. 4. de Commodo et Heliogabalo Lamprid. c. 3. et 32. — *deverticula:* male *diverticula* edd. plurimae. v. ad H. 2, 64. — *veste servili,* Suet. l. l. *arrepto pileo vel galero,* Dio l. l. ἐσθῆσι ποικίλαις καὶ κόμαις περιθέτοις ἄλλοτε ἄλλως ἐχρῆτο. — *qui raperent venditioni exposita:* „An ergo interdiu id factum, quia noctu merces non sunt *venditioni expositae?* Immo noctu. Dictio haec non nimis urgenda est. Tabernae effractae sunt, in quibus res venales. v. Suet. Ner. 26.“ *Ern.* Cf. et Dio 61, 9. *venditioni* MS. Guelf. (a m. sec.) edd. Spir. Ern. Bip. sqq. *venditionem* MS. Flor. teste Iac. Gron. *ad venditionem* MSS. Guelf. (a m. pr.) Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. et cet. — *obviis vulnera inferrent adversus ignaros;* „quod breviter dictum pro *idque egerent adversus ignaros* cet.“ *Walth.* Fortasse scrib. *obviis v. i. adversa, ignaris adeo,* tam parum Neronem et comites eius noscentibus. — *exciperet* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Guelf. aliique, ut edd. vet. *acciperet* edd. Lips. et cet. ante I. Gron. — *et ore praeferret,* ostenderet facie laesa. Cf. Ind. II. et de re ipsa Suet. et Plin. ll. ll. Huius verba sunt:

Nero Caesar nocturnis grassationibus converberatam faciem illinens si cum ture ceraque et secuto die contra famam cutem sinceram circumferen „Non pugnant inter se Tacitus et Plinius, ut Acidalius putat. Ille na rat id quod fiebat quodque fit naturaliter; hic, quemadmodum id quo factum erat celaretur ac dissimularetur. Sed et plerumque inter exsi stentia mala et inventa remedia temporis aliquid intercedit." *Gron.* *e ore praeferret* MSS. Flor. Reg. edd. omnes. *et ore perferret* MS. Agr. *e ore se Caesarem ferret* vet. cod. Danes. *et fore se Caesarem praeferre* MSS. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. *et ore se Caesarem pr.* coni. Rhen. *e ore cicatricem pr.* Iac. Gron. — *qui grassaretur,* in vicis urbis discurre ret et obvios vexaret, verberaret, spoliaret; qualis dicebatur *grassator* — *insignes:* in MSS. Farn. et Agr. *illustres.* — *permissa semel licen tia* MS. Flor. edd. Spir. Pich. sqq. *p. simili lic.* MSS. Guelf. Bud Harl. Bodl. Ies. edd. cet. — *imulti* MS. Flor. edd. Pich. sqq. *multi* MSS Harl. Bodl. Ies. Bud. edd. cet. *multis* MS. Guelf. — *et in modum capti vitatis nox agebatur:* in MS. Flor. *T. modum* cet. Lipsius coni. *et in modum captae civitatis n. a.* Sed ita *captae urbis* esse deberet; *Ern.* Cf. ad 11, 23, 2. Copula *et* deleta ab Oberl. Lün. Bekk. ne deesset apodosis. Eandem ob causam *augebantur* corr. Acid. Brot. Ern. Sed nihil esse mutandum et apodosin incipere inde a *Iulius quidem Montanus,* non vero maximam distinctionem post *agebatur* ponendam, sed minorem, iam animadvertit Kiessl." Bene: et sic *quidem* habebit quo referatur. Propria enim est eius vis, ut, quum in universum sint quaedam allata, res singulas prae ceteris exhibeat. v. Ramshorn. Gram. §. 191. p. 597. not. 3. Editores rec. decepti sunt h. l. interpunctione edd. vet. in quibus punctum est ante *Iulius.* Sed in iisdem punctum h. l. ante *nox* et *eadem,* ut saepius pro leviore interpungendi nota. In universum nihil incertius est, quam distinctionis notae in MSS. et edd. vet." *Walth.* *quidem* MSS. Flor. (nam siluit Vict. in ed. Ber.) Guelf. (in marg. a m. pr.) Reg. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. 1. Non est in MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Oberl. Lün. *quidam* edd. Lips. post. Pich. Grut. Bern. Ryck. et al. *Iulius Montanus — mori adactus est,* cf. Dio 61, 9. et Suet. Ver. 26. qui etiam tradunt, Neronem a Montano, cuius uxorem attrectasset, prope ad necem caesum esse. „Eius pater fortasse Iulius Montanus tolerabilis poeta notusque amicitia Tiberii et frigore, de quo v. Sen. ep. 122." *Brot.* Eiusdem poetae mentionem facit Sen. controv. 16. Sed hic locus Taciti a Lipsio perperam ad eundem poetam relatus. — *senatorii ordinis, sed qui nondum honorem capessisset;* „h. e. qui ornamentum tantum et insigne senatorium habebat, non in senatum veniebat. Eundem Dio l. l. βουλευτὴν, Suet. l. l. exactius *laticlavium* appellat h. e. Equitem illustrem, qui lati clavi usurpandi ius acceperat, quum nondum senator esset." *Ern.* ad Suet. l. l. „Ante et sub hoc aevum mos, ut liberi senatorum lato clavo induerentur una cum virili toga curiaeque interessent: quod institutum ab Augusto. v. Suet. Oct. c. 38." *Lips.* Cf. ad 1, 73, 1. 2, 59, 2. 6, 2, 2. — *congressus:* in MS. Flor. *congressi* teste Furia. — *quia vi attentantem* MS. Agr. vet. cod. Danes. edd. Iac. Gron. Ern. sqq. ut volebat Rhen. *quia via* vel *qui avia temptantem* vel *tentantem* MSS. Flor. Reg. Guelf. Bud. Bodl. Ies. ed. Spir. *quia vim tentantem* edd. Put. 1. 2. et cet. — *deinde agnitum oraverat,* eius veniam deprecatus erat. *adagnitum* MSS. Flor. Bud. Agr. ed. Spir. *adagnitio* est ap. Tertull. adv. Marc. 4, 28. *adargiritum* MS. Reg. *et agnitum* coni. Gron.

2. *Nero autem:* in MS. Flor. (teste Furia) *Nero tum.* — *milites sibi et plerosque gladiatores circumdedit,* ap. Suet. l. l. *nunquam postea publico se illud horae sine tribunis commisit procul et occulte subsequentibus.* *plerosque gladiatores* (permultos) MSS. Flor. Bud. edd. Spir. Ern.

sqq. Cf. ad 3, 28 extr. *plerosque gladiatorum* MSS. Guelf. Bodl. Ies. edd. cet. Male. — *sinerent*, permitterent, nil curarent. — *inferebant* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Lips. Gruf. Walth. *inserebant* MSS. Reg. Agr. edd. Spir. Brot. „h. e. paulatim se immiscebant certamini; quod elegantius videri potest quam ut sit vitium librariorum. Cf. 5, 4. H. 1, 23. 2, 61. Agr. 10. 0. 10.“ *Heins.* et *Ern.* *inferrent* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Pich. sqq. „Quia praecedit *sinerent*. Sed nil impedit, quo minus *sinerent* accipiamus de consilio, quo Nero illos sibi circumdederat, *inferebant* de eo, quod fiebat.“ *Walth.* Aptius *inferrent*: nam Nero utrumque iussisse censendus est. Huius tamen lectionis longe minor est auctoritas.

3. *Ludicram licentiam et fautores histrionum* per ἓν διὰ δυοῖν dictum pro *lud. lic. fautorum histrionalium; Gron.* Cf. Suet. Ner. 26. et ad 1, 16, 2. — *discordi populo et gravioris motus terrore*, cf. Ind. III. v. *Ellipses I. γ.* *ex gravioris, m. t.* MSS. Guelf. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. — *ut histriones Italia pellerentur milesque theatro rursum assideret*, cf. ad 1, 77. 4, 14. 13, 24. *milesque*, cf. Ind. III. v. *Numerus sing. pro plur.* *milesve* coni. Groslot. cur enim milites theatro assidere, si histriones Italia pulsi? Id verum videbatur Ernestio. „At quis unquam sibi persuadebit, ludos in theatro tum pulsis histrionibus desiisse? Immo pulsi histriones, sc. pantomimi, (cf. 14, 21.) propter quos dissidebatur; alii tamen ludi non aboliti.“ *Walth.*

CAPUT XXVI.

Per idem tempus actum in senatu de fraudibus libertorum efflagitatumque, ut adversus male meritos revocandae libertatis ius patronis daretur. Nec deerant, qui censerent. Sed consules relationem incipere non ausi ignaro Principe perscripsere tamen consensum senatus. Ille an auctor constitutionis fieret, ut inter paucos et sententiae adversos, quibusdam coalitam libertate irreverentiam eo prorupisse frementibus, vine an aequo cum patronis iure agerent, sententiam eorum consultarent ac verberibus manus ultro intenderent, impulere vel poenam suam dissuadentes. *Quid enim aliud laeso patrono concessum, quam ut vicesimum ultra lapidem in oram Campaniae libertum releget? Ceteras actiones promiscuas et pares esse. Tribuendum aliquod telum, quod sperni nequeat. Nec grave manumissis, per idem obsequium retinendi libertatem, per quod assecuti sint. At criminum manifestos merito ad servitutem retrahi, ut metu coerceantur, quos beneficia non mutavissent.*

1. *de fraudibus libertorum* pro *libertinorum.* Cf. ad H. 1, 46. — *ut revocandae libertatis*, sententiae, qua iis libertas data esset, *ius patronis daretur*, quod nondum lege aliqua his datum erat: „nam ap. Suet. Claud. c. 25. (*libertinos ingratos et de quibus patroni quererentur revocavit in servitutem*) de iudiciis Claudii in causis singularibus sermo est, et Digest. l. 37. tit. 4. de iure patron. *iussit Claudius* dictum pro *decrevit.*“ *Ern.* ad Suet. l. l. „Sancitum quidem hoc ius lege Claudii: at leges eius, ut plurimae, ita quoque invalidae. Vis legum in eo sita, ut perpaucae sint earumque violatio rara nec unquam punita.“ *Brot.* Sed si illud iam sancitum aliqua lege et quidem nuper lata, nova nunc non opus erat et patroni ex illa agere potuissent. „Libertatis ademptio primum lege sancita a Commodo. v. l. 6. D. §. 1. de agnosc. et alend. li-

beris et Gothofr. ad cod. Theod. l. 2. t. 22. de lib. adempt. T. I. p. 217. ed. Lips. Hic bene refellit Cuiac. obss. 10, 33. et plures affert legum locos, e quibus patet, post Commodi demum tempora libertatis ademptionem valuisse. Maxime perspicuus est locus Pauli l. 10. D. de manum. test. §. 1. laudatus Schultingio in iurispr. Anteiust. p. 573. ed. Lips. *quum hodie placeat libertatem adimi posse.* Atqui Paulus vixit sub Severo et Caracalla.“ *Ern.* *patronis* abest a MS. Reg. et ed. Spir. — *Nec deerant qui censerent id: sed consules relationem incipere* (v. ad 2, 33, 2.) *non ausi ignaro Principe perscripsere tamen consensum senatus. Ille* cet. ut 14, 49. *at consules perficere senatus decretum non ausi de consensu scripsere Caesari. Ille — rescripsit,* et inf. c. 27. *scripsitque Caesar senatui.* Male *recipere* MS. Reg. Cf. 5, 4. *icsensum* MS. Flor. teste Furia. *in consensum* MSS. Guelf. Bud. — *Ille an auctor — dissuadentes* MSS. (etiam Flor. teste Pich.) et edd. vet. nisi quod *consensum senatus illi, an auctor* habent MS. Agr. ed. Ryck. *ille iam auctor* MS. Reg. *in libertate reverentiam* MS. Guelf. *vi an equo* MS. Bud. a m. pr. *iurus agerent* MS. Reg. *sententia eorum* MS. Ies. *impudente* pro *impulere* MS. Corb. *impudentes vel poenarum* MS. Agr. Antiquam lectionem, ut plerisque locis, ita et hic defendit Walther et sic interpretatur: „*Ille an auctor constitutionis fieret,* quum dubitaretur, an ille — fieret, *ut inter paucos et,* etiam, *sententiae* (genit.) *adversos,* qui aliis sententiâ adversi essent h. e. contrariae sententiae, *quibusdam c. l. i. eo prorupisse frementibus,* sc. ut nescirent libertini, *vine an aequo — intenderent, impulere* Neronem, ut auctor constitutionis fieret, *vel poenam suam,* poenam lege concessam adhiberi, *dissuadentes.*“ Sed ita silices sunt concoquendi et ne satis apta quidem exoritur sententia. Reliqui interpretes consentiunt, locum vel mutilum esse vel a librariis corruptum; at pleraeque eorum emendationes haud dignae quae recenseantur. Probabiliores sunt: *perscripsere tamen consensum senatus illi, an — ei sententiae adversos — ut vi non aequo — sententiam eorum insultarent — intenderent impune vel poenam suam dissuadentes,* e quibus quaedam in ordinem receptae ab editoribus rec. — *coalitam libertate irreverentiam,* cf. ad 3, 31. et 3, 38. — *verberibus,* ad verbera, *manus ultro intenderent,* cf. similia de libertinis 3, 36.

2. *Quid enim aliud laeso patrono concessum, quam ut vicesimum ultra lapidem in oram Campaniae libertum releget?* „Quando id aut qu[...] lege patrono concessum, quaerimus. Suspicor esse ab Augusto, qui, u[...] Dio 55, 13. ait, constituit iura, quibus erga libertos cum alii tum ips[...] patroni uterentur. Et relegatio quidem est ab exemplis aevi prisci nam ita a patribus olim filii rus relegabantur poenae et molestiae causa uti Roscius Amerinus et Torquatus. Sed in numero num qua ratio? e[...] cur non ultra XX lapidem? Nihil reperio. Praefectus quidem Urbi in[...]tra C lapidem cognoscebat, ultra praefectus praetorio. v. Ulpian. l. 1 D. de off. praef. Urbi et l. 9. D. de off. proc. Dio 52, 21. iurisdictione[...] illius praefecti angustius terminat: ἔξω τῆς πόλεως μέχρι πεντήκοντα κ[...] ἑξακοσίων σταδίων. Ea essent milliaria circiter LXXXVII. sed rescriber[...]dum puto ἑπτακοσίων. (Recte. Cf. ibi Reimar. et Camill Peregr. de C[...]pua diss. 1, 6. qui et *Campaniam* ab Urbe CVII milliaribus distare d[...]cit.) Sed Tacitus patrono ipsi hanc relegationem tribuit; nec tam[...] videtur usurpari potuisse sine auctoritate maiori.“ *Lips.* Liberti etia[...] coerciti sub Augusto a praef. Urbi ex lege Aelia Sentia lata a. U. 75[...] de manumissionibus. v. Ulpian. l. 1. D. de praef. Urbi, Heinecc. A[...] iur. 1, 6. p. 115 sq. Sed haec lex pertinebat potissimum ad coercenda manumissionum licentiam et in poenis non mentio fit relegationis, n[...] dum poenae, quae a patronis irrogari possit libertis. *quam ut* om[...]sum in MS. Flor. teste Vict. *ut* tantum, si Furiae fides habenda, ut Guelf. *quia* pro *quam ut* ed. pr. — „*vicesimum,* rectius *centesimum* [...]

tra lapidem, puta vel verbi causa *in oram Campaniae*, quae ultra centesimum est. Sciendum enim, neminem relegatum proprie in Campaniam, nedum omnes et nusquam alio. Relegatio fiebat *ultra C. lapidem*; at locum ultra centesimum quilibet sibi legebat ipse, qui solum vertebat. Ex his vero aliquos, praecipue lautiores, Campaniam praetulisse atque huic invidiae occasionem dedisse, satis est verisimile. Cf. Stat. Silv. 3, 162 sq." *Gron.* Minus ad determinandum locum quam ad augendam invidiam memoratur *ora Campaniae* amoenissima; *Brot. in ora* MS. Guelf. *in oram Campaniam* MS. Flor. (teste Vict.) et ed. Spir. Sed cf. H. 1, 2. 3, 60. — *Ceteras actiones* in libertos ingratos; *Ern. Actiones* sunt vel magistratuum, leges ad populum latae et SCta iis referentibus ad senatum facta, (unde actiones tribuniciae, praetoriae, consulares) vel senatorum, sententiae in senatu dictae et orationes, quibus lex suadetur populo aut dissuadetur, vel in sensu forensi orationes petitoris aut accusatoris, qui ipse, et *actoris*, patroni causarum, oratoris, qui illius nomine in aliquem ex lege agit accusando seu petendo; quo sensu *actio* et *actor* dicitur O. 17. 26. 32. et *lege agere* inf. c. 28. Cf. Ern. clav. Cic. — *promiscuas*, ut 14, 14. 20. H. 1, 84. In MS. Guelf. *permissas*, in MS. Flor. (teste Vict.) et ed. Spir. *promissas*, vitiose pro *promiscas*: nam in MS. Flor. plerumque *promiscus, a, um* scribitur; *Walth.* Cf. Drak. ad Liv. 3, 47. et Gron. ad Gell. praef. p. 2. — *Tribuendum aliquod telum:* nam *telum* proprie dicitur omne instrumentum, quo nos defendimus aut vim inferimus, et inde, ut h. l., adiumentum, remedium, praesidium, (ut O. 5. 12.) scil. ius libertos in servitutem revocandi. — *nec grave manumissis per idem obsequium retinendi libertatem* cet. Cf. Göschen in Savigny's Zeitschr. für geschichtl. Rechtswiss. III, 2. p. 273 — 284. *nec grave — retinendi:* nam *grave* pro *grave negotium*, *gravis labor* substantive ponitur; *Walth.* Cf. ad 15, 5, 2. *nec prave* MS. Guelf. — *at criminum manifestos*, cf. ad 2, 85. et Ind. III. v. *Adiectiva relativa Genitivis obiecti iuncta. at criminum* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Pich. sqq. *ac criminum* MS. Reg. edd. cet. — *ad servitutem*: in MSS. Guelf. Harl. Ies. *ad serviendum.* — *retrahi:* in MS. Flor. (teste Furia) *detrahi.* — *mutavissent* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3 sqq. *commutavissent* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. rel. *continuissent* coni. Ern. ut sit imitatio sententiae Ciceronianae: *ut, quos honestas in officio continere non posset, metus coerceret.* „Sed *beneficia* non sunt intelligenda de manumissione, potius de liberali conditione, qua utebantur manumissi erga patronos." *Walth.*

CAPUT XXVII.

Disserebatur contra: *Paucorum culpam ipsis exitiosam esse debere, nihil universorum iuri derogandum: quippe late fusum id corpus. Hinc plerumque tribus, decurias, ministeria magistratibus et sacerdotibus, cohortes etiam in Urbe conscriptas: et plurimis Equitum, plerisque senatoribus non aliunde originem trahi. Si separarentur libertini, manifestam fore penuriam ingenuorum. Non frustra maiores, quum dignitatem ordinum dividerent, libertatem in communi posuisse. Quin et manumittendi duas species institutas, ut relinqueretur poenitentiae aut novo beneficio locus. Quos vindicta patronus non liberaverit, velut vinclo servitutis attineri. Dispiceret quisque merita tardeque concederet, quod datum non adimeretur.* Haec sententia valuit, scripsitque Caesar senatui, privatim expenderent causam libertorum, quotiens a

patronis arguerentur: in commune nihil derogent. Nec multo post ereptus amitae libertus Paris quasi iure civili, non sine infamia Principis, cuius iussu perpetratum ingenuitatis iudicium erat.

1. *nihil — derogandum:* in MSS. Guelf. *nil*, in eodem et ed. Spir. *denegandum.* — *quippe late fusum*, diffusum, *id corpus*, horum libertinorum genus et ordinem, ut *eiusdem* et *sui corporis homines* Liv. 4, 9. 6, 34. *corpus Sabinorum* Liv. 1, 17. c. *militum* Iustin. 7, 9. 14, 2. — *plerumque*, v. ad 3, 28, 4. — *tribus*, tribules. — *decurias* s. collegia, scil. scribarum, lictorum, librariorum, viatorum, praeconum, nomenclatorum, accensorum. Cf. Suet. Claud. 1. Ern. clav. Cic. et ad Suet. Aug. 57. Vales. ad Ammian. Marc. 28, 6, 10. — *ministeria magistratibus et sacerdotibus* ἐπεξήγησις pro: *decurias* scribarum cet. qui sunt ministri magistratuum et sacerdotum. — *cohortes* „sc. vigilum, quae primo ex milite libertino scriptae. v. Strab. V. p. 235. Dio 55, 26." *Lips.* Cf. et Suet. Oct. c. 25. Paulo post *et plerisque* pro *plerisque* ed. Spir. et *plurimisque senatoribus senatoriis* MS. Guelf. Cf. Ind. III. v. *Asyndeta.* — *separarentur* MSS. Flor. (teste Ryck.) Guelf. (hic *seperarentur*) Bodl. edd. Put. 1. 2. Riv. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. Ern. Brot. sqq. *separantur* MS. Reg. ed. Spir. *separentur* MSS. Bud. Agr. edd. Rhen. 2. 3. et cet. Perinde est; *Oberl.* „Immo optativo hic est locus, non coniunctivo. v. ad 1, 19." *Walth.* — *Non frustra maiores, quum dignitatem ordinum dividerent*, gradibus distinguerent, *libertatem in communi posuisse*, communem fecisse. Cf. Ind. II. v. *Communis.* *Ideo frustra* ed. Spir. — *Quin et manumittendi duas species institutas:* nam manumissio et libertas sic data fuit vel *iusta* (v. Cic. Top. 2.) data per vindictam, (virgulam, qua capiti servi manumittendi a lictore vel potius praetore ter quaterve imposita ille in gyrum circumagebatur et in libertatem *vindicabatur* his verbis: *hunc hominem liberum et civem Rom. esse aio* vel *liberum esse dico more Quiritium;* unde *vindicare* et *vindicta* de liberatione et defensione) per censum, (servo consensu iussuve domini nomen professo apud censorem et ab hoc in tabulas censuales relato) et per testamentum domini; vel *non iusta* inter amicos, (v. Plin. ep. 7, 16. et Sen. de vita beata c. 24.) per epistolam, per mensam vel in convivio, per emptionem pretiumque pactum et solutum, de quo v. ad 14, 42, 1. „Qui illa manumissi, plane pleneque liberi; qui hac, quodam adhuc *vinclo servitutis attinebantur* immo retrahi poterant in servitutem." *Lips.* v. Zeitschrift. f. geschichtl. Rechtswiss. herausg. von v. Savigny, Eichhorn u. Göschen II, 5. et III, 7. — *ut relinqueretur locus poenitentiae*, ut retraheres in servitutem, *aut novo beneficio*, ut vindicta liberares." *Lips.* „Libertas non iusta revocari poterat et libertus in servitutem retrahi. Sic *relictus poenitentiae aut novo beneficio locus.* Augustus Tiberium et rem publ. sapienter monuerat, ne plures manumitterentur sicque Urbs omnigena turba impleretur v. Dio 56, 7. At in hac re, quod saepe Principes, peccavit Augustus, [illegible] optima suaderet moriens, quum ipse aliter fecisset. Id acerrime dol[illegible] Dionys. Hal. 4, 24. At malum, quo nullum unquam fuit Urbi exitialiu[s] audacter grassari coepit sub Claudio (v. Plin. 33, 2.) et factum est [i]n[-] sanabile. Ceterum posterioribus temporibus data libertas adempta [illegible] et ex Principum rescripto patroni extra ordinem libertos in servitut[em] revocabant. v. Gravina orig. iur. civ. p. 529." *Brot.* „Enimvero patro[-] nis non iam Neronis, sed Commodi demum tempore ius datum liber[ta-] tem, etiam non iustam, adimendi. (v. ad c. 26. n. 1.) Quae igitur [est] ista *poenitentia?* nempe quae opponitur *novo beneficio.* Qui libertat[em] non iustam dat, spem tamen dat plenae sibique locum relinquit n[ovi] beneficii tribuendi. Itaque libertus *velut vinclo servitutis attinetur*

patrono manet quodammodo obnoxius, nempe ob cupiditatem iustae libertatis. *Poenitentiae* est non dare unquam libertatem iustam, cuius spem feceris: quod fit, si prioris beneficii poenitet. Cur vero h. l. *vindictae* tantum mentio fit? Quia manumissio per censum rarissima erat ut et census, et manumissionis per testamentum nulla hic ratio habenda erat: nam sic manumissi non ingrati esse possunt erga patronum, quoniam liberi demum fiunt post mortem eius." *Ern.* — *Quos vindicta patronus non liberaverit, velut vinclo servitutis attineri*, cf. ad 1, 35. Post *quos* MS. Guelf. habet haec: „va — (*Libertatis donatione immo u° virga praetoria*) cat." *liberavit* MSS. Guelf. Harl. Bodl. Ies. *vinclo* MS. Flor. (teste Vict.) ed. Walth. *vinculo* libri ceteri. — *Dispiceret quisque merita*, v. ad Agr. 10. n. 6.

2. *scripsitque Caesar senatui*, cf. ad c. 26. n. 1. — *expenderent*: in MSS. Corb. Bodl. *expedirent*. — *in commune nihil derogent*, ut supra: *nihil universorum* libertinorum *iuri derogandum*. *derogent* MSS. et edd. vet. *derogarent* edd. Ern. Brot. et al. Ita corrigendum: nam ante dictum *expenderent* et utrumque e *scripsit* pendet; *Ern.* „Sed utriusque verbi ratio satis diversa est. *Expenderent* dicit, quae fieri possent, si casus daretur: sie könnten vel möchten erwägen; unde ponitur in optativo. *Derogent* vero dicit, quod iam fieri debet h. e. iubetur. Igitur non pendet ex cogitatione casuum, qui esse possunt. Sic *interrogentur* 3, 67. ubi v. not." *Walth.* — *Nec multo post ereptus amitae Neronis Domitiae* (cf. c. 19.) *libertus Paris* — *iudicium erat*: „His verbis lucem affudit Cuiacius obss. 18, 23. Domitia Neronis *amita* (nisi potius *Domitiae* h. l. scrib. pro *amitae*) Paridem, accepta ab eo pecunia pro libertate, manumiserat; atque ita hic diu fuit Domitiae libertus. Post auctore Principe dixit se esse ingenuum et veritati *ingenuitatis* nihil officere manumissionem. Vicit *non sine infamia Principis* datamque pecuniam repetiit, ut accipimus ex Ulpiano Digest. XII. tit. 4. de condictione causa data leg. 3. n. 5. *Iulianus l. XI. Dig. scribit, competere manumisso repetitionem* sc. pecuniae. *Neratius etiam libro Membranarum refert, Paridem pantomimum a Domitia Neronis filia* (corr. *amita* aut potius *consilio*, quod iam annotavit Lips.) *decem, quae ei pro libertate dederat, repetisse per iudicem, nec fuisse quaesitum, an Domitia sciens liberum accepisset.* De generali pecuniae summa accipe *decem*, non de exigua X. mill. num. Immane tum fuit servorum pretium. v. Plin. 7, 39." *Brot.* Neratius indicat pecuniam pro libertate datam.

CAPUT XXVIII.

Manebat nihilominus quaedam imago rei publicae: nam inter Vibullium praetorem et plebei tribunum Antistium ortum certamen, quod immodestos fautores histrionum et a praetore in vincula ductos tribunus omitti iussisset. Comprobavere Patres incusata Antistii licentia. Simul prohibiti tribuni, ius praetorum et consulum praeripere aut vocare ex Italia, cum quibus lege agi posset. Addidit L. Piso designatus consul, *ne quid intra domum pro potestate adverterent, neve mulctam ab iis dictam quaestores aerarii in publicas tabulas ante quatuor menses referrent: medio temporis contra dicere liceret, deque eo consules statuerent.* Cohibita arctius et aedilium potestas statutumque, quantum curules, quantum plebei pigneris caperent vel poenae irrogarent. Eo Helvidius Priscus tribunus plebis adversus Obultronium Sabinum aerarii quaestorem contentiones

proprias exercuit, tanquam ius hastae adversus inopes inclementer augeret. Dein Princeps curam tabularum publicarum a quaestoribus ad praefectos transtulit.

1. *quaedam imago rei publicae*, cf. ad 3, 60, 1. — *Vibullium* edd. Lips. sqq. ut inscrippt. vet. *Bibullium* MSS. Flor. (teste Furia) Reg. Bodl. edd. vet. *Bibulium* MS. Guelf. *Bibulum* MSS. Harl. Ies. Cf. ad 11, 6, 1. — *Antistium* Sosianum. Cf. Ind. II. — *immodestos fautores histrionum et a praetore in vincula ductos*, v. ad 1, 16, 2. et 1, 77 extr. *et* deest in MS. Ies. et supervacuum est; *Ern.* et *Brot.* „Immo *et* h. l. habet vim explicativam dicitque *ductos*, quia *immodestos*. Cf. ad 1, 55.“ *Walth.* — *tribunus omitti iussisset*, pro tribunicia potestate e vinculis emitti; *Brot.* Coniicere possis *emitti*. Sed v. ad 3, 47. 4, 51. H. 4, 6. — *Comprobavere Patres* sc. factum praetoris; *Ern.* — *vocare* ad se *ex Italia, cum quibus lege agi posset:* „nam tribuni nec Romae vocationem habebant et potestas eorum Urbis finibus terminabatur. v. Gell. 13, 12. Dionys. Hal. 8, 87. (Liv. 3, 20.)“ *Lips.* „Non vocatio, sed prensio tantum iuris tribunicii erat. v. Gell. l. l.“ *Brot.* *lege agi*, cf. ad c. 26. n. 2. *quibuscum* MS. Agr. Paulo post *consul dessignatus* MS. Guelf. — *ne quid intra domum pro potestate adverterent:* „nam tribunorum plebis domus ne noctu quidem claudebatur, ut praesens semper et quovis tempore esset tribuniciae intercessionis auxilium. Non tamen *intra domum*, ubi aut irae aut libidini locus, sed publice et pro tribunali animadvertebant.“ *Brot.* *adverterunt* MS. Flor. test. Vict. *animadverterunt* MS. Guelf. et edd. omnes. „Illud revocavi: nam Tacitus constanter scribit *advertere* pro *animadvertere*.“ *Walth.* Cf. ad 2, 32. et Ind. II. — *mulctam* edd. Spir. et al. *multam* pleraeque edd. Cf. ad G. 12. n. 7. — *ab iis:* in MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. et ed. Spir. *ab his*. — *quaestores aerarii in publicas tabulas — referrent*, cf. nota 2. — *quatuor* edd. Rhen. 2. 3 sqq. *quattuor* edd. primae, quod ubivis pro *quatuor* substituit Walth. Hanc scripturam probavit Schneider Gram. I, 1. p. 446. sed repudiavit Ramshorn. in Jahn. Annal. phil. et paed. a. 1827. fasc. 4. p. 97. ut et *quottidie*. p. 98. — *medio temporis:* in ed. Ber. *m. tempore*.

2. *Cohibita arctius* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. C. *artius* edd. Spir. Lips. sqq. *C. arcius* MS. Guelf. Cf. ad 4, 32. — *quantum plebei* s. plebeii *pigneris* (cf. ad 6, 16, 1.) *caperent:* nam pigneribus captis s. ablatis fractisve aut mulcta dicta a magistratu, inpr. consule et censore, coercebantur senatores et cives, praecipue qui citati non adessent. — *Eo Helvidius Priscus*, de quo v. Ind. I. et ad H. 4, 5. *Eo*, ideo. cf. Ind. II. v. *Is*. *Et* coni. Gron. Ern. Kiessl. Sed *eo* indicat, Helvidium occasionem contentionis sumpsisse e statutis ante dictis; *Walth.* — *Obultronium* MSS. Flor. Bud. edd. Rhen. 2. 3 sqq. Sic *Obultronius Eucarpus* in inscriptt. vet. *Oblutronum* MS. Guelf. *Obutronium* MS. Reg. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Obutronum* MSS. Harl. Bodl. Ies. — *contentiones proprias*, e causis privatis; *Ern.* — *tanquam ius hastae adversus inopes augeret*, ius legibus descriptum excederet; *Walth.* De *hasta* v. ad 3, 31 extr. — *curam tabularum publicarum* sive aerarii *a quaestoribus* aerarii *transtulit ad praefectos* sc. aerarii tum κατ᾽ἐξοχὴν ita dictos. Cf. ad 1, 75. et Suet. Claud. 9. *Tabulae publicae* erant codices cerati, in quibus SCta, leges, acta senatus populique et aliae res publicae, in censu, iudiciis, senatu, comitiis actae consignabantur: quae omnia una cum pecunia publica signisque militaribus servabantur in aerario, quod in aede Saturni erat. *Tabulae* autem debitorum aerarii, rationes et redemptiones vectigalium aliaque *acta publica* custodiebantur in tabulario, (Archiv) quod erat in atrio Libertatis. Cf. ad 1, 3. 1, 75. 2, 41. 13, 23 extr. H. 1, 31. Liv. 43, 16. Suet. Oct. 29. Claud 24. *tabellarum* MS. Guelf.

CAPUT XXIX.

Varie habita ac saepe immutata eius rei forma. Nam Augustus senatui deligere permisit praefectos: deinde ambitu suffragiorum suspecto sorte ducebantur ex numero praetorum, qui praeessent. Neque id diu mansit, quia sors deerrabat ad parum idoneos. Tunc Claudius quaestores rursum imposuit iisque, ne metu offensionum segnius consulerent, extra ordinem honores permisit. Sed deerat robur aetatis eum primum magistratum capessentibus. Igitur Nero praetura perfunctos et experientia probatos delegit.

1. *immutata:* in ed. Spir. *mutata.* — *eius rei forma,* cura tabularum publicarum et aerarii; de quo v. Lips. Exc. II. ad Tac. Ann. XIII. in quo singula huius cap. verba bene illustrata. Ante Imperatorum tempora aerario praepositi primum consules, deinde aediles plebis, tum censores, postremo quaestores urbani. *eius forma rei* MS. Guelf. — *senatui deligere permisit praefectos* MS. Flor. (teste I. Gron.) et ed. Walth. *senatui perm. del. pr.* edd. Spir. Bekk. *premisit sen. del. prefectos* MS. Guelf. *permisit sen. del. pr.* edd. Put. 1. 2. sqq. — *deinde* MS. Flor. edd. Bekk. Walth. *dein* edd. cet. — *neque id diu mansit:* in ed. Spir. *neque id permansit diu.*

2. *iisque:* in MS. Guelf. *hisque,* in ed. Spir. *isque.* Cf. ad 2, 43, 1. — *honores permisit* (dedit, mandavit) MSS. Guelf. Bud. a m. sec. Harl. Bodl. Ies. edd. ante Pich. et post Ern. *hon. promisit* MSS. Flor. (teste Pich.) Bud. (a m. pr.) edd. Pich. sqq. usque ad Ern. Honores isti sunt praeturae. v. Dio 60, 24. et Lips. l. l. Si post aerarii curam privati remansissent, *metu offensionum segnius consuluissent* aerario; *Pich.* — *deerat:* in MS. Guelf. et ed. Spir. *erat.* — *primum magistratum,* quaesturam. — *praetura* edd. Pich. sqq. ex emend. Lips. l. l. *praefectura* MSS. et edd. vet. — *delegit:* in MS. Guelf. et ed. Spir. *deiecit.*

CAPUT XXX.

Damnatus iisdem consulibus Vipsanius Laenas ob Sardiniam provinciam avare habitam: absolutus Cestius Proculus repetundarum, cedentibus accusatoribus. Clodius Quirinalis, quod praefectus remigum, qui Ravennae haberentur, velut infimam nationum Italiam luxuria saevitiaque afflictavisset, veneno damnationem anteiit. C. Aminius Rebius, ex primoribus peritia legum et pecuniae magnitudine, cruciatus aegrae senectae misso per venas sanguine effugit, haud creditus sufficere ad constantiam sumendae mortis ob libidines muliebriter infamis. At L. Volusius egregia fama concessit, cui tres et nonaginta anni spatium vivendi praecipuaeque opes bonis artibus, inoffensa tot Imperatorum malitia fuit.

1. *avare habitam,* cf. Ind. II. v. *Habeo. habitan avare* MS. Guelf. — *absolutus repetundarum* crimine. Cf. ad 1, 74. — *Cestius Proculus* edd. Rhen. 2. 3 sqq. *Cestus proculus* MS. Flor. (teste Furia) edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Cesius proculus* MS. Guelf. et ed. Spir. — *cedentibus accusatoribus,* accusatione desistentibus. *cedentibus* edd. Ber. Rhen. 1. 2. 3. sqq. *caedentibus* edd. Put. 1. 2. *credentibus* MS. Guelf. et ed. Spir. *accusatibus* MS. Flor. (teste Vict.) ed. Spir. Cf. ad 2, 63, 2. — *remigum, qui Ravennae haberentur,* v. ad 2, 58, 1. 4, 5, 1. — *infimam nationum,* v. ad

3, 53. — *damnationem anteiit* MSS. Flor. Bodl. Bud. edd. Bekk. Walth. Sic 5, 6. et 6, 29. *d. antevertit* MS. Guelf. edd. cet.

2. *C. Aminius Rebius* MSS. Flor. Vatt. a. Vertranio inspecti, Corb. libri vet. Lipsii et edd. rec. *CAminius rebius* MS. Guelf. sed *C* a m. sec. *Aminius Rebius* MSS. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2 sqq. *Amminius Rebius* MS. Bud. *Caminius Robius* MS. Reg. et ed. Spir. *Caminius rebius* in marg. MS. Guelf. a m. vet. *C. Annaeus Rebius* MS. Agr. *Caninius Rebilus* ed. Lall. e coni. Lipsii, quia *Rebilus* est cognomen gentis *Caniniae* et *Rebilus* memoratur Liv. 42, 28. alius vero et quidem consularis dives et infamis Sen. de ben. 2, 21. 27. — *pecuniae*, divitiarum, opum. v. ad 2, 33. — *misso per venas sanguine*, cf. ad 4, 22. — *L. Volusius*, v. ad 3, 30, 1. 14, 56. Plin. 7, 49. *L. Volusinus* ed. Spir. ut *Volusino* 14, 56. eadem et MS. Vatic. Lipsii. — *concessit*, ut 4, 38. id. qd. *concessit vita* et *fato* 1, 3. 2, 71. — *praecipuaeque*, et insignes, ingentes, *opes bonis artibus* sc. quaesitae, partae. *quaesitaeque* coni. Heins. — *cui inoffensa tot Imperatorum malitia fuit* pro vulgari: *et a quo non offensi tot Imperatores mali*.

CAPUT XXXI.

Nerone secundum, L. Pisone consulibus pauca memoria digna evenere, nisi cui libeat, laudandis fundamentis et trabibus, quis molem amphitheatri apud campum Martis Caesar exstruxerat, volumina implere, quum ex dignitate populi Romani repertum sit, res illustres annalibus, talia diurnis Urbis actis mandare. Ceterum coloniae Capua atque Nuceria additis veteranis firmatae sunt, plebeique congiarium quadringeni numi viritim dati, et sestertium quadringenties aerario illatum est ad retinendam populi fidem. Vectigal quoque quintae et vicesimae venalium mancipiorum remissum specie magis quam vi, quia, quum venditor pendere iuberetur, in partem pretii emptoribus accrescebat. Edixit Caesar, *ne quis magistratus aut procurator, qui provinciam obtineret, spectaculum gladiatorum aut ferarum aut quod aliud ludicrum ederet.* Nam ante non minus tali largitione quam corripiendis pecuniis subiectos affligebant, dum, quae libidine deliquerant, ambitu propugnant.

1. *Nerone secundum:* in MS. Guelf. et ed. Spir. *N. secundo.* Cf. ad c. 34. princ. et ad 14, 20, 1. — *L. Pisone* filio L. Calpurnii Pisonis, de quo v. ad 4, 62. — *exstruxerat* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Reg. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Agr. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *extruserat* MS. Ies. edd. Put. 1. 2. Riv. Ber. Rhen. 1. *adstruxerat* edd. Pich. et Gron. *exstruxerit* corrig. putabat Ern. Male: nam Tacitus non loquitur de amphitheatro, quod Nero exstruxisse dicatur, sed quod sciebat illum exstruxisse; *Walth.* De hoc *amphitheatro* ligneo v. Suet. Ner. 12. — *ex dignitate populi Romani*, cf. ad G. 7. n. 1. *ex dignitate rei .p.* ed. Spir. — *repertum*, institutum. — *res illustres annalibus — mandare*, cf. Praef. p. XXIX. XXX. *scribendas* post *illustres* addunt MSS. Reg. Agr. ed. Spir. — *diurnis Urbis actis*, v. ad 3, 3, 1. — *Ceterum*: in MS. Flor. teste Furia *ceterae*. — *congiarium*, v. ad 12, 41, 1. Huius congiarii memoria in numo ap. Harduin. sel. opp. p. 722. exstat; *Brot.* — *additis veteranis*, cf. ad 14, 27, 2. — *quadringeni numi viritim dati*, cf. Ind. III. v. *Pleonasmus* et ad H. 1, 24. *quadringeni* recte edd. Pich. sqq. v. Suet. Ner. 10. CCCC MSS. Bodl. Ies. CCCCti. MS. Guelf. *quadrigenti* MS. Bud. *quadrigeni*

(pro *quadrigeni*) MSS. Flor. Reg. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. *quadrageni* edd. Lips. Grut. Male. Haec summa unum facit Philippum vel ducatonem, illa decem; *Gron.* Etiam ap. Suet. Ner. 10. in eadem re sic variatur; *Ern.* — *sestertium quadringenties* „scil. *centenum*, id. qd. *quadringenties centena sestertia* et *quadringenties centena millia numorum sestertiorum*. Nam in omnibus, quae per adverbia sic enuntiantur, a *decies* usque in infinitum siletur et intelligitur *centenum*: vocabulum autem *sestertium* significat pondus mille numorum.“ *Gron.* Cf. ad 2, 37. Gron. de pec. vet. 2, 5. et Ramshorn. Gram. p. 329. — *ad retinendam populi fidem* sive publicam fidem, ut Germ. öffentlicher Credit. Sic fides 6, 17. H. 1, 88. 3, 65. — *Vectigal quoque quintae et vicesimae* (sc. partis pretii) *venalium mancipiorum* — *accrescebat*; v. Lips. Exc. III. ad Tac. Ann. XIII. et notas ei subiunctas. — *specie*: in MS. Guelf. et ed. Spir. *spē*. v. ad 12, 44, 2. *specie magis quam re* ed. Brot. e coni. Huet. et Bip. Sed v. ad 3, 30. extr. — *quum*: in ed. Spir. *quod*.

2. *magistratus aut procurator, qui provinciam obtineret,* nam et urbani erant magistratus et alii procuratores. v. ad 4, 15. — *qui provinciam* ex emend. Rhen. *in provinciam* ed. Ber. *in provincia* MSS. Flor. Bud. (a m. pr.) Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Riv. — *spectaculum gladiatorum ederet,* cf. ad 1, 22, 1. — *aut quod aliud* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *aut quid aliud* edd. primae. *aut qđ aliud* MS. Guelf. Ex hoc compendio varietas orta, et *quid* fortasse rectius, quia *ludicrum* potest pro adiectivo accipi; *Walth.* — *Nam ante non minus tali largitione* — *propugnant*: „Quae illi inexplebili corripiendarum pecuniarum *libidine deliquerant, ambitiosa* ludorum *largitione* non excusabant tantum, sed *propugnabant*, et pecunias in utilitatem propriam conversas se impendisse in populorum oblectamenta et imperii splendorem iactitabant.“ *Brot.* „*Largitionem* accipio de ipsis spectaculis, quibus praesides multa sportularum nomine largiri solebant, et *ambitum* de favoris ac laudis captatione, qua se muniebant adversus rapinas suas. *Subiecti* autem *affligebantur*, dum feras, equos, animalia externa et inusitata perquirerent ac vestes aliaque munera conferrent.“ *Pich.* „*Largitio* est profusio pecuniae in edendis muneribus, et haec *ambitus* dicitur, quia fit in gratiam populi eiusque captandae causa; *libido* est iniustitia, in primis avaritia.“ *Ern.* — *corripiendis pecuniis,* quovis modo et undique rapiendis: unde repetundarum accusari solebant. — *propugnant* MSS Vat. 1864. Bud. a m. pr. Guelf. edd. Spir. Ber. Rhen. 1. 2. 3. *propugnabant* MSS. Bud. a m. sec. Vat. 1958. Bodl. edd. Put. 1. 2. *propurgabant, propugnant* in marg. MSS. Bodl. et Vat. 1958.

CAPUT XXXII.

Factum et senatus consultum ultioni iuxta et securitati, *ut, si quis a suis servis interfectus esset, ii quoque, qui testamento manumissi sub eodem tecto mansissent, inter servos supplicia penderent.* Redditur ordini L. Varius consularis, avaritiae criminibus olim perculsus. Et Pomponia Graecina insignis femina, Plautio, qui ovans se de Britanniis retulit, nupta ac superstitionis externae rea, mariti iudicio permissa: isque prisco instituto propinquis coram de capite famaque coniugis cognovit et insontem nuntiavit. Longa huic Pomponiae aetas et continua tristitia fuit. Nam post Iuliam Drusi filiam dolo Messalinae interfectam per quadraginta annos non cultu nisi lugubri, non animo nisi mae-

sto egit: idque illi imperitante Claudio impune, mox ad gloriam vertit.

1. *Factum est SCtum — ut, si quis — supplicia penderent:* Ut servi periculo capitis sui custodiam dominis praestare cogerentur, iam liberae rei publicae temporibus quaestio de familia (servis) propter necem domini habita. v. Cic. ep. ad div. 4, 12. Deinde Augusto imperante a. U. 763. P. Cornelio Dolabella et C. Iunio Silano coss. factum SCtum *Silanianum*, (a consule sic dictum, qui relationem fecisset, quae consuetudo sub Augusto invaluit) quo cautum, *ut domino occiso de servis, qui sub eodem tecto et in eadem regione fuissent, quaestio haberetur suppliciumque de reis sumeretur, priusquam aperirentur tabulae testamenti et hereditas a scripto herede adiretur, utque non habita ab herede hac quaestione hereditas publicaretur* vel in aerarium redigeretur. Biennio post a. U. 765. T. Statilio Tauro et M. Aemilio Lepido coss. aliud factum est SCtum, *ut quaestioni isti quinquennio praescriberetur, nisi plane quaereretur de parricidio.* v. 14, 42—45. tit. Dig. de SCto Silaniano et l. 13. D. de eodem SCto. Quum vero Neronis temporibus ambigeretur, an de servis, quibus libertatem dominus defunctus testamento scripsisset, idem quod de ceteris iuris esset, a. U. 811. Nerone II. et L. Pisone coss. (v. cap. 31.) factum est SCtum, quod et *Neronianum* vocatur et *Pisonianum* h. l. sed non plene a Tacito laudatur: *ut, si quis a suis servis — penderent; ut occisa uxore etiam de familia viri et viro occiso de uxoris servis quaestio haberetur, utque, si poenae obnoxius servus venisset, quandoque in eum animadversum esset, venditor pretium praestaret,* ne scil. iniurius emptori senatus videretur. v. l. 3. §. 16. et l. 8. pr. Dig. de SCto Silan., Paul. rec. sent. 3, 5, 5. Bach. in Traiano p. 123 sqq. et in hist. iurispr. Rom. III, 1. §. 2. 28. ubi etiam §. 25. adversus Fabrum Semestr. 1, 25. et Cuiac. obss. 1, 18. 10, 33. probatur, aliud et diversum, etsi incertae sententiae, fuisse SCtum *Claudianum* de quaestione servorum, (v. rubric. tit. Dig. de SCto Silan. et Claud.) neque Neroni tribuendum, quamvis hic quoque *Claudius* cognominatus sit propter adoptionem: SCta enim aliaque monimenta ant. ex vulgaribus Imperatorum nominibus appellari et saepissime duos pluresve Imperatores earundem vel paulisper immutatarum constitutionum auctores fuisse. *Factum est SCtum ultioni iuxta,* aeque, pariter, *et securitati,* cf. Ind. II. v. *iuxta* et Ind. III. v. *Dativus obiectivus.* — *a suis servis:* in MS. Guelf. *a servis suis.* — *ii quoque:* in ed. Spir. *hi quoque* in MS. Guelf. *ii q⁹* et a m. sec. *ii q̊ᵒ.* — *Redditur ordini* senatorio. v. ad 12, 4, 2. — *L. Varius* MS. Agr. edd. Oberl. sqq. *Lurius Varius* MSS Flor. Reg. Guelf. Bud. Harl. Bodl. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1 Iac. Gron. Ern. *Lusius Varius* edd. Rhen. 2. 3. et cet. *Lurus* aut *Lurn.* MS. Ies. Noti *Lurii* ex inscr. antt. et *Lusii* ex 11, 31. 33. 12, 42. 13, 43 Sed ita duplex h. l. nomen gentile. — *avaritiae criminibus olim percul sus,* v. ad 1, 12.

2. *Pomponia Graecina* propter *longam aetatem* non soror, sed fili fuisse videtur Pomponii Graecini cos. sub Augusto, notissimi ex Ovid El. ex Ponto 1, 6. 2, 6. 4, 9. cuius etiam frater Flaccus a. U. 770. con sul fuit; *Ryck.* — *Plautio, qui ovans se de Britanniis retulit,* cf. ad 11 36, 2. et Agr. 14. n. 1. *Plautio* edd. Lips. sqq. *Platio* MS. Flor. (test Furia) et ed. Spir. *Plantio* MS. Guelf. edd. cet. ante Lips. *ovans* v. ad 3, 19. *Britanniis* omnes edd. *Britannis* MSS. Guelf. Harl. Bod Ies. *qui ovasset de Britannis, nupta* MS. Agr. *ovationem* in ed. vet. legi Groslot. *quem ovasse de Br. retuli* coni. Alciatus. „Sed *se retulit* di ctum ut ap. Virg. Ge. 4, 180. et Aen. 7, 286. et ap. Hor. Serm. 1, (114." *Gron.* — *superstitionis externae,* „religionis christianae, a Paul

apostolo Romae anno superiore praedicatae et *superstitionis* nomine infamatae; *Ryck.* Cf. 15, 44. Plin. ep. 10, 97. Suet. Ner. 16. Acta Ap. 18, 2. 15, 19. „Pulchre et ex veri adyto Strabo l. VII. p. 297. Ἅπαντες τῆς δεισιδαιμονίας ἀρχηγοὺς οἴονται τὰς γυναῖκας. αὗται δὲ καὶ τοὺς ἄνδρας προκαλοῦνται πρὸς τὰς ἐπιπλέον θεραπείας τῶν θεῶν καὶ ἑορτὰς καὶ ποτνιασμούς. σπάνιον δ' εἴ τις ἀνὴρ καθ' αὑτὸν ζῶν εὑρίσκεται τοιοῦτος." *Lips.* — *mariti iudicio permissa, isque prisco instituto — cognovit,* v. ad 2, 50, 2. et G. 19. n. 5. — *et insontem* causa cognita repertam esse *nuntiavit* senatui, qui eius iudicio ream permiserat. Frustra viri docti coniecere *pronuntiavit,* (quod etiam Ursinus in vet. cod. legit) *enuntiavit* et *iudicavit.* — *huic*: in ed. Spir. *hinc.* Bene; *Walth.* — *post Iuliam Drusi filiam interfectam dolo Messalinae,* quo etiam occisa Iulia Germanici filia. v. Dio 60, 8. 18. Suet. Claud. 29. — *per XL annos — egit,* vixit. Cf. ad 1, 68, 1. *per quatuordecim annos* corr. Lipsius, quia Iulia a. U. 796. necata. Sed *annos* designari, qui effluxissent a caede huius Iuliae usque ad mortem Pomponiae Graecinae feminae longaevae, iam annotarunt alii. — *Idque illi — impune fuit et mox ad gloriam vertit* se, (cf. ad 6, 6.) scil. ob Plautii virtutem et Britannicam expeditionem mox suscipiendam; *Brot.*

CAPUT XXXIII.

Idem annus plures reos habuit, quorum P. Celerem accusante Asia, quia absolvere nequibat Caesar, traxit, senectâ donec mortem obiret: nam Celer interfecto, ut memoravi, Silano proconsule magnitudine sceleris cetera flagitia obtegebat. Cossutianum Capitonem Cilices detulerant maculosum foedumque et idem ius audaciae in provincia ratum, quod in Urbe exercuerat. Sed pervicaci accusatione conflictatus postremo defensionem omisit ac lege repetundarum damnatus est. Pro Eprio Marcello, a quo Lycii res repetebant, eo usque ambitus praevaluit, ut quidam accusatorum eius exsilio mulctarentur, tanquam insonti periculum fecissent.

1. *Idem annus plures reos habuit,* cf. Ind. II. v. *Annus.* — *P. Celerem accusante Asia* (v. cap. 1.) — *traxit,* protraxit, proprie accusationem et damnationem eius. — *ut memoravi* cap. 1.

2. *Cossutianum Capitonem,* v. ad 11, 6. extr. — *detulerant,* v. ad 1, 74, 1. — *maculosum,* ut H. 1, 7. 2, 30. *malitiosum* ed. Spir. — *lege repetundarum* (v. ad 1, 74.) *damnatus* est, motus ordine senatorio, etsi graviorem poenam meritus. Cf. 14, 48. — *Eprio Marcello,* de quo v. ad 12, 4. extr. — *a quo Lycii res repetebant,* v. ad 1, 74. *a quo Ligures rep.* MS. Agr. quod verum Heinsio visum. „*Lycia* a Claudio Pamphyliae adiuncta. v. Dio 60, 17." *Ryck.*

CAPUT XXXIV.

Nerone tertium consule simul iniit consulatum Valerius Messala, cuius proavum oratorem Corvinum D. Augusto abavo Neronis collegam in eo magistratu fuisse, pauci iam senum meminerant: sed nobili familiae honor auctus est oblatis in singulos annos quingenis sestertiis, quibus Messala paupertatem innoxiam sustentaret. Aurelio quoque Cottae et Haterio Antonino annuam pecuniam statuit Princeps, quamvis per luxum avitas opes dissipassent.

Eius anni principio mollibus adhuc initiis prolatatum inter Parthos Romanosque de obtinenda Armenia bellum acriter sumitur, quia nec Vologeses sinebat fratrem Tiridaten dati a se regni expertem esse aut alienae id potentiae donum habere, et Corbulo dignum magnitudine populi Romani rebatur, parta olim a Lucullo Pompeioque recipere. Ad hoc Armenii ambigua fide utraque arma invitabant, situ terrarum, similitudine morum Parthis propiores connubiisque permixti ac libertate ignota illuc magis ad servitium inclinantes.

1. *Nerone tertium consule:* in ed. Spir. *N. tertio* c. Cf. ad c. 31. princ. — *iniit* MS. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *init* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. — *Valerius Messala, cuius proavum oratorem* Messalam *Corvinum*, cf. Ind. I. v. *Messala Corvinus.* Vitiose *proavum auctorem* ed. Gryph. — *oblatis in singulos annos quingenis sestertiis*, cf. Suet. Ner. c. 10. — *paupertatem innoxiam*, sine noxa et probro contractam; *Ern.* — *Aurelio Cottae*, v. ad 2, 32. — *Haterio Antonino*, v. ad 12, 58, 1. Ita edd. Lips. sqq. *Atherio Antonino* MS. Flor. (teste Furia) edd. Spir. Put. 1. 2. *Aterio Antonino* edd. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. *Haterio Antonio* edd. Oberl. et aliae. *Acherino Antonio* MS. Guelf. — *avitas opes* edd. rec. ex emend. Lipsii. *habitas opes* MS. Guelf. et edd. vet. Cf. ad 11, 35, 1. — *dissipassent:* in MS. Guelf. *dispensassent.*

2. *Eius anni principio* cet. Haec potius prima novi capitis verba. — *mollibus adhuc initiis*, cf. Ind. II. v. *Mollis* et Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita.* — *prolatatum inter Parthos Romanosque — inclinantes*, cf. 12, 44—52. et 13, 6—9. *prolatatum* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *prolata tum* edd. Put. 1. 2. *prolatum* MSS. Guelf. Ies. Agr. edd. Ber. Rhen. 1. — *bellum acriter sumitur*, v. ad 2, 45, 1. *resumitur* coni. Heins. — *Ad hoc* MSS. Flor. (test. Vict.) Bodl. ed. Walth. *Ad haec* MS. Guelf. et edd. cet. Cf. ad 12, 20, 1. — *utraque arma invitabant*, et ad Parthorum et ad Romanorum belligerantium partes inclinabant, vel alii ad has, alii ad illas. — *libertate ignota*, cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita.* — *illuc*, ad Parthos, et sic *ad servitium.* Ad *illuc* additur *ad servitium* per epexegesin; *Kiessl.*

CAPUT XXXV.

Sed Corbuloni plus molis adversus ignaviam militum quam contra perfidiam hostium erat. Quippe Syria transmotae legiones pace longa segnes munia Romanorum aegerrime tolerabant. Satis constitit, fuisse in eo exercitu veteranos, qui non stationem, non vigilias inissent, vallum fossamque quasi nova et mira viserent, sine galeis, sine loricis, nitidi et quaestuosi, militia per oppida expleta. Igitur dimissis, quibus senectus aut valetudo adversa erat, supplementum petivit. Et habiti per Galatiam Cappadociamque delectus, adiectaque ex Germania legio cum equitibus alariis et peditatu cohortium; retentusque omnis exercitus sub pellibus, quamvis hieme saeva adeo, ut obducta glacie nisi effossa humus tentoriis locum non praeberet. Ambusti multorum artus vi frigoris et quidam inter excubias exanimati sunt: annotatusque miles, qui fascem lignorum gestabat, ita praeriguisse manus, ut oneri adhaerentes trunci

brachiis deciderent. Ipse cultu levi, capite intecto, in agmine, in laboribus frequens adesse, laudem strenuis, solatium invalidis, exemplum omnibus ostendere. Dehinc, quia duritiam caeli militiaeque multi abnuebant deserebantque, remedium severitate quaesitum est. Nec enim, ut in aliis exercitibus, primum alterumque delictum venia prosequebatur, sed qui signa reliquerat, statim capite poenas luebat. Idque usu salubre et misericordia melius apparuit: quippe pauciores illa castra deseruere quam ea, in quibus ignoscebatur.

1. *munia Romanorum*, Romanae militiae, quae aspera erat; *Ern.* „Opponitur *Syria* (et *longa pax.*): hinc *munia* per se significat munia belli, Germ. Soldatendienst, ut 1, 16.“ *Kiessl.* Plene dicuntur *munia militiae* et *belli* 15, 11. H. 1, 48. 2, 29. 3, 59. Hinc *munia armorum* coni. Freinsh. *munia Rom. armorum* Iac. Gron. *munia castrorum* (quibus opponatur *militia per oppida expleta*) Boetticher. — *non stationem, non vigilias inissent*, cf. ad 1, 28. *non stationes, n. v. iniissent* ed. Spir. et mox *quasi et nova et mira*, ut MS. Agr. unde *quasi ut nova ita mira* coni. Heinsius. — *nitidi*, molles et compti, quales sunt urbani. — *quaestuosi*, v. ad 12, 63. extr. — *senectus* MSS. Flor. Bud. ed. Bekk. 2. *sexus* ed. Spir. *senecta* edd. cet. — *adversa erat:* in MS. Guelf. et ed. Spir. *adv. fuerat.* — *et habiti per Galatiam Cappadociamque delectus*, cf. 15, 6. *Galatiam* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *Galitiam* MS. Bud. a m. pr. Idem aut *Galiciam* MS. Flor. unde *Ciliciam* coni. Iac. Gron. *Gallaciam* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Gallaciamque* MS. Guelf. *Cappadociamque* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Bekk. Walth. *ac Cappadociam* MS. Guelf. et edd. cet. *dilectus* MS. Flor. teste Vict. „Quod aeque bonum esse multi consentiunt. Cf. Baumgarten-Crus. clav. Cic.“ *Walth.* — *equitibus alariis*, v. ad 4, 73, 1. — *cohortium* Romanarum. — *sub pellibus*, in hibernis, ut 14, 38. et ap. Liv. 5, 2. 23, 18. 19. 37. 39. nam hibernacula erant tabernacula fulcris tigellisque ligneis erecta et contecta *pellibus* s. corio. v. Lips. mil. Rom. 5, 1. — *Ambusti multorum artus vi frigoris*, ut *uri*, *aduri*, *amburi*, *praeuri*, *torreri*, καίεσθαι, ἀποκαίεσθαι, et frigore et calore. „Cf. Virg. Ge. 1, 93. Lucan. 4, 52. Aristot. Meteor. 4, 5.“ *Oberl.* v. Drak. ad Sil. 4, 68. et Valcken. ad Theocr. Adoniaz. p. 224. — *annotatusque* (ut *dicitur*, *fertur*) *miles ita praeriguisse manus*, accusat. more Graecorum positus; *Walth.* Cf. Ind. III. v. *Accusativi Adiectivis et Participiis iuncti more poetarum et Graecorum.* — *deciderent* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *reciderent* MS. Bodl. edd. cet. *decidissent* MS. Ies. „Significat Tacitus, ipsas manus frigore praemortuas una cum fasce devolutas vel abiectas; quod negat aut ridet Montanus. Sed idem a. 1535. factum traditur in Annal. Turcicis, et maiora asseruntur ab iis, qui in septentrione fuerunt.“ *Lips.* „Sic et frigore et manuum et peditum digitos *decidisse* testantur de Comines Mémoires 2, 14. Nic. Coustureau vie de Louis de Bourbon p. 53. et Leunclav. hist. Musulman. col. 772.“ *Brot.* Idem accidit militibus Napoleonis in expeditione in Russiam suscepta.

2. *cultu levi*, quali in aestate uti solemus. *cultu evi* MS. Flor. teste Furia. *c. avi* MS. Agr. — *in agmine — frequens adesse*, frequenter aderat. Cf. ad Agr. 20. n. 2. — *duritiam coeli*: in MS. Flor. teste Furia *duritia celi*, in edd. vet. *duriciam coeli*, in MS. Guelf. *duriciem c.* — *reliquerat — luebat:* in MS. Agr. *reliquerant — luebant.*

CAPUT XXXVI.

Interim Corbulo legionibus intra castra habitis, donec ver adolesceret, dispositisque per idoneos locos cohortibus auxiliariis, ne pugnam priores auderent, praedicit. Curam praesidiorum Pactio Orphito primipili honore perfuncto mandat. Is quanquam incautos barbaros et bene gerendae rei casum offerri scripserat, tenere se munimentis et maiores copias opperiri iubetur. Sed rupto imperio, postquam paucae e proximis castellis turmae advenerant pugnamque imperitia poscebant, congressus cum hoste funditur. Et damno eius exterriti, qui subsidium ferre debuerant, sua quisque in castra trepida fuga rediere. Quod graviter Corbulo accepit, increpitumque Pactium et praefectos militesque tendere omnes extra vallum iussit: inque ea contumelia detenti nec nisi precibus universi exercitus exsoluti sunt.

1. *donec ver adolesceret*, v. ad 2, 23. — *ne pugnam priores auderent*, ut *audere proelium* 4, 49. 11, 9. 14, 25. 35. et *a. aciem* 12, 28. 32. *auderent* MS. Vat. edd. Pich. Lall. Brot. Bip. et aliae. *audirent* MS. Flor. *adirent* MSS. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. Agr. edd. vet. ante Pich. ut et Ern. Ob. Bekk. „Latinum quidem est *pugnam adire*, sed significat audere aditum ad pugnam, quae iam est. At tum nulla erat pugna, quam *adiri* vetuisset Corbulo; immo vetuit, ne inciperent pugnam, et quia hoc cum periculo coniunctum est, praedixit, ne auderent pugnam.“ *Walth.* — *praedicit*: Lipsius malebat *edicit*, quod etiam est in MS. Agr. Sed *praedicere* eodem sensu dicitur 2, 6. 16, 33. H. 4, 53. Liv. 2, 10. 21, 10. 23, 19. ubi cf. Gron.

2. *Pactio Orphito*, ut *Pactii*, *Paccii* et *Pacciae* 15, 12. H. 4, 41. Iuvenal. 7, 12. 12, 99. et ap. alios et in inscriptt. Paulo post *pacium* MS. Flor. teste Furia. *Orfito* ed. Bekk. 2. *P. Attio* coni. Mur. et *P. Iccio* vel *Itio* Oudend. ad Frontin. Strat. 4, 1, 21. — *primipili honore perfuncto*, v. ad 2, 11, 1. et 15, 12, 1. — *tenere se munimentis*, castris communitis. v. ad Agr. 33. n. 2. — *rupto imperio*, spernens imperium et contra illud faciens; *Ern.* Cf. H. 1, 12. 3, 19. — *qui subsidium*: in MS. Guelf. *quia s.* et mox *redire*. — *tendere omnes extra vallum iussit*: „quod poenae militaris genus antiquum. v. Liv. 10, 4. Polyb. 6, 36. Valer. 2, 7, 15. et de hoc Corbulonis facto Frontin. Strat. 4, 1, 20.“ *Lips.* Idem Frontinus docet 4, 2, 3. et 4, 7, 2. quam austeram exercuerit disciplinam Corbulo et quantum eo profecerit; *Brot.* *tendere*, tentoria ponere et habere. *omnes* abest ab ed. Spir. et in ea *quandoque* pro *inque*.

CAPUT XXXVII.

At Tiridates super proprias clientelas ope Vologesi fratris adiutus non furtim iam, sed palam bello infensare Armeniam, quosque fidos nobis rebatur, depopulari et, si copiae contra ducerentur, eludere, hucque et illuc volitans plura fama quam pugna exterrere. Igitur Corbulo quaesito diu proelio frustra habitus et exemplo hostium circumferre bellum coactus dispertit vires, ut legati praefectique diversos locos pariter invaderent. Simul regem Antiochum monet proximas sibi praefecturas petere. Nam Pharasmanes, interfecto filio Rhadamisto quasi proditore, quo fidem in nos testaretur, vetus adversus

Armenios odium promptius exercebat. Tuncque primum illecti Insechi: gens ante alias socia Romanis avia Armeniae incursavit. Ita consilia Tiridati in contrarium vertebant; mittebatque oratores, qui suo Parthorumque nomine expostularent, *cur datis super obsidibus redintegrataque amicitia, quae novis quoque beneficiis locum aperiret, vetere Armeniae possessione depelleretur? Ideo nondum ipsum Vologesen commotum, quia causa quam vi agere mallent. Sin perstaretur in bello, non defore Arsacidis virtutem fortunamque saepius iam clade Romana expertam.* Ad ea Corbulo, satis comperto, Vologesen defectione Hyrcaniae attineri, suadet Tiridati, *precibus Caesarem aggredi: posse illi regnum stabile et res incruentas contingere, si omissa spe longinqua et sera praesentem potioremque sequeretur.*

1. *super* (praeter) *proprias clientelas* Armeniorum aliorumque populorum sibi addictorum; *Brot. clientulas* ed. Spir. — *Vologesi fratris*, cf. ad c. 7. extr. — *bello infensare Armeniam*, v. ad 6, 34, 1. — *si copiae contra ducerentur* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. *si copia e contra duceretur* vitiose MS. Flor. (test. Iac. Gron. et Vict.) et ed. Spir. Cf. ad 12, 47, 3. — *hucque et illuc volitans* (ut 15, 38.) edd. Bekk. Kiessl. Walth. ex emend. Lips. *huc quoque* MSS. et edd. cet. Sed simplici copula opus est et aliena ab h. l. vis, quae intendat; *Walth.* Saepissime a librariis confunduntur *que* et *quoque*, quia eodem fere scripturae compendio significantur. Ita paulo post *Tuncque* et *Tunc quoque*. — *plura fama quam pugna exterrere*, cf. ad 12, 57, 2. *exterrere* MSS. Flor. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Pich. sqq. *extrahere* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Lips. *exercere* MS. Corb. quod minime displicet; *Brot.* — *frustra habitus*, frustratus, elusus; *Ern.* Cf. c. 51. — *circumferre bellum*, v. ad 3, 21. — *dispertit* (ut 1, 51. 3, 43.) MS. Flor. (teste Furia) edd. Spir. Bekk. *dispartit* edd. cet. ut *dispartire* et *dispartiri* 14, 21. in omnibus libris. Illa forma respondet voci *expers*, haec a *parte* ducta. Similiter *impertiebat* et *impartiebat* scriptum 14, 16. Cf. ad 14, 21. Cort. ad Plin. ep. 4, 23. et Beier. ad Cic. off. 1, 26, 92. — *regem Antiochum* MS. Flor. edd. primae et rec. *regem Antioquii* MS. Guelf. *Antiochum regem* edd. Rhen. 2. 3. et cet. ante Iac. Gron. De Antiocho v. ad c. 7. n. 1. — *proximas sibi praefecturas*, v. ad 11, 8, 2. — *Pharasmanes* et *Rhadamistus*, cf. 11, 8. 12, 44 sqq. — *quasi proditore* MSS. Flor. Agr. edd. Bip. sqq. *quasi proditore suo* MSS. Reg. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. edd. vet. ut et Lips. a 1574. et 1607. *q. pr. sui* edd. quaedam Lips. et sqq. usque ad Bip. e coni. Lipsii. — *odium promptius exercebat*, cf. ad II, 7, 1.

2. *Tuncque primum illecti* in s. ad societatem Rom. *Insechi, gens ante alias*, magis quam aliae, (ut 1, 27. 2, 2. H. 2, 76. 4, 55. 5, 12. cf. Hand. Tursell. T. I. p. 387.) *socia Romanis*, postquam tunc primum illecta est; *Pich.* Ita haud opus correctione Lipsii *haud alias*, quae recepta est ab eo in edd. primis et a Brot. *Tuncque* MS. Flor. (test. Pich.) edd. Pich. sqq. *Tunc quoque* MSS. Reg. Guelf. Harl. Bodl. Ies. et edd. ante Pich. *Tuncque* est id. qd. *tunc quoque*. Cf. nota 1. et ad 2, 37, 1. *Insechi* MS. Vat. edd. Pich. sqq. Idem in MS. Flor. legit Pichena, sed *Insochi* Iac. Gron. et Furia, *Isochi* Victorius. *Insichi* MSS. Vat. 1864. Reg. ed. Spir. *Ischi* MSS. Guelf. Harl. Ies. *Isichi* MSS. Vat. 1958. Bodl. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. „Hoc nomen probabilius. Videntur habitasse inter fines occident. et septentr. Armeniae, gentis vero nomen fortasse a fl. *Isis*, qui nunc dicitur *Tchorok* et influit in Pontum Eux. v. Plin. 6, 4.“ *Brot.* Naudetus nos reiicit ad St. Martini Mém. sur l'Armenie Par. 1818. p. 127. —

Ita consilia Tiridati (pro vulgari *Tiridatis*) *in contrarium vertebant* se, vertebantur. ut 14, 31. *quod contra vertit* se, contrarium eventum habuit. Cf. Ind. III. v. *Verba activa passive — dicta.* *vertebant* MS. Flor. (teste Iac. Gron.) Reg. Agr. edd. Spir. Ryck. sqq. *vertebantur* MSS. Harl. Bodl. Bud. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Ryck. *vertabantur* MS. Guelf. — *expostularent*, quererentur, ut 15, 5. et 17. — *redintegrataque amicitia,*" de quo v. Eckhel. D. NN. T. III. p. 506. et Vaill. in num. collect. T. I. p. 180." *Oberl.* — *novis:* in MS. Guelf. *nobis*, non improb. Stromb. Mox *locum beneficiis* ed. Spir. — *causa* (iuste, iure) *quam* ti, ut *causa quam armis* 15, 2. — *mallent* (sc. Vologeses et Tiridates) MS. Flor. edd. Pich. sqq. *mallet* edd. vet. et Bekk. — *Arsacidis*, v. ad 2, 1. — *saepius iam* MSS. Flor. Corb. Bodl. in marg. Bud. edd. Spir. Pich. sqq. *iam* omissum in edd. cet. In MS. Guelf. *clade Romanā sepius experta.* — *comperto*, cf. Ind. III. v. *Participia Perf. pass. in sexto casu absolute posita.* — *attineri*, v. ad 1, 35. — *suadet — aggredi*, cf. ad 11, 1, 2.

CAPUT XXXVIII.

Placitum dehinc, quia commeantibus invicem nuntiis nihil in summam pacis proficiebatur, colloquio ipsorum tempus locumque destinari. *Mille equitum praesidium* Tiridates *affore sibi* dicebat: *quantum Corbuloni cuiusque generis militum assisteret, non statuere, dum positis loricis et galeis in faciem pacis veniretur.* Cuicunque mortalium, nedum veteri et provido duci barbarae astutiae patuissent, ideo arctum inde numerum finiri et hinc maiorem afferri, ut dolus pararetur: nam equiti sagittarum usu exercito si detecta corpora obiicerentur, nihil profuturam multitudinem. Dissimulato tamen intellectu, *rectius de iis, quae in publicum consulerentur, totis exercitibus coram dissertaturos*, respondit: locumque delegit, cuius pars altera colles erant clementer assurgentes accipiendis peditum ordinibus, pars in planitiem porrigebatur ad explicandas equitum turmas. Dieque pacto prior Corbulo socias cohortes et auxilia regum pro cornibus, medio sextam legionem constituit, cui accita per noctem aliis ex castris tria millia tertianorum permiscuerat una cum aquila, quasi eadem legio spectaretur. Tiridates vergente iam die procul adstitit, unde videri magis quam audiri posset. Ita sine congressu dux Romanus abscedere militem sua quemque in castra iubet.

1. *nihil in summam pacis proficiebatur*, v. ad 2, 45. et H. 2, 16. Drak. ad Liv. 3, 61. Gron. ad Sen. controv. 1. Praef. *in summam pacis* edd. Ern. sqq. ex emend. Faerni et Urs. *in summa p.* MSS. et edd. vet. *in summam proficiebatur* coni. Mur. — *affore:* in ed. Spir. *afferre.* — *cuiusque*, et cuius. — *dum*, dummodo, *in faciem pacis veniretur*, h. e. sine armis, ita ut esset species et imago quaedam pacis, non belli; *Ern.* S. *facies* H. 2, 42. 3, 30. 5, 23. Agr. 36. 38.

2. *Cuicunque mortalium, nedum* h. e. multo magis. Cf. Ramshorn. Gram. p. 485. — *astutiae barbarae* h. e. barbari. Cf. Ind. III. v. *Adiectiva pro subst.* p. 806. — *patuissent*, scilicet *arctum inde numerum finiri*, exiguum accurate, qui *inde* cum Tiridate adventurus sit. *arctum*, v. ad c. 28. n. 2. 32, 2. et 12, 63, 1. *inde — et hinc*, ex illa parte et ex hac. *ideo artum nomi num rum finiri et hiuc maiorem afferri* ed. Spir. *ideo arma non numerum finiri*

hinc m. offerri MS. Agr. *afferri* MSS. et edd. paene omnes nisi quod *offerri* MSS. Agr. edd. Ryck. Brot. *ferri*, h. e. permitti, concedi, corr. Gron. „Sed aptissimum est *afferri* h. e. memorari, ut 4, 16. 6, 15. *afferre*, Germ. anführen, erwähnen, gedenken.“ *Walth.* — *pareretur* MSS. Flor. Guelf. Bud. Harl. Bodl. Ies. edd. Spir. Pich. sqq. *pateretur* edd. cet. — *nam* abest a MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. (cui a m. sec. additum) et Bud. — *Dissimulato tamen intellectu*, v. ad 6, 36, 2. — *de iis* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Bekk. Walth. *de hiis* edd. Rhen. 2. 3. *de his* edd. cet. — *colles erant clementer assurgentes*, v. ad 12, 33, 2. Paulo post *in planitie* ed. Spir.

3. *tria millia tertianorum*, tertiae legionis. — *quasi eadem legio spectaretur*, una tantum: nam Corbulo sextam legionem et tria millia tertianorum permiscuerat ita, ut *unam aquilam* haberent. *legio eadem* MS. Harl. *eadem* omissum in MS. Guelf. Paulo post *abstitit* MS. Agr. — *militem sua quemque i. c. i.* ut *suis quisque hibernis redderentur* 1, 30; *Walth.* *sua quaeque in castra* ed. Spir. *milites* coni. Heinsius. Sed cf. Ind. III. v. *Numerus sing. pro plur.*

CAPUT XXXIX.

Rex sive fraudem suspectans, quia plura simul in loca ibatur, sive ut commeatus nostros Pontico mari et Trapezunte oppido adventantes interciperet, propere discedit. Sed neque commeatibus vim facere potuit, quia per montes ducebantur praesidiis nostris insessos, et Corbulo, ne irritum bellum traheretur utque Armenios ad sua defendenda cogeret, exscindere parat castella, sibique quod validissimum in ea praefectura cognomento *Volandum* sumit, minora Cornelio Flacco legato et Insteio Capitoni castrorum praefecto mandat. Tum circumspectis munimentis et quae expugnationi idonea provisis hortatur milites, ut hostem vagum neque paci aut proelio paratum, sed perfidiam et ignaviam fuga confitentem exuerent sedibus gloriaeque pariter et praedae consulerent. Tum quadripartito exercitu hos in testudinem conglobatos subruendo vallo inducit, alios scalas moenibus admovere, multos tormentis faces et hastas incutere iubet. Libratoribus funditoribusque attributus locus, unde eminus glandes torquerent, ne qua pars subsidium laborantibus ferret pari undique motu. Tantus inde ardor certantis exercitus fuit, ut intra tertiam diei partem nudati propugnatoribus muri, obices portarum subversi, capta ascensu munimenta omnesque puberes trucidati sint nullo milite amisso, paucis admodum vulneratis. Et imbelle vulgus sub corona venum datum; reliqua praeda victoribus cessit. Pari fortuna legatus ac praefectus usi sunt, tributusque una die castellis expugnatis cetera terrore et alia sponte incolarum in deditionem veniebant; unde orta fiducia caput gentis Artaxata aggrediendi. Nec tamen proximo itinere ductae legiones, quae, si amnem Araxen, qui moenia alluit, ponte transgrederentur, sub ictum dabantur: procul et latioribus vadis transiere.

1. *Pontico mari et Trapezunte oppido*, cf. H. 3, 47. *et Trap.* edd. Put. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. usque ad Oberl. unde

illud revocavit Walth. *e Trap.* ed. Spir. *ac Trap.* edd. Oberl. Lün. Bekk. Kiessl. — *quod validissimum in ea praefectura* Armeniae castellum erat v. ad 11, 8, 2. *quod* abest a MSS. Ies. et Guelf. — *Volandum* MSS. Flor. (test. Vict.) Reg. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *Vollandum* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. et edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. „Hoc et alia castella videntur fuisse in Heniochiis seu Moschicis montibus, in quibus oritur amnis Cyrus, hod. *Kur.* Tacitus autem h. l. aliis indicta memorat, ut et Plin. 6, 8.“ *Brot.* — *Insteio Capitoni* MSS. Flor. (si Pichena, sed *Insteo,* si Vict. verum vidit) Reg. edd. Spir. Pich. sqq. *Instello C.* MSS. Harl. Bodl. *Iustello C.* MSS. Guelf. a m. pr. et Bud. *iusteio c.* MS. Guelf. a m. sec. *Isteo C.* edd. cet. *Vistello C.* MS. Ies. *Histrio C.* MS. Agr. Cf. ad c. 9. n. 1. — *mandat* exscindenda. — *Tum:* in ed. Spir. *tamen.* Male; etsi non placet eiusdem vocis repetitio. Paulo post *seu perfidia et ignavia fuga confidentem* MS. Agr. non male iudice Heins. — *et praedae:* in ed. Spir. *praedeque,* in MS. Guelf. *gloriaeque et pariter praedae.* — *quadripartito:* in ed. Spir. *quadripertito.* — *hos in testudinem conglobatos,* v. ad H. 3, 28. — *tormentis faces et hastas incutere,* v. ad 2, 81. — *libratoribus:* in MS. Flor. *libritoribus* videre Vict. et alii, non Furia. Cf. ad 2, 20. — *unde eminus glandes torquerent:* „Integer, opinor, locus apud Calepinum legitur: *unde eminus lapides et glandes torquerent;* nam *libratores* tela lapidesque, *funditores* glandes torquebant.“ *Lips.* „Potuit Calepinus in mente habere locum H. 5, 17. vel illum Sall. Iug. 57. *pars eminus glande aut lapidibus pugnare.* Verum arbitror, *glandium* nomine saxa quoque illa, quae a libratoribus mittuntur, intelligi posse: nam etiam silices funda mittuntur, et libratores tantum maiores lapides mittunt.“ *Ern.* — *pari undique motu,* si motus et impetus *certantis exercitus* ab omnibus partibus par esset. Cf. Ind. III. v. *Ellipses I. γ.* *motu* MSS. Flor. Guelf. Bud. edd. vet. ut et rec. *metu* edd. Lips. sqq. usque ad Iac. Gron. quod praeferendum videbatur Ernestio et revocatum est a Kiessl.

2. *obices portarum* edd. Pich. sqq. *obiices p.* MS. Guelf. edd. vet. Cf. ad H. 3, 30. — *ascensu* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. vet. et in his Ber. ad quam nil notavit Vict. *escensu* edd. Lips. sqq. praeter Walth. *ascensu capta monumenta* ed. Spir. — *sub corona venum datum,* cf. ad 4, 1. et H. 1, 68. — *legatus ac praefectus* castrorum Insteius Capito. — *una die:* in ed. Spir. *die una.* — *sponte incolarum,* v. ad 4, 51. — *veniebant:* in MS. Agr. *venere,* et paulo post *deductae legiones.* — *caput gentis,* Armeniorum, *Artaxata,* cf. ad 2, 56. *capti* pro *caput* MS. Flor. test. Furia a m. pr. et *capitis* a m. sec.

CAPUT XL.

At Tiridates pudore et metu, ne, si concessisset obsidioni, nihil opis in ipso videretur, si prohiberet, impeditis locis seque et equestres copias illigaret, statuit postremo ostendere aciem et dato die proelium incipere, vel simulatione fugae locum fraudi parare. Igitur repente agmen Romanum circumfundit, non ignaro duce nostro, qui viae pariter et pugnae composuerat exercitum. Latere dextro tertia legio, sinistro sexta incedebat, mediis decumanorum delectis: recepta inter ordines impedimenta et tergum mille equites tuebantur, quibus iusserat, ut instantibus cominus resisterent, refugos non sequerentur. In cornibus pedes, sagittarius et cetera manus equitum ibat, productiore cornuum sinistro per ima collium,

ut, si hostis intravisset, fronte simul et sinu exciperetur. Assultare ex diverso Tiridates non usque ad iactum teli, sed tum minitans, tum specie trepidantis, si laxare ordines et diversos consectari posset. Ubi nihil temeritate solutum nec amplius quam decurio equitum audentius progressus et sagittis confixus ceteros ad obsequium exemplo firmaverat, propinquis iam tenebris abscessit.

1. *si concessisset obsidioni*, si obsessis opem non tulisset; *Ern.* *si consensisset o.* MS. Reg. et ed. Spir. — *dato die*, orto, primo die dato, quum illuxisset; *Lips.* Alii coniecere *claro, nato, enato, elato die.* „Frustra. *Dies* hic non dicitur de luce; nullus enim sermo nunc de acie per noctem disposita: sed de tempore et occasione sive de die idoneo. Non enim omnis dies aptus est ad proelium incipiendum.“ *Walth.* Cf. ad 4, 49. extr. — *fraudi*: in ed. Spir. *fraude*, et deinde *latere dextero.* — *viae pariter et pugnae composuerat exercitum*, cf. ad 1, 51, 1. *ac pugnae* MS. Guelf. — *incedebat* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *insedebat* edd. Put. 1. 2. Riv. Ber. Rhen. 1. *mediis decumanorum delectis*: „Grotius coni. *mediis* (locis) *decum. delecti* sc. incedebant. Sed exquisite haec dicta intellecto partic. verbi substant. ad *mediis* pro: mediam aciem tenentibus seu in medio incedentibus ex decuma legione delectis.“ *Gron.* Cf. Ind. III. v. *Adectiva in sexto casu absolute posita* et *Ellipses* 1. *y.* *decimanorum* ed. Spir. — *quibus iusserat, ut,* v. ad 4, 72, 1. — *resisterent*: in MS. Guelf. *insisterent.* — *pedes, sagittarius* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. edd. Put. 1. 2. sqq. *pedes sagittariique* MS. Corb. *pedites sagittariique* MS. Reg. edd. Spir. Brot. *pedes et sagittarius* coni. Mur. et Acid. — *productiore* (magis producto, extento, ut paulo ante *mediis*) *cornuum* (e cornibus) *sinistro* edd. Pich. Ryck. Bip. sqq. ex emend. Lipsii. *productiore corn' in sinistro* MS. Flor. si Pichena, sed *productiore corn; sinistro*, si Iac. Gronovius, et *productior cornus in sinistro*, (ut in MS. Ies. secundum Iac. Gron., sed *productor* teste Brot.) si Furia verum vidit. *productiore cornu in sinistro* MS. Reg. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. ad quam nil notavit Vict. *productior cornu in sin.* MSS. Bud. Guelf. (sed *cornus*) Harl. Bodl. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Lips. Brot. Ern. *productiore cornu sin.* MS. Agr. — *fronte simul et sinu*, cf. ad 6, 45 extr. H. 3, 38. G. 1. n. 2.

2. *ex diverso — diversos*, cf. Ind. II. v. *Diversus* et Ind. III. v. *Verba eadem repetita* p. 837. *diversa* pro *diversos* MSS. Guelf. Bud. Bodl. — *specie*: in ed. Spir. *spē.* Cf. ad 12, 44, 2. — *laxare*, efficere, ut Romani ordines laxarent, *et diversos*, distractos, *consectari*, persequi et urgere; *Ern.* — *Ubi nihil solutum*, ordines Rom. non laxati erant. — *decurio equitum audentius progressus et sagittis confixus*, cf. Ind. III. v. *Participia perf. pass. pro Substant. abstr.* *audentius*, ut 4, 47. *ardentius* MS. Agr. *aduentitius* MS. Guelf. — *ad obsequium* mandatis Corbulonis praestandum.

CAPUT XLI.

Et Corbulo castra in loco metatus, an expeditis legionibus nocte Artaxata pergeret obsidioque circumdaret, agitavit concessisse illuc Tiridaten ratus. Dein postquam exploratores attulere, longinquum regis iter et, Medi an Albani peterentur, incertum, lucem opperitur; praemissaque levis armatura, quae muros interim ambiret oppugnationemque eminus inciperet. Sed oppidani, portis sponte patefactis, se suaque Romanis per-

misere; quod salutem ipsis tulit. Artaxatis ignis immissus, deletaque et solò aequata suñt, quia nec teneri sine valido praesidio ob magnitudinem moenium, nec id nobis virium erat, quod firmando praesidio et capessendo bello divideretur, vel si integra et incustodita relinquerentur, nulla in eo utilitas aut gloria, quod capta essent. Adiicitur miraculum velut numine oblatum: nam cuncta extra tecta hactenus sole illustria fuere, quod moenibus cingebatur ita repente atra nube coopertum fulgoribusque discretum est, ut quasi infensantibus deis exitio tradi crederetur. Ob haec consalutatus Imperator Nero, et senatus consulto supplicationes habitae, statuaeque et arcus et continui consulatus Principi, utque inter festos referretur dies, quo patrata victoria, quo nuntiata, quo relatum de ea esset, aliaque in eandem formam decernuntur adeo modum egressa, ut C. Cassius de ceteris honoribus assensus, *si pro benignitate fortunae diis grates agerentur, ne totum quidem annum supplicationibus sufficere* disseruerit, *eoque oportere dividi sacros et negotiosos dies, quis divina colerent et humana non impedirent.*

1. *castra in loco metatus*, v. ad 1, 63 extr. — *obsidioque* MSS. Flor. Reg. Corb. Agr. edd. Spir. Ryck. Iac. Gron. sqq. *obsidioneque* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. edd. cet. — *circumdaret*: in MS. Reg. *cluderet*, quod verum videri potest. — *illuc*: in MS. Corb. *ibi*. — *praemissaque levis armatura* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3 sqq. *praemissaque levi arm.* MSS. Flor. (teste Vict.) Agr. ed. Spir. Hinc *praemissa levi arm.* coni. Heins. — *salutem ipsis*: in MS. Guelf. *ipsis salutem*. — *solo aequata* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam nihil notavit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. et cet. ante Ern. Sic 1, 61. *solo adaequata* MS. Reg. edd. Spir. Ern. Brot. sqq. Cf. ad G. 14. n. 1. et Herzog. ad Caes. B. G. 6, 12. 22. — *quia nec teneri* sc. *poterant*, quod in verbis *id nobis virium erat* latet; *Ern.* et *Brot.* Cf. Ind. III. v. *Ellipses nr.* 2. *non teneri* MS. Reg. ed. Spir. *nec tenere* — *erat* coni. Grot. — *velut numine oblatum*: in MS. Farn. *velut deum numine o.* voce superaddita et ex 14, 22. temere adiecta; *Iac. Gron.* — *nam cuncta extra* urbem et moenia eius *ὄντα tecta*, (ut *universae ultra gentes* Agr. 25. *omni extra habitu* Sen. de ira 1, 16, 28. *omni circa agro* Liv. 23, 27.) h. e. aedificia in suburbiis, vicis et oppidis vicinis, *hactenus*, ita, in hunc modum, in tantum, (v. ad 12, 42, 3.) *sole illustria fuere, quod moenibus cingebatur ita repente atra nube coopertum* cet. Eodem sensu *hactenus* accepit Walther, vel ut sit *ita continuo, ita sine intermissione:* sed retinuit *tectis* et dictum censuit pro *cum tectis aedibus suis*; quod minus placebit. *tectis* MS. Flor. edd. Pich. Ryck. sqq. *tecta* MSS. Reg. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. edd. vet. ante Pich. *tecta* et *hactenus* ab interprete adiecta censet Ritter. *tectis tenus* edd. Freinsh. Gron. Ern. Bip. Ob. Lün. Bekk. Kiessl. ex emend. Lipsii, ut sententia sit: *cuncta extra* urbem *tectis tenus*, usque ad tecta domusque. „Inepta tautologia: nam verba *cuncta extra* accuratiorem illam definitionem non requirunt, immo respuunt.“ *Walth.* — *sole illustria:* in MS. Harl. *sole inlustri*, in MS. Agr. *sole illustriora.* — *quod moenibus cingebatur ita repente atra* cet. edd. Rhen. 2. 3. Ald. sqq. *quod repente moenibus ita atra* — *infensantibus de deis* MS. Flor. test. Furia *quod repente moenibus cingebatur, ita atra* MSS. Guelf. Agr. et edd. primae. — *fulgoribusque discretum est,*

quemadmodum nubes, aether et coelum dicuntur fulguribus fulgoribusque *discerni, dividi, scindi, findi, rumpi, abrumpi*, σχίζεσθαι, ἀνοίγεσθαι, et Hom. Il. 8, 554. 16, 300. οὐρανόθεν ὑπεῤῥάγη ἄσπετος αἰθήρ, Qu. Calab. αἰθέρος ἀμφιραγέντος. *fulgoribusque* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. edd. Spir. Walth. *fulguribusque* edd. cet. — *infensantibus deis*, cf. ad 6, 34, 1.

2. *Ob haec:* in MS. Guelf. *Ob hoc*. — *consultatus imperator Nero*, cf. ad 1, 3, 2. et Harduin. sel. opp. p. 722. de numis tum cusis. *consalutatus* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *consolatus* MS. Flor. teste Vict. *consulatus* MSS. Guelf. (a m. pr.) Bud. edd. Spir. *consultatus* MS. Guelf. (a m. sec.) edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *nuper* pro *imperator* (*imper*.) ed. Spir. — *et SCto* MSS. Flor. (in quo *et S. C.* teste Furia) Reg. Guelf. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. sqq. usque ad Ern. *ex SCto* edd. Spir. Ern. Ob. Lün. Kiessl. „Immo *et* egregiam vim habet atque transitum parat ad aliam narrationis partem: (Cf. ad 2, 37, 1. 4, 23, 1.) nam verba *consalutatus imperator Nero* ad honorem ab exercitu, reliqua ad honores in Urbe Neroni habitos spectant. *Walth*. — *supplicationes*, cf. Ind. I. et ad 3, 64, 1. *supplicationesque* ed. Spir. haud inepte; *Walth*. — *in eandem formam*, eiusdem formae, indolis, modi, ut H. 1, 5. extr. Similiter 15, 24 pr. *literae in eandem formam*, eiusdem argumenti, cuius *mandata* erant. — *C. Cassius*, v. ad 3, 76. — *diis grates:* in MS. Flor. (teste Vict.) et ed. Spir. *dis grates*. — *eoque*, ideoque. *et aeque* ed. Spir. *ut aeque* MS. Reg. — *colerent* MSS. Flor. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Lac. Gron. sqq. *colerentur* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. et cet.

CAPUT XLII.

Variis deinde casibus iactatus et multorum odia meritus reus haud tamen sine invidia Senecae damnatur. Is fuit P. Suillius imperitante Claudio terribilis ac venalis et mutatione temporum non quantum inimici cuperent demissus, quique se nocentem videri quam supplicem mallet. Eius opprimendi gratia repetitum credebatur senatus consultum poenaque Cinciae legis adversus eos, qui pretio causas oravissent. Nec Suillius questu aut exprobratione abstinebat praeter ferociam animi extrema senecta liber et Senecam increpans *infensum amicis Claudii, sub quo iustissimum exsilium pertulisset. Simul studiis inertibus et iuvenum imperitiae suetum livere iis, qui vividam et incorruptam eloquentiam tuendis civibus exercerent. Se quaestorem Germanici, illum domus eius adulterum fuisse. An gravius aestimandum, sponte litigatoris praemium honestae operae assequi quam corrumpere cubicula principum feminarum? Qua sapientia, quibus philosophorum praeceptis intra quadriennium regiae amicitiae ter millies sestertium paravisset? Romae testamenta et orbos velut indagine eius capi, Italiam et provincias immenso fenere hauriri. At sibi labore quaesitam et modicam pecuniam esse. Crimen, periculum, omnia potius toleraturum quam veterem ac diu partam dignationem subitae felicitati submittere.*

1. *haud tamen:* „in ed. Spir. *haud tum*, frequenti confusione. Cf. ad 14, 12. extr. 14, 21. in fine. H. 4, 23. G. 11." *Walth*. — *P. Suillius* cet. v. ad 4, 31. *Suillius* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam nihil notavit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Bekk. ut paulo post MS. Guelf. et ed. Spir. *Suilius* h. l. MS. Guelf. edd. Lips. sqq. *Suillus* ed. Spir. Cf. ad 4, 31. — *et mutatione*: in MS. Reg. et ed. Spir. *ex mut*. — *repetitum SCtum poenaque*

Cinciae legis adversus eos, qui pretio causas oravissent, v. ad 11, 5, 2. *adversum* ed. Bekk. Paulo post *quaestu* pro *questu* edd. Spir. Kiessl.

2. *iustissimum exsilium pertulisset*, v. ad 12. 8, 2. *vetustissimum e. p.* ed. Spir. — *studiis inertibus*, cf. ad 12, 49, 1. Ind. III. v. *Ablativi Substantivorum absoluti* p. 800. *Studia inertia* sunt rhetorum, philosophorum et eruditorum studia: nam horum vita obscura, privata et scholastica eorumque artes et studia, domi et in scholis, in otio et secessu tractata, dicuntur h. l. *inertia*, ut 3, 50. *inania et fluxa*, 14, 53. *studia in umbra educata*, et *umbra*, *umbracula*, *umbratilis vita*, *exercitatio* et *otium*, *nox* et *tenebrae*; quibus h. l. opponitur *vivida et incorrupta eloquentia tuendis civibus exercita*, ut. 3, 50. *grave ac serium* et alibi *sol*, *pulvis*, *pugna et acies*, h. e. administratio rei publicae et negotia publica. Cf. Iuvenal. 7, 8. 105 sqq. 156. 173. Cic. p. Mur. 14. or. 1, 34. de leg. 3, 6. Brut. 9. — *iuvenum imperitiae suetum*, imperitis iuvenibus instituendis regendisque adsuetum. *iuvenum* edd. Ber. Rhen. 2. 3. sqq. *imperitiae suetum* edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. Sed *iuvenem* MS. Bud. edd. Spir. Put. 1. 2. Rhen. 1. *a iuvene* MS. Bodl. *a iuventute imperita suetum* MSS. Harl. Bodl. in marg. Ies. Guelf. *et iuvenem imperitiae suae: cum lividae his qui invidiam* ed. Spir. — *livere* MSS. Flor. Bud. (a m. pr.) edd. Pich. sqq. *libere* MS. Corb. Cf. ad 11, 6, 1. *livide* MS. Reg. *invidere* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. a m. sec. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. e glossa. Cf. ad O. 25. n. 4. — *iis* MSS. Flor. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. usque ad Ern. ut et Bekk. Walth. *his* MS. Corb. edd. Spir. Ern. Brot. Bip. Ob. Lün. Kiessl. Cf. ad 2, 43, 1. — *Se quaestorem Germanici*, (v. 4, 31.) *illum* (Senecam) *domus eius adulterum fuisse*, v. ad 12, 8, 2. et Dio 61, 10. — *aestimandum* MS. Guelf. (a m. sec.) edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. Walth. *extimandum* MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. *existimandum* MS. Bud. et edd. cet. Cf. ad c. 17. n. 1. — *sponte litigatoris*, v. ad 2, 59. *sponte a litigatoribus* MSS. Harl. Ies. Guelf. ed. Spir. — *cubicula*: in MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. *cubiculum*. — *sapientia*, v. ad 12, 49, 1. — *intra quadriennium regiae*, imperatoriae, Neronianae, *amicitiae ter millies sestertium paravisset*, cf. 14, 52 — 56. 65. 15, 56. 60 — 63. ad 14, 32. extr. Dio 61, 10. 62, 2. Iuvenal. 10, 16. — *Romae testamenta et orbos velut indagine eius capi*: nam heredipetarum artes eo spectant, ut ditiores et potissimum senes *orbos* ac caelibes captent, et hinc scite vel venatoribus comparantur *indagine* feras, vel piscatoribus nassa pisces capientibus. Cf. c. 52. 3, 25. 14, 40. H. 1, 73. G. 20. n. 11. Horat. Sat. 2, 5. Iuvenal. 12, 98 sqq. Lucian. dial. mort. V—X. Venatores saltus atque ferarum latibula *indagine*, h. e. retium et plagarum s. cassium serie, (Wildgarn) cingere solent, ne elabantur ferae, eas autem, quae palantur, in retia agere *formidine*, i. e. innexis indagini variarum artium pennis seu plumis, quae *formidinem* iis iniiciunt et prohibent, ne propius accedere audeant aut transcendere aliove modo evadere conentur. „Hoc sensu *indago* dicitur, ubi de ea venatione sermo est, quae nobis Treibjagd, non quae Spürjagd, Jagdspürung dicitur, ut Agr. 37. ubi recte id animadvertit Buchnerus: *Indaginem vetus Schol. Statii venantium coronam interpretatur, qui vallant silvas et investigatores dicuntur*, et ap. Flor. 4, 12, 48. *Inde partito exercitu totam amplexus Cantabriam efferam gentem ritu ferarum quasi indagine debellabat*. v. Forcell.“ *Walch*. ad Agr. p. 283. Cf. Duk. et Drak. ad Liv. 7, 37. Duk. ad Flor. 3, 6. Barth. ad Grat. Cyneg. 75. „*testamenta et orbos* id. qd. test. orborum.“ *Roth*. de Synon. ap. Tac. p. 35. Cf. Ind. III. v. *Hendiadyoin*. — *hauriri* a Seneca. Res in maius aucta. *exhauriri* MSS. Harl. Ies. Guelf. — *Crimen*, criminationes. — *veterem ac diu partam*: „Synonyma emphasis causa posita et uni *subitae felicitati* opposita. Sic *morbos veteres et diu auctos* 3, 54.“ *Walth*. Cf. ad

0. 6. n. 5. et cap. 15. n. 1. *ac dō* MS. Flor. Hinc *ac diu* edd. Lips. Pich. Walth. sed *ac domi* edd. Iac. Gron. Lall. Bip. Ob. Lün. Bekk. Kiessl. quod fortasse verum est et eo sensu capiendum, ut significetur dignatio et *vetus*, in bello, et *domi*, in Urbe et pacis artibus parta: nam Suillius olim quaestor Germanici fuit. v. 4, 31. *ac deo* MSS. Bud. (a m. pr.) Corb. ed. Spir. *adeo* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. *ab eo* MS. Bud. a m. sec. *ac olim* edd. Put. 1. 2. et sqq. usque ad Lips. *atque olim* cod. Urs. — *veterem dignationem subitae felicitati submittere*, v. ad 12, 49, 1. *submittere* MSS. et edd. vet. *submitteret* edd. rec. ex emend. Lipsii. Sed 3, 3. *perferre non toleravit* eodem modo dictum; *Walth.*

CAPUT XLIII.

Nec deerant, qui haec iisdem verbis aut versa in deterius Senecae deferrent; repertique accusatores direptos socios, quum Suillius provinciam Asiam regeret, ac publicae pecuniae peculatum detulere. Mox, quia inquisitionem annuam impetraverant, brevius visum, suburbana crimina incipi, quorum obvii testes erant. Ii acerbitate accusationis Q. Pomponium ad necessitatem belli civilis detrusum, Iuliam Drusi filiam Sabinamque Poppaeam ad mortem actas, et Valerium Asiaticum, Lusium Saturninum, Cornelium Lupum circumventos; iam Equitum Romanorum agmina damnata omnemque Claudii saevitiam Suillio obiectabant. Ille nihil ex his sponte susceptum, sed Principi paruisse defendebat, donec eam orationem Caesar cohibuit, compertum sibi referens ex commentariis patris sui, nullam cuiusquam accusationem ab eo coactam. Tum iussa Messalinae praetendi et labare defensio. Cur enim neminem alium delectum, qui saevienti, impudicae vocem praeberet? Puniendos rerum atrocium ministros, ubi pretia scelerum adepti scelera ipsa aliis delegent. Igitur adempta bonorum parte (nam filio et nepti pars concedebatur, eximebanturque etiam quae testamento matris aut aviae acceperant) in insulas Baleares pellitur, non in ipso discrimine, non post damnationem fractus animo; ferebaturque copiosa et molli vita secretum illud toleravisse. Filium eius Nerullinum aggressis accusatoribus per invidiam patris et crimina repetundarum intercessit Princeps, tanquam satis expleta ultione.

1. *aut versa* absunt a MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. Saltem *aut* servari deberet; *Ern.* — *direptos socios*, provinciales, ut 15, 22. pr. Cf. ad 15, 32, 1. — *peculatum*, interceptionem *pecuniae*, potissimum *publicae* et sacrae. — *quia* ita ut 3, 47. dictum; *Walth.* — *impetraverant* MS. Flor. edd. Pich. sqq. *impetraverat* MSS. Reg. Harl. Ies. Guelf. et edd. vet. prob. Aurel. et Stromb. Sed tempus inquisitionis et *testium* evocandorum *ab accusatoribus*, non a reis posci, iam animadvertit Gron. Cf. cap. 52. et quos Gron. laudavit Cic. Verr. 1, 2. Plin. ep. 3, 9. — *suburbana crimina*: immo *urbana*, et *sub* e terminatione verbi praec. ortum: *Ern.* Hoc substituere Ob. Lün. Bekk. „Sed *suburbana* crimina opponuntur longinquis et in *provincia Asia* commissis, ad quae eruenda profectione in Asiam et *inquisitione annua* opus erat: nam *suburbanum* etiam in universum denotat, quod *obvium* neque longinquum est, ut Cic. Verr. 2, 3. *suburbanitas huiusce provinciae*, Plin. ep. 8, 24. *ne in longinqua provincia*

(Bithynia) *quam suburbana* (Achaia) *humanior videaris.*" *Walth.* Cf. ad 3, 47. extr. *sub urbana* coni. Kiessl. quod minus arridebit. — *Ii* (testes) omnes edd. praeter Spir. in qua est *hi*, ut in MSS. Harl. Ies. Guelf. quod h. l. melius convenit; *Walth.* — *Q. Pomponium ad necessitatem belli civilis detrusum*, v. ad 11, 13, 1. — *Iuliam Drusi filiam Sabinamque Poppaeam ad mortem actas*, cf. cap. 32. et 11, 2. — *Valerium Asiaticum*, cf. 11, 1. 2. — *Lusium Saturninum, Cornelium Lupum*, cf. Sen. apocol. et de hoc Eckhel. doctr. num. T. II. p. 302. — *Equitum Rom. agmina damnata*, v. Suet. Claud. c. 29.

2. *Ille — defendebat*, in defensione dicebat, ut c. 44. *obtestans* pro: obtestando dicens; *Walth.* Cf. Ind. 2. ad 1, 39. et 6, 21. — *ex his*: in MS. Bud. *ex iis*. — *ex commentariis patris sui*, cf. ad H. 4, 40. extr. *patris sui* adoptivi, Claudii. — *coactam*, eo iubente susceptam; *Ern.* — *iussa Messalinae praetendi*, cf. 11, 1. *protendi* MS. Bud. et ed. Spir. — *labare defensio*, v. ad 2, 26. — *Cur enim neminem alium delectum* cet. verba accusatorum, quibus significant, Suillium Messalinae visum ceteris aptiorem. *delectum* MSS. Flor. Reg. Corb. Agr. edd. Spir. Ryck. Iac. Gron. sqq. *electum* MSS. Bodl. Bud. edd. cet. *neminem allectum* MS. Guelf. fortasse pro *neminem alium lectum*. — *saevienti* Messalinae. — *scelera ipsa aliis delegent*, „h. e. in alios auctores transferant, ut ap. Cic. p. Font. 4. *crimen optimis nominibus delegare*, h. e. ad eos transferre, qui se id fecisse officii causa fateantur: quod proprie dicitur in re pecuniaria de eo, qui debitum solvit per attributionem, (quae vulgo *assignatio* vocatur) *delegato*, remisso creditore ad alium, a quo pecuniam accipiat." *Ern.* ad h. l. et in clave Cic. Cf. Gron. obss. 1, 20. — *adempta bonorum parte* cet. Cf. ad 3, 68. et Cuiac. obss. 6, 23. — *aviae* MS. Flor. (teste Iac. Gron.) edd. Brot. Ob. sqq. *avi* MSS. cet. et edd. vet. *patris et avi* ed. Spir. — *in insulas Baleares pellitur*, v. ad 1, 3, 6. — *in ipso discrimine* MS. Guelf. edd. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 2. 3. sqq. *ipso discr.* edd. Spir. Put. 1. 2. Rhen. 1. Sed de tempore, non de vi discriminis hic sermo est; *Walth.* — *secretum illud*, cf. ad H. 3, 63. — *Nerullinum* MS. Flor. (test. Ryck. et Furia) ed. Bekk. *Nerulinum* MS. Vat. 1958. et edd. cet. *Verulinum* MS. Vat. 1863. 1864. Corb. Ies. *Verullinum* MS. Agr.

CAPUT XLIV.

Per idem tempus Octavius Sagitta plebei tribunus Pontiae mulieris nuptae amore vecors ingentibus donis adulterium et mox, ut omitteret maritum, emercatur suum matrimonium promittens ac nuptias eius pactus. Sed ubi mulier vacua fuit, nectere moras, adversam patris voluntatem causari repertaque spe ditioris coniugis promissa exuere. Octavius contra modo conqueri, modo minitari, famam perditam, pecuniam exhaustam obtestans, denique salutem, quae sola reliqua esset, arbitrio eius permittens. Ac postquam spernebatur, noctem unam ad solatium poscit, qua delenitus modum in posterum adhiberet. Statuitur nox et Pontia consciae ancillae custodiam cubiculi mandat. Ille uno cum liberto ferrum veste occultum infert. Tum, ut assolet in amore et ira, iurgia, preces, exprobratio, satisfactio, et pars tenebrarum libidine seposita. Ex qua aestu incensus nihil metuentem ferro transverberat et accurrentem ancillam vulnere absterret cubiculoque prorumpit. Postera die manifesta caedes, haud ambiguus percussor; quippe mansitasse

una convincebatur. Sed libertus suum illud facinus profiteri, se patroni iniurias ultum esse. Commoveratque quosdam magnitudine exempli, donec ancilla ex vulnere refecta verum aperuit; postulatusque apud consules a patre interfectae, postquam tribunatu abierat, sententia Patrum et lege de sicariis condemnatur.

1. *mulieris nuptae:* voc. *nuptae* omissum in MS. Ies., alia manu additum in MS. Harl. et superscriptum in Guelf. — *ut omitteret maritum,* v. ad c. 46. n. 2. et ad 3, 47, 1. — *mulier vacua fuit,* v. ad 1, 3, 2. — *nectere moras,* v. ad 2, 42, 1. et Ind. II. — *adversam:* in MS. Agr. *aversam,* in ed. Spir. *adversus.* — *contra modo* omissa in MSS. Guelf. Bud. — *obtestans,* v. ad c. 43. n. 2. *obstentans* MS. Guelf. — *reliqua* MSS. Guelf. a m. sec. Bodl. in marg. et edd. Spir. Ber. (ad quam nihil dixit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *relicta* MSS. Guelf. a m. pr. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. — *spernebatur:* „verbum propr. in re amatoria, quum non redamere, sed fastidiare: de quo copiose Broukh. ad Tibull. 1, 4, 77. p. 93. — *delenitus* MS. Flor. (teste Vict.) et ed. Walth. *delinitus* edd. cet. Cf. ad 11, 37, 1. — *modum in posterum adhiberet amori. in postremum* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. — *cubiculi*: in MS. Agr. et ed. Spir. *cubilis,* in MS. Guelf. *cubili.* — *ut assolet* sc. fieri. v. ad 1, 24. extr. Burm. ad Suet. Ner. 34. et Drak. ad Liv. 36, 23. — *in amore et ira:* „h. e. inter eos, qui amore et ira simul invicem utuntur, ut 2, 57. *ira et dissimulatio.*" *Walth.* — *iurgia, preces, exprobratio, satisfactio,* purgatio; *Ern.* *In amore haec omnia insunt vitia: iniuriae, suspiciones, inimicitiae, induciae, bellum, pax rursum* Terent. Eun. 1, 1, 14 sqq. — *et pars tenebrarum libidine seposita* MSS. et edd. omnes. Multi corr. *libidini seposita* h. e. tributa vel reservata, ut 2, 59. 6, 19. 13, 19. 54. 14, 54. 15, 60. H. 1, 1. G. 29. Agr. 31. „Cf. Gierig. ad Plin. pan. 57, 4. Cave tamen, ne illam mutationem admittas. Nam *partem tenebrarum libidini seponere* minime est *parte ten. uti ad libidinem,* sed potius ea non uti nunc, ut alio tempore utaris ad libidinem, (aufsparen für, ut 14, 54.) quod ab h. l. alienum puto. Alii *seposita* interpretantur *exacta, peracta, absumpta, consumpta.* Est sane *seponere* synon. verbi *amovere,* ut 1, 53. 2, 59. 4, 21. 4, 31. ubi *amovere* ita dicitur ut *seponere* 3, 12. 4, 44. H. 1, 13. 46. 88. 2, 33. 63. Hinc *seposita* erit *peracta:* nam tempus amovetur, dum peragitur. Rectius explicabis: *libidine* h. e. libidinose, (ut 4, 51. *catervis* pro *catervatim*) *seposita,* separata, seorsim posita, (abgesondert) i. e. ita ad libidinem adhibita, ut *iurgia, preces* cet. non essent admixta." *Walth.* — *ex qua,* post quam, qua sc. libidine peracta, satiata, *aestu* irae, furoris, *incensus,* ut ap. Virg. Aen. 4, 532. *et quastim census* MS. Flor. teste Iac. Gron. non Pich. Vict. Furia. *et questu incensus* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. usque ad Brot. *et quaestum census* MS. Bud. a m. pr. *et quaestu incensus* idem a m. sec. *et quaesiti census* MSS. Reg. Corb. Agr. ed. Spir. *qua statim inc.* scripsit Brot. *ex qua succensus* Bip. *ex qua incensus* Bekk. et Kiessl. *ex qua* (post quam) *statim* (ita ut nihil aliud intercederet, iurgium, questus vel tale quid) *incensus* Walth. *ex qua aestu incensus* Oberl. et Lün. quos secutus sum. *et quasi incensus* (sc. amore ex usu libidinis, simulans se remollitum) coni. Iac. Gron. *atque ita* vel *sic infensus* Ern. *atque aestu incensus* Hiller. racem. 9. *Exin oestro incensus* Cramer ad Schol. Iuvenalis p. 272. *atque statim incensus* Kiessl. — *vulnere absterret,* ne opem ferat. — *prorumpit*: in MS. Ies. *prorupit.*

2. *ultum esse:* Lipsius malebat *ultum isse.* — *commoveratque:* in MS. Bud. *commoverat.*" Sed *que* bene et e Taciti usu adest, ut 1, 56. 2,

37. 52. 11, 35." *Walth.* — *commoveratque quosdam magnitudine exempli donec ancilla ex v. r. verum aperuit:*" ante *donec* plura sunt intelligenda, quae scriptor brevitatis amans omisit. Similiter 6, 17. 44. 12, 43 H. 3, 61. 4, 43. Liv. 21, 46." *Roth.* ad Tac. Agr. p. 259. — *postulatusque*, cf. ad 1, 74, 1. — *apud consules a patre interfectae* Pontiae. *a parti* vitiose edd. Ob. Weik. Naud. al. — *postquam tribunatu abierat:* nam magistratus accusari non possunt; *Ern.* Cf. ad 4, 19, 1. — *sententia Patrum et lege de sicariis condemnatur:* „Sic *lege damnari* 14, 40. et al non *ex lege*, quod perperam h. l. substituere Oberl. Lün. Kiessl. et emend. Ern. Condemnatum dicit auctor et quibus iudicibus, (nam al aliis etiam iudicari poterat) et qua lege." *Walth.* *lege de sicariis* MSS Flor. Reg. Corb. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. edd. Iac. Gron. Ern. sqq. *lege Cornelia de sicariis* edd. vet. ante illam Gron. Adiecta vox e glossa significatur autem lex Cornelia lata a. U. 673. a L. Cornelio Sulla dict *de sicariis*, quae etiam *lex Corn. de parricidiis* et *de veneficiis* dicitu et qua quaestio perpetua de sicariis, de caede, veneficiis, parricidiis coitionibus, corruptis iudiciis constituta est, poena autem deportatio, cu deinde a Caesare adiecta bonorum proscriptio. v. Suet. Iul. c. 42. Cic p. Cluent. c. 56. L. 1. pr. §. 1. D. ad L. Corn. de Sicar. et L. 1. pr. D ad L. Pompon. de parricid. Gravina orig. iur. civ. p. 721 sqq. Alia *le Cornelia* 14, 40 extr. scil. de falsis. *sicariis* MSS. Flor. (teste Vict. Guelf. edd. Spir. Lips. sqq. *siccariis* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1 2. 3. Ald.

CAPUT XLV.

Non minus insignis eo anno impudicitia magnorum re publicae malorum initium fecit. Erat in civitate Sabina Poppaea T. Ollio patre genita, sed nomen avi materni sumpserat illustri memoria Poppaei Sabini consularis et triumphali decor praefulgentis: nam Ollium honoribus nondum functum amicitia Seiani pervertit. Huic mulieri cuncta alia fuere praeter honestum animum. Quippe mater eius aetatis suae feminas pulchritudine supergressa gloriam pariter et formam dederat opes claritudini generis sufficiebant; sermo comis nec absurdum ingenium; modestiam praeferre et lascivia uti; rarus in publicum egressus idque velata parte oris, ne satiaret aspectum vel quia sic decebat. Famae nunquam pepercit maritos et adulteros non distinguens, neque affectui suo aut alieno ob noxia: unde utilitas ostenderetur, illuc libidinem transferebat. Igitur agentem eam in matrimonio Rufii Crispini Equitis Romani, ex quo filium genuerat, Otho pellexit iuventa ac luxu quia flagrantissimus in amicitia Neronis habebatur: nec mora quin adulterio matrimonium iungeretur.

1. *magnorum* MSS. Flor. Corb. edd. Spir. Pich. sqq. *maiorum* MS Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. edd. cet. Sed superior annus non tale m lum attulerat; *Ern.* — *fecit:* in MS. Agr. *fuit.* — *Sabina Poppaea* (propr. *Poppaea Sabina*, de quo v. ad 3, 75, 1.) de qua v. Ind. I. *T. Ollio:* in MSS. Farn. Agr. *T. Ellio.* — *illustri memoria*, propt eam. Cf. Ind. III. v. *Ablativi Substant. absolute positi.* — *Poppaei Sabini*, cf. Ind. I. — *consularis* (nam consul fuit a. U. 762.) *et triumph decore* (insignibus triumphal.) *praefulgentis:* ita MS. Guelf. et ed. Sp *consularis et triumphalis* (h. e. viri cons. et tr.) *decore pr.* MS. Fl

(teste Vict.) ed. Walth. *consulari et triumphali d. pr.* edd. Put. 1. 2. sqq. Nulla harum lectt. a Taciti stylo aliena est. — *Oppium honoribus nondum functum:* atqui *quaestorium* eum fuisse Suet. Ner. c. 35. autumat; *Lips.* Itaque vel dissensus, ut saepius, est scriptorum, vel Tacitus *honores* angustiore sensu curules s. maiores dixit; Baumgarten - Crus. ad Suet. l. l. „Hoc verum est: nam H. 2, 1. Tito tribuitur *matura petendis honoribus iuventa,* licet Titus tunc quaesturam iam gessisset. v. Suet. Tit. c. 4." *Walth.*

2. *mater eius* (Poppaea Sabina) *aetatis suae* cet. Cf. 11, 2. 4. — *aetatis suae feminas pulchritudine supergressa,* v. ad Agr. 1. n. 1. — *formam dederat* non minus pulchram filiae. Haec quoque pulchritudinem et candorem cutis augebat unguentis, quae ab ea dicebantur *Poppaeana,* et lacte asinarum: unde ubivis quingentas vel sexcentas asellas secum traxisse perhibetur. v. Dio 62, 28. (ubi cf. Reimar.) Plin. 11, 41. s. 96. 28, 12. Iuvenal. 6, 462. — *nec absurdum ingenium,* v. ad cap. 14. n. 1. — *modestiam praeferre,* prae se ferre, ostendere, prodere, ut Agr. 11. Liv. 7, 5. 27, 34. 37, 37. 39, 28. vel iactare, de quo v. ad 2, 53. — *velata parte oris, ne satiaret aspectum, vel quia sic decebat* eam pulchritudinem sic augebat, ut ap. Hieron. ad Marcellam: *quando in publico quasi per verecundiam operit faciem* sc. rica, *lupanarium arte id solum ostendit, quod ostensum magis facere potest.* Cf. Böttigeri Sabina p. 318. ed. pr. (T. II. p. 44. ed. sec.) — *Famae nunquam pepercit,* non curavit unquam, qualis esset fama sua, utrum bonam servaret an perderet: nam *famae apud molles minima est iactura cathedrae* Iuvenal. 6, 91. — *neque affectui suo aut alieno obnoxia,* cf. ad 3, 58. extr. *et alieno* MS. Guelf. — *Igitur agentem* (v. ad 1, 68, 1.) *eam in matrimonio Rufii Crispini Eq. Rom. ex quo filium genuerat,* v. ad 11, 2, 1. *agentem eam matrimonium* ed. Spir. *Rufii Crispini* edd. Ryck. sqq. *Rufi Crispini* edd. Lips. Pich. Iac. Gron. et Bekk. *Rufi Crispi* MSS. Flor. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. Agr. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. *Ruffi Crispi* ed. Spir. Male. *Crispus* enim *Crispini* pater fuit, de quo v. Suet. Ner. 35. Sen. Oct. 4, 1, 730. et Plut. in Galba. Cf. ad 12, 42, 1. — *Otho pellexit iuventa ac luxu,* v. ad 4, 3. — *flagrantissimus in amicitia Neronis,* cf. cap. 12. H. 1, 13. et supra ad 11, 29, 1. — *quin adulterio matrimonium iungeretur,* cf. cap. 46. sed paulo aliter res narratur H. 1, 13. a Suet. Oth. c. 3. Xiphil. 61, 11. et Plut. in Galba c. 19. 25. p. 1061. scil. Poppaeam a Nerone prius quam ab Othone perdite fuisse amatam et ab hoc in illius gratiam marito abductam, nuptiarum vero specie receptam et depositam apud Othonem, donec Caesar Octaviam coniugem repudiasset. „Tacitus Historias prius quam Annales composuerat et certiora edoctus ea h. l. tradidisse videtur." *Brot.* Ita non solvitur nodus, quia non Taciti tantum narratio H. 1, 13. diversa est, sed eadem quoque aliorum. „Utraque tamen conciliari posse videtur, si huius operae pretium est." *Walth.*

CAPUT XLVI.

Otho sive amore incautus laudare formam elegantiamque uxoris apud Principem, sive ut accenderet ac, si eadem femina potirentur, id quoque vinculum potentiam ei adiiceret. Saepe auditus est consurgens e convivio Caesaris, *se ire ad illam sibi concessam* dictitans *nobilitatem, pulchritudinem, vota omnium et gaudia felicium.* His atque talibus irritamentis non longa cunctatio interponitur. Sed accepto aditu Poppaea primum per blandimenta et artes valescere, imparem cupidini se et forma

Neronis captam similans; mox, acri iam Principis amore, ad superbiam vertens, si ultra unam alteramque noctem attineretur, *nuptam esse se* dictitans *nec posse matrimonium amittere devinctam Othoni per genus vitae, quod nemo adaequaret. Illum animo et cultu magnificum; ibi se summa fortuna digna visere. At Neronem, pellice ancilla et assuetudine Actes devinctum nihil e contubernio servili nisi abiectum et sordidum traxisse.* Deiicitur familiaritate sueta, post congressu et comitatu Otho, et ad postremum, ne in Urbe aemulatus ageret, provinciae Lusitaniae praeficitur, ubi usque ad civilia arma non ex priore infamia, sed integre sancteque egit, procax otii et potestatis temperantior.

1. *Otho sive amore incautus* cet. ut Candaules ille ap. Iustin. 1, 7. cuius et vecordia et fatum fuit simile; *Lips.* — *laudare formam el. ux. ap. Principem:* haec verba Acidalius post *adiiceret* et Ernestius post *Otho* ponenda censebat. „Immo verba *incautus laudare* explicanda sunt ut *non extimuit fateri* 11, 1. et similia, ac virgula post *adiiceret* ponenda pro puncto.“ *Walth.* Sed neque ordo neque distinctio verborum est quod mutetur, et *laudare* id. qd. *laudavit.* — *ut accenderet* Neronem. — *id quoque vinculum potentiam ei adiiceret,* potentiam eius augeret. Eadem de Macrone traduntur 6, 45. *petñtia ea diceret* ed. Spir. vitiose pro *potentiae adiiceret,* quod arrisit Ernestio et Kiessl. ita tamen ut illi *potentiae* in secundo, huic in tertio casu positum videretur. — *se ire ad illam sibi concessam* (a diis vel fatis) *dictitans nobilitatem* (ad feminam illam nobilissimam) edd. Lips. sqq. sed virgula post *illam* posita. *seque* e MS Flor. enotatum a Iac. Gron., non ab aliis, et receptum a Walthero, u copula *que,* virgula post *illam* sublata, nectat duo participia *consurgen* et *dictitans* h. e. dictitans in consurgendo: quae ratio non multis, opinor, satisfaciet. *se ire ad illam: ibi concessam dictitans* cet. MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Gryph. *se ire ad illam ubi conc. dictitans* MSS. Flor. Reg. et ed. Spir. *se ire ad illam ubi conc. dictitaret* MSS. Corb. Bud. Agr. *sibi concessam a di iactans* vel *dis dignam nobilitatem* corr. Lips. et *saepe auditus est, cu surgens — dictitaret* Ern. *divinitus* coni. Perizon. anim. hist. p. 17 pro *dictitans,* quod sane parum h. l. aptum, (*auditus est consurgen dictitans*) et glossema esse videtur.

2. *accepto aditu,* impetrato a Nerone et ad illum. — *imparem cupidini se:* hoc *se* omissum in MSS. Corb. Reg. Bud. (a m. pr.) Agr. deletum ab Oberl. *in partem cupidinis* MS. Reg. et ed. Spir. Copula ante *forma* abest a MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Deinde *similans* M Flor. test. Vict. Cf. ad 1, 28. et G. 9. n. 6. — *vertens* se. v. ad 4, 4 — *attineretur,* v. ad 1, 35. *attineret* ed. Spir. — *se* deest in M Guelf. — *amittere,* omittere, dimittere, ut c. 44. Cf. ad 2, 71. 3, 47, 14, 26. O. 5. n. 3. Drak. ad Liv. 7, 34. Bremi et Goerenz. ad Cic. fi 1, 17, 56. *omittere* MS. Agr. — *magnificum:* in MSS. Harl. Ies. Gue *magnifico.* — *digna* MS. Bud. (a m. sec.) edd. Spir. Lips. sqq. Cf. Ind. I v. *Homoeoteleuta.* *dignam* MSS. Bud. (a m. pr.) Bodl. Ies. Guelf. ed cet. — *visere:* in MS. Corb. *videri,* et Graev. coni. *videre.* Sed cf. In II. — „*At Neronem?* (cum irrisione) *Pellicem* esse *ancillam* cet. scrib. pro vulg. *at Neronem pellice ancilla* (h. e. Acte) *et adsuetudine Ac* (pellicis ancillae) *devinctum,* quae est inepta tautologia. *pellicen ancill* MS. Flor. teste Vict. *at Neronis pelicem ancillam* ed. Spir.“ *Walth.* Quae s mira. De *Acte* v. cap. 12. et ibi nota 1. *nihil* MSS. Flor. (in quo *nichil* te Furia) Guelf. edd. Spir. Bekk. *nil* edd. cet. *actis devinctum nihil* N

Guelf. *actis devictum nihil contubernio — congressum et comitatum* ed. Spir. — *e contubernio servili* proprie dicitur, quia contubernium, non nuptiae cum servis; *Lips. — nil nisi abiectum et sordidum,* v. ad 14, 29, 2.

3. *ad postremum* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Reg. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Brot. Bekk. Kiessl. Walth. *postremo* edd. cet. — *ne in Urbe aemulatus ageret,* partes aemuli, rivalis ageret, Germ. Nebenbuhlereien treiben. Id h. l. unice verum, etsi horrendum dictu visum Walthero, qui putabat *aemulatus* esse partic. depon. praet. ἀορίστως positum pro *aemulo* et *ageret* pro viveret, esset. Sed nusquam simpl. *aemulatus* ita dicitur, et perperam vir doctus provocavit ad H. 3, 66. ubi, quod mireris, scripsit *exstincto aemulato,* et ad 2, 56. 3, 30. H. 3, 81. quibus locis hoc verbum iungitur accusativo rei et personae, ut saepissime. Otho *Poppaeam adeo dilexit, ut ne rivalem quidem Neronem aequo tulerit animo* Suet. Oth. 3. — *provinciae Lusitaniae praeficitur,* ut amoveatur. Cf. Suet. Oth. 3. et de Rufio Crispino Urbe pulso, quod Poppaeam quondam matrimonio tenuerat, infra 16, 71. — *usque ad civilia arma,* bella, a Galba, Othone et Vitellio gesta. — *non ex priore infamia,* cf. ad G. 7. n. 1. — *integre sancteque egit,* vixit. Cf. Ind. II. et de re Suet. Oth. 3. — *procax otii* cet. Brevius dictum pro: ut ita *procax otii,* (in otio, tempore vitae sine potestate acto) *potestatis* autem *temperantior* fuisse videatur; *Walth.* — „*procax otii,* otio lasciviens, nisi otii dictum, ut *domi, militiae, belli.*" Roth. ad Tac. Agr. p. 264. — *egestatis* pro *potestatis* MSS. Corb. Vat. *temperatior* MS. Harl. et ed. Spir. *temperator* MS. Agr.

CAPUT XLVII.

Hactenus Nero flagitiis et sceleribus velamenta quaesivit. Suspectabat maxime Cornelium Sullam, socors ingenium eius in contrarium trahens callidumque et simulatorem interpretando. Quem metum Graptus ex libertis Caesaris, usu et senecta Tiberio abusque domum Principum edoctus, tali mendacio intendit. Pons Mulvius in eo tempore celebris nocturnis illecebris erat, ventitabatque illuc Nero, quo solutius Urbem extra lasciviret. Igitur regredienti per viam Flaminiam compositas insidias fatoque evitatas, quoniam diverso itinere Sallustianos in hortos remeaverit, auctoremque eius doli Sullam ementitur, quia forte redeuntibus ministris Principis quidam per iuvenilem licentiam, quae tunc passim exercebatur, inanem metum fecerant. Neque servorum quisquam neque clientium Sullae agnitus, maximeque despecta et nullius ausi capax natura eius a crimine abhorrebat: perinde tamen quasi convictus esset, cedere patria et Massiliensium moenibus coerceri iubetur.

1. *flagitiis et sceleribus,* de quarum vocum significatione et synon. et diversa v. ad G. 12. n. 6. *sceleribus et flagitiis* ed. Spir. — *Cornelium Sullam* Faustum consularem, Claudii generum, de quo v. 12, 52 pr. 13, 23. 14, 57. — *socors ingenium eius in contrarium trahens callidumque et simulatorem interpretando,* ut 14, 57. *Sullam simulatorem segnitiae, dum temeritati locum reperiret,* et H. 4, 86. *cuius disparem mitioremque naturam contra interpretabatur.*" „Saepe sic evenit ut, qui maxime ambitiosi, occultent. Pulchre et ad Taciti lucem Seneca in Oedipo v. 682. *certissima est regnare cupienti via, laudare modica et otium ac somnum*

loqui: ab inquieto saepe laudatur quies." Lips. — *Graptus ex libertis Caesaris*, cf. ad H. 3, 70, 1. et Ind. II. v. *E, s.*, — *Tiberio abusque* (ut 15, 37.) edd. Oberl. sqq. ex felici emend. Lipsii. *Tiberio avo usque domum* MSS. Flor. Vat. *Tiberio avo usque ad domum* MSS. Corb. Guelf. Agr. ed. Spir. *a Tiberio usque domum* edd. cet. — *domum Principum edoctus*, ut *solitas adulationes edoctum* H. 2, 90.

2. *Pons Mulvius*, XIV stadia ab Urbe distans, (unde *Urbem extra*) structus a M. Aemilio Scauro censore ad *viae Flaminiae* initium, unde Iuvenali 6, 32. *Aemilius pons* dicitur. v. Aurel. Vict. de vir. ill. c. 72. et Ammian. Marc. 27, 3, 9. „Erat prope locum, qui nuncupatur *Torretta:* nunc vero periit, et aestate adhuc videntur eius rudera." *Brot.* *Mulvius* MS. Agr. edd. Ern. Ob. sqq. *Milvius* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. et edd. ante Ern. Sed cf. ad H. 1, 87. 2, 89. 3, 82. Cort. et Kritz. ad Sall. Cat. c. 45. Drak. ad Liv., 27, 51. *in eo tempore*: MS. Guelf. *in illo t.* — *celebris* pro *celeber*. Cf. ad 2, 88, 2. — *nocturnis illecebris*, lupanaribus, quae ibi fuisse tradit Schol. Iuvenalis 6, 32. — *ventitabatque illuc Nero, quo solutius Urbem extra lasciviret*, cf. ad c. 25. n. 1. de nocturnis eius grassationibus. *ventabatque* MS. Vat. et ed. Spir. *solitius* MS. Flor. teste Furia. *solutus* ed. Spir. *Urbem extra*, cf. Ind. III. v. *Praepositiones nominibus postpositae*. *extra urbem* ed. Spir. — *per viam Flaminiam*, cf. Ind. I. Haec fuit omnium antiquissima et celeberrima a C. Flaminio censore a. U. 533. Roma per Etruriam Arimino tenus perducta et ab Augusto munita; (v. Strab. V. p. 333. et Suet. Aug. 30.) diversa ab ea, quam C. Flaminius consul a Bononia ad Arretium stravit. v. Liv. 39, 2. „Ex h. l. et H. 3, 82. aliisque manifestum est, Flaminiam viam ad portam *Pincianam*, non *del Popolo* fuisse directam. v. Piranesi Antichita Romane T. I. p. 6. 7." *Brot.* In MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. et in ed. Spir. *flamineam*. — *Sallustianos in hortos*, Sallustii historici ad Collinam portam. Cf. ad 1, 6. H. 3, 82. Hard. ad Plin. 7, 16. Ruhnk. ad Vell. p. 353. „*Sallustiani horti*, ubi nunc Villa Belloni et Verospi, in qua a. 1745. repertae egregiae antiquitatis reliquiae. Tunc erant Principum. v. Digest. l. XXX. tit. de legatis leg. 39." *Brot.* De hortis illis potissimum consulendae epistolae Gernhardi et Gerlachi Vol. II. P. I. p. 25 sq. 31 sqq. *Salustianos* MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. quae scriptura probata a nonnullis et nuper a Lindemanno Corp. Gramm. Lat. T. I. p. 202. Sed v. Ephemer. lit. Hal. a. 1829. nr. 90. Kritz. ad Sall. Cat. in praef. p. XX sqq. — *Sullam* MS. Flor. (teste Vict.) et edd. rec. *Sillam* ed. Spir. *Syllam* MS. Guelf. edd. Put. l. 2. sqq. Cf. ad 1, 1, 2. — *iuvenilem:* in MS. Flor. et ed. Bekk. *iuvenalem*. — *maximeque despecta* — *natura eius* (abiecta indoles, ingenium, ut Agr. 4. O. 28.) *a crimine* tali *abhorrebat*, ut ap. Liv. 4, 44. et Cic. p. Coel. 4. *maximeque* MS. Flor. edd. Spir. Pich. sqq. *maxime* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. cet. — *perinde*, cf. Ind. II. *proinde* — *coniunctus* ed. Spir. — *Massiliensium moenibus coerceri*, cf. ad 1, 3, 6.

CAPUT XLVIII.

Iisdem consulibus auditae Puteolanorum legationes, quas diversas ordo plebsque ad senatum miserant, illi vim multitudinis, hi magistratuum et primi cuiusque avaritiam increpantes. Quumque seditio ad saxa et minas ignium progressa necem et arma proliceret, C. Cassius adhibendo remedio delectus. Quia severitatem eius non tolerabant, precante ipso ad Scribonios fratres ea cura transfertur, data cohorte praetoria, cuius terrore et paucorum supplicio rediit oppidanis concordia.

1. *auditae Puteolanorum legationes:* in MS. Agr. et ed. Spir. male *auditis Put. legationibus.* — *diversas:* in MSS. Harl. Ies. Guelf. Bud. *divisas.* — *ordo plebsque* MSS. Flor. (copula superne scripta) Corb. Bud. Agr. edd. Ryck. Iac. Gron. Ern. sqq. *plebs et ordo* ed. Spir. quod longe mollius; *Ern. senatorius ordo plebsque* vel *plebesque* MSS. Harl. Ies. Guelf. et edd. rel. Sed ut Romae *ordo amplissimus* et *florentissimus* pro senatu, sic in municipiis et coloniis *ordo* saepe pro senatoribus vel decurionibus ponitur; *Gron.* Cf. H. 2, 52. 5, 19. Cic. Verr. 2, 67. Plin. ep. 2, 11. Ammian. 22, 9. 25, 9. Gorius inscr. T. II. p. 189. 192. „Sic et *splendidissimus ordo et populus Puteolanorum* in vet. lap. ap. Capaccium hist. Puteol. p. 6." *Brot.* — *ad senatum* Romanum. — *primi cuiusque* ad singularem in senatu dignitatem relatum a Ryck. et Ern. ut *decem primi Amerini* Cic. p. Rosc. Am. c. 9. *magistratus et decem primi* Cic. Verr. 2, 67. (ubi v. Graev.) *deni principes* Liv. 39, 15. *decem primatus* et *decaproti* in Digestis.

2. *cumque seditio MS.* Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. Sed *eaque seditio* MS. Flor. (test. Vict. et Furia) et ed. Spir. Hinc Walther bene coni. *eaque seditio* — *progressa ne necem* cet. — *ad saxa et minas* MS. Guelf. et omnes edd. ante Oberl. *ad saxa, ad minas* MS. Bud. edd. Ob. Lün. Bekk. Walth. Sed non magna est auctoritas MS. Bud. et elegantior dictio non ubivis vera. — *proliceret* edd. Bern. Gron. Ryck. Bekk. Walth. *pelliceret* MS. Reg. ed. Spir. *perliceret* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. et edd. cet. „Sed hoc fit blanditiis, neque est h. l. Innumeri autem sunt loci, quibus *pro* et *per* (eodem paene compendio scripta) permutantur." *Walth.* — *C. Cassius,* de quo v. ad 3, 76. *G. Asinius* ed. Spir. — *Scribonios fratres* concordia opibusque insignes, Rufum et Proculum, qui ambo Germaniae utrique diu praefuere et a Nerone in Graeciam missi ac rei damnationem voluntaria morte praeverterunt. v. H. 4, 41. Xiphil. 63, 17. Eos L. Scribonii Libonis (de quo v. ad 2, 27.) filios aut nepotes fuisse suspicabatur Ryckius. *Scribonios* omnes libri h. l. praeter ed. Spir. in qua est *consobrinos:* sed *Scribonianos* multi H. 4, 41.

CAPUT XLIX.

Non referrem vulgatissimum senatus consultum, quo civitati Syracusanorum egredi numerum edendis gladiatoribus finitum permittebatur, nisi Paetus Thrasea contra dixisset praebuissetque materiem obtrectatoribus arguendae sententiae: *Cur enim, si rem publicam egere libertate senatoria crederet, tam levia consectaretur? Quin de bello aut pace, de vectigalibus et legibus, quibusque aliis Romana continentur, suaderet dissuaderetve? Licere Patribus, quotiens ius dicendae sententiae accepissent, quae vellent, expromere relationemque in ea postulare. An solum emendatione dignum, ne Syracusis spectacula largius ederentur? cetera per omnes imperii partes perinde egregia quam si non Nero, sed Thrasea regimen eorum teneret? Quodsi summa dissimulatione transmitterentur, quanto magis inanibus abstinendum?* Thrasea contra rationem poscentibus amicis *non praesentium ignarum,* respondebat, *eiusmodi consulta corrigere, sed Patrum honori dare, ut manifestum fieret, magnarum rerum curam non dissimulaturos, qui animum etiam levissimis adverterent.*

1. *civitati Syracusanorum:* in MS. Reg. et ed. Spir. *civitatem Sirac.*

— *numerum edendis gladiatoribus finitum,* definitum. v. ad G. 19. n. 14. „Augustus a. U. 732. edixit, μήθ' ὁπλομαχίαν πλεονάκις ἢ δὶς ἐν ἑκάστῳ ἔτει, μήτε πλειόνων εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν ποιεῖν. v. Dio 54, 2. Simile edictum antea a senatu. v. Suet. Iul. c. 10.“ *Lips.* Cf. eius Saturn. 1, 11, 12. et Suet. Tib. c. 34. In vet. inscr. ap. Ursat. monum. Patav. 1, 5. p. 217. et ap. Gruter. p. 352. mentio XXX parium; *Brot.* — *permittebatur:* in MS. Corb. *prohibebatur.* — *Paetus Thrasea,* v. Ind. I. — *materiem* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. Ber. Pich. sqq. *materiam* MS. Guelf. edd. cet. ante Pich. — *arguendae sententiae,* non in curia, sed in colloquiis privatis. — *libertate senatoria,* παῤῥησίᾳ Patrum libere censentium. — *consectaretur* scil. senatus. *consectarentur* ed. Spir. *consectarer* MS. Guelf. — *et legibus:* in MSS. Harl. Ies. Guelf. ed. Spir. *aut legibus.* — *quibusque aliis:* in MS. Harl. *quibuscumque aliis,* in Guelf. *quibuscum aliis.* — *Romana continentur* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *R. continerentur* MS. Corb. quod coni. Rhen. *R. contineretur* MS. Bud. *R. continetur* MS. Reg. ed. Spir. *res Romana continetur* ed. Brot. e coni. Lips. — *suaderet dissuaderetve? Licere Patribus* edd. Lips. sqq. *suadere dissuadereve licere patribus* MSS. Flor. Guelf. Bud. edd. Spir. Put. 1. Rhen. 2. 3. Ald. Ita et edd. Put. 2. Ber. Rhen. 1. sed omisso *ve.* — *Licere Patribus* — *relationemque in ea postulare,* v. ad 2, 33. — *perinde,* cf. Ind. II. *perinde egregia quam,* ut 6, 30. 13, 21. al. *perinde egregia quasi* coni. Acid. et sic MS. Reg. ed. Spir. — *Quodsi* MSS. Flor. Reg. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. Agr. edd. Spir. Iac. Gron. Ern. sqq. *quae si* edd. cet. — *transmitterentur,* cf. ad 14, 1, 2.

2. *eiusmodi* senatus *consulta corrigere* sc. se. — *Patrum honori dare,* cf. ad 1, 7, 8. — *etiam levissimis:* in MS. Guelf. *et lev.*

CAPUT L.

Eodem anno crebris populi flagitationibus immodestiam publicanorum arguentis dubitavit Nero, an cuncta vectigalia omitti iuberet idque pulcherrimum donum generi mortalium daret. Sed impetum eius, multum prius laudata magnitudine animi, attinuere senatores *dissolutionem imperii* docendo, *si fructus, quibus res publica sustineretur, deminuerentur: quippe sublatis portoriis sequens, ut tributorum abolitio expostularetur. Plerasque vectigalium societates a consulibus et tribunis plebis constitutas, acri etiam populi Rom. tum libertate; reliqua mox ita provisa, ut ratio quaestuum et necessitas erogationum inter se congruerent. Temperandas plane publicanorum cupidines, ne per tot annos sine querela tolerata novis acerbitatibus ad invidiam verterent.*

1. *crebris flagitationibus,* cf. Ind. III v. *Ablativi Substant. absoluti.* — *immodestiam publicanorum,* ut paulo post *cupidines* et *acerbitates,* ex avaritia natas; *Ern.* „De audacia et temeritate publicanorum queruntur Ulpian. Dig. lib. 39. tit. 4. de public. et vect. leg. 12. et Montesq. esprit des loix 13, 20.“ *Brot.* De *publicanis* eorumque *societatibus* v. ad 4, 6. — *vectigalia omitti* eorumque exactionem. *vect. remitti* coni. Pich. „Sed plus est *omittere* et id. qd. *sublatis portoriis* et *tributorum abolitio.*“ *Ern.* Sic Vespasianus πολλὰ τέλη ἐκλελειμμένα ἀνενεώσατο Xiphil. 66, 8. ut *omissa sub Galba vectigalia revocavit* Suet. Vesp. c. 16. (ubi cf. Duk. et Oudend.) et *quaestoria munera olim omissa revocarat* id. Dom. 4. — *idque pulcherrimum donum generi humano daret:* „Magnificum sane con-

silium, sed minime possibile et plus in eo ostentationis quam prudentiae: nam necessaria sunt tributa, quibus res publica sustineatur. Hinc merito Neronis *impetum attinuere senatores dissolutionem imperii* hanc esse seu fore *docendo*. Simul usurpatam in his Neroniani imperii initiis exactionem egregie commendant, quum profitentur, in vectigalibus *ita provisum esse, ut ratio quaestuum et necessitas erogationum* inter se congruerent. Nerone modestior, sed prudentior meliorque Tiberius. v. Suet. Tib. c. 32. Immortalitate vero digna fuit Imp. Hadriani vox et tanto laudabilior, quanto in hac imperii primum severitate, deinde luxu rarior: *ampliari imperium hominum adiectione potius quam pecuniarum copia malim.* v. Paulus Dig. l. 48. tit. 20. leg. 7." *Brot.* — *impetum eius*, repentinum animi ex honesto motum, ut c. 45. *impetus antiqui*, qui quodammodo excederet motum saeculi et antiquitati laudatae par esset; *Gron.* ad c. 54. — *attinuere senatores*, v. ad 1, 35. *att. seniores* malebat Lips. — *deminuerentur* edd. Lips. sqq. *diminuerentur* MS. Guelf. et edd. vet. Cf. ad Agr. 9. n. 4. — *sublatis portoriis sequens* scil. esse, ut *consequens esse* ap. Cic. de or. 2, 53. Tusc. qu. 5, 8. et de leg. 1, 5. De *portoriis, tributis* et *vectigalibus* proprie sic dictis v. ad 1, 11.

2. *Plerasque vectigalium societates*, cf. ad 4, 6. *Pl. vect. necessitates* coni. Rhen. Mur. Acid. male provocantes ad 1, 11. extr. Omne fere publicum a *societate* exercitum; *Gron.* — *acri etiam populi Rom. tum libertate*, cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita.* Sic MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *acri pop. R. tum lib.* ed. Spir. *acri etiam p. R. libertate* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *acri etiam tum p. R. lib.* cod. Urs. quod verum putabant Mur. Acid. et Walth. Cf. ad 1, 3, 2. Similiter 14, 39. *flagrante etiam tum libertate*, h. e. libertatis amore, studio, sensu. *ac etiam populi Rom. cum lib.* MS. Guelf. *acri libertate*, ut *acrius servitium* 6, 48. et *acrior libertas* G. 37. ubi cf. nota 12. „*tum* particula insolentius retracta, ut ap. Liv. 23, 26. 25, 31. 33, 36. 40, 21." *Walch.* emend. Liv. p. 197. — *erogationum* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *errogationum* ed. Spir. *irrogationum* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *congruerent:* in MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. *congruere*, ut in iisdem *superfundere* c. 55. extr. — *Temperandas plane:* in ed. Spir. *T. sane.* „Haud inepte: sed similiter 3, 34. *plane accinctis:* nam *sane* concedit; *plane* non solum concedit, sed asseverat etiam: sine dubio, aperte." *Walth.* — *novis acerbitatibus:* „novis vectigalibus eorumque nominibus inventis. Cf. c. 51. Cic. Verr. 3, 3, 78. Caes. b. civ. 3, 32. Nam publicani se iure suo uti et nihil nisi ex lege flagitare mentiebantur: quae latebra sublata est *legibus cuiusque publici proscriptis* (c. 51.) vulgatis de iis, a quibus exigeretur et quae deberent." *Gron.* — *tolerata ad invidiam verterent* scil. *publicani* vel potius *se*, h. e. verterentur; *Pich.* Cf. ad 4, 41, 2.

CAPUT LI.

Ergo edixit Princeps, ut leges cuiusque publici occultae ad id tempus proscriberentur; omissas petitiones non ultra annum resumerent; Romae praetor, per provincias, qui pro praetore aut consule essent, iura adversus publicanos extra ordinem redderent; militibus immunitas servaretur, nisi in iis quae veno exercerent; aliaque admodum aequa, quae brevi servata, dein frustra habita sunt. Manet tamen abolitio quadragesimae quinquagesimaeque, et quae alia exactionibus illicitis nomina publicani invenerant. Temperata apud transmarinas provincias

frumenti subvectio et, ne censibus negotiatorum naves adscriberentur tributumque pro illis penderent, constitutum.

1. *cuiusque publici*, quod in *publicum* h. e. aerarium, τὸ δημόσιον, redigeretur, vectigalis, ut saepissime. — *proscriberentur*, publico loco scriptae promulgarentur. — *petitiones* sc. debiti; *Ern.* — *Romae praetor — iura — redderet:* „Legem praetoris habet Ulpianus Dig. lib. 39. tit. 4. de publicanis et vectig. leg. 1. ubi praetor ait: *Quod publicanus eius publici* (ita scrib. pro *publicani*) *nomine vi ademerit quodve familia publicanorum, si id restitutum non erit, in duplum aut, si post annum agetur, in simplum iudicium dabo. Item, si damnum, iniuria furtumve factum esse dicetur, iudicium dabo. Si id, ad quos ea res pertinebit, non exhibebitur, in dominos sine noxae deditione iudicium dabo.*" *Brot.* — *in iis quae veno exercerent*, v. ad 4, 1. et 12, 63. extr. *in his* MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. Cf. ad c. 55. n. 1. et ad 2, 43, 1. — *aliaque admodum aequa* scil. *edixit Princeps.* — *frustra habita sunt*, neglecta. Cf. ad c. 37. n. 1. — *quadragesimae quinquagesimaeque* edd. Put. 1. 2. sqq. *quadringentesimae quinq.* MSS. Flor. (test. Vict. et Furia) Vat. 1863. 1864. 1958. Guelf. ed. Spir. *quadragintesimae quinq.* MSS. Harl. Bodl. Ies. „*Quadragesimae portorium* et *quinquagesimae vectigal* ap. Symm. ep. 5, 65. et 62. De hac quadragesima capio etiam Quintil. declam. 359. et Suet. Vesp. 1. Alia est quadragesima litium ap. Suet. Cal. 40. et quadrag. venalium." *Lips.* „Immo h. l. *quadragesima* est *litium*, de qua Suet. l. l. *exigebatur pro litibus atque iudiciis ubicunque conceptis quadragesima summae, de qua litigaretur.* Cf. Cuiac. obss. 6. 28. et Burman. de vect. P. R. c. 5. p. 65 sqq. 86. 87." *Ern.* „Recte, et alia est *quadragesima* mercium, de qua agi putabat Lipsius. Hanc minime abolevit Nero et remisit quidem Galba, sed non penitus sustulit. Cf. Burm. l. l. ubi bene defendit fidem Taciti adversus Spanhem. (de usu et pr. num. diss. XIII. T. II. p. 550 sq.) qui eam labefactari censebat numo Galbae, in quo XXXX *remissa* dicitur. *Quinquagesima* autem venalium fortasse eduliorum, quod portorium Caligula induxerat. v. Suet. Cal. 11. In gratiam plebis remissum fuisse macelli vectigal s. portorium, testatur Plin. 19, 4." *Brot.* — *et quae alia exactionibus — invenerant*, cf. ad c. 50. extr. *exactionibus* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *exauctionibus* MS. Bud. a m. pr. *ex auctionibus* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. *ex auctione* MS. Ies. *ex auctoribus* MS. Bodl.

2. *Temperata apud transmarinas provincias frumenti subvectio:* „scil. quae ex his provinciis fiebat Romam; nec cogitandum h. l. de illa re, de qua agitur Agr. 19. ubi v. nota 3. et 4. Nam *subvectio* proprium est verbum de vectura commeatuum et frumentorum, (Zufuhr, Transport) et de frumentis Romam subvehendis sermonem esse patet ex eo quod subvectio frumenti temperata est tantum apud provincias *transmarinas*, non apud omnes. *Temperata* autem h. l. non est id. qd. deminuta, sed ad certum modum redacta. Cogita de sublatis vecturae et emptionis incommodis, quae publicani creassent. Nam haec arte cohaerent cum seqq. et plena distinctio post *subvectio* est tollenda." *Walth.* Cf. ad 6, 13, 1. et 12, 55, 1. — *ne censibus adscriberentur*, in tabulas censuum referrentur; *Brot.* „Mutuare huic loco lumen a P. Fabro Sem. 1, 25." *Lips.* — *negotiatorum*, v. ad 2, 87, 1.

CAPUT LII.

Reos ex provincia Africa, qui proconsulare imperium illic habuerunt, Sulpicium Camerinum et Pomponium Silvanum,

absolvit Caesar; Camerinum adversus privatos et paucos saevitiae magis quam captarum pecuniarum crimina obiicientes. Silvanum magna vis accusatorum circumsteterat, poscebatque tempus evocandorum testium. Reus illico defendi postulabat, valuitque pecuniosa orbitate et senecta, quam ultra vitam eorum produxit, quorum ambitu evaserat.

1. *Reos ex provincia Africa*, accusatos post reditum, discessionem ex ea, ut fere 16, 23. *ex proconsulatu Asiae*, post eum, postquam ibi proconsul fuerat, et H. 3, 46. extr. *ex Asia.* — *qui proconsulare imperium illic habuerunt* MSS. Flor. Bud. a m. pr. Harl. Bodl. Ies. et edd. primae. *habuerant* MS. Bud. a m. sec. et edd. Rhen. 2. 3. sqq. „Sed *habuerunt* ἀορίστως dictum, ut *scripsit* 1, 53. *transtulit* 2, 62. *imposuit* 6, 32. *restiterunt* 12, 31. et tempus relativum etiam ab h. l. alienum est." *Walth.* — *Sulpicium Camerinum*, qui a U. 820. una cum filio interfectus est non aliam ob causam, quam quia Sulpicii *Pythici* ut Nero cognominati, vel potius *Poetici*, (v. Fasti) ὅτι Πυθικοὶ ἐκ προγόνων ἐπικαλούμενοι οὐκ ἐπαύσαντο πρόσρημα τοῦτ' ἔχοντες, ἀλλ' ἐς τὰς τοῦ Νέρωνος νίκας τὰς Πυθικὰς ἐκ τῆς ὁμωνυμίας ἠσέβουν Xiphil. 63, 18. *Supplicium Camelinum* MS. Flor. teste Furia. *Suplicium* ed. Spir. — *Pomponium Silvanum*: „fortasse scrib. *Pompeium Silvanum* vel *Poppaeum Silvanum*." Lips. De his v. Ind. I. Paulo post *pecuniarum captarum* MS. Guelf.

2. *valuitque pecuniosa orbitate et senecta*, ut H. 1, 73. *potens pecunia et orbitas bonis malisque temporibus iuxta valent.* Reus *ambitu evasit*, periculo exemptus et absolutus est propter testimonia et intercessionem heredipetarum. Cf. ad 3, 25, 1. et 13, 42, 2. *valuit* MS. Vat. 1864. et ed. Spir. — *ultra vitam eorum* MSS. Flor. (test. Iac. Gron. non Vict. et Furia) Corb. edd. Spir. Ern. sqq. *ultra eorum vitam* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. cet. — *ambitu*, cf. ad 4, 2. *ambitum* edd. Ber. et Rhen. 1.

CAPUT LIII.

Quietae ad id tempus res in Germania fuerant ingenio ducum, qui pervulgatis triumphi insignibus maius ex eo decus sperabant, si pacem continuavissent. Paulinus Pompeius et L. Vetus ea tempestate exercitui praeerant. Ne tamen segnem militem attinerent, ille inchoatum ante tres et sexaginta annos a Druso aggerem coercendo Rheno absolvit, Vetus Mosellam atque Ararim facta inter utrumque fossa connectere parabat, ut copiae per mare, dein Rhodano et Arare subvectae per eam fossam, mox fluvio Mosella in Rhenum, exin Oceanum decurrerent, sublatisque itineris difficultatibus navigabilia inter se occidentis septentrionisque litora fierent. Invidit operi Aelius Gracilis Belgicae legatus, deterrendo Veterem, ne legiones alienae provinciae inferret in studiaque Galliarum affectaret, formidolosum id Imperatori dictitans, quo plerumque prohibentur conatus honesti.

1. *Quietae ad id tempus res*: in ed. Spir. *Quietae res ad id t.* et paulo post *pervulgati* (ut MS. Guelf.) et *continuassent.* — *pervulgatis triumphi insignibus*, v. ad 1, 72, 1. Quod *decus* iam vulgare et hinc vile erat. — *pacem continuavissent*, continuam et perpetuam fecissent. — *Paulinus Pompeius* in inferiore *et L.* Antistius *Vetus* in superiore Germania legionibus praeerat. De hoc v. ad 4, 1, 1. de illo 15, 18. Plin. 33,

11. s. 50. et Sen. de brev. vitae c. 18. si hic idem est, ad quem Seneca hunc scripsit librum et cuius sororem Pompeiam Paulinam in matrimonio habuit, quod putabat Ryck. *et L. Vetus* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Agr. edd. Iac. Gron. sqq. *et Luetus* ed. Spir. *Vectus* MS. Guelf. sine copula, quae etiam deest in MSS. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Gron. — *Ne tamen segnem militem attinerent*, v. ad 1, 35. Eandem ob causam Corbulo militum opera fossam inter Mosam Rhenumque duxit, de quo v. 11, 20. — *ille inchoatum ante tres et sexaginta annos a Druso aggerem coercendo Rheno absolvit*: quam *molem a Druso Germanico factam, ne Rhenus prono alveo in Galliam rueret, disiecit* Civilis a. U. 824. v. H. 5, 19. Agger ille non fossa Drusiana, Isalae nunc cognomine insignis, vel Drusoburgum ad Isalam situm, (v. ad 2, 8.) sed in Gallica ripa humiliori ad divortium Rheni et Vahalis initium et in ea insulae Batavorum parte, quam proxime intrant venientes a Batavorum oppido; *Lips.* ad h. l. et *Ern.* ad H. 5, 19. „Cluverius contendit, eum fuisse in laeva Rheni ripa prope Durostadium et hac Rheni effusione natum tenuem alveum Leccam. Ei contradicit Pontanus de Rheni divortiis discept. XIII. in qua bene docet, illum supra Rheni divortium prope munimentum Schenckianum fuisse nec novum hac Civilis abactione alveum factum, sed in humiliorem Vahalis effusum. Patet autem hinc, iam dudum aquarum inopia laborasse dextrum Rheni alveum et qui inde derivatur Isalam, sed vetus esse malum, quod nullo certiore remedio quam illo vetere Drusi curari possit.“ *Ryck.* ad H. 5, 19. „Tacitus dicit H. 5, 19. *abacto amne* Rheno et per emissarium, quod nunc dicitur *Leck*, Galliis superfuso *alveum* eius adeo *tenuem* fuisse *inter insulam* Batavorum *et Germanos* s. Germaniam, ut *continentes terrae* viderentur. Ille *alveus tenuis* Plinio 4, 15. *modicus* dicitur hodieque *le Rhin* et prope Lugdunum in mare influit.“ *Brot.* Cf. Alting. in Notit. Germ. inf. P. I. p. 5. P. II. p. 44. et in Notit. Bat. et Fris. ant. T. I. p. 54. Cellar. G. A. T. I. l. II. c. 3. §. 6—20. Oberl. in Iungend. mar. fluv. omnis aevi moliminibus Argent. 1773. *tres et quadraginta annos* MS. Corb. quia numeri LXIII et XLIII permutati. *sex et sexaginta annos* corr. Ryck. quia Drusus a. U. 745. mortuus sit. Sed Tacitus repetit haec, ut solet, e prioribus annis; *Walth.* Post *Rheno* in MS. Guelf. adiectum *regno*, quod malae illius vocis repetitioni tribuit Stromb. — *Vetus Mosellam atque Ararim* (hod. *Mosel* et *Saone*) *facta inter utrumque fossa connectere paravit, ut copiae — fierent*: magnum et utile opus, neque dubium, quin nostra aetas illud exsecutura sit; *Oberl. Mosellam atque Ararim* edd. Put. 1. 2. Rhen. 2. 3 sqq. *Mosselamque a. A.* edd. Ber. Rhen. 1. *Moselamque* MS. Flor. *Mosella* H. 1, 71. 77. et in Ausonii Id. Mosella, sed *Musalla* in tab. Theodos. et *Musella* ap. Venant. Fort. *Ararim* omissum in MSS. Flor. (test. Vict. et Furia) Guelf. ed. Spir. — *per mare* mediterraneum. — *exin Oceanum*, mare German. Olim *oceanus* Atlanticum mare. *Parva quaedam insula est circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quem Oceanum appellatis* Cic. somn. Scip. 6. *dein oceanum* ed. Spir. — *itineris* MSS. Flor. Ies. Guelf. Bud. edd. Spir. Bekk. Walth. *itinerum* edd. cet.

2. *Invidit operi*, v. ad 1, 22. — *Aelius Gracilis* edd. Lips. sqq. *Helius Gracilis* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. 1. *Aelius Gracchus* MS. Agr. et libri a Lipsio et Vertr. collati, nescio qui. *eius Gracilis* ed. Spir. *Graccus* MS. Corb. „Ad h. l. conf. Marca Primat. Lugd. p. 160.“ *Ern.* — *Veterem* MSS. Flor. Agr. edd. Lips. sqq. *Vetere* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. cet. usque ad Lips. 2. *veteres* MS. Bud. a m. pr. — *ne legiones*: in ed. Spir. *et ne legiones.* — *in studiaque Galliarum affectaret*, cf. H. 1, 23. 4, 17. 66. *studiaque* edd. Lips. sqq. ex emend. Rhen. sed

in studiaque MS. Guelf. et edd. vet. quod non damnandum. „*in studia affectare* Tacitus dixit pro *studia affectare*, ut 5, 7. *multa foedaque in Blaesum incusare*, 6, 17. *in solidum appellare*, (Germ. das Ganze ansprechen) *accipere in omen*, *intrare in domum*, *conscendere in naves*.“ *Roth.* ad Tac. Agr. p. 159. 160. — *quo*: in MS. Flor. q^0, unde Pich. elicit *quomodo*: sed *quo* magis arridet; Oberl. Paulo post *cohibentur* MSS. Bud. Agr. elegantius iudicio Ern. non aliorum.

CAPUT LIV.

Ceterum continuo exercituum otio fama incessit, ereptum ius legatis ducendi in hostem; eoque Frisii iuventutem saltibus aut paludibus, imbellem aetatem per lacus admovere ripae agrosque vacuos et militum usui sepositos insedere auctore Verrito et Malorige, qui nationem eam regebant, in quantum Germani regnantur. Iamque fixerant domos, semina arvis intulerant utque patrium solum exercebant, quum Dubius Avitus, accepta a Paulino provincia, minitando vim Romanam, nisi abscederent Frisii veteres in locos aut novam sedem a Caesare impetrarent, perpulit Verritum et Malorigem preces suscipere; profectique Romam, dum aliis curis intentum Neronem opperiuntur, inter ea, quae barbaris ostentantur, intravere Pompeii theatrum, quo magnitudinem populi viserent. Illic per otium (neque enim ludicris ignari oblectabantur) dum consessum caveae, discrimina ordinum, quis Eques, ubi senatus, percontantur, advertere quosdam cultu externo in sedibus senatorum, et quinam forent rogitantes, postquam audiverant, earum gentium legatis id honoris datum, quae virtute et amicitia Romana praecellerent: *Nullos mortalium armis aut fide ante Germanos esse* exclamant, degrediunturque et inter Patres considunt. Quod comiter a visentibus exceptum quasi impetus antiqui et bona aemulatione. Nero civitate Romana ambos donavit; Frisios decedere agris iussit. Atque illis aspernantibus auxiliaris eques repente immissus necessitatem attulit, captis caesisve qui pervicacius restiterant.

continuo exercituum otio, cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita*. — *fama incessit*, v. ad 3, 26, 1. — *ereptum ius legatis ducendi in hostem* scil. exercitus. Verba traiecta pro vulg. *legatis ereptum ius ducendi*. Cf. ad 14, 2, 1. — *eoque* (ideoque) *Frisii* edd. Ber. sqq. *eoque phrysii* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. *et quae frisii* ed. Spir. — *per lacus*: in MS. Agr. *condentes*. — *admovere ripae* Rheni. Cf. ad G. 17. n. 4. — *agros vacuos* (v. ad 1, 3, 2.) *et militum usui sepositos*, v. ad G. 29. n. 9. — *Verrito et Malorige*, Germ. Werreit und Malrich. *Malarichus* gentilium rector et magister armorum in Galliis ap. Ammian. Marc. 15, 5, 6. 25, 8, 11. 25, 10, 6. — *qui*: in MSS. Flor. Guelf. *quia*. — *in quantum* (v. ad G. 45, n. 21.) *Germani regnantur*, cf. G. 11. 25. 43. et ad H. 1, 16. extr. *in quantum G. regnantur* MSS. Flor. Vat. 1863. edd. Pich. sqq. *in quam tunc* ed. Spir. *in quam tum* MSS. Bud. *in qua tum* MSS. Vat. 1864. 1958. Bodl. Guelf. edd. cet. *Germani* edd. Spir. Put. 1. 2. *Germanici* edd. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. *regnabant* MSS. Vat. 1864. 1958. Bodl. Bud. edd. ante Pich. *regebant* MS. Guelf. — *fixerant domos*: in MS.

Bud. edd. Rhen. 2. 3. aliisque *finxerant d.* Cf. ad G. 46. n. 7. — *utque patrium solum exercebant,* v. ad 11, 7, 1. *utque* edd. Ber. Rhen. 1. 2. 3 sqq. *atque* MSS. Guelf. Bud. edd. Spir. Put. 1. 2. — *Dubius Avitus,* „quem Neronis temporibus praesedisse Galliae et Germaniae inferiori significat Plin. 34, 7. s. 18. ubi in MS. Voss. *Dubius A.* sed in ceteris et in edd. *Vibius A.* quod et h. l. scribendum videtur.“ *Lips.* „Repudiant etiam *Dubius* pro barbaro et Romanis inaudito Hard. ad Plin. 1. 1. Bucher. Belg. Rom. V, 5. p. 163. Eccard. de orig. Germ. n. 35. p. 337. et Broterius. Sed tum multa Romae nomina barbara.“ *Ern.* In MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. et ed. Spir. cap. 56. princ. *habitus* pro *Avitus.* Cf. ad 11, 6, 1. *D. Vibius Avitus* coni. Iac. Gron. — *accepta a Paulino* Pompeio *provincia,* Germania inferiore. Cf. ad c. 53. n. 1. — *perpulit Verritum — suscipere,* cf. ad 11, 1, 2. — *Malorigem* edd. vett. ut et Bekk. Walth. *Malorigen* edd. Oberl. et deinde aliae.

2. *intravere Pompeii theatrum, quo* (ut) *magnitudinem populi viserent,* cf. ad 3, 72, 2. et 14, 20, 1. *popei theatrum* MS. Guelf. et paulo post *oblectantur* a m. pr. — *consessum caveae,* locos, ubi spectatores ludorum considerent, et quinam hi essent. *Cavea* est locus, in quo sedet populus in theatris, qui concavus est et profundus; *Forcell.* Erat triplex, ima, media et summa. v. Suet. Oct. c. 44. — *discrimina ordinum, quis* (quibus) *Eques, ubi senatus* sederet. — *percontantur* scripsi pro vulg. *percunctantur.* v. ad G. 11. n. 8. *percunctatur* MS. Guelf. et ed. Spir. — *advertere* (v. ad 12, 51. extr.) *quosdam cultu externo — aemulatione:* „Errat, me iudice, Suet. Claud. c. 25. ubi eximium hoc et antiquae Germanorum simplicitatis factum ad Claudii tempora retulit. Hunc vero honorem bene meritis sociis eorumque legatis habitum didici e Iustino 43, 5. Iosepho A. I. 14, 10, 6. et Xiphil. 68, 15. etsi vetuerat id ante, sua quadam causa, Augustus, interdicto tamen non firmo. v. Suet. Oct. c. 44.“ *Lips.* — *legatis:* in MS. Flor. *legum.* — *aut fide ante Germanos esse,* v. ad 1, 27, 1. et G. 24. n. 8. *aut fide* MS. Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3 sqq. *fidei* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam nihil notavit Vict.) Rhen. 1. *degrediunturque* MS. Flor. edd. Pich. sqq. *digrediunturque* MS. Guelf. et edd. vet. Illud praeferendum videtur: nam in cavea, ubi spectatores considebant, sedes infimae erant senatorum iuxta orchestram et Equitum in quatuordecim gradibus, mediae ac summae, vel honoratiores vel viliores, populi plebisque. Cf. tamen ad 4, 74, 2. — *comiter,* cf. ad 1, 76. — *quasi impetus antiqui* (v. ad c. 50. n. 1.) *et bona aemulatione,* cf. Ind. III. v. *Constructio verborum variata* et *Ellipsis* 1. *a.* „*bona aemulatione,* ut *bono exemplo* 1, 38. et *bonae societatis* 1, 58. ubi v. nota 1.“ *Walth.* *bona aemulatio* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. Alii coni. *boni aemulatio* et *boni aemulatione* et *bonae aemulationis* et *e bona aemulatione.* Sed proba est lectio antiqua. — *restiterant:* in MS. Ies. *resisterent.*

CAPUT LV.

Eosdem agros Amsibarii occupavere, validior gens non modo sua copia, sed adiacentium populorum miseratione, quia pulsi a Chaucis et sedis inopes tutum exsilium orabant: aderatque iis clarus per illas gentes et nobis quoque fidus nomine Boiocalus, *vinctum se rebellione Cherusca iussu Arminii,* referens, *mox Tiberio et Germanico ducibus stipendia meruisse; et quinquaginta annorum obsequio id quoque adiungere, quod gentem suam ditioni nostrae subiiceret. Quotam partem campi iacere, in quam pecora et armenta militum aliquando transmitterentur!*

Servarent sane receptos gregibus inter hominum famam, modo ne vastitatem et solitudinem mallent quam amicos populos. Chamavorum quondam ea arva, mox Tubantum et post Usipiorum fuisse. Sicuti coelum deis, ita terras generi mortalium datas, quaeque vacuae, eas publicas esse. Solem inde respiciens et cetera sidera vocans quasi coram interrogabat, *vellentne contueri inane solum? potius mare superfunderent adversus terrarum ereptores.*

1. *Amsibarii* vel *Ampsivarii*, Germ. Emsfahrer, Emsbauern, Emsmänner, qui ad *Amisiam* fl. in comit. Benthem. habitasse videntur. Cf. ad G. 34. n. 1. Mannerti geogr. T. III. p. 158. Wilhelm Germanien p. 135. Barth. Teutschl. Urgesch. §. 535. v. Wersebe über die Völker des alt. Teutschl. p. 97 sqq. Iis tamen inter Huntam et Visurgim, inter Cauchos et Cheruscos sedes assignat Reichard. German. p. 65. 66. *Amsibarii* MSS. Flor. (teste Furia) Bud. *Ampsivarii* ed. Bekk. ut c. 56. *Ampsivariis* et *Ampsivariorum* MSS. Flor. (teste eodem Furia) Vatic. et ed. Spir. *Ansivarii* et c. 56. *Atipsivariis* ed. Spir. *Ansibarii* MS. Harl. a m. sec. edd. Ber. Rhen. 2. 3 sqq. *Ansybarii* MSS. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. ut c. 56. — *copia*, copiis, vel multitudine. — *quia:* in ed. Spir. *quod*. Paulo post *exsilium postulabant* MS. Agr. et *auxilium postulabant* ed. Spir. — *Aderatque iis*, eorum causam agebat precesque iuvabat, quemadmodum reis *adesse* dicuntur patroni. *iis:* in MSS. Flor. (teste Furia) Corb. Harl. Ies. Guelf. Agr. et ed. Spir. *his*. Cf. ad 2, 43, 1. — *Boiocalus*, qui a partibus Segestis stetisse videtur ac fortasse cum eo exemptus iudicio capitali et apud Romanos exsul *stipendia meruit* memorata; *Gebauer* vest. iur. Germ. p. 63. *Boiocalus* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3 sqq. *boiaculus* MS. Reg. et ed. Spir. *Biocalus* MSS. Ies. Guelf. Infra c. 56. *bolocalo* MS. Flor. teste Furia. — *vinctum se:* in MS. Guelf. *victum se*, in ed. Spir. *vinctumque se*, quod non spernendum est, ut *fidus* et *referens* coniungantur; *Walth.* — *rebellione Cherusca*, unde Moser suspicabatur, Ansibarios motus adversus Varum auctores fuisse et ab Arminio instinctos. v. Roth. Hermann und Marbod. p. 53. — *Tiberio et Germanico ducibus* ab Augusto missis in Germaniam, ut Varianam cladem ulciscerentur; *Brot.* Copula *et* omissa in MS. Flor. et ed. Spir. — *et quinquaginta* MSS. Flor. Reg. Corb. Bud. (a m. pr.) Agr. edd. Spir. Kiessl. Walth. *quinquaginta* omisso *et* MSS. Bodl. Ies. Bud. a m. sec. Guelf. et edd. cet. in quibus male distincta verba: *stipendia meruisse q. a. obsequio. Id quoque* cet. „Libri veteres [nescio qui] *quadraginta*, et a clade certe Variana ad hoc aevum XLVI circiter anni sunt.“ *Lips.* Sed *quinquaginta* numero rotundo dictum; *Ern.*

2. *Quotam partem campi iacere* incultam, vacare, *in quam pecora et armenta militum aliquando*, non semper, *transmitterentur*, scil. agros vacuos et militum usui sepositos, quorum partem a Frisiis et Ansibariis occupatam Tacitus dixit c. 54 pr. et cap. 55 init. *Servarent sane* campos, agros hos nunc expulsis Frisiis *receptos*, recuperatos, (cf. c. 54 extr.) *gregibus*, pecorum et armentorum usui porro seponant *inter hominum famam*, intra terminos et locos, ubi homines esse et habitare perhibeantur, *modo ne vastitatem* cet., dummodo non mallent, alios et longe plures maioresque agros vastos esse et solitarios quam amicis relinqui populis. Cf. ad G. 29. n. 11. et ad Agr. 30. n. 4. Aliam sententiam ex his verbis elicuere alii. *Servarent sane receptos*, sepositos, *gregibus intra hominum famam*, iis tantum in regionibus, quas habitarent milites; *Brot.* „*Servarent sane*, retinerent agros vel campos *receptos gregibus*, his alendis concessos, datos: nam *recipi* eleganter dicuntur quae excipiantur, reservantur. v. Gron. ad Sen. consol. Marciae c. 10. *Inter ho-*

minum famam, si modo campi illi sint inter homines, locis habitatis, ubi homines sint.“ *Ern.* et similiter Gron. obss. 1, 4. „Boiocalus nomine Ansibariorum sedem petit genti, et primum quidem merita sua refert, quo dignus videatur, quem recipiant; deinde Romanos admonet locorum, quae sine incommodo suo Ansibariis concedere possint. *Quotam partem* cet. Iam pergit: *servarent* sc. Romani Ansibarios *inter hominum famam*, h. e. ab interitu defenderent, ne nomen suum e hominibus prorsus deleretur; de qua re *conservari* dixit Caesar B. G. 2, 12. 15. 28. Cupit autem Ansibarios servari *receptos gregibus*, in greges, immixtos gregibus, si nollent recipere in civitatem hominumque coetum. Desperantis verba sunt.“ *Walth.* Quae interpretatio ceteris praeferenda videtur. *Servarent sane receptus* (ita MS. Harl. a m. rec.) *gregibus inter hominum famem* (quod in MS. Agr. eadem manus superscripsit) vulgato substituerunt Gronovii et Ryckius ex emend. Freinsh. qui h. l. ita explicat: „*Quotam*, quam ingentem, *partem campi* cet. *Servarent sane* hos agros *gregibus receptui* vel *receptus*, h. e. tanquam receptacula, recessus, loca semota, quo se recipiant, ut Gr. ἀναχώρησις, etsi tot ita homines fame premantur, qui sustineri poterant ex his locis; modo ne ceteros campos *vastitatem mallent* esse, quam habitari ab amicis populis.“ *intra hominum famam* (ab, in iis regionibus, de quibus aliquid innotuerit hominibus, vel ab hominum nunc viventium memoria) dedere Bip. Brot. Ob. Lün. Bekk. Cf. Roth. ad Tac. Agr. p. 147. *exceptos* et *famem* coni. Lipsius; *receptum* sc. campum et *recepta gregibus infra hominum famam*, (Germ. fern behalten von der Menschen Kunde) Bötticher. — *vastitatem et solitudinem* synonyma, de quorum tamen differentia disputavit Doederl. de synon. lat. Vol. III. p. 226. ut de discrimine vocc. *inane* et *vacuum* Vol. I. p. 94. *Audistis, quae solitudo esset in agris, quae vastitas, quae fuga oratorum* Cic. Cf. ad 3, 4, 1. et 4, 50, 1. — *Chamavorum* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. edd. Rhen. 2. 3 sqq. Cf. ad G. 33. n. 2. *Clamavorum* ed. Spir. *Chamanorum* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Menapiorum* coni. Spener notit. Germ. ant. 4, 3, 30. — *Tubantum*, v. ad 1, 51, 1. *Sugambrum* vel *Sugambrorum* coni. Cluver. Germ. ant. 3, 12. — *Usipiorum*, v. ad G. 32. n. 2. *usipporum* MS. Guelf. ut c. 56. *Usippiorum* ed. Put. 2. *Usiporum* MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. — *Siculi* MSS. Flor. (teste Pich.) Harl. Ies. Guelf. Bud. edd. Spir. Ern. seq. *Sicut* MS. Bodl. edd. cet. — *deis* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Walth. ut c. 41. *diis* MS. Guelf. et edd. rel. — *quaeque vacuae* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. a m. pr. Corb. edd. Pich. sqq. q̃ *vacue* ed. Spir. *quaeque sint vacuae* MSS. Bud. a m. sec. Guelf. (nisi in hoc *quae* per comp. scriptum) edd. Rhen. 2. 3. Ald. al. *quue sint vacuae* MSS. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Sed *sint* est potius intell. et e marg. irrepsit. Cf. Ind. v. *Ellipsis* 1. *a.* et Beier ad Cic. de off. 1. p. 57. *quasque vacuas, eas publicas esse* scribendum censebat Gron. obss. 2, 14. „Parum recte: nam *quasque vacuas* in tali contextu non nisi de certis quibusdam terris dici potest, quas quis, postquam aliud de istis praedicavit, vacuas esse affirmat. Hic autem illud membrum adest ad explicandam alius membri notionem, eo sensu, ut ille publicas esse dicat, quae sint vacuae; in quo loco infinitivus cum accusativo intolerandus esset.“ *Walth.* „Male dicta haec generalia rei praesenti aptabant: nam terrae illae non omnino erant *vacuae*, sed pascendis pecoribus et armentis militum serviebant; quae iusta Romanis negandi causa. Nec minus iuste olim Romani ex Gallis Senonibus quaerebant, *quod ius esset agrum a possesoribus petere aut minari arma?* Liv. 5, 36.“ *Hugo Grot.* de iure belli ac pacis 2, 2, 17.

3. *Solem inde respiciens*, aspiciens, intuens, *et cetera sidera vocans*,

advocans, tanquam testes. Cf. ad 3, 35. 6, 27. 14, 8. et Ind. III. v. *Verba comp. pro simpl.* Germani *deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt et quorum aperte opibus iuvantur, Solem et Vulcanum et Lunam: ceteros ne fama quidem acceperunt* Caes. B. G. 6, 21. Cf. ad G. 9. n. 1. — *inde* edd. Spir. Put. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. *deinde* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3 sqq. Hoc potius glossema videtur et *inde* eodem sensu dicitur 1, 29. 44. et al. *idem* MS. Guelf. *respiciens* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2 sqq. *despiciens* MSS. Flor. Bud. Agr. edd. Spir. et Iac. Gron. qui perperam putabat, illum despexisse radios a sole in terram missos. „Sed *despicere* est etiam oculos alio vertere, Germ. hinwegblicken, ut ap. Cic. p. Rosc. Am. c. 8. Possis igitur intelligere virum a duce Romano despicientem coelum versus. Rhenanus coni. *aspiciens*, Heinsius *suspiciens* et *dispiciens*; quae varietas librorum opinionumque est etiam ap. Ovid. Met. 14, 173. Lectio certe h. l. Taciti non satis tuta est.“ *Walth.* Et *respiciens* et *vocans* e glossa ortum et commode abesse potest; *Grut.* et *Oberl.* — *superfunderent*: in MS. Flor. (test. Vict. et Furia) et ed. Spir. *superfundere*, ut *congruere* pro *congruerent* c. 50. „Teste eodem Vict. in MS. Flor. *velletne*, quod haud dubie ad unum *solem*, ut *siderum* potissimum referre possis. Nescio autem an ita *esse* ad *potius* intelligi possit.“ *Walth.*

CAPUT LVI.

Et commotus his Avitus: *patienda meliorum imperia. Id diis, quos implorarent, placitum, ut arbitrium penes Romanos maneret, quid darent, quid adimerent, neque alios iudices quam se ipsos paterentur.* Haec in publicum Amsibariis respondit: ipsi Boiocalo, *ob memoriam amicitiae daturum agros.* Quod ille ut proditionis pretium aspernatus addidit: *deesse nobis terra, in qua vivamus; in qua moriamur, non potest.* Atque ita infensis utrimque animis discessum. Illi Bructeros, Tencteros, ulteriores etiam nationes socias bello vocabant. Avitus, scripto ad Curtilium Manciam superioris exercitus legatum, ut Rhenum transgressus arma a tergo ostenderet, ipse legiones in agrum Tencterum induxit, excidium minitans, ni causam suam dissociarent. Igitur absistentibus his pari metu exterriti Bructeri et, ceteris quoque aliena pericula defendentibus, sola Amsibariorum gens retro ad Usipios et Tubantes concessit. Quorum terris exacti, quum Chattos, dein Cheruscos petissent, errore longo hospites egeni, hostes in alio, quod iuventutis erat, caeduntur: imbellis aetas in praedam divisa est.

1. *Avitus*, v. ad c. 54. n. 1. *Nec commotus his Avitus* coni. Lipsius. At verba viri satis prae se ferunt animi commotionem et in delenimentum composita sunt; *Walth.* Ad iram ea minus apte referunt Bip. et alii. — *Patienda meliorum imperia* cet. cf. Virg. Aen. 6, 852 sqq. *meliorum*, v. ad 12, 33. extr. *imperia ait. Diis* cet. malebat Lipsius. Sed intell. *ait* vel, quod paulo post adiicitur, *respondit*. — *diis, quos implorarent*, cf. ad c. 55. n. 3. — *quid darent, quid adimerent* MS. Bud. et omnes edd. etiam Ber. ad quam siluit Vict. *qui darent, qui ad.* MSS. Harl. Ies. Guelf. quod sequentibus bene convenit; *Ern.* Sed *quid* et his et praecedentibus. Cf. ad 15, 14, 1. — *quam se ipsos:* fortasse leg. *quam ipsos* sc. deos; *I. Fr. Gron.* coll. 15, 24. et Hor. od. 3, 1, 5. Sed tum Noster *illos*, non *ipsos* scripsisset; *Walth.* — *Haec in publicum*, palam

vel potius communiter, (v. ad 15, 12.) *Ansibariis respondit: ipsi Boiocalo* privatim: *ob memoriam* cet. *Ansibariis*, v. ad c. 55. princ. — *ut proditionis pretium*, praemium. Cf. ad 2, 9 extr. — *Deesse nobis terra*, (scil. potest) *in qua vivamus: in qua moriamur, non potest* MS. Agr. edd. Rhen. 2. 3. sqq. Cf. ad 12, 64. extr. et Ind. III. v. *Syllepsis* n. 2. p. 835. et Gron. obss. 4, 2. Sed *deesse nobis terram vivam in qua m. n. p.* MSS. Flor. (teste Pich.) Harl. Ies. Guelf. Bud. a m. pr. *decere nobis terram vivam in qua mori amor non potest* ed. Spir. *deesse nobis terra viva in qua m. n. p.* MS. Bodl. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam nihil notavit Vict.) Rhen. 1. Hinc *terra vivis* corr. Pich. *terra in vitam* Iac. Gron. *terra, ut vivamus* Walth. — *ita* post *infensis* positum in ed. Spir. — *Bructeros*, v. ad G. 33. n. 1. — *Tencteros*, v. ad G. 32. n. 2. *thenctoros* ed. Spir. *tenetros* MS. Guelf. — *socias* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Lips. et rec. *sociasque* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. — *bello vocabant*, ad bellum. Cf. Ind. III. v. *Dativus obiectivus*. — *Avitus*, v. ad c. 54. n. 1. *alutu* ed. Spir. — *scripto*, v. ad 1, 46, 1. *Ab Avito scriptum* MSS. Guelf. et Bodl. — *ad Curtilium Manciam*, ut ap. Phleg. de rebus mirab. c. 27. ἐν Γερμανίᾳ ἐν τῷ στρατῷ τῶν Ῥωμαίων, ὅς ἦν ὑπὸ Τίτῳ Κουρτιλίῳ Μαγκίᾳ, τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐγένετο. δοῦλος γὰρ στρατιώτου ἔτεκεν ἄρχοντος Ἀθήνῃσιν Κόνωνος, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Κοΐντου Οὐλουσίου Σατορνίνου καὶ Ποπλίου Κορνηλίου Σκιπίωνος a. U. 810. v. cap. 25. *Manciam* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Rhen. 2. 3. sqq. *Mantiam* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *ad Cartumantium* ed. Spir. — *superioris exercitus legatum*, v. ad c. 31. n. 1. — *Tencterum* edd. Ber. sqq. *Teneterum* edd. Put. 1. 2. *tenetreum* MS. Guelf. *trenerum* ed. Spir. — *ni causam suam dissociarent* a ceteris; *Ern. ni* MSS. Flor. Bodl. Guelf. edd. Spir. Bekk. Walth. *nisi* edd. rel.

2. *absistentibus his* (Tencteris) edd. Rhen. 2. 3. sqq. Cf. 2, 31. extr. *adsistentibus* MS. Guelf. *assistentibus* edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *asistentibus* MSS. Flor. Bud. — *exterriti Bructeri* MS. Flor. edd. Spir. Pich. sqq. *exterritis Bructeris* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. edd. cet. — *quoque* abest a MS. Bud. — *aliena*, aliorum, Ansibariorum, *pericula defendentibus*, arcentibus a se, ut fere 15, 38. *defendere*, sc. ignem, incendium, Gr. ἀρήγειν. Cf. intpp. Gell. 9, 1. Hor. od. 1, 17, 3. Sil. 5, 490. 7, 170. 13, 99. *defendentibus* MSS. Flor. Corb. Bodl. Harl. Ies. Guelf. Bud. edd. Spir. Bip. sqq. *deferentibus* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *deserentibus* edd. Rhen. 2. 3. cet. — *Amsibariorum*, v. ad c. 55. pr. — *ad Usipios et Tubantes*, v. ad c. 55. n. 2. *adis ipsos et turbantes* ed. Spir. — *Chattos*, v. ad G. 29. n. 1. — *errore longo*: in ed. Spir. *et itinere longo*. — *in alio* MS. Flor. edd. Spir. Walth. *errore longo, hospites, egeni, hostes, in alieno* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. „Sed *in alieno* otiosum est additamentum; per se intelligitur id, quod eo vocabulo enuntiatur. Lege *in alio* et distingue: *errore longo hospites egeni* sc. in alio, *hostes in alio*, Germ. hier dürftige Gäste, dort Feinde. Alterum *alius* omitti vidimus 1, 63. extr. et uti *alio* ponitur, quum quaeritur, in quem locum, (ut 1, 18. *alio vertunt*) ita *in alio*, quum quaeritur, ubi.“ *Walth.* Bene: sed vix crediderim, ita *in alio* simpl. pro *in alio solo, loco*, vel pro *alibi* usquam dici, nisi ubi de diversis locis sermo est.

CAPUT LVII.

Eadem aestate inter Hermunduros Chattosque certatum magno proelio, dum flumen gignendo sale fecundum et conterminum vi trahunt, super libidinem cuncta armis agendi reli-

gione insita, eos maxime locos propinquare coelo precesque mortalium a deis nusquam propius audiri: inde indulgentia numinum illo in amne illisque silvis salem provenire, non, ut alias apud gentes, eluvie maris arescente unda, sed super ardentem arborum struem fusa, ex contrariis inter se elementis, igne atque aquis, concretum. Sed bellum Hermunduris prosperum, Chattis exitiosius fuit, quia victores diversam aciem Marti ac Mercurio sacravere, quo voto equi, viri, cuncta victa occidioni dantur. Et minae quidem hostiles in ipsos vertebant. Sed civitas Ubiorum socia nobis malo improviso afflicta est: nam ignes terra editi villas, arva, vicos passim corripiebant ferebanturque in ipsa conditae nuper coloniae moenia; neque exstingui poterant, non si imbres caderent, non si fluvialibus aquis aut quo alio humore, donec inopia remedii et ira cladis agrestes quidam eminus saxa iacere, dein residentibus flammis propius suggressi ictu fustium aliisque verberibus ut feras absterrebant: postremo tegmina corpori derepta iniiciunt, quanto magis profana et usu polluta, tanto magis oppressura ignes.

1. *Hermunduros Chattosque*, v. ad G. 30. n. 1. et cap. 41. n. 2. *catthosque* et infra *catthis* MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. edd. Put. 1, 2. *Cathosque* ed. Spir. *Cattosque* edd. Ber. Rhen. 1. 2. 3 sqq. praeter Bekk. et Kiessl., in quibus *Chattosque*. — *certatum magno proelio* de salinis, ut olim ab Autariatis et Ardiaeis, (v. Strab. VII. p. 317.) tribusque Saec. post ab Alamannis et Burgundiis, postquam illi Hermundurorum, hi Chattorum sedes occupaverant, (v. Ammian. 18, 2, 15. 28, 5, 11.) *ad flumen gignendo sale fecundum*, ad Salam, et quidem vel Saxonicam, ubi nunc Koesen, Hala, Sulza et mons Solis, hod. *Sonnenberg*, (qui significari creditur verbis Taciti *eos maxime locos propinquare coelo*) vel Franconicam, non longe a Kissinga, ubi etiam nunc reperiuntur tum salinae, tum multi tumuli in pago, qui inde dictus videtur Grabfeld, *Γραὔϊον Ἄρειον* Ptol. 2, 11. Illud contenderunt Lepsius (die Ruinen der Rudelsburg und des Schlosses Saaleck, Naumb. 1824.) et Reichardus; (Germanien unter den Römern p. 99. 133. 134. 353 — 358.) hoc Eccardus de Orig. Germ. 2, 35. Thoeldenius halograph. p. 177. G. Casp. Kirchmayer in diss. edita Witteb. 1688. et recusa in I. H. M. Ernestii Notit. Hermundur. Norimb. 1793. Wagner ad Ammiani ll. ll. Mannert. Germ. p. 293. Wenk Hess. Landesgesch. T. II. p. 93 Barth Teutschl. Urgesch. §. 510. 576. Wilhelm Germanien Weim. 1823. p. 70. 185. 188. Cf. ad G. 30. n. 1. — *vi trahunt* sc. ad se hi et illi, eius et salis usum sibi vindicant; *Ern.* Sic 15, 1. et Gr. ἕλκεσθαι. — *super libidinem* (praeter lib., v. ad 1, 59, 1.) edd. Rhen. 2. 3. sqq. *super libidine* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. et primae edd. Paulo post *cuncta vi, armis agendi* MSS. Ies. Guelf. — *religione insita animis*, v. ad 3, 71, 1. — *eos maxime locos* (montanos et silvestres) *propinquare*, propinquos esse, *coelo precesque — audiri*, cf. ad G. 9. n. 7. *salem provenire* edd. Put. 1. 2. Ber. sqq. *item provenire* MSS. Flor. Harl. Bodl. Guelf. ed. Spir. In MS. Bud. a secunda manu adiectum *item*, a prima et hoc et *salem* omissum. *salem provenire* ex undis, quae post *eluviem maris arescunt* in terra. *eluvie*, v. ad 12, 51, 2. *arescentem, sed unda* coni. Heinsius et *arescente, sed unda* Mur. et Brot. Sed unda apte dici potest arescere: nam omnino aridum aliquid fit ex unda; *Walth.* Sal *aquis maris sponte gignitur, spuma in extremis litoribus vel scopulis derelicta et sole decocta*

Isidor. Orig. 16, 2. — *sed super ardentem* cet. edd. Rhen. 2. 3 sqq. *super arentem* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. Sed emendatio Rhenani verissima est. Cf. Plin. 31, 39. (*Galliae Germaniaeque ardentibus lignis aquam salsam infundunt. — Quercus optima, ut quae per se cinere sincero vim salis reddat: alibi corylus laudatur. Ita infuso liquore salso carbo etiam in salem vertitur. Quicunque ligno confit sal, niger est.*) Varro R. R. 1, 7. (*In Gallia Transalpina intus ad Rhenum, quum exercitum ducerem, aliquot regiones accessi, ubi salem nec fossicium nec maritimum haberent, sed ex quibusdam lignis combustis carbonibus salsis pro eo uterentur*) Valentyn het oude ende nieuwe Oostindien T. II. p. 161. Voyage de Lessep T. II. p. 159. Forrest voyage to new Guinea p. 271. Rühs ad Tac. Germ. p. 188. — *ex contrariis* MSS. Flor. (teste Pich.) Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Pich. sqq. Omissum *ex* in MS. Bud. et edd. cet. — *elementis*: in MS. Guelf. *clementis*, in MS. Flor. *alimentis*: sed h. l. sermo est de materia, ex qua sal fit; *Ern.* — *concretum* edd. Pich. sqq. ex emend. Lipsii. *concretâ* MS. Guelf. et edd. vet. — *Sed* friget et fortasse repetitum ex superioribus; *Brot.* „Immo *sed*, ut Gr. *ἀλλά*, transitum facit ad continuationem narrationis supra coeptae, quasi scriptum esset: *Sed iam redeo ad bellum.*" *Walth.* — *exitiosius* MS. Flor. edd. Pich. et cet. ante Ern. *exitiosum* MS. Bud. a m. pr. et ed. Spir. *exitio* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. ut et Ern. Brot. Ob. Lün. Bekk. Kiessl. *exitio* melius est, et Tacitus variare solet formam orationis; *Ern.* et *Brot.* „Immo *exitiosius* cum emphasi dicitur, Germ. desto verderblicher; non enim solita victis calamitas in Chattos cecidit, sed *victores — sacravere.*" *Walth.* „Similiter c. 15. *miseratio manifestior* et 15, 7. *magis insigni prodigio.*" *Boett.* „Vir doctus nostras censet, victos pulsosque eo proelio Chattos devenisse maritimos locos, ubi nunc Batavia est, et originem dedisse genti inter Belgas nobilissimae. Sed Batavi noti celebresque diu ante hanc aevo Neronis pugnam, et Chattorum migratio, de qua G. 29., non dubie antiquior." *Lips.* — *quia victores* Hermunduri *diversam aciem Marti ac Mercurio sacravere*, cf. ad H. 4, 64. et G. 9. *diversam*, v. ad 2, 10, 1. et 2, 60, 1. — *quo voto equi, viri, cuncta victa occidioni dantur*, cf. Caes. B. G. 6, 17. Athenaeus 4, 51. p. 160. Flor. 4, 2. *cuncta victa* MSS. Flor. Bud. et omnes edd. nec est quod corrigatur et vel *cuncta victi*, (quae victus possederat) vel *cuncta viva*, vel *cuncta iumenta* aliave substituantur. *victa* deest in MS. Agr.

2. *Et minae quidem hostiles in ipsos* (hostes Romanorum) *vertebant* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Agr. edd. Spir. Iac. Gron. Ern. sqq. *vertebantur* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. et edd. cet. Idem in MS Flor. legit Furia, et ad edit. Ber. siluit Vict. Cf. ad 4, 41. et Ind. III v. *Verba activa passive* cet. p. 842. — *civitas Ubiorum*: „Ita scrib. ex emend. Heinsii, non *Vibonum* aut *Iubonum* aut *Iubionum* aut denique *Iuhonum*. Nam primum nemo unquam audivit illorum *civitatem* Romani *sociam*. At *civitatem Ubiorum* legis Ann. 1, 37. et 71. in eaque civitat *condita nuper colonia*, cuius dum hic Tacitus mentionem facit, haud du bie respicit ad 12, 27. Nihil autem frequentius in vett. libris quam syllabarum *vi* et *iu* permutatio, et *Vibii* haud semel scribuntur pr *Ubiis.*" *Walth.* Idem a Tacito scriptum censent Alting. Nôtit. Germ inf. P. I. p. 83. Spener notit. Germ. ant. p. 215. Cellar. Geogr. T. p. 378. Wenck Hess. Landergesch. T. II. p. 54. v. Wersebe über di Völker und Völkerbündn. d. a. Teutschl. p. 71. 72. et Minola, (Beiträg zur Übersicht der Römisch-Deutschen Gesch., Köln 1818. p. 147—164 qui putat, pro *Ubiornm* in medio aevo *Iubiorum* cum praef. Germ. dictum fuisse. *Vibonum* MSS. Flor. Harl. Ies. Bud. Agr. ed. Bekk. I *uibonum* MS. Guelf. *Iubonum* MSS. Bodl. Agr. *Iubionum* MS. Reg. et e

Spir. *Iuhonum* edd. Put. 1. 2. Ber. sqq. Sed nusquam mentio fit harum gentium, nedum ut *sociarum* Romanis et *conditae nuper coloniae* in aliqua earum civitate; ac vanae sunt coniecturae Cluverii G. A. 3, 8. et Eccardi de orig. Germ. p. 343. Ille suspicabatur *civitatem*, urbem vel gentem, *Iuhonum* fuisse in austrina ducatus Bergensis parte *coloniae* Agrippinensium obversa ibique iuga montium igni concipiendo idonea; hic, *Iuhones* inter Radantiam (Rednitz) et Moenum habitasse et *conditam nuper coloniam* esse Norimbergam vel Forchemium. *Huionum* scrib. putabat Pighius, *Bibonum* (in tractu Bibensi, Bebenhusen, Bebelingen) Rhenanus, *Tubonum* vel *Tubantum* vel *Tubantorum* (v. ad 1, 51, 1.) Wüsteman. de Hermunduris §. 10. et *civitas Aeduorum* Ryckius ratus designari h. l. Lugdunum in Segustanis, *coloniam nuper*, ante C annos, (v. ad H. 4, 17.) a. U. 711. *conditam* tempore belli Mutinensis a L. Munatio Planco (v. Dio 46, 50.) et a. U. 811. incendio dirutam, (v. Sen. ep. 91. 92.) *cladem Lugdunensem* inf. 16, 13. — *ignes terra editi*, non ignes, quibus loca inculta et tesqua comburi solent, (quales significari censebat Möser Osnabr. Gesch. T. I.) neque Vulcanii, sed potius incendium subterraneum, Germ. Erdbrand, de quo v. C. G. Nees von Esenbeck et I. Nöggerath in libello, qui inscriptus est: Gibt Tacitus einen hist. Beweis von vulkánischen Eruptionen am Niederrhein? Bonn 1824. et insertus maiori Nöggerathii libro: Gebirge in Rheinland-Westphalen T. III. „Tales olim ignes in Lemno insula et aetate sua in agro Ebroicensi (d'Evreux) fuisse scribit Huetius. Saepius recentiusque annis 1706. 1717. 1724. et 1754. in agro Tarvisino (Marca Trivigiana) exarsere. v. Zaccharia Storia letteraria d'Italia Vol. IX. p. 482." *Brot.* Cf. etiam Anton Gesch. d. teutsch. Naz. T. I. p. 332. — *corripiebant:* in MSS. Reg. Agr. ed. Spir. *arripiebant*, et in hac paulo post *nuper conditae*. „Illud fortasse praeferendum: *arripere* saltem pro *corripere* dicitur. v. 14, 8. et Drak. ad Liv. 3, 13." *Ern.* Sed utrumque eodem sensu usurpatur. — *neque exstingui poterant, non, si imbres caderent, non, si fluvialibus aquis aut quo alio humore* sc. *exstinguerent*: nam *si*, quod Ern. delevit, h. l. elliptice positum; *Walth.* Cf. ad Agr. 32. n. 2. Post *humore* insertum est *niterentur* (sc. exstinguere) in MSS. Bodl. Ies. (teste Iac. Gron.) Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. et cet. ante Ern., *uterentur* in MS. Ies., si Broterio fides habenda, *perfunderentur* in MS. Agr. Sed haec sunt glossemata, quae non reperiuntur in MSS. Flor. Reg. Bud. et ed. Spir. — *inopia remedii et ira cladis*, cf. Ind. III. v. Ablativi Substantivorum absoluti. *ira cladis* pro *ira ob cladem* v. ad H. 3, 10. et intpp. Liv. 1, 5. *et ita cladis agrestis quidem* MS. Corb. et ed. Spir. — *residentibus flammis*, cf. ad 12, 32. princ. *residentibus* MS. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. sqq. *resistentibus* MSS. Flor. Harl. Guelf. ed. Spir. — *aliisque verberibus:* in ed. Spir. *aliique v.* — *derepta* MS. Agr. edd. Ryck. Ern. sqq. ut 1, 20. 35. 2, 45. H. 3, 13. *direpta* MS. Guelf. et edd. omnes ante Ryck. — *usu polluta* MSS. Corb. Bud. Agr. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *usu viliori polluta* MSS. Harl. Bodl. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Riv. Rhen. 1. „Abesse potest augmentum illud, neque tamen plane otiosum videtur. Non enim quivis usus vestes aeque polluit." *Walch.* Intell. vestes sanguinis seminisve notis sordentes; *Lips.*

CAPUT LVIII.

Eodem anno Ruminalem arborem in comitio, quae octingentos et quadraginta ante annos Remi Romulique infantiam texerat, mortuis ramalibus et arescente trunco deminutam, prodigii loco habitum est, donec in novos fetus revivesceret.

1. *Ruminalem arborem in comitio:* „quo haec ficus arte potius Atti Navii auguris a Germalo (v. Varr.) translata quam sponte; quod tradit Plin. 15, 18. s. 20. his verbis: *Colitur ficus arbor in foro ipso ac comitio Romae nata, sacro fulguribus ibi conditis, magisque ob memoriam eius, quae nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris appellata, quoniam sub ea inventa est lupa infantibus praebens rumen,* (*ita vocabant mammam*) *miraculo ex aere iuxta dicato,* [a. U. 458. quod est antiquissimum et praestantissimum artium Rom. monimentum] *tanquam in comitium sponte transisset Atto Navio augure. Illic arescit, rursusque cura sacerdotum* (scil. alia, servato tamen nomine Ruminalis vel Romularis arboris) *seritur. Fuit et ante Saturni aedem a. U. 260. sublata, sacro a Vestalibus facto, quum Silvani simulacrum subverteret.*" *Brot.* Hunc *Ruminalem arborem* (ficum) omnemque fabulam de Romulo et Remo a lupa lactatis peperisse videtur ignorantia et investigatio originis, quam Roma eiusque nomen habuerit. Hoc nonnulli repetiere a ῥώμῃ, virtute ac robore, alii a *Rumon,* prisco Tiberis nomine, (a ῥόος, ῥέω) alii a *Romulo* ut huius ficusque nomen inde quod mamma priscis Romanis dicta *rumis* sive *rumen* et *ruma.* Cf. intpp. Liv. 1, 4. et Ovid. Fast. 2, 381 — 422 Scalig. ad Festum, Salmas. ad Solin. p. 800. et praecipue Niebuhrii hist Rom. I. p. 230 — 248. 318. edit. III. *Comitium* locus editior in foro Rom. prope rostra, (v. Cic. p. Sext. c. 35.) ex quo aditus in curiam Hostiliam erat et ubi excipiebantur legati: dictus a *coeundo,* (v. Varr L. L. 4, 32.) quod ibi *comitia* curiata concionesque habebantur et primum consules, deinde praetores ius dicebant. v. Ern. clav. Cic., Matthiae ad Cic. pro lege Man. 1, 1. Adler Beschr. d. Stadt Rom. p. 241 et Sachse Gesch. u. Beschr. d. alten Stadt Rom, Hannov. 1824. T. I p. 312 sqq.

2. *quae octingentos et quadraginta ante annos* MSS. Vat. 1958. Agr edd. Ryck. Brot. Walth. *quae super octing. et q. a. a.* MS. Guelf. edd Put. 1. 2. et cet. ante Ryck. ut et edd. Ern. Bip. Ob. Lün. Bekk. Kiessl *quae supra oct. et quadr. ante per annos* MS. Bud. unde *quadr. anno perennans* coni. Rhen. *quae septingentos et quadr. ante annos* MSS. Flor (test. Vict. et Furia) Vat. 1863. 1864. Corb. ed. Spir. „Scribam *octingentos et triginta,* ne Tacitus manifesta sit in culpa. Nam hic annu U. c. 811. [immo 812.], Romulus autem Remusque XVIII duntaxat anno nati, quum facta est Roma. Non ergo plures ab infantia eorum ad hun diem annis triginta. Facilis putatio ex Dionysio, Livio et aliis." *Lips* Ei suffragati sunt Acidalius et Heinsius, rati *et quadraginta* ortum e *atque triginta,* quod coni. Freinsh. et Heinsius quodque in ordinem re ceperunt Bip. „Sed potuit Tacitus aliam sequi fabulam de Romuli aetat eiusque annis ante Urbem conditam expletis." *Walth.* — *Remi Romul que infantiam* pro *Remum Romulumque infantes.* Cf. Ind. III. v. *Abstr cta pro concretis.* — *habitum est* omissa in MS. Guelf. — *deminutam,* ad Agr. 9. n. 4. — *reviresceret* edd. Pich. et sqq. Hoc in MS. Flor. le git Pichena, sed *revivesceret* Furia et *revivisceret* Victorius, qui saltem siluit ad h. l. *reviviceret* MSS. Harl. Bodl. Ies. edd. Spir. Ber. Rhen. 2. 3. et cet. ante Pich. *reuiriaceret* MS. Guelf. *reviviserat* edd. Put. 1. Cf. ad 4, 12, 1. et H. 3, 7. extr.

ANNALIUM

LIBER XIV.

BREVIARIUM LIBRI XIV.

Cap. 1. *Matris caedes a Nerone agitata instinctu Poppaeae.* 2. *Incestus vel Agrippinae vel Neronis animo conceptus prohibetur astu Senecae et Actes libertae.* 3. *De matricidio deliberat Nero. Aniceti consilium.* 4. *Agrippina a filio evocata Baias et noctu navi imposita.* 5. 6. *Mari mergenda nando evadit. Crepereius et Acerronia, comites eius, necantur.* 7. *Agrippinae dissimulatio.* 8. *Neronis pavor et deliberatio cum Burro et Seneca. Anicetus suadet necem Agrippinae* 8. *et patrat.* 9. *Agrippinae viles exsequiae.* 10. *Nero conscientia vecors adulatione erigitur et Neapolim abit.* 11. *Literis ad senatum missis et a Seneca compositis matrem criminatur.* 12. *Turpis Patrum adulatio. Thrasea Paetus silet et exit senatu. Prodigia et exsulum revocatio.* 13. *Neronis reditus et libidines.* 14. *Auriga ipse et citharoedus; nobiles in scenam arenamque deducti.* 15. *Iuvenalia et libido feminarum illustrium. Neronis cantus in scena. Augustani formam vocemque eius celebrantes.* 16. *Nero poeta et philosophorum irrisor.* 17. *Caedes inter Nucerinos Pompeianosque orta in munere gladiatorio.* 18. *Blaesus et Strabo accusati a Cyrenensibus.* 19. *Mors Domitii Afri et M. Servilii.* 20. 21. *Quinquennale ludicrum et proceres Rom. scena polluti. Ludorum origo et varia theatrorum forma. Nero victor in certamine oratorio.* 22. *Cometae et fulguris interpretatio noxia Rubellio Plauto. Nero fontem aquae Marciae nando polluisse creditus.*

23—26. *Res a Corbulone feliciter gestae adversus Mardos et Tiridatem in Armenia. Haec ab eo traditur Tigrani, et ipse Syriae praeficitur.* 27. *Laodicea terrae tremore concussa. Puteoli, Tarentum, Antium coloniae.* 28. *Praetoria comitia. Appellationes a iudicibus ad senatum. Vibius repetundarum reus.*

29. 30. *In Britannia Suetonius Paulinus, successor Veranii, classe parata aggreditur Monam ins. funditque barbaros a feminis furentibus Druidibusque ad virtutem inflammatos.* 31—33. *Iceni et Trinobantes, avaritia Romanorum ad arma compulsi, duce Boudicea Camulodunum, Londinium Verulamiumque expugnant. Ab iisdem vincitur Petilius Cerialis et ad LXX millia Romanorum sociorumque necantur.* 34—37. *Boudicea a Suetonio in proelio atroci victa venenum sumit.* 38. *Iulius Classicianus procurator invidiam conflat Suetonio.* 39. *Missus in Britanniam cum magno comitatu Polycletus, Neronis libertus, irrisui est hostibus. Petronius Turpilianus successor datus Suetonio.*

40. 41. *Fabianus aliique ob falsum testamentum damnati. Valerius Ponticus accusator relegatus.* 42—45. *Pedanius Secundus Praef. Urbi a servo suo occisus, et reliqui eius servi a plebe quidem protecti, sed lege veteri capitis damnati ex sententia C. Cassii a plerisque Patrum et Caesaris edicto probata.* 46. *Tarquitius Priscus repetundarum reus. Census per Gallias actus.* 47. *Mors et laus Memmii Reguli.* 48. 49. *Antistius Sosianus maiestatis postulatus et a Paeto Thrasea defensus.* 50. *Fabricius Veiento calumniae accusatus et Italia pulsus.*

51. *Burro mortuo substituti duo praefecti praetorio, Fenius Rufus et Sofonius Tigellinus.* 52—54. *Seneca criminationes diluere parat apud Caesarem eique offert opes suas.* 55. 56. *Hic odium fallacibus blanditiis velat, ille recedit in otium.* 57—59. *Malae artes Tigellini, quibus deprimitur auctoritas Fenii Rufi periculumque struitur Rubellio Plauto et Corn. Sullae.*

60. *Nero ducta Poppaea Octaviam in exsilium agit, sed paulo post revocat.* 61. *Irrita populi laetitia. Poppaeae effigies prorutae et restitutae.* 62—64. *Octavia, Aniceti scelere in exsilium pulsa, necatur. Laetitia Poppaeae et adulatio senatus.* 65. *Doryphorum et Pallantem libertos veneno tollit Nero. Insidiae a Romano structae C. Pisoni et Senecae.*

Gesta haec annis circiter quatuor, a. U. c. 812—815.

C. VIPSTANO APRONIANO, C. FONTEIO CAPITONE
IMP. NERONE IV., CORNELIO LENTULO COSSO
C. CAESONIO PAETO, P. PETRONIO TURPILIANO
P. MARIO CELSO, L. ASINIO GALLO COSS.

CAPUT I.

Caio Vipstano, Fonteio Coss. diu meditatum scelus non ultra Nero distulit, vetustate imperii coalita audacia et flagrantior in dies amore Poppaeae, quae sibi matrimonium et discidium Octaviae incolumi Agrippina haud sperans crebris criminationibus, aliquando per facetias incusaret Principem et *pupillum* vocaret, *qui iussis alienis obnoxius non modo imperii, sed libertatis etiam indigeret. Cur enim differri nuptias suas! Formam scilicet displicere et triumphales avos! An fecunditatem et verum animum timeri, ne uxor saltem iniurias Patrum, iram populi adversus superbiam avaritiamque matris aperiat? Quod si nurum Agrippina non nisi filio infestam ferre posset, reddatur ipsa Othonis coniugio. Ituram quoquo terrarum, ubi audiret potius contumelias Imperatoris quam viseret periculis eius immixta.* Haec atque talia lacrimis et arte adulterae penetrantia nemo prohibebat, cupientibus cunctis infringi potentiam matris et credente nullo, usque ad caedem eius duratura filii odia.

1. *Caio Vipstano* (Aproniano et C.) *Fonteio* (Capitone) *coss.* fortasse *Caiis Vipstano, Fonteio coss.* quod suspicabatur I. Fr. Gron. Cf. ad H. 3, 34, 2. *Caio Vipstano* edd. Ryck. Iac. Gron. sqq. *Caio Vipsano* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Vat. 1863. 1864. 1958. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. *C. Vipsanio* edd. Lips. et cet. ante Ryck. *Caio Vespasiano* MS. Agr. Cf. ad 11, 23, 1. — *diu meditatum scelus*, matricidium. — *vetustate imperii coalita audacia*, ut 13, 26. Cf. ad 3, 31. et 3, 38. — *et flagrantior in dies amore Poppaeae*, cf. ad 11, 29, 1. „Hoc intelligi potest; melius tamen *flagrantiore*: nam *et* coniungit haec cum ablat. abs. *audacia coalita*, non cum nomine Neronis.“ *Ern.* „Sed ablativi *coalita audacia* aeque ac *flagrantior* pertinent ad Neronem et sunt pro epitheto Neronis. Tacitus autem more Graecorum per coniunctiones vel per copulam et ablativos absol. etiam dissimilia membra coniungit, ut 4, 50. 15, 12. H. 1, 85. 2, 82.“ *Walth.* — *Poppaeae*, de qua v. Ind. I. — *discidium Octaviae*, de quo v. cap. 60. 63. 64. *discidium* MSS. Flor. (test. Iac. Gron. non Vict. qui h. l. siluit) Guelf. Bud. Agr. edd. Spir. Ryck. sqq. *dissidium* edd. cet. v. ad 2, 86. — *crebris criminationibus:* „Haec verba non possunt coniungi cum *incusaret*, nam Poppaea non

Neronem, sed Agrippinam criminabatur. Ablativi igitur per se constant intellecto *adhibitis* vel *usurpatis*, et sententia est: *Poppaeae, quae — crebris criminationibus*, praeterea quod crebras criminationes adhiberet, *aliquando* etiam *per facetias incusaret Principem et pupillum vocaret*. Sic MSS. et veteres edd. consensu et recte, non *incusare* et *vocare*, quos infinitivos pro imp. coni. substituere Lipsius, Pich. Bip. Oberl. et Lünem. Tacitus enim non simpliciter haec narrat, sed ut ostendat, in eo fuisse causam, cur Nero scelus non ultra distulerit. Igitur *quae* dixit pro *quippe quae* et hoc relativum cum coniunctivo posuit, ut sexcenties, v. c. H. 2, 39. *miles alacer, qui — mallet*, ibid. 3, 33. *exercitu vario — cui — interessent*, ib. 4, 61. *vetere apud Germanos more, quo — arbitrentur*, (nam sermo est de more, quem nunc demum memorat, ut sciamus qualis sit, non simpliciter mentionem facit eius moris, tanquam e praecedenti historia satis de illo constet) ib. 4, 81. *multa miracula evenere, quis coeli favor — ostenderetur*." *Walth.* Sic et H. 4, 61. *more, quo* (quippe quo, quum ex eo) *arbitrentur*. Cf. Ind. III. v. *Verborum Modi*, II. *Coniunctivus* nr. I. p. 844. — *iussis alienis*, Agrippinae matris. Paulo post *sed etiam libertatis* MS. Guelf.

2. *Cur enim differri nuptias suas?* cf. Ind. III. v. *Accusativi cum Infinitivis* nr. 1. et similis oratio Poppaeae cap. 61. — *Formam scilicet displicere — aperiat:* Lipsius et alii post *avos* et *animum* posuere signa interrogandi. „Sed nil interrogationis hic est, immo responsum ad praeced. interrogationem ironice dictum, et accusativi *fecunditatem* et *verum animum* e *timeri* pendent, non e *displicere*. Editores illos decepit particula *an*, qua Noster utitur vel sine interrogatione, ut 2, 42. 13, 9. 12. Germ. oder ob. Sententia enim est, se nescire, utrum illud displiceat, an hoc timeatur; dicit autem, aut illud displicere, aut hoc timeri." *Walth.* Aptior tamen videtur nostra verborum interpunctio, quae etiam praelata est a Boetticher. *scilicet*, v. ad 1, 8, 7. — *triumphales avos*, propr. unum tantum, Poppaeum Sabinum; *Lips.* v. ad 6, 39. Sed parentes, liberos, filios et similia in plurali dici, etiam quum de uno sermo est, hodie notissimum; *Ern.* Cf. Ind. III. v. *Numerus plur. pro sing.* Hinc *veram progeniem — datura sit* cap. 61. — *verum animum*, sincerum, Germ. Aufrichtigkeit, non verum amorem; *Kiessl.* — *Quod si nurum Agrippina non — ferre posset, reddatur ipsa* Poppaea *Othonis coniugio*, Othoni coniugi, marito, cui abducta sit. Cf. Ind. III. v. *Abstracta pro concretis* et de re ipsa 13, 45. 46. Vel *possit* vel *redderetur* scribendum censebat Acidalius et posterius probabat Ern. propter sequentia. Utrumque recte dici in oratione obliqua arbitratur Ramshorn. Gram. p. 586. „Tacito insolita placent, ut Sallustio Cat. 34. pr. et c. 48. *qui nuntiaret eoque magis properet*. Cf. Wopkens. lectt. Tull. p. 196. ad Cic. N. D. 59. ubi *disputem* pro *disputarem* dedit Creuzer." *P—chs* in Seebodii bibl. crit. a. 1821. p. 165. „*Quodsi-posset* auctor ex sua persona scribit, quippe cui haec praeterita essent. *Reddatur ipsa* dicta sunt ex Poppaeae persona. Quare utitur tempore praesenti." *Kiessl.* „*Posset* est optativus eodem iure positus quo *transmitterentur* 13, 49. *Reddatur* pendet ex omisso *censere* vel *postulare*." *Walth.* Cf. Ind. III. v. *Verborum Tempora* p. 846. In MS. Flor. *redditur* test. Vict. et Furia. — *quoquo terrarum*: in MS. Guelf. a m. pr. et in ed. Spir. *quoque t.* — *lacrimis et arte adulterae:* Haec per ἓν διὰ δυοῖν et per appositionem dicta esse, ipse Singularis *arte* argumento est. Praeterea quid lenociniorum adderet, quae pridem devinctum Principem habebat quaeque etiam tum adultera erat? Itaque verba *et arte adulterae* non sic interpretaberis: et reliquis lenociniis, quorum subsidio adulterae utuntur, sed potius: lacrimis, quas in promptu habent adulterae." *Roth.* de synon. Tac. p. 45. Cf. Ind. III. v. *Hendiadyoin* nr. I, 3. — *penetrantia*, v. ad 3, 4, 2. — *potentiam matris* MSS.

Flor. (teste Vict.) Corb. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Spir. Bekk. Walth. *matris potentiam* edd. cet. *duratura*, v. ad 1, 6, 3.

CAPUT II.

Tradit Cluvius, ardore retinendae Agrippinam potentiae eo usque provectam, ut medio diei, quum id temporis Nero per vinum et epulas incalesceret, offerret se saepius temulento comptam et incesto paratam; iamque lasciva oscula et praenuntias flagitii blanditias annotantibus proximis Senecam contra muliebres illecebras subsidium a femina petivisse, immissamque Acten libertam, quae simul suo periculo et infamia Neronis anxia deferret, pervulgatum esse incestum gloriante matre, nec toleraturos milites profani Principis imperium. Fabius Rusticus non Agrippinae, sed Neroni cupitum id memorat eiusdemque libertae astu disiectum. Sed quae Cluvius, eadem ceteri quoque auctores prodidere, et fama huc inclinat, seu concepit animo tantum immanitatis Agrippina, seu credibilior novae libidinis meditatio in ea visa est, quae puellaribus annis stuprum cum Lepido spe dominationis admiserat, pari cupidine usque ad libita Pallantis provoluta et exercita ad omne flagitium patrui nuptiis.

1. *Cluvius*, v. ad 13, 20, 2. — *ardore retinendae Agrippinam potentiae eo u. pr.* MSS. et edd. vet. praeter MS. Corb. in quo *Agrippinam ardore retinendae pot. eo u. pr.* quem verborum ordinem ex eo recepere Bip. O[...] Lün. Bekk. Kiessl. „Sed satis Nostro usitata est haec vocabulorum transpositio. v. ad 1, 67, 1. Accuratissimus scriptor verba ponit eo ordine, ut praecedant, in quis maior est sermonis vis. Ita h. l. Tacitus non erat dicturus *Agrippinam* eo usque provectam, sed ardore retinendae potentiae illam eo usque provectam.“ *Walth.* Saepissime verba traiic[it] Tacitus, nec tamen ubivis tali ordine ponit. Cf. Ind. III. v. *Verba traiecta* et cap. 3. *ministros tentare arduum videbatur mulieris*, [...] 54. *ereptum ius legatis ducendi in hostem*, 14, 18. *missum disceptatorem a Claudio agrorum.* In ed. Spir. *amore retinendae — offerre se.* *provectam:* in MS. Guelf. *pervectam.* — *medio diei*, cf. Ind. III. *Adiectiva neutra pro subst.* et *Ellipses* nr. 6. *medio die* MS. [...] *medio diei, quum id temporis* (v. ad 5, 9.) *Nero per vinum et epulas incalesceret*, ut ap. Suet. Ner. 27. *epulas a medio die ad mediam noctem protrahebat.* Eodem sensu Horatius dixit Sat. 2, 8, 2. *medio potare die* et epist. 1, 14, 34. *bibulum liquidi media de luce Falerni* Livius 23, 8. et 25, 23. *epulari de die*, h. e. statim a media die vel [me]ridie, quia tunc maxime *dies*, quum medius est. Sic et ἀφ᾽ ἡμέρας πί[νειν] ap. Polyb. 8, 27. 29. 24, 5. aliosque. Cf. Vales. ad Diodor. T. II. p. [...] ed. Wessel., Toup. emend. in Suid. P. III. p. 221. Salmas. ad So[lin.] p. 456. ad Plaut. Asin. 4, 2, 16. Burm. ad Phaedr. 3, 10, 20. Mitsch[erl.] ad Hor. od. 1, 1, 20. Haec sunt hominum luxuriosorum *convivia tem[pe]stiva*, (11, 37. H. 2, 68.) temperius s. *tempestivius*, maturius solito, in[cipie]nam liberae rei publ. temporibus nona diei hora solita et iusta balne[o,] decima coenae, sub Imperatoribus octava balnei et nona coenae erat. [De] *conviviis tempestivis* et *intempestivis* v. Lips. Exc. I. ad Tac. Ann. [...] ubi *tempestiva* dici diurna, *intempestiva* vero nocturna contendit. [...] *intempestiva* a librariis tantum sciolisve grammaticis efficta. v. Sal[mas.] ad Vopisci Florian. c. 6. et intpp. Cic. p. Mur. 6. Suet. Cal. 45. et [...]

1, 2 — *lasciva oscula* MSS. Guelf. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 2. 3. sqq. *lascivia* edd. Spir. Rhen. 1. *lasciviam* MS. Corb. — *et praenuntias* MSS. Flor. (teste Pich.) Corb. edd. Spir. Pich. sqq. *praenuntias* sine copula MS. Guelf. et edd. cet. *praenuntias flagitii blanditias*, ut *praenuntiam imminentis caedis contumeliam* 15, 23. *flagitii* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *flagitiis* MSS. Flor. Guelf. Agr. et Broterii, edd. ante Rhen. 2. Defenderem hanc scripturam, nisi intolerabilis ita esset *κακοφωνία* in illis verbis; *Walth.* — *suo periculo et infamia Neronis anxia*, quemadmodum *anxius* ablativo iunxere Livius 25, 40. Suet. Ner. 36. et Tacitus multis locis. v. Ind. II. *sui periculi et infamiae* coni. Heins. *fama* ed. Spir. — *profani Principis*, incestu aliisque flagitiis maiestatem suam dedecorantis. *prophani* MS. Guelf. et ed. Spir.

2. *Fabius Rusticus*, v. ad 13, 20, 2. — *eiusdemque:* in ed. Spir. *eius denique*. — *disiectum*, prohibitum. — *seu concepit* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Reg. Corb. edd. Spir. Ern. sqq. *seu conceperit* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. et edd. cet. etiam Ber. ad quam siluit Vict. Sed auctor definite dicit: aut unum fuit aut alterum; *Walth.* Mox etiam *visa est; Ern.* Ante *seu* intell. *quod.* Cf. Ind. III. v. *Ellipsis* nr. 7. — *stuprum cum Lepido spe dominationis admiserat*, de cuius Lepidi amoribus et morte v. Dio 59, 11. et 22. Suet. in Cal. 24. in Claud. 9. Rutil. itiner. 1, 293—306. Huius Lepidi parentes fuisse Aemilium Paulum et Iuliam, Augusti neptem et Agrippinae sororem, suspicabatur Lipsius; sed patrem potius M'. Lepidum, Ryckius, quia Iuliae illi non nisi unica filia fuerit Aemilia Lepida. Cf. Suet. Tib. 19. et de *Lepidis* sup. ad 1, 13, 2. *dominitationis* MS. Flor. teste Furia. — *usque ad libita Pallantis provoluta*, cf. 12, 65. — *exercita ad omne flagitium nuptiis patrui*, Claudii. Cf. 12, 3. sqq. *exercitata*, coni. Pric. ad Apul. Met. IX. p. 563. „*Exercitus* et *exercitatus*, *ἐγγεγυμνασμένος*, utroque modo absolute dicitur, qui in studiis, bellis aut quibuscunque vitae humanae negotiis versatus fuit et hinc peritus, tam in malam quam in bonam partem; *exercitus* vero, non *exercitatus*, qui cum laboribus, curis, periculis et miseriis conflictatus et fatigatus est. Variant autem MSS. et edd. fere semper.“ *Oudend.* ad Suet. Tib. 6. pr. „Hinc *Britannia non alias exercitatior* sc. bellis Agr. 5. ut *exercitatae Syrtes Noto* ap. Horat. epod. 9, 31. non ut *in illis rebus exercitatus animus* ap. Cic. ep. 4, 5. non enim idem est *exercitus* et *exercitatus re* et *in re* et *ad rem.* Eadem metaphora dixit Horat. od. 2, 10, 9. *ventis agitatur pinus* et Virg. Ge. 1, 356. *freta Ponti incipiunt agitata tumescere;* alia vero Tacitus Agr. 16. *Britanniam agitavit disciplina*, ut Sall. Cat. 5, 7. *agitatur animus* et fragm. hist. I. *exercuit plebem imperio.* v. Ruhnk. ad Vell. 2, 33.“ *Walch.* ad Agr. 5. p. 148. Cf. ad 11, 7, 1. et Ind. II.

CAPUT III.

Igitur Nero vitare secretos eius congressus, abscedentem in hortos aut Tusculanum vel Antiatem in agrum laudare, quod otium lacesseret. Postremo, ubicumque haberetur, praegravem ratus interficere constituit, hactenus consultans, veneno an ferro vel qua alia vi; placuitque primo venenum. Sed inter epulas Principis si daretur, referri ad casum non poterat, tam iam Britannici exitio; et ministros tentare arduum videbatur, mulieris usu scelerum adversus insidias intentae: atque ipsa praesumendo remedia munierat corpus. Ferrum et caedes quonam modo occultaretur, nemo reperiebat; et ne quis illi

tanto facinori delectus iussa sperneret, metuebat. Obtulit ingenium Anicetus libertus classi apud Misenum praefectus et pueritiae Neronis educator ac mutuis odiis Agrippinae invisus. Ergo *navem posse componi* docet, *cuius pars ipso in mari per artem soluta effunderet ignaram. Nihil tam capax fortuitorum quam mare, et si naufragio intercepta sit, quem adeo iniquum, ut sceleri assignet, quod venti et fluctus deliquerint? Additurum Principem defunctae templum et aras et cetera ostentandae pietati.*

1. *Tusculanum agrum* amoenissimum, in quo multae Romanorum villae, Ciceronis, Crassi, Caesaris, Tiberii, Galbae aliorumque. *Tusculum* Latii opp. in colle situm nec longius C stadiis a Roma distans, ubi nunc Frascati. — *Antiatem in agrum* ad Antium, opp. Volscorum ad Tuscum mare situm, genitale solum Caligulae et Neronis, ab Imperatoribus Romanis saepius ornatum aliisque fere secessibus praelatum; unde ibi et palatium fuit et reperti Apollo Belved., Borghes. gladiator et Torso. Cf. 14, 27. 15, 23. 39. Suet. in Oct. 58. in Tib. 38. in Cal. 8. 49. in Ner. 6. 9. 25. Philostr. vit. Apollon. Tyan. 8, 8. et inpr. Boettiger in Amalthea T. III. p. 6. 7. *Antiatem* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *Anciatem* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *quod otium lacesseret*, cf. ad 4, 32, 2, et Heyne ad Virg. Aen. 10, 10. — *ubicunque haberetur*, v. ad 2, 58. — *praegravem* (sc. Agrippinam fore) edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *praegrave* (sc. id fore) MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. Bud. ed. Spir. — *hactenus consultans*, v. ad 12, 42. extr. — *an ferro:* in MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. *vel ferro.* „Male Librarii putabant ita scribendum ob seq. *vel.*, cuius tamen alia ratio est.“ *Walth.* — *placuitque primo venenum* cet. Cf. Suet. Ner. 34. qui alia tradit. — *ministros tentare arduum videbatur mulieris* verba transposita pro vulg. *arduum videbatur tentare ministros mulieris* Cf. ad cap. 2. n. 1. — *mulieris usu scelerum adversus insidias intentae* cf. ad 6, 50, 1. *mulierque usu sc. a. i. intenta* MS. Corb. *intentate* ed. Spir. — *remedia*, antidota. — *et ne quis:* in ed. Spir. omissum *et.* — *illi:* in MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. ed. Spir. *illo.* — *metuebat* sc. Nero. „Sed *metuebat* dictum potius pro *quisque metuebat:* nam *quisque* post *nemo* intelligendum, ut ap. Cic. p. Q. Rosc. c. 2. extr. et or. 3, 14. 52. Horat. Serm, 1. 1, 2.“ *Ramshorn.* Gram. p. 686.

2. *Anicetus* cet. Cf. Ind. I. — *classi apud Misenum praefectus*, v. ad 4, 5, 1. *classi* MSS. Flor. Reg. Corb. Agr. edd. Spir. Ern. sqq. *classis* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. edd. cet. Utroque modo Noster loquitur: sed *praefectus* cum dat. est participium, cum genit. substantivum; *Walth.* — *pueritiae Neronis educator*, cf. ad 11, 1, 1. Ind. III. v. *Genitivi ex se pendentes.* — *navem posse componi docet* cet. „Quod commentum ipsi Neroni tribuunt Xiphilinus 61, 12. 13. et Suet. Ner. 34. Ille tradit, Neronem in hanc incidisse cogitationem, postquam in theatro vidisset navem sponte dissolvi et emittere beluas, deinde iterum claudi.“? *Ryck.* Navem vero hanc non a Nerone, sed a nonnullis visam dicit Xiphilinus. Suetonius horrenda magis quam vera dicere curiosior: comparanda autem eius narratio, quum maxime sic patet Corneliana illustrique exemplo pateat, quantum sit in Annalibus Taciti artis, quantum diligentiae et acuminis; *Brot.* — *venti:* in ed. Spir. *ventus.* — *Additurum*, cf. ad H. 1, 62, 3. — *templum et aras*, v. ad 1, 10, 4. — *ostentandae:* in MSS. Harl. et Guelf. *ostendendae.* *pietati* MSS. Flor. (teste Pich.) Harl. Bodl. Bud. Guelf. edd. Put. 1. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Iac. Gron. sqq. *pietatis* MS

Reg. Corb. Ies. Agr. edd. cet. Tacito usitata utraque dictio. Cf. ad 2, 59, 1. 3, 41, 2. Ind. III. v. *Dativus* nr. 2. et 3.

CAPUT IV.

Placuit sollertia tempore etiam iuta, quando Quinquatruum festos dies apud Baias frequentabat. Illuc matrem elicit, ferendas parentum iracundias et placandum animum dictitans, quo rumorem reconciliationis efficeret acciperetque Agrippina, facili feminarum credulitate ad gaudia. Venientem dehinc obvius in litora (nam Antio adventabat) excepit manu et complexu ducitque Baulos. Id villae nomen est, quae promontorium Misenum inter et Baianum lacum flexo mari alluitur. Stabat inter alias navis ornatior, tanquam id quoque honori matris daretur: quippe sueverat triremi et classiariorum remigio vehi. Ac tum invitata ad epulas erat, ut occultando facinori nox adhiberetur. Satis constitit, exstitisse proditorem et Agrippinam, auditis insidiis an crederet ambiguam, gestamine sellae Baias pervectam. Ibi blandimentum sublevavit metum: comiter excepta superque ipsum collocata. Nam pluribus sermonibus modo familiaritate iuvenili Nero et rursus adductus, quasi seria consociaret, tracto in longum convictu, prosequitur abeuntem arctius oculis et pectori haerens, sive explenda simulatione, seu periturae matris supremus aspectus quamvis ferum animum retinebat.

1. *Placuit sollertia*, ingeniosum Aniceti commentum. — *tempore*: in ed. Spir. *in tempore*. — *iuta* MSS. (incertum qui) teste Lipsio et hinc edd. Lips. et sqq. *vita* ed. Spir. inversa syll. prima, ut saepe; Ern. Cf. ad 3, 35. extr. *adiuta* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Walth. quod glossema videri potest. — *quando*, v. ad 1, 57, 1. — *Quinquatruum festos dies apud Baias frequentabat* cet. Cf. Suet. Ner. 34. *quinquatrium* MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. De scriptura vocis et de ipso festo v. ad cap. 12. pr. — *illuc matrem elicit* fallacibus literis. Cf. cap. 6. princ. — *parentum iracundias*, v. ad 12, 49, 1. *parentium* ed. Bekk. *patrum* ed. Spir. *parentis* MS. Corb. Verum in universum spectat sententia; *Walth.* — *quo rumorem reconciliationis efficeret* Nero *acciperetque Agrippina*, i. e. audiret. v. ad 1, 67, 1. *quorum more rec. eff.* ed. Spir. *quo rumore efficeret* MS. Agr. *conciliationis* MS. Guelf. Cf. ad H. 1, 71. *acciperetque Agrippina, facili* cet. MS. Reg. edd. Spir. Berneg. Gron. sqq. *acciperetque Agrippinam facili fem. cred. ad gaudia venientem. Dehinc* cet. MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. (a m. sec.) Agr. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. et cet. quod male defendit Nerius Anal. 1, 10. ratus, *accipere* h. l. et in verbis Lucilii ap. Non. 4, 15. (*sic veteratorem illum vetulum lupum Hannibalem acceptum*) pro *decipere* dictum esse. *accipereque Agrippinam* MS. Guelf. a m. pr. *acciperetque Agrippinam* coni. Pich. et *alliceretque Agrippinam* Lipsius. Alterutrum vulgato substituendum putabat Ern. propter sequentia. Sed utrumque languet: nam de fraude Neronem cogitasse per totum locum satis constat; *Walth.* — *facili feminarum credulitate ad gaudia*, „ut et hominum, quos *fere libenter quod velint credere* dicit Caesar B. G. 3, 18. Cf. H. 1, 34. Arrian. 2, 2. Thucyd. 3, 1, et H. 1, 19. ubi eadem quidem dictio, sed contraria est sententia: *facili civitate ad accipienda credendaque omnia nova, quum tristia sunt.*“ *Freinsh.* Cf. ad Agr. 21. n. 1. et

Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita.* In MS. Guelf. *feminarum.* In MS. Corb. et ed. Spir. *facili credulitate feminarum ad gaudia,* in MS. Guelf. *feminarum crudelitate.* — *Venientem dehinc obvius in litora* cet. Alia tradit Xiphil. 61, 12. Πόῤῥῳ δὲ ἐς τὴν Καμπανίαν ἀπάρας καὶ παραλαβὼν τὴν μητέρα ἔπλευσεν ἐπ' αὐτῆς ἐκείνης τῆς νεὼς λαμπρότατα κεκοσμημένης, ὡς καὶ ἐπιθυμίαν αὐτῇ ἐμβαλεῖν ἀεί ποτε τῇ νηὶ χρῆσθαι. *obvius in litore* coni. Pich. Sed v. ad H. 1, 87, 3. — *excepit* MSS. Flor. (teste Vict. aut *excaepit,* si Furiae fides habenda) Guelf. edd. Spir. Put. 1. Walth. *excipit* edd. cet. quod scriptum videtur, quia iungitur cum *ducitque.* Sed v. ad 1, 39. 2, 7. et Ind. III. v. *Verborum Tempora* nr. 1. — *Baulos, villam* „antea Hortensii, deinde Antoniae Drusi, tunc Principum, postea Symmachi. v. Cic. Acad. 4, 40. Plin. 9, 55. s. 81. Symm. ep. 1, 1." *Lips.* „Villa Hortensii piscina percelebris, unde manet adhuc nomen *Peschiera d'Ortensio.* v. Plin. l. l. Varr. R. R. 3, 17. et Capaccii hist. Neap. 2, 22. p. 687. Ibi fuisse *deversorium vitiorum* Rom. docet Sen. ep. 51. De villa Agrippinae cf. c. 5 extr. Caesaris c. 9. Illa fuit in loco Baulis vicino, cui adhuc nomen *Sepolchro d'Agrippina.* Huius rudera etiam nunc visuntur in monte intra *Porto di Baia* et *Mare morto,* ubi inventa statua marmorea inscripta GEN. C. IUL. CAES. v. Scip. Mazzella Antichita di Pozzuolo c. 21 p. 182." *Brot.* Villa haec inter Lucrinum lacum et Baias in Campania ex adverso Puteolis sita. Cf. c. 5. extr. et Dio 59, 17. Verum eius nomen Βοαύλια fuisse credebatur a βοῦς et αὐλή, quia Hercules ibi caulas fecisset bobus Geryonis. v. Symm. l. l. intpp. Sil. 12, 156. Martial. 4 63. Serv. ad Virg. Aen. 7, 662. Cluver. Ital. ant. 4, 2. p. 1124. Holsten ad Cluver. p. 236. De aliis Romanorum villis in regione Baiana v. ad 13, 21, 2. — *Baianum lacum* inter Baias et Baulos, qui totus periit, ut plurima stagna; *Brot.* Cf. Cluver. l. l. — *flexo mari,* sinu maris, *Ern.* — *alluitur* MSS. Vat. 1958. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict. Rhen. 1. 2. 3. sqq. *allabitur* MSS. Vat. 1863. 1864. Reg. Corb. Harl. ed. Spir. tanquam passive dictum. *allavitur* MS. Flor. teste Furia.

2. *Stabat litore,* ut ap. Virg. Aen. 3, 277. Cf. ad Agr. 33. n. 5. — *inter alias navis ornatior,* ut ea potius veheretur Baias, quo et mari et terra venire poterat Baulis, quam *triremi,* qua advenerat et *sueverat vehi.* — *matris* MS. Guelf. a m. pr. et edd. rec. inde a Lips. 1. *matri* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Guelf. (a m. sec.) Bud. et edd. vet. etiam Ber. ubi siluit Vict. *id quoque honoris matri daretur,* quod non displicuit Ernestio et arridere potest. Cf. ad 1, 7, 8. — *sueverat:* in MS. Guelf. *solebat,* quod glossema est. — *triremi,* ap. Suet. Ner. 34. *liburnica.* — *tum:* in ed. Spir. *tunc.* Cf. ad 2, 9, 2. et 12, 36, 2.

3. *extitisse proditorem:* in MSS. Bodl. Bud. *e. proditionem.* — *gestamine sellae,* v. ad 11, 33, 2. *sellae* a priscis libris, incertum quibus abesse dicit Lipsius. *ambiguam, maestam, misellam Baulos provectam* MS. Corb. — *Baias pervectam* a Baulis. *Baias* omnes edd. inde a Puteol. *Baulos* MSS. Flor. Reg. Corb. Harl. Bodl. Ies. Guelf. (in quo *baulos*) Bud. Agr. ed. Spir. Sed Baulis erat Agrippinae villa, quo illam duxerat Nero et ubi ille instruxerat navem ornatiorem, qua Baias veheretur Agrippina, ut *ibi* convivium celebraret. Haec vero *auditis insidiis* sella, non nave illa, *Baias pervecta* et *ibi* epulata est. Deinde nave repetenti Baulos oblatum est solutile navigium, cuius vel naufragio vel camarae ruina periret. Ita Suet. Ner. 34. qui tamen et haec dicit: *Ne*[illegible] *Baias evocavit* matrem *datoque negotio trierarchis, qui liburnicam,* [illegible] *advecta erat, velut fortuito concursu confringerent, protraxit convivium repetentique Baulos in locum corrupti navigii machinosum illud obtulit.* In alia omnia iterum abiit Xiphil. 61, 13. ἐλθὼν τε εἰς Βαύλους δεῖπνά τε πολυτελέστατα ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐποίησε, καὶ τὴν μητέρα ἐν αὐτοῖς φ[illegible]

φρόνως εἰσῆλασεν. Diversa saltem fama tum Romam perlata videtur. — *blandimentum:* in MS. Agr. *blandimento.* — *sublevavit metum,* imminuit, ut *sublevare pericula* et *offensionem* ap. Cic. p. Mur. 4. de amic. 24. Similia ab aliis dicta. *metu* ed. Spir. — *comiter excepta superque ipsum collocata* honoris causa ėt ut matris metus discuteretur. Cf. ad 3, 14, 1. *Excepta* et *collocata* sunt hic ablativi absoluti; *Walth.* Nominativi potius, ad quos *est* intelligendum; et maior, non minor distinctio post *metum* ponenda. *metum comiter exceptae s. i. collocatae* malebant Heinsius et Iac. Fr. Gron. hic quoque *ibi blandimenta sublevarunt metum.* — *et rursus adductus,* v. ad 12, 7, 2. — *pectori haerens,* cf. Ind. II. *In digressu papillas quoque exosculatus* Suet. Ner. 34. Cf. Xiphil. 61, 13. qui extrema quoque Neronis ad matrem verba retulit; *Brot.* — *explenda simulatione;* Ablativus causam indicat, pro vulg. per simulationem, quae explenda esset; *Walth.* Cf. ad 3, 19. Ind. III. v. *Ablativi Substantivorum absoluti* et Roth. ad Tac. Agr. in Exc. XVII. *explendae simulationi* corr. Lipsius, Pich. et Günther in Athenaeo II, 2. p. 276. — *quamvis ferum animum* pro *animum quamvis ferum.* Cf. ad 1, 33. extr. et Ind. III. v. *Adiectivum praedicato praepositum.*

CAPUT V.

Noctem sideribus illustrem et placido mari quietam quasi convincendum ad scelus dii praebuere. Nec[1] multum erat progressa navis, duobus e numero familiarium Agrippinam comitantibus, ex quis Crepereius Gallus haud procul gubernaculis adstabat, Acerronia super pedes cubitantis reclinis poenitentiam filii et reciperatam matris gratiam per gaudium memorabat, quum dato signo ruere tectum loci multo plumbo grave, pressusque Crepereius et statim exanimatus est. Agrippina et Acerronia eminentibus lecti parietibus ac forte validioribus, quam ut oneri cederent, protectae sunt. Nec dissolutio navigii sequebatur, turbatis omnibus et quod plerique ignari etiam conscios impediebant. Visum dehinc remigibus, unum in latus inclinare atque ita navem submergere. Sed neque ipsis promptus in rem subitam consensus, et alii contra nitentes dedere facultatem lenioris in mare iactus. Verum Acerronia imprudentia, dum *se Agrippinam esse utque subveniretur matri Principis* clamitat, contis et remis et, quae fors obtulerat, navalibus telis conficitur. Agrippina silens eoque minus agnita unum tamen vulnus humero excepit. Nando, deinde occursu lenunculorum Lucrinum in lacum vecta villae suae infertur.

1. *Noctem sideribus illustrem,* bene quidem: hoc enim anno dies XIX Martii erat quoque dies XIX lunae; *Brot.* — *Nec multum:* in MS. Guelf. *Nec multo.* — *ex quis* MSS. Flor. Reg. Agr. edd. Spir. Ryck. Iac. Gron. Ern. sqq. *ex quibus* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. edd. cet. — *Acerronia,* filia fortasse aut soror Cn. Acerronii Proculi, de quo v. ad 6, 45. *Acerronia* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Ryck. sqq. „Sic in optimis libris Suet. Tib. c. 73. et inscriptt. antt. ap. Murator. p. 1621.“ *Ern.* *Aceronia* MS. Guelf. et edd. cet. Ἀκεῤῥωνία Πώλλα ap. Xiphil. 61, 13. — *reclinis,* v. ad 13, 16, 2. Ad pedes Agrippinae in transversum iacens cubansve in eodem grabato; *Ryck.* — *recuperatam matris gratiam* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen.

1. 2. 3. sqq. *matris recuperatam gratiam* MSS. Reg. Corb. ed. Spir. „Recte: nam *filii* et *matris* vocabula hic potissimum sibi invicem sunt opposita. Sic quoque minus necessaria Faerni, Ursini et Heinsii emendatio *matri* pro *matris*.“ *Walth.* Quae rationes sunt infirmae. „*recuperatam matris gratiam* a Nerone per *poenitentiam*, quam ostenderit: quod blandiens dicit.“ *Ryck.* Sed scribendum potius *matri*. *reciperatam* edd. rec. *recuperatam* MSS. Reg. Corb. Guelf. Bud. Agr. edd. vet. et in his Ber. ubi siluit Vict. Cf. ad 1, 74. — *ruere tectum loci*, „lacunar diaetae in puppi, *camara* ap. Suet. Ner. 34. nam *locus* dicitur de eo ubi quis deversatur, de deversorio, hospitio. v. Graev. ad Cic. ep. ad div. 16, 21. Machinamentum haud dubie fuit, per quod suspensum arte tectum repente delaberetur, et *multum plumbi* additum, ut magna vi rueret elideretque subiectos.“ *Ern.* „*Camara* est conclave navis tectum in fornicis modum.“ *Oudend.* ad Suet. Ner. 34. „*Camarae* differunt a laquearibus et forma et materia. *Camarae* sunt curva tecta inducta opere tectorio; *laquearia* autem tecta laqueata ex tabulis ligneis in varias figuras maeandrosque sectis et caelatis. De illis v. Vitruv. 7, 3.“ *Salmas.* ad Vopisci Aurelian. c. 46. *Camara* etiam species navigii dicitur, de qua v. ad H. 3, 47. — *pressusque*, et oppressus (ruina tecti) ut 16, 9. H. 3, 77. 4, 2. Cf. ad 3, 35. et Ind. III. v. *Verba simpl. pro comp.* Ex interpretamento *oppressus* in MS. Agr. — *exanimatus est* MSS. Flor. Reg. Agr. edd. vet. et ante et recentt. post illam Iac. Gron. *est* omissum in MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. et edd. cet. *exanimatus. At Agr.* coni. Pich.

2. *eminentibus lecti parietibus* MSS. Vat. 1863. (a m. pr.) 1864. Reg. Bud. Agr. (a m. pr.) edd. Spir. Ryck. Brot. Ern. sqq. *tecti* MSS. Flor. Vat. 1863. (a m. sec.) 1958. Harl. Bodl. Ies. Guelf. et edd. rel. „Sed *tecti parietes* intelligi non possunt, quicquid Iac. Gronovius obloquitur, etiamsi non planum tectum sumas, sed arcuatum fingas; eratque docendum, ab ullo uspiam tabulas lacunaris vel camarae *parietes* dici. At etiam inepte tectum concavum fecissent et contra consilium. Nam quod dicit parietibus niti undequaque tectum, id falsum est primo in lacunari, quod suspenditur potius; deinde, si nititur parietibus, cubiculi illi vel diaetae sunt, non tecti. Neque pars tantum tecti delapsa, quod ille dicit, sed *tectum ruit*. Si porro pars tecti non delabitur atque ita in vacuo Agrippina, non potest dici *protecta* esse, quod verbum clare docet, aliquid obstitisse, quare tectum, quamvis magna mole ruens, tamen ipsam cum Acerronia non oppnimeret. Tum velim scire, quomodo pars tecti non delapsa *eminentes parietes* dici possit. Immo sensus h. l. est: *parietibus lecti eminentibus*, alte exstantibus, ut arcerent, quae illaberentur, *ac forte validioribus, quam ut oneri cederent*, onere ruentis tecti confringerentur, illaesae in lecto mansere Agrippina et Acerronia.“ *Ern.* „*Parietes* seu tria lecti latera lignea Agrippinam cubitantem et Acerroniam super pedes eius reclinem protexere. Quae facile intelliges, si veteris lecti formam inspexeris delineatam a P. Sancti Bartolo inter Admiranda antiq. Rom. fol. 72.“ *Brot.* „*Parietes* tam de ligno quam de lapide dicuntur. v. Vitruv. 2, 8. Lectis autem, ut hodie, sic olim quatuor fuisse constat trabes vel tigna erecta, pluteos, fulcra, et unum vel duo *eminentiora* ad caput, ἀνακλιντήρια. v. Casaub. et Salmas. ad Spartiani Aelium Verum c. 5.“ *Ryck.* — *ac forte* MS. Flor. (teste Pich., non Vict. et Furia) edd. Spir. Lips. poster. et sqq. *ac* omissum in MSS. Bodl. Ies. Guelf. Bud. et edd. rel. *validioribus quam ut oneri cederent* edd. rec. ex emend. Pich. Sic 13, 22. *val. quamvis o. c.* MSS. Flor. (teste Pich. non Vict.) Reg. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et edd. ante Pich. *val. quam qui o. c.* coni. Kiessl. — *etiam conscios* MSS. Flor. Harl.

Bodl. Ies. Guelf. et edd. paene omnes praeter nonnullas ante Pich. in quibus omissum *etiam*, ut in MS. Bud.

3. *Visum dehinc remigibus* MSS. Flor. Reg. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. Agr. edd. Spir. Rhen. 2. 3. Ryck. Iac. Gron. sqq. *Iussum d. r.* edd. rel. „Praestat *iussum* scil. a nauarchis et fraudis auctoribus vel actoribus. Sane remiges id a se non excogitarunt, et additur, ne iussos quidem omnes statim consensisse.“ *Lips.* „Recte. Non poterant remiges iniussi animum inducere ad navigium submergendum, neque mirum, si non ab omnibus prompte et unanimi consensu tali mandato est satisfactum.“ *Kiessl.* Immo *visum remigibus*, non omnibus, sed iis qui conscii erant huius rei: nonnulli enim *conscii* erant, sed *plerique ignari*. Hinc non cunctis *promptus in rem subitam consensus: ignari* potius *conscios impediebant* et *contra nitebantur.* — *unum in latus* MS. Corb. edd. Spir. Lips. sqq. *ratem unum in latus* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. et edd. cet. etiam Ber. ubi siluit Vict. Sed *navem* mox sequitur. *ratem in latus* MS. Agr. — *alii contra nitentes dedere facultatem lenioris in mare iactus*, h. e. ut Agrippinam ω minori vi in mare iacerent; *Kiessl.* Pro *dedere* MS. Flor. teste Furia *dere* et in marg. *c' d' mere.*

4. *imprudentiâ* MSS. Flor. Reg. Bud. (a m. pr.) Agr. edd. Spir. Walth. *imprudens* MSS. Guelf. Bud. a m. sec. et edd. cet. Illud praefero: nam *imprudentiâ* indicat totam rem imprudenter factam, quod sibi vult scriptor. Ita et *prudentiâ* 4, 33. et *imprudentiâ* H. 2, 34.“ *Walth.* „Immo *imprudentiâ* significat, Acerroniam non sensisse, id fuisse consilium caedis, quod sensit Agrippina et *silentio* indicavit. *Imprudentiâ* est Ablativus, quo exprimitur causa efficax, sive *interna* et affectuum, — ut *adulatione* 1, 7. *iactantia gloriaque* 1, 8. *incuria* 1, 50. *conscientia* 1, 57. *tristitia* 1, 76. *invidia* 1, 80. *favore* 2, 73. 14, 58. 15, 48. *altitudine animi* 3, 44. *clementia* 6, 14. *benevolentia* 6, 36. *contemptu ambitionis* 6, 45. *violentia* et *impatientia amoris* 12, 51. 13, 21. *officio* 12, 56. *cupidine, furore, rabie* H. 1, 63. *perfidia* H. 4, 33. *virtute* H. 5, 11. — sive *externa*, ut *defectione* 12, 10. *diuturnitate* 12, 29. *avaritia* 12, 39. *officio aut utilitate* 16, 5. *ingenio loci et severitate disciplinae* H. 1, 51. *discordia temporum* H. 1, 59. *occasione* H. 1, 60. *modestia vel ignobilitate* H. 4, 2. *magnitudine sceleris* H. 1, 28. ubi intell. videtur *cunctans*, non *attonitus, perculsus*, Germ. überrascht, quod suspicatur Gutmannus. Sic et scribendum Ann. 4, 48. *rapti opulentia* et H. 2, 22. *fama et pudore.*“ *Roth.* ad Tac. Agr. in Exc. XIV. Cf. ad c. 9. n. 1. et Ind. III. v. *Ablativi Substantivorum absoluti.* — *utque* MSS. Flor. Bud. edd. Ern. sqq. *ut* MSS. Reg. Harl. Bodl. Ies. Guelf. *et ut* edd. Put. 1. 2. Ber. et cet. — *et quae fors obtulerat* MSS. Flor. (teste Pich.) Bud. edd. Spir. Ber. (ubi siluit Vict.) Pich. sqq. ut 1, 28. 49. H. 2, 70. 3, 21. 4, 1. Cf. intpp. Hor. Sat. 1, 1, 2. 1, 6, 5. Virg. in Ecl. 9, 5. in Aen. 2, 94. 7, 554. Garaton. ad Cic. p. Planc. c. 42. Herzog. ad Caes. B. G. 2, 21. *et quae sors o.* MSS. Brot. edd. Put. 1. 2. Rhen. 1. 2. 3. *ut quaeque sors o.* MS. Guelf. — *lenunculorum* MSS. Flor. Reg. Bodl. in marg. Harl. Ies. Bud. a m. pr. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2 Ber. Rhen. 1. Ryck. sqq. *lembunculorum* Bud. a m. sec. Bodl. edd. Rhen. 2. 3. et cet. ante Ryck. *lemunculorum* MS. Agr. non improb. Ryck. qui *nando* h. l. non de arte, sed uti de inanimis dici putabat. *Lenunculi* navigia parva et piscatoria, unde *lenuncularii* in inscr. ap. Gruter. p. 398, 7. 1077. Cf. Non. Marc. 3, 8. intpp. Caes. B. C. 2, 43. Gell. 10, 25. Val. Max. 1, 5. ext. 1. Ammian. Marc. 14, 2, 10. 16, 10, 3. et Scheffer. de re nav. 2, 2. — *Lucrinum in lacum vecta villae suae infertur*, de qua v. ad cap. 4. n. 1. *Lucrinus lacus* prope Baias in Campania, in qua ostrea Lucrina capiebantur. v. Plin. 9, 79. Horat. epod. 2, 49. „Hodieque appellatur *Lago Lucrino:* at ferme totus periit a. 1538. monte Cinericio obrutus. v. Scip

Mazzella Antichita di Pozzuolo c. 14. p. 120." *Brot.* *vecta villae suae infertur* MSS. Flor. Reg. Corb. edd. Spir. Rhen. 2. 3. Ald. Pich. sqq. *vectam villae suae inferunt* MSS. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Lips. Grut.

CAPUT VI.

Illic reputans, ideo se fallacibus literis accitam et honore praecipuo habitam, quodque litus iuxta non ventis acta, non saxis impulsa navis summa sui parte veluti terrestre machinamentum concidisset, observans etiam Acerroniae necem, simul suum vulnus aspiciens, solum insidiarum remedium esse, si non intelligerentur, misitque libertum Agerinum, qui nuntiaret filio, *benignitate deum et fortuna eius evasisse gravem casum: orare, ut quamvis periculo matris exterritus visendi curam differret: sibi ad praesens quiete opus.* Atque interim securitate simulata medicamina vulneri et fomenta corpori adhibet: testamentum Acerroniae requiri bonaque obsignari iubet. Id tantum non per simulationem.

1. *Illic reputans — aspiciens solum insidiarum remedium esse* „scil. *dixit, cogitavit, intellexit:* qualia haud raro omittuntur, ut 1, 49. *nec aliter posse placari commilitonum manes*, 15, 5. *sibi imbecillum equitem, pabuli inopiam*, H. 5, 20. *nec omnia patrandi fiducia, sed multa ausis — fortunam afferre*, ubi e verbo praec. *fiducia* intellig. *confisus est* vel simile quid. Ita intactum relinquendum *misitque*, quod est in MSS. Flor. Reg. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. et cui *misit* substituerunt edd. Rhen. 2. 3. et cet. ut verba *solum insidiarum remedium esse* pendeant e *reputans*, quod tamen participium excipiunt alia, *observans*, *aspiciens*, per quae prioris participii valor ita aboletur, ut postea revocari nequeat. Nonnulli ad *solum insidiarum remedium esse* intelligunt *rata*, et Ryckius e MS. Agr. post *remedium esse* inseruit *putavit*. Sed neutra ratio probanda." *Walth.* Verba *dixit* et *cogitavit* saepissime omissa a Tacito et intelligenda. Cf. ad c. 7. n. 2. ad c. 8. n. 3. et Ind. III. v. *Ellipsis* nr. 5. — *honore praecipuo habitam*, cf. cap. 4. — *fallacibus literis accitam* Baias *et honore praecipuo habitam*, cf. cap. 4. princ. et non longe a fine. — *litus iuxta*, cf. Ind. III. v. *Praepositiones* nr. 1. — *vulnus aspiciens:* in ed. Spir. *v. inspiciens.* — *solumque* pro *solum* coni. Boett. — *si non intelligerentur*, si simularet, eas a se non intellectas. — *fortuna eius*, filii, *evasisse* scil. *se*, nisi id excidit post *se*. Cf. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 14.

2. *Id tantum non per simulationem* scil. fecit, egit. v. ad Agr. 19. n. 2. *Id tantum per sim.* MS. Reg. et ed. Spir. *Id tamen per sim.* MS. Guelf. „Quas scripturas peperit ignorantia formulae *tantum non*, quae est Graeca μόνον οὐ vel μ. οὐκ vel μ. οὐχί, h. e. fere, paene, propemodum. Cf. Viger. 7, 9, 8. Schwarz. ad Plin. pan. 23, 1. Gron. et Drak. ad Liv. 4, 2. [Graev. ad Suet. Vesp. c. 5. Spald. ad Quintil. 6, 2, 4.] Sententia est, obsignationem quidem iussam, hactenus tamen ut parum a simulacro obsignationis abfuerit. Cuncta enim Agrippina agebat, tanquam insidias non intelligeret securamque se crederet. Ita etiam rerum Acerroniae curam egit in defunctis solitam, ut securitatem ostentaret nec quicquam omitteret, quod omissum terroris se et rei intellectae convincere posset. Alii *id tantum non* h. l. accipiunt pro *id tantummodo non*, *id unum non*. Sed hoc non inest illi formulae." *Walth.* „Immo *tantum* h. l. pro *tantummodo* positum existimo ac notari insatia-

bilem Agrippinae avaritiam, quae quamvis postremis proxima bonis familiaris suae inhiabat praeque cupidine ultimam necessitatem aliquantisper obliviscebatur. Enclitica *modo* propter negationem deesse potest.“ *Ritter*.

CAPUT VII.

At Neroni nuntios patrati facinoris opperienti affertur, evasisse ictu levi sauciam et hactenus adito discrimine, ne auctor dubitaretur. Tum pavore exanimis et *iam iamque affore* obtestans *vindictae properam, sive servitia armaret vel militem accenderet, sive ad senatum et populum pervaderet, naufragium et vulnus et interfectos amicos obiiciendo, quod contra subsidium sibi, nisi quid Burrus et Seneca expurgent*! Quos statim acciverat, incertum an et ante ignaros. Igitur longum utriusque silentium, ne irriti dissuaderent, an eo descensum credebant, ut, nisi praeveniretur Agrippina, pereundum Neroni esset. Post Seneca hactenus promptior respicere Burrum ac sciscitari, an militi imperanda caedes esset. Ille *praetorianos toti Caesarum domui obstrictos memoresque Germanici nihil adversus progeniem eius atrox ausuros* respondit; *perpetraret Anicetus promissa*. Qui nihil cunctatus poscit summam sceleris. Ad eam vocem Nero *illo sibi die dari imperium auctoremque tanti muneris libertum* profitetur: *iret propere duceretque promptissimos ad iussa*. Ipse audito, venisse missu Agrippinae nuntium Agerinum, scenam ultro criminis parat gladiumque, dum mandata perfert, abiicit inter pedes eius. Tum quasi deprehenso vincla iniici iubet, ut exitium Principis molitam matrem et pudore deprehensi sceleris sponte mortem sumpsisse confingeret.

1. *patrati* deest in MS. Flor. teste Vict. Mox *operienti offertur* ed. Spir. — *hactenus* (in tantum) *adito discrimine, ne* (ut non) *auctor dubitaretur*, v. ad 12, 32, 2. et 12, 42, 3. Recte ita MS. Guelf. et edd. Rhen. 2. 3 sqq. *adito* etiam MS. Flor. sed *addito* MSS. Reg. Corb. Bud. Agr. et edd. primae. Praeterea *discrimine auctor dubitaret* MSS. Flor. Reg. Corb. ed. Spir. *discr. auctor dubitare* MS. Agr. Facile intelligitur, *ne* periisse ob concursum harum literarum et *ur* ob comp. scripturae omissum.

2. *Tum pavore exanimis — obiiciendo* scil. *dixit, quod contra subsidium sibi* esse? Cf. ad c. 6. n. 1. An h. l. est anacoluthon? Cf. ad c. 8. n. 2. et Ind. III. v. *Anacolutha*. — *interfectos amicos*; rem auxit mala scelerum conscientia et imago: nam una tantum amica interfecta erat, Acerronia. Cf. Ind. III v. *Numerus plur. pro sing.* — *subsidium* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. I. 2. 3 sqq. *suffragium* ed. Spir. Haec lectio, quod iam Lipsius et Walth. annotarunt, inde orta, quod serioris aevi scriptores *suffragari* dixerunt pro adiuvare, opem ferre, ut *refragari* pro obsistere, et *suffragium* pro auxilio, ope, ut Hegesipp. 5, 27. Spartian. in Pesc. Nigro c. 11. et Paul. Warnefr. de gestis Langobard. 2, 1. Hinc eadem scripturae varietas in libris ap. Ovid. in Nuce v. 119. et Sen. de ira 1, 11. *suffugium* coni. Groslot. — *nisi quid Burrus et Seneca expurgent* facinora vel ipsum, Neronem, a suspicione, culpa, criminatione purgent, liberent, ut 16, 24. Gell. 7, 3, 5. Plaut. Capt. 3, 4, 87. et al. *quid*, qua in re, ut τὶ pro κατά τι, vel ali-

quantulum, vel fortasse, ut nostrum etwa. v. Drak. ad Liv. 3, 48. *expurgent* MSS. Bud. a m. sec. Harl. Bodl. in marg. Ies. Guelf. *expergens* vel potius *expgens* MS. Flor. *expertes* MSS. Reg. Corb. ed. Spir. *expergiscerentur* MS. Bodl. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Ryck. *expromerent* MS. Agr. et ed. Ryck. *reperirent* edd. Bip. Oberl. Lün. ex emend. Pich. *expedirent* edd. Bekk. Kiessl. Ritt. *expergerent* scripsit Walth. h. e. excitarent, ut ap. Gell. 6, 10. et Nonium 2, 278. *expurgetis et expergetis* coni. Iac. Gron. *exputent* et *expiscarentur* Hiller. racem. 11. — *incertum an et ante ignaros*: nam dubiam saltem famam esse dicit Tacitus, quae Burrum et Senecam matricidii omniumque Neronis scelerum suasores et impulsores faciebat quamque multorum et fide dignorum hominum auctoritate firmari contendit Xiphil. 61, 12. Cf. 13, 42. 14, 11. 52. Ad eam refutandam non satisfaciunt ipsius Senecae oratio c. 53. 54. et libellus de vita beata, quem eo potissimum consilio scripsit, ut obtrectatorum ora obstrueret. Cf. ad 15, 62, 1. Reimar. ad Xiphil. 61, 10. et 12. Meibom. vit. Maecen. c. 22. et editores Senecae. *an ante ignaros* substituere Ern. et Brot. *an et ante gnaros* Oberl. Bekk. (in ed. 1.) Lün. Kiessl. „Si scribis *gnaros*, tum sententia est, ex vulgari opinione Burrum et Senecam gnaros ante haberi, esse tamen qui ignaros putent. Etenim formulam *incertum an* Tacitus ponit, ut suspicionem falsi moveat contra opinionem plurimorum et vulgarem. Quare si scribis *ignaros*, ille sibi vult, ex vulgari opinione utrumque virum fuisse ignarum, esse tamen, qui contra illos suspicionem moveant tanquam gnaros. Hoc aptius est et virorum nominibus dignius. Particula autem *et* non pertinet ad *ante*, quasi *ante ignari* opponantur *nunc ignaris*; sed coniungit illa *statim accitos* et *ante ignaros*. At quia auctor *ante ignaros* non poterat certo dicere, interponit *incertum an*. Multifariam illud *et* interpretes offendit apud Tacitum, ut nescirent, quid sibi vellet.“ *Walth.* Hoc tamen *et* (etiam) ad *ante* omnino referendum. *Quos statim acciverat, incertum an et ante, ignaros* distinguit Boetticher.

3. *longum utriusque silentium* MS. Guelf. (in quo tamen *scilentium*) edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3 sqq. *utrinque* MS. Agr. *utramque* ed. Spir. *utrique* frustra tentabat Heinsius. — *an eo descensum*, eo rem redactam. *an eo* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. Pich. sqq. *et eo* edd. cet. *aut eo* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. — *ut* deest in MS. Flor. et ed. Spir. — *nisi praeveniretur Agrippina*, eius mors, caedes. — *Post Seneca*: in MS. Guelf. *prior Seneca*. — *hactenus promptior*, v. ad 12, 42 extr. *promptior* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2 sqq. *promptius* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. ed. Spir. Ex aliis MSS. nihil h. l. enotatum est. — *Seneca h. p. respicere Burrum ac sciscitari, an militi imperanda caedes* (Agrippinae) *esset* MS. Agr. edd. Ryck. Ern. Ob. Bekk. min. Lün. Kiessl. *respicere B. ac si scitaretur* MSS. Guelf. et Broterii, edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3 sqq. ante Ryck. ut post hanc Bip. et Bekk. mai. *respiceret B. ac si scitaretur* MS. Flor. teste Furia. *respiceret B. ac si citaretur* ed. Spir. *despiceret B. ac sciscitaretur* MS. Bud. *quum respiceret B. ac sciscitaretur, — ille praetorianos* cet. dedit Ritter. „Quis sibi persuadebit, Senecam Neroni dixisse, *respiceret* vel *despiceret Burrum?* Immo Seneca, dum responsum dat, respicit Burrum; neque dubitandum *ac si scitaretur* exortum ex *ac sciscitaretur*. Nam constanti usu Noster scribit *sciscitari*, non *scitari*, ut H. 1, 84. 2, 33. 34. 3, 38. et alibi. Verum autem esse *sciscitaretur*, nec *sciscitari*, credamus vett. libris. Itaque scribendum: *Seneca — respicere Burrum ac* scil. *dixit* s. *ait*, (cf. ad c. 6. n. 1.) *sciscitaretur, an — esset*. Haec ad Neronem dicuntur, Burrum vero Seneca respicit, quia ex hoc sciscitandum erat.“ *Walth.* Quae ratio plures ob causas damnanda videtur. Seneca potius ipse et respexit Burrum et illud ab eo sciscitatus est, hic

vero Senecae sciscitanti *respondit*. Neque mirum, librarios vel sciolos grammaticos *sciscitaretur* scripsisse pro *sciscitari*, postquam ab iis verbum hoc perperam divisum et corruptum in *si scitari*. — *caedes:* in MS. Agr. *nex*. In MS. Guelf. *an militi imperandae caedes essent;* in MS. Flor. teste Furia *imperande*. — *memoresque* MSS. Flor. Reg. Corb. Bud. edd. Spir. Iac. Gron. Ern. sqq. *et memores* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. et edd. cet.

4. *Qui nihil cunctatus poscit summam sceleris*, sibi totam rem mandari, se praefici ei negotio cupit, pollicitus peragere coepta; *Ern*. Cf. Ind. II. v. *Summa*. *conctatus* ed. Spir. *contatus* edd. Lips. Grut. — *Ad eam vocem* MSS. Flor. Reg. Corb. Bud. Agr. edd. Spir. Iac. Gron. Ern. sqq. *Ad illam vocem* MSS. Bodl. Ies. Guelf. et edd. cet. — *illo sibi die dari* edd. Rhen. 2. 3 sqq. Recte. *illos inbidie dari* MS. Flor. teste Furia. *illos invidiae dari* MS. Reg. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. *illis invidiae dari* MSS. Harl. in marg. et Corb. Cf. ad 11, 6, 1. *illos in brevi die dari* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. — *audito*, cf. Ind. III. v. *Participia Perf. pass. in sexto casu absolute posita*. — *missu Agrippinae*, cf. Ind. III. v. *Substantiva verbalia* nr. 3. *iussu A*. MS. Guelf. in marg. — *Agerinum:* in MS. Flor. teste Furia *agerrimum*. — *scenam ultro criminis parat*, v. ad 13, 21, 2. — *mandata perfert*, v. ad 1, 26, 1. *m. perferret* ed. Spir. — *Tum:* in ed. Spir. *tunc*. — *gladium abiicit inter pedes eius* cet. Cf. cap. 11. — *deprehenso* in flagitio. — *vincla:* in MS. Reg. et ed. Spir. *vincula*. — *exitium:* in MS. Flor. et ed. Spir. *exitum*. Cf. ad 13, 1, 1.

CAPUT VIII.

Interim vulgato Agrippinae periculo, quasi casu evenisset, ut quisque acceperat, decurrere ad litus. Hi molium obiectus, hi proximas scaphas scandere: alii, quantum corpus sinebat, vadere in mare; quidam manus protendere. Questibus, votis, clamore diversa rogitantium aut incerta respondentium omnis ora compleri: affluere ingens multitudo cum luminibus atque, ubi incolumem esse pernotuit, ut ad gratandum sese expedire, donec aspectu armati et minitantis agminis disiecti sunt. Anicetus villam statione circumdat refractaque ianua obvios servorum abripit, donec ad fores cubiculi veniret, cui pauci adstabant, ceteris terrore irrumpentium exterritis. Cubiculo modicum lumen inerat et ancillarum una, magis ac magis anxia Agrippina, *quod nemo a filio . . ac ne Agerinus quidem; . . . aliam fere litore faciem nunc . . . solitudinem ac repentinos strepitus et extremi mali indicia*. Abeunte dehinc ancilla, *tu quoque me deseris* prolocuta respicit Anicetum trierarcho Herculeio et Obarito centurione classiario comitatum, ac, *si ad visendum venisset, refotam nuntiaret: sin facinus patraturus, nihil se de filio credere; non imperatum parricidium*. Circumsistunt lectum percussores et prior trierarchus fusti caput eius afflixit: nam in mortem centurioni ferrum destringenti protendens uterum *ventrem feri* exclamavit, multisque vulneribus confecta est.

1. *Hi* — *hi*, illi. Cf. ad H. 4, 55, 2. — *molium obiectus*, v. ad 13, 21, 2. — *votis, clamore* edd. Rhen. 2. 3. Ald. sqq. *vocis clamore* MSS. Flor. (teste Furia) Bodl. Ies. Guelf. Bud. edd. primae. *vocibus* MSS. Corb.

Harl. — *rogitantium* MSS. Flor. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Spir. Pich. sqq. *rogantium* edd. cet. — *disiecti sunt*, v. ad 1, 32, 2. *deiecti s.* MS. Bud. *delecti s.* ed. Spir. Cf. ad 2, 60, 1. — *villam* Agrippinae, de qua v. ad c. 4. n. 1. — *abripit* (ut 15, 35.) MS. Flor. (test. Vict. et Furia) edd. Bekk. mai. et Walth. *obripit* MSS. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. *arripit* edd. cet. — *ceteris terrore:* in ed. Spir. *terrore caeteris.*

2. *Cubiculo modicum lumen inerat — extremi mali indicia:* locus variis virorum doctorum coniecturis corruptus, pulcherrimus ac sanus, cuius veram sententiam Walchius in emend. Liv. p. 125. 126. mutata interpunctione ita expressit: „Voces ipsius Agrippinae sunt, non uno tenore prolatae, sed per intervalla erumpendo anxietatem animi eius graphice depingentes. Mutatam esse cogitat, visu in litus flexo, paene litoris faciem: quippe ibi quum paulo ante fuisset clamor accurrentium cum luminibus auxilio matri Imperatoris strepentiumque mutuis inter semet adhortationibus, nunc, armata cohorte in multitudinem immissa a Principe, repente erat exortum silentium. Quae dum trepidante animo secum versat, sonitus effractae ab interfectoribus ianuae aures eius percutit. Quo exterrita et *repentinos strepitus* audiri prolocuta, his iam continens excipit praesagium imminentis exitii. Postrema verba *et extremi mali indicia* si quis non ab Agrippina dicta, sed a scriptore adiecta credat, non adversabor.“ Simillimus locus est H. 3, 13. ubi sensus affectusque animorum per intervalla erumpentes nova verborum distinctione significavi. Cf. etiam ad Ann. 1, 41, 2. 12, 65; 2. Ind. III. v. *Anacolutha* et *Ellipses* nr. 19. et 20. *Modicum cubiculo* ed. Spir. — *quod nemo a filio* sc. veniret. — *aliam fere litore faciem* MS. Harl. (a m. sec.) edd. Put. 1. 2. sqq. Recte. *aliam fore litore faciem* MSS. Harl. (a m. pr.) Bodl. Ies. Guelf. *aliam fere latere f.* MS. Agr. *aliam fore latere f.* MS. Corb. quod probabat Woltman. et Germ. reddebat: ein anderes Bild berge die Thür. Pessime *aliam fore lateret faciem* MSS. Flor. Reg. ed. Spir. *aliam fores ante f.* coni. Ryck. *aliam fores ante rerum faciem* Brot. Omitto alia commenta. — *extrema mali indicia* MS. Corb. *extremi mali indicta* ed. Spir.

3. *respicit Anicetum*, cf. ad 13, 55, 3. — *trierarcho Herculeio*, praefecto triremis, non eius sumptu, (ut ap. Demosth. de cor. 30. et al.) sed publico exstructae, ut H. 2, 16. 3, 12. Cf. Ern. clav. Cic. „In inscrippt. memoratur III HER., IV VESTA, V. VICTORIA, h. e. triremis Hercules, quadriremis Vesta, quinqueremis Victoria; (v. Oliverii Marmora Pisaur. p. 175.) sed et *trierarchus liburnicarum* H. 2, 16.“ *Brot. thearco* et paulo post *thearcus* ed. Spir. *Herculeio et Obarito* MSS. Flor. Guelf. et ed. Bekk. mai. *Herculeo et Oloarito* edd. cet. et vett. et rec. — *comitatum* passive dictum, ut 2, 63. Agr. 41. — *ac* scil. *dixit, ait.* Cf. ad c. 6. n. 1. — *venisset* sc. Anicetus. *venissent, r. nunciaret* ed. Spir. — *sin facinus patraturus*, caedem, tanquam a Nerone imperatam. *parricidium*, matricidium. Cf. ad H. 1, 85. *parricidium* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. edd. Put. 1. 2. Ald. sqq. *paricidium* edd. Spir. Ber. Rhen. 1. 2. 3. — *fusti caput eius afflixit*, cf. ad 4, 45. *fusti* MSS. Flor. Bud. (a m. pr.) edd. Spir. Lips. sqq. *fuste* MS. Guelf. et edd. cet. Cf. ad 3, 21, 1. et G. 45. n. 18. *capud* MSS. Flor. Guelf. — *nam in mortem centurioni ferrum destringenti — exclamavit*, v. ad 11, 3, 1. *nam* MSS. Flor. Bud. Guelf. Agr. et edd. omnes ante Bip. *iam* edd. Bip. Ob. Bekk. Lün. Kiessl. *tum* coni. Boetticher et *caput eius afflixit non in mortem* (v. ad 2, 62.) Acidalius. „Genuinum est *nam*. Indicatur causa, cur trierarchus caput mulieris fusti afflixerit. Nam ut fustibus illam necarent, percussores accessisse ne credas. Immo ferrum centurio destringit, ut uno vulnere Agrippinam in mortem afficiat. Sed illa centurionem impedit ac percussores irritat *protendendo uterum* et *ventrem feri*

exclamans. Hinc centurioni opem ferunt alii et *prior trierarchus fusti afflixit eius caput;* deinde sequuntur reliqui, ut ita *multis vulneribus conficeretur.* Non enim persuadebis mihi, Agrippinae post fustem capite expertum satis animi superfuisse, ut uterum protenderet atque exclamaret *ventrem feri.*" *Walth.* et iam ante *Ryckius.* Paulum diversa et copiosior narratio Xiphil. 61, 13. secundum quam Agrippina exsiluit de sella, vestem discerpsit *καὶ τὴν γαστέρα ἀπογυμνώσασα, Παῖε ταύτην, ἔφη, Ἀνίκητε, παῖε, ὅτι Νέρωνα ἔτεκεν.* Copiosissima autem illa Sen. Octav. 1, 367 sqq. ex qua tragoedia etiam in fine huius cap. MSStis Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et edd. Put. 1. 2. et cet. usque ad Lips. post *exclamavit* inserta sunt haec: *rogans ministrum, ut utero dirum ensem conderet, adiiciens: Hic est, hic est fodiendus ferro, monstrum qui tale tulit. Post hanc vocem cum supremo mixtam gemitu animam tandem per fera tristem vulnera reddidit. Ictibus enim et multis* (al. *multisque*) *vulneribus confecta est.* Quae nonnullis genuina videntur et inserta potius illi tragoediae, quae non ab ipso Seneca, sed ab alio post eum confecta sit. Absunt vero a MSS. Flor. (teste Vict.) Vatic. Reg. Corb. ed. Spir. et vel hanc ob causam merito eiecta sunt ab editoribus rec., ut taceam, ea poeticum potius sermonem redolere quam pedestrem. *Hunc, exclamavit, hunc feri, monstrum qui tale tulit* MS. Agr. Ceterum Agrippinam dissoluto navigio periisse tradit Philostratus nugator in vita Apollonii 4, 38. *nam morte* MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. *destringenti* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Ryck. Iac. Gron. sqq. *distringenti* MSS. Bud. Guelf. et edd. vet. Cf. ad 12, 51, 1.

CAPUT IX.

Haec consensu produntur. Aspexeritne matrem exanimem Nero et formam corporis eius laudaverit, sunt qui tradiderint, sunt qui abnuant. Cremata est nocte eadem convivali lecto et exsequiis vilibus, neque, dum Nero rerum potiebatur, congesta aut clausa humus. Mox domesticorum cura levem tumulum accepit viam Miseni propter et villam Caesaris dictatoris, quae subiectos sinus editissima prospectat. Accenso rogo libertus eius cognomento Mnester ipse ferro transegit, incertum caritate in patronam an metu exitii. Hunc sui finem multos ante annos crediderat Agrippina contempseratque: nam consulenti super Nerone responderunt Chaldaei, fore ut imperaret matremque occideret; atque illa, *Occidat,* inquit, *dum imperet.*

1. *Haec consensu produntur* MSS. Flor. Reg. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Iac. Gron. sqq. *Haec c. traduntur* edd. cet. Hoc verbum paulo post sequitur. „*Consensu* adverbialiter dictum, ut *proditione* 1, 59. *initio* 4, 5. (quo sensu Cicero Phil. 10, 5. dixit: *a prima ora Graeciae usque ad Aegyptum:* unde non est quod suppleatur *facto*) *honore eius* 15, 28. H. 1, 44. extr. *impetu* 15, 38. *pretio* H. 4, 64. Agr. 19. *rerum fide* Agr. 10. *vestigiis insecutus* Agr. 26. *non malignitate nec invidia, sed simpliciter et ingenue* O. 25." *Roth.* ad Agr. p. 168. 169. Cf. ad cap. 5. n. 4. et Ind. III. v. *Ablativi Substantivorum absoluti.* — *formam corporis eius,* cf. Ind. III. v. *Genitivi ex se pendentes.* In MS. Agr. deest *eius,* quod glossema videri potest. — *sunt qui tradiderint,* in his Xiphil. 61, 14. (quo teste Nero sceleris non satis certus, nisi ipse spectaret, aspexit matrem exanimem dixitque: *οὐκ ᾔδειν, ὅτι οὕτω καλὴν μητέρα εἶχον*) Suet. Ner. 34. Boeth. carm. 2, 6.

2. *Cremata est,* v. ad H. 5, 5, 6. et G. 27. n. 2. — *nocte eadem* MS.

Guelf. edd. Put. 1. 2 sqq. *eadem nocte* ed. Spir. — *convivali lecto*, non funebri. — *rerum potiebatur*, v. ad 1, 5, 5. — *clausa humus* MS. Flor. (a m. pr.) edd. Spir. Ber. Pich. sqq. *clausa humo* male MSS. Flor. a m. rec. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et edd. cet. — *mox*, non *paulo post*, sed *deinde*, ut 1, 32. 4, 31. Cf. ad 15, 47, 1. et G. 2. n. 9. — *levem tumulum accepit* cet. v. ad c. 5. n. 1. — *viam Miseni propter*, v. ad 1, 50, 3. et Ind. III. v. *Praepositiones* nr. 1. — *et villam Caesaris dictatoris*, v. ad c. 4. n. 1. — *quae subiectos sinus editissima prospectat*, v. ad 6, 45. et inpr. ad 13, 21, 2.

3. *Mnester*, v. ad 11, 4, 1. *Ninester* ed. Spir. *Timester* MS. Reg. — *ipse ferro transegit* scil. *se*, (cf. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 15.) nisi *transegit* dictum est, ut *finire* 6, 50. Gr. τελεῖν, τελευτᾶν, ἀνύειν, ἀνύτειν, Germ. vollenden. *ipse ferro tr.* MS. Flor. *ipso ferro tr.* MSS. Reg. Corb. ed. Spir. *ipse ferro se tr.* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et omnes edd. praeter Spir. *ipse se ferro tr.* coni. Ern. quod magis arridere potest quam illud Iac. Gronovii: *libertus eius cognomento Mnesteris se ferro transegit.* — *multos ante annos*, v. ad 11, 2, 2. et Agr. 45. n. 8. — *contempseratque*, v. ad 1, 13, 2. — *consulenti super Nerone responderunt Chaldaei*, cf. ad 2, 27, 1. 2, 30, 1. 3, 22, 1. *super Neronem* MS. Reg. et ed. Spir. — *imperaret*: in MS. Agr. *imperitaret*.

CAPUT X.

Sed a Caesare perfecto demum scelere magnitudo eius intellecta est. Reliquum noctis modo per silentium defixus, saepius pavore exsurgens et mentis inops lucem opperiebatur tanquam exitium allaturam. Atque eum auctore Burro prima centurionum tribunorumque adulatio ad spem firmavit prensantium manum gratantiumque, quod discrimen improvisum et matris facinus evasisset. Amici dehinc adire templa et coepto exemplo proxima Campaniae municipia victimis et legationibus laetitiam testari; ipse diversa simulatione maestus et quasi incolumitati suae infensus ac morte parentis illacrimans.

1. *Sed a Caesare* cet. cf. Xiphil. 61, 14 sqq. et Suet. Ner. 34. — *perfecto demum scelere magnitudo eius intellecta est*: „Ita fit. Currimus ad scelus praecipites, quod sedente impetu veris mox pretiis aestimamus. Aurea gnome, sumpta a Menandro ap. Stob. Serm. 4. certe ab illo antea sic elata: Οὐδεὶς ξύνοιδεν ἐξαμαρτάνων, πόσον ἁμαρτάνει τὸ μέγεθος, ὕστερον δ' ὁρᾷ.“ *Lips. et* ante *intellecta* additum in ed. Spir. — *Reliquum* (in s. per reliquum tempus) *noctis* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. *Reliquo noctis* MS. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3 sqq. quod glossam redolet. — *per silentium defixus*, v. ad 1, 68, 1. — *pavore*, cf. ad c. 5. n. 4. — *prima*, primum, ut Agr. 19. 24. al. Cf. ad 3, 29, 2. — *adulatio*, „quae populum, senatum, provincias et Gallias pervasit; unde teste Quintil. inst. or. 8, 5. *dixit insigniter Africanus apud Neronem de morte matris*: *Rogant te, Caesar, Galliae tuae, ut felicitatem tuam fortiter feras.*“ *Brot.* — *prensantium* edd. Ern. sqq. *pressantium* MSS. Flor. (teste Vict.) Reg. Corb. Bud. ed. Spir. *prehensantium* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. sqq. Quae est perpetua scripturae varietas. Cf. 1, 21. 68. 2, 31. 4, 51. H. 1, 36. 66. 2, 46. 3, 28. 4, 46. *pr. manum* MSS. Flor. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2 sqq. Pich. Bern. Gron. Ryck *pr. manu* MSS. Reg. Corb. Agr. edd. Spir. Lips. Grut. Ern. sqq. Hoc est Germ. mit der Hand erfassen, illud Jemanden bei der Hand fassen, quod h. l. convenit; *Walth.* Utrumque vero bene et

eodem sensu dicitur, v. c. *prensare genua* 1, 21. H. 1, 66. 2, 46. *dextras* 2, 31. *manum* H. 1, 36. *pectora* 4, 46. *brachia* H. 3, 28. sed *prensare manibus* H. 1, 36. nam manus sive genua hominum prensari solebant manibus vel laetorum gratantiumque, ut h. l. H. 1, 36. et ap. Liv. 4, 60 pr. vel candidatorum honores ambientium, vel reorum veniam et mite iudicium rogantium, vel supplicum opem aliudve petentium, ut 1, 21. H. 1, 66. 2, 46. 4, 46. et ap. Liv. 1, 47. 3, 12. 35. — *gratantiumque, quod discrimen improvisum et matris facinus*, insidias vitae filii structas, *evasisset*, cf. c. 7. 11. Xiphil. 61, 18 extr.

2. *diversa simulatione*, contraria. Cf. Ind. II. Tristitia simulabatur a Nerone, laetitia ab amicis. Cf. Xiphil. 61, 15. — *morte parentis illacrimans* omnes MSS. et edd. ante Lips. 1. Cf. ad c. 5. n. 4. et Ind. III. v. *Ablativi Substantivorum absoluti*. Verbum quoque *illacrimare* absolute dicitur Liv. 25, 24. Hor. Sat. 2, 5, 103. Suet. Aug. 66. et aliis. *morti parentis illacrimans* edd. Lips. sqq. ut ap. Cic. N. D. 3, 33. Liv. 40, 56. al.

CAPUT XI.

Quia tamen non, ut hominum vultus, ita locorum facies mutantur obversabaturque maris illius et litorum gravis aspectus, (et erant qui crederent, sonitum tubae collibus circum editis planctusque tumulo matris audiri) Neapolim concessit literasque ad senatum misit, quarum summa erat: *repertum cum ferro percussorem Agerinum ex intimis Agrippinae libertis et luisse eam poenam conscientia, qua scelus paravisset.* Adiiciebat crimina longius repetita, *quod consortium imperii iuraturasque in feminae verba praetorias cohortes idemque dedecus senatus et populi speravisset ac, postquam frustra optata sint, infensa militi Patribusque et plebi dissuasisset donativum et congiarium periculaque viris illustribus instruxisset. Quanto suo labore perpetratum, ne irrumperet curiam, ne gentibus externis responsa daret?* Temporum quoque Claudianorum obliqua insectatione cuncta eius dominationis flagitia in matrem transtulit, publica fortuna exstinctam referens: namque et naufragium narrabat; quod fortuitum fuisse, quis adeo hebes inveniretur, ut crederet? aut a muliere naufraga missum cum telo unum, qui cohortes et classes Imperatoris perfringeret? Ergo non iam Nero, cuius immanitas omnium questus anteibat, sed Seneca rumore adverso erat, quod oratione tali confessionem scripsisset.

1. *ut hominum vultus, ita locorum facies* MS. Guelf. (ultra versum) edd. Spir. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3 sqq. *vultus* abest a MSS. Harl. Bodl. Ies. (teste Brot.) edd. Put. 1. 2. et *facies* a MS. Ies. si Iac. Gronovio fides habenda. „Hoc commode abesse potest: nam *vultus* etiam de locis dicitur, ut Ovid. Met. 1, 6. et Virg. Aen. 5, 848. Sed Tacitus non satis retinens brevitatis fuit.“ *Ern.* „Illud nego, quia oppositio non solum spectat ad vocabula *hominum* et *locorum*, sed etiam ad *vultus* et *facies*. Nam *vultus* est aliquid mutabile, *facies* constans. Alius est *vultus* locorum vernus, alius hibernus, sed *facies* eadem.“ *Walth.* Sed haec vocabula fere synonyma. — *obversabaturque* MS. Flor. edd. Pich. sqq. *obversabatur* MSS. Harl. Bodl. Ies. Reg. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. *observabatur* ed. Spir. *observabanturque* edd.

Bern. I. Fr. Gron. Ryck. vitiose. — *sonitum tubae — audiri*, ut ap. Herod. 6, 105. Cic. de div. 1, 145. et alios. *Tuba* est funerea, de qua v. intpp. Pers. 3, 103. et Gell. 20, 2. — *literas ad senatum misit* a Seneca compositas. Cf. ad 13, 3, 1. extrema huius cap. verba et illa Quintil. inst. or. 8, 5, 18. *Facit quasdam sententias sola geminatio, qualis est Senecae in eo scripto, quod Nero ad senatum misit occisa matre, quum se periclitatum videri vellet: Salvum me esse adhuc nec credo nec gaudeo.*

2. *repertum cum ferro percussorem Agerinum* cet. Cf. c. 7. — *luisse eam Agrippinam poenam conscientiâ*, cf. ad c. 5. n. 4. *conscientia* MSS. Flor. Reg. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. ante Rhen. 2. et post Pich. *ea conscientia* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Lips. — *Adiiciebat*: in MS. Flor. *adiciebant* teste Furia. — *iuraturasque in feminae verba praetorias cohortes*, v. ad 1, 7, 3. et de his cohortibus 4, 2. — *ac postquam frustra optata sint* haec ab Agrippina. Ita MS. Vat. edd. Bern. Gron. Ryck. sqq. nisi quod in plerisque *posteaquam*, ut in aliis libris, etsi *postquam* in MSS. Flor. (teste Furia ad 12, 15.) Guelf. Agr. ed. Spir. *quae postquam frustra optata sint* ed. Rom. Lipsii et Modii. (v. huius epist. 99.) *at postquam fr. optata sint* MS. Agr. *ac postquam frustra ablata sit* MS. Flor. teste Iac. Gron. et Furia. *ablata* etiam MSS. Farn. Corb. *ac postquam fr. oblata sit* ed. Spir. non *oblatu*, quod annotavit Ern. *ac posteaquam fr. oblata sint* MSS. Harl. Bodl. Ies. Reg. Guelf. (hic *postquam*) Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. et cet. usque ad Bern. *frustrata sit* coni. Rhen. *frustra tentata sint* Lips. *frustrata, ut infensa* Danes. *frustra habita sit* (Germ. getäuscht worden) Mur. et Boetticher. *frustra tentasset* I. Fr. Gron. *frustra captata sint* Acid. *frustra*, (sc. speraverit, vel fuerit, ut H. 1, 75. *utrisque frustra fuit*) *infensa* cet. (eiectis duobus verbis tanquam glossis) Walth. cui tamen verissima videbatur scriptura ed. Spir. *oblata sit* sc. militi Patribusque per ministros suos et amicos, vel pro *se obtulerit*. Nihil horum videtur praeferendum lectioni nunc vulgatae, nec valde corruptae in MSS. et edd. vet. — *militi* MSS. Flor. Reg. Corb. Bud. edd. Spir. Ern. sqq. *militibus* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. et edd. cet. ex prava emend. Cf. Ind. III. v. *Numerus sing. pro plur.* — *donativum et congiarium*, v. ad 12, 41, 1. — *perpetratum*, ut 12, 58. — *ne irrumperet curiam — daret*, cf. 13, 5.

3. *obliqua insectatione* MS. Agr. edd. Lips. sqq. v. ad 2, 55. et Duk. ad Flor. 4, 2, 9. *oblita ins.* MSS. Flor. Reg. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. et edd. vet. Hoc ex prisca scribendi ratione *oblica* ortum; *Lips.* Sic et *longinco* 14, 12 extr. pro *longinquo* in MS. Guelf. ut idem aliis locis in MSS. et edd. vet. — *publicâ fortunâ exstinctam*, periisse in salutem rei publicae, ut *sua quidem salute* dixit Plaut. Merc. 4, 5, 9. *saltus maiore iumentorum quam hominum pernicie superatus est* Liv. 21, 35. et alii similia. v. Ramshorn. Gram. p. 256. Magnorum periculorum propulsatio et inopina salus *Fortunae populi Romani* tribui solet. Cf. 15, 17. H. 3, 46. G. 33. Liv. 1, 46. 2, 40. 6, 30. (ubi v. Gron.) 7, 34. 26, 41. 35, 6. — *namque* h. l. aptissimum, quia rationes afferuntur, cur mors Agrippinae non fortuita fuerit, ut multa, sed favori cuidam erga Romanos deorum (ita G. 33.) et Fortunae publicae attribuenda sit. — *quod fortuitum fuisse* edd. rec. ex emend. Rhen. *fuisset* edd. vet. *et quod f. fuisset* ed. Spir. Hinc apparet, veteres locum ita accepisse, ut *quod* penderet e *narrabat* tanquam coniunctio; *Walth.* — *missum cum telo unum* cet. Cf. cap. 7. — *qui cohortes et classes I. perfringeret*, ut *perrumpere*, (v. clav. Cic.) h. e. qui speraret, a se interfici posse Caesarem etsi cohortibus praetoriis classibusque munitum; *Ern.* Cf. ad 2, 38. et 4, 40. — *anteibat*, cf. Ind. II. — *sed Seneca rumore adverso erat* MS. Flor. (teste Furia) et ed. Bekk. II. *sed Seneca adverso rumore erat* MSS. Harl. Bodl.

Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. Walth. *sed adverso rumore Seneca erat* edd. Rhen. 2. 3. et cet. — *quod oratione tali confessionem scripsisset* matricidii. Cf. nota 1. et ad 2, 33. 13, 3, 1. *confessiones* ed. Spir.

CAPUT XII.

Miro tamen certamine procerum decernuntur supplicationes apud omnia pulvinaria, utque Quinquatrus, quibus apertae insidiae essent, ludis annuis celebrarentur; aureum Minervae simulacrum in curia et iuxta Principis imago statuerentur; dies natalis Agrippinae inter nefastos esset. Thrasea Paetus, silentio vel brevi assensu priores adulationes transmittere solitus, exiit tum senatu ac sibi causam periculi fecit, ceteris libertatis initium non praebuit. Prodigia quoque crebra et irrita intercessere: anguem enixa mulier et alia in concubitu mariti fulmine exanimata: iam sol repente obscuratus et tactae de coelo quatuordecim Urbis regiones. Quae adeo sine cura deum eveniebant, ut multos post annos Nero imperium et scelera continuaverit. Ceterum quo gravaret invidiam matris eaque demota auctam lenitatem suam testificaretur, feminas illustres Iuniam et Calpurniam, praefectura functos Valerium Capitonem et Licinium Gabolum sedibus patriis reddidit ab Agrippina olim pulsos. Etiam Lolliae Paulinae cineres reportari sepulcrumque exstrui permisit; quosque ipse nuper relegaverat, Iturium et Calvisium, poena exsolvit. Nam Silana fato functa erat, longinquo ab exsilio Tarentum regressa labante iam Agrippina, cuius inimicitiis conciderat, vel tandem mitigata.

1. *Miro tamen certamine* cet. Cf. Xiphil. 61, 15. et Suet. Ner. 34. — *decernuntur supplicationes — utque*, et decernitur ut *Quinquatrus* cet. Cf. ad 1, 15, 3. — *supplicationes apud omnia pulvinaria* h. e. omnium deorum, ut ap. Cic. Catil. 3, 10. Difficilioribus rei publicae temporibus, prodigiorum praecipue causa et pestilentiae pax deorum expeti solebat a senatoribus patriciisque cum pueris ac virginibus, et saepe *supplicatio* indici universo populo ad vel circa omnia pulvinaria, h. e. ad omnia templa, in quibus lectisternia erant, et circa aras eorum. Sternebantur autem lecti et sellae s. *pulvinaria* (ut 15, 23.) et his imponebantur statuae deorum, plerumque binorum in uno lecto, vel dii tanquam praesentes et vere coenaturi ad mensas carnibus victimarum exstructas, epulis paratis et consumptis primum a duumviris sacris faciundis, deinde a Septemviris Epulonum et nonnunquam ab ipsis senatoribus. Quae sunt *lectisternia* diis et *sellisternia* deabus propria; (v. Val. Max. 2, 1, 2.) sed illa deabus quoque decreta factaque legimus ap. Liv. 5, 13. 21, 62. 22, 10. Cf. intpp. Liv. 5, 52. 22, 10. 24, 10. 31, 8. Chimentell. de hon. bisellii c. 31. et inf. 15, 44. ubi in quibusdam libris *sellisternia*, in aliis *lectisternia*, et Lipsius coni. *solisternia*, ut significetur, feminas in humum abiecisse corpora et repsisse ad aras deorum; de quo ritu v. Sen. de vita beata c. 27. intpp. Iuvenal. 6, 525. et Tibull. 1, 2, 85. — *utque Quinquatrus, quibus apertae insidiae* Agrippinae *essent*, (v. cap. 4.) *ludis annuis celebrarentur*, scenicis aut circensibus; *Lips. Quinquatrus* festi dies, tam a pueris, qui tum feriabantur (Hor. epist. 2, 2, 197.) et initio institutionis *minerval*, exiguum munus, solvebant magistris, qui

illud Minervae dedicabant, (v. Heins. ad Ovid. Fast. 3, 829.) quam ab adultis hominibus et potissimum ab omnis generis artificibus artiumque studiosis in honorem Minervae artium praesidis acti et sic dicti vel a *quinquandis* h. e. lustrandis eo die ancilibus, (si fides habenda Charisio I. 1.) vel quod *quinque* diebus continuis, vel quod maiores a die *quinto* post idus Martias, minores a die quinto post idus Iunias (ut *sexatrus* et *septimatrus*) cum ludis, spectaculis aliove modo celebrarentur. v. Ovid. Fast. 3, 809 sqq. 6, 651 sqq. et Trist. 4, 10, 11 sqq. Iuvenal. 10, 115. Suet. in Oct. 71. in Ner. 34. in Dom. 4. Gell. 2, 21. Symm. 5, 85. Hoc festum ab Etruscis ascitum et ab his in honorem Minervae actum Martio mense et *aequinoctio vernali, quando manubiae Minervae i. e. fulmina tempestates gravissime commovent*. Ita Serv. ad Virg. Aen. 11, 259. Cf. Ottfr. Müller: die Etrusker T. II. p. 49. *Quinquatrus* edd. Lips. sqq. ut *Quinquatruum festos dies* cap. 4. et *sollennia Quinquatruum* Suet. Ner. 34. Idem h. l. in MS. Flor. legi Victorius ad Cic. ep. 2, 12. sed *quinquatruus* (per contract. *quinquatrus*) idem ad edit. Ber. testatur. *quinquatriis* (quod e *quinquatrus* ortum) MS. Corb. ut ap. Suet. Oct. 71. plerique MSS. *quinquatria* (ut *Olympia, Eleusinia, Megalesia* scil. sacra sive sollennia) MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. (a m. sec.) Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. et sic ap. Suet. Dom. 4. in omnibus libris. *quinquatrium* MS. Bud. a m. pr. ut supra c. 4. MSS. Flor. Guelf. *quinquatrii* ed. Spir. „Saepe quidem in deterioribus libris apud Livium, Ciceronem aliosque turbatur: sed Latinum non esse *Quinquatria* cum Gron. et aliis censeo vocemque natam ex Grammaticorum cerebro Latinitate iam prolapsa. vid. omnino Malasp. ad Cic. ep. ad Att. 9, 13.“ *Oudend.* ad Suet. Oct. 71. Cf. Drak. ad Liv. 26, 27. 44, 20. De festis diebus in honorem servati Neronis actis v. Xiphil. 61, 16. 17. 18. et Leonidae carm. IX. in Brunck. Anal. T. II. p. 191. — *quibus apertae insidiae essent* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Bekk. Walth. *q. ap. essent insidiae* edd. cet. — *iuxta:* in MS. Flor. *iusta*. Recte: h. e. procera et prorsus iconica; *Iac. Gron.* „Sed *iusta* saepius in MSS. ut in Guelf. scriptum pro *iuxta*. Cf. ad H. 4, 22.“ *Walth.* — *statuerentur* MS. Flor. teste Furia et fortasse alii. *statueretur* libri cet.

2. *Thrasea Paetus* v. Ind. I. et ad 16, 21, 1. — *exiit tum senatu ac sibi causam periculi*, offensionis mortisque, hanc *fecit*, cf. 16, 21. quo loco firmatur emendatio Lipsii *exiit tum senatu*, a Pich. et deinde a cunctis editoribus in ordinem recepta pro *exitium senatui*, quod legitur in MSS. Reg. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et edd. vet. Idem tradit Xiphil. 61, 15. ὁ Πούπλιος δὲ Θρασέας Παῖτος ἦλθε μὲν ἐς τὸ συνέδριον καὶ τῆς ἐπιστολῆς ἐπήκουσεν· (de qua Neronis epistola ad senatum v. cap. 11.) ἀναγνωσθείσης δὲ αὐτῆς ἐξανέστη τε εὐθύς, πρὶν καὶ ὁτιοῦν ἀποφήνασθαι, καὶ ἐξῆλθε, διότι, ἃ μὲν ἤθελεν εἰπεῖν, οὐκ ἠδύνατο, ἃ δὲ ἠδύνατο, οὐκ ἤθελε.

3. *Prodigia quoque crebra et i. i.* cf. ad 12, 64, 1. — *irrita*, quibus *rata, iusta* opponuntur. — *anguem enixa mulier*, fortasse taeniam: quod inter prodigia relatum a Plin. 7, 3. Appiano B. C. 1, 83. Obseq. de prod. c. 118. et aliis. *a. en. mulier: alia — exanimata est* ed. Spir. — *iam sol repente obscuratus* scil. lunae interventu vel motu terrae. *Iam* transitum facit ad membra, id. qd. praeterea, porro, ut c. 32. 15, 41. 43. v. Beier. ad Cic. de off. 3, 21, 84. Heindorf. ad Cic. de N. D. 1, 12, 30. Ellendt ad Cic. Brut. 43, 159. „Cf. Dio 61, 16. qui alia quoque prodigia memorat, et Plin. 2, 70. s. 72. qui tempus accurate notat: *Solis defectum Vipstano et Fonteio consulibus, qui fuere ante paucos annos, factum pridie Kal. Maias Campania hora diei inter septimam et octavam sensit: Corbulo dux in Armenia inter horam diei X et XI prodidit visum.* Cf. Petavii doctr. temp. 11, 9.“ *Brot.* — *et tactae de*

coelo XIV Urbis regiones, itaque omnes: nam Roma in tot regiones divisa. Cf. 15, 40. *tactas* MS. Flor. (test. Vict. et Furia) et ed. Spir. Sed nominativi in verbis praec. — *Quae adeo sine cura deorum eveniebant* cet. Haec vel ad Epicureorum dogmata vel ad irrisionem prodigiorum referuntur. Cf. ad 6, 22, 1. et 12, 64, 1. — *multos post annos*, cf. ad 11, 2, 2. et Agr. 45. n. 8.

4. *Iuniam* Calvinam, v. 12, 4. et 8. *Liviam* ed. Spir. in qua etiam paulo ante *levitatem* pro *lenitatem*. — *Calpurniam* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Lips. sqq. *Calphurniam* MS. Guelph. et edd. vet. Cf. ad 11, 30, 1. et 12, 22, 2. — *praefectura functos*, fortasse *praetura functos*, quod etiam coni. Lipsius, quia Tacitus non dixit, qualis fuerit *praefectura*, quae multiplex fuit, Aegypti, Urbis, classium, annonae, praetorii, alarum, castrorum, aerarii, equitum, fabrorum cet. — *Valerium Capitonem et Licinium Gabolum*, quorum non alibi fit mentio. *Licimum* ed. Spir. — *Lolliae Paulinae*, v. Ind. I. — *sepulcrumque* MS. Flor. teste Vict. et edd. rec. *sepulchrumque* MS. Guelf. et edd. vet. — *Iturium et Calvisium*, v. ad 13, 19, 2. — *Nam Silana fato functa erat*: concisa dictio pro: Silanam quoque ab exsilio revocasset, sed non potuit; ‚*nam fato iam functa erat*. Cf. ad 2, 63, 1. et Ind. III. v. *Ellipses* nr. 11. De Iunia *Silana* cf. 13, 19. 22. et Ind. I. *Silana* edd. Spir. Lips. sqq. *Syllana* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. — *longinquo*: in MS. Guelf. *longinco*. Cf. ad cap. 11. nr. 3. — *regressa*: in ed. Spir. *reversa*. — *labante iam Agrippina*, eius potentia. Cf. ad 2, 26, 1. — *conciderat*: in ed. Spir. *ceciderat*, in MS. Agr. *ceciderat maxime*. — *tandem* recte, opinor, scripsere Bekk. et Ritt. pro vulg. *tum*, quia in MS. Flor. est *tām* teste Furia eoque scripturae compendio h. l. non *tamen*, quod a Victorio enotatum est et Walthero arrisit, ut aliis locis, (v. ad 13, 42. princ.) sed *tandem* significatur.

CAPUT XIII.

Cunctari in oppidis Campaniae, quonam modo Urbem ingrederetur, an obsequium senatus, an studia plebis reperiret, anxius. Contra deterrimus quisque, quorum non alia regia fecundior exstitit, invisum Agrippinae nomen et morte eius accensum populi favorem disserunt: *iret intrepidus et venerationem sui coram experiretur:* simul praegredi exposcunt. Et promptiora quam promiserant inveniunt, obvias tribus, festo cultu senatum, coniugum ac liberorum agmina per sexum et aetatem disposita, exstructos, qua incederet, spectaculorum gradus, quo modo triumphi visuntur. Hinc superbus ac publici servitii victor Capitolium adiit, grates exsolvit seque in omnes libidines effudit, quas male coercitas qualiscunque matris reverentia tardaverat.

1. *Cunctari* (Nero) *in oppidis C.* — *anxius. contra* cet. MS. Flor. teste Furia et ed. Spir. nisi quod in illo est *ansius*, in hac *cunctanti*. Id substitui pro vulg. *Cunctanti* — *anxio, contra deterrimus quisque* — *disserunt*, quae constructio est impeditior. Cf. ad 11, 3, 1. et de infinit. *cunctari* ad 1, 4, 3. — *Urbem*: in MS. Corb. *in urbem*. — *reperiret* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Pich. sqq. *repeteret* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Mic. Lips. — *regia*, domus Principis, Caesaris; *Ern. regia* MSS. Flor. (teste Vict.) Harl. Bodl. Bud. Guelf. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *regio* MSS. Ies. Agr. et primae edd. — *disserunt* MSS. Harl. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3.

sqq. *dixerunt* MSS. Harl. in marg. Reg. et ed. Spir. — *venerationem sui*, cf. Ind. III. v. *Pronomen recipr. in genit.* — *praegredi* MSS. Flor. (teste Pich. non Vict.) Bodl. edd. Gron. sqq. *progredi* MSS. Reg. Harl. Ies. Guelf. Bud. et edd. vet.

2. *Et promptiora quam promiserant inveniunt* cet. Maledicta tamen et convicia hominum memorant Suet. Ner. 39. et Xiphil. 61, 16. — *obvias tribus*, v. ad 3, 4, 1. „Nota autem morem obviam eundi Principibus ducibusque in laetitia, ut H. 2, 12. et Liv. 23, 7.“ *Pich.* ad H. 2, 12. — *festo cultu senatum*, v. ad 2, 69. *senatu* MS. Flor. teste Furia et ed. Spir. — *exstructos, qua* parte *incederet* Nero, *spectaculorum gradus*, spectacula, h. e. loca e quibus spectetur, per gradus structa; *Ern.* Sic *spectacula sibi quisque faceret* Liv. 1, 35. et *tota spectacula pervasit* Liv. 45, 1. — *quo modo triumphi visuntur*, cf. Ioseph. B. I. 7, 5, 4.

CAPUT XIV.

Vetus illi cura erat, curriculo quadrigarum insistere, nec minus foedum studium, cithara ludicrum in modum canere, quum coenaret; quod is *regium et antiquis ducibus factitatum* memorabat, *idque vatum laudibus celebre et deorum honori datum: enimvero cantus Apollini sacros, talique ornatu adstare non modo Graecis in urbibus, sed Romana apud templa numen praecipuum et praescium.* Nec iam sisti poterat, quum Senecae ac Burro visum, ne utraque pervinceret, alterum concedere: clausumque valle Vaticana spatium, in quo equos regeret haud promiscuo spectaculo. Mox ultro vocari populus Romanus laudibusque extollere, ut est vulgus cupiens voluptatum et, si eodem Princeps trahat, laetum. Ceterum evulgatus pudor non satietatem, ut rebantur, sed incitamentum attulit; ratusque dedecus molliri, si plures foedasset, nobilium familiarum posteros egestate venales in scenam deduxit, quos fato perfunctos ne nominatim tradam, maioribus eorum tribuendum puto: nam et eius flagitium est, qui pecuniam ob delicta potius dedit quam ne delinquerent. Notos quoque Equites Romanos operas arenae promittere subegit donis ingentibus, nisi quod merces ab eo, qui iubere potest, vim necessitatis affert.

1. *Vetus illi cura erat curriculo quadrigarum* (quatuor equis iuncto) *insistere*, quadrigas agere, *nec minus foedum studium cithara ludicrum in modum canere*, cf. Ind. III. v. *Infinitivi* nr. 6. et Ramshorn. Gramm. p. 423. 424. ubi haec Germ. redduntur: Fahren war dem Nero von jeher ein Gegenstand sorgfältiger Uebung; Singen eine eben so wichtige Lieblings-Beschäftigung. De Neronis et aurigandi et cithara canendi studio cf. cap. 15. 15, 44. extr. (ubi similiter *circense ludricum edebat habitu aurigae permixtus plebi vel curriculo insistens*) 16, 4. Suet. Ner. 20 — 25. Xiphil. 61, 19. 20. 21. 62, 18. 24. 26. 29. 63, 1. 8—14. Iuvenal. 1, 60 sqq. 8, 198. 211—230. Philostr. vita Apoll. 4, 36. de citharoedico habitu Neronis in numis eius iussu cusis Apul. Flor. 2. p. 351, 8. ed. Elm. et Eckhel. D. NN. T. VI. p. 276. „Numus Neronis, in quo quadrigis insistens auriga cum epigr. ΕΥΤΥΜΙΟΣ male huc refertur a Vertranio: nam spectat ad illum aurigam celebrem, qui et in Traiani numis occurrit. v. Patini Thes. NN. p. 104. Cf. p. 144.“ *Oberl.* *cura* edd. Put. 1. 2. sqq. usque ad Lips. et deinde

Ern. Oberl. cet. *copia* MSS. Flor. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. Agr. edd. Spir. Lips. et sqq. ante Ern. quod h. l. parum convenit et a nonnullis accipitur de facultate, a Ryckio de licentia permissu praeceptorum et matris, a Bip. de multitudine equorum aliorumque quae ad aurigandum pertinerent. *cupido* coni. Lips. et *culpa* Hiller. racem. 38. — *ludicrum in modum*, ut in ludis fieri solet. *ludiorum in modum* malebat Lips. Sed simil. *ludicrae artes* inf. c. 16. pr. dicuntur scenicae et *ludicrae partes* ludiorum s. histrionum Suet. Ner. 11. — *canere, quum coenaret, quod is* (Nero) *regium et antiquis ducibus factitatum memorabat — datum:* „Sic Hercules, Achilles plurimique reges ac duces Graeci cithara cecinere. v. Paneg. ad Pis. v. 157 sqq. et Corn. Nepos in Praef. At musica Graecis virtutis incitamentum, Romanis irritamentum lasciviae fuit; de quo v. Plut. de musica p. 1145 sqq." *Brot.* Notissimum quoque, in heroum epulis cecinisse ἀοιδούς, in deorum conviviis Apollinem pulsasse lyram et Musas accantasse. v. Hom. Odyss. 8, 62 sqq. Quintil. inst. or. 1, 10, 10. Virg. Aen. 1, 740 sqq. Athen. 14, 6. *cum celaret* ed. Spir. *canere in scena* coni. d'Hotteville, quod non displicebat Oberl. Sed vulgatum firmatur et contextu verborum et loco Suet. Ner. 22 extr. *quod is regium* recte, opinor, scripsit Walther. *qis regium* MS. Flor. si Iac. Gronovio, et *qs regium*, si Victorio fides habenda. *quis regum* MSS. Harl. Bodl. (in marg.) Ies. Bud. a m. pr. Guelf. *quis regibus* MS. Reg. et ed. Spir. *quod regibus* MSS. Bud. a m. sec. Bodl. edd. Put. 1. 2 sqq. Quas lectiones peperit compendium scripturae *q* male intellectum. *quasi regium* — *memorans* coni. Iac. Gron. *memoret* ed. Spir. *memorat* MS. Flor. teste Iac. Gron. non Vict. aut Furia. „Id tamen defendi potest, ut Tacitum putemus hausisse ex autographo quodam Neronis, fortassis e carminibus eius, de quibus v. cap. 16." *Walth.* In MS. Guelf. *factum memorabat.* — *deorum honori datum*, v. ad 1, 7, 8. — *Apollini:* in ed. Spir. *Apollinis.* Sed litera postrema ex prima vocis seq. adhaesit; *Walth.* — *numen praecipuum* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *nomen praec.* edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. *nomen principum* MS. Guelf.

2. *Nec iam sisti poterat*, cf. ad 3, 52. et Ind. II. — *ne utraque pervinceret* sc. parte; Oberl. Sed *utraque* est potius accus. plur. et id. qd. *utrumque*, ut 13, 34. 15, 41. et al. *ne utraque* (aurigationem et cantum vel aurigandi et canendi libidinem) *pervinceret*, ipsis dissuadentibus extorqueret. Cf. 12, 59 extr. *utraque* MSS. Flor. (teste Pich. non Vict. aut Furia) Harl. (a m. sec.) edd. Spir. Pich. sqq. *utroque* MSS. Harl. a m. pr. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. cet. *utrumque*, quod volebat Lipsius, MS. Bud. a m. sec. *ne utraque pervincerent* coni. Heinsius. — *clausumque in valle Vaticana*, in qua horti Neronis erant, (v. 15, 44. Plin. 37, 2. s. 7. Suet. Ner. 21. 22.) *spatium*, locus circo designatus et circumscriptus. „Hic est Vaticanus Neronis circus, cuius triplici muro septentrionali innititur nunc pars meridionalis aedis S. Petri, ante quam stant obeliscus ille tertius Romae a Sixto V. erectus et basilica Vaticana. Cf. Plin. 36, 11. s. 15. (*tertius obeliscus Romae in Vaticano Caii ac Neronis Principum circo*) Bonanni hist. templi Vatic. p. 24. Fontana in templo Vatic. p. 33. et numus Neronis ap. Angelonum." *Brot.* — *haud promiscuo spectaculo*, hominibus haud promiscue seu indiscrete spectantibus sine discrimine ordinis, vel potius h. l. potestate spectandi non omnibus data sine discrimine. Cf. ad 15, 32, 2. et Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita.* — *ultro vocari*, cf. ad 3, 36, 1. — *laudibusque* MSS. Flor. Harl. Guelf. edd. Spir. Ber. Pich. sqq. *laudibus* MS. Bud. et edd. cet. — *si eodem Princeps trahat* illud et inclinet. *eodem* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Pich. sqq. *eo* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips.

3. *evulgatus pudor*, dedecus publicum a Nerone admissum. *evulgatus*

MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *vulgatus* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Cf. ad 6, 27, 1. — *ut rebantur* Seneca ac Burrus. — *dedecus molliri* MSS. Flor. Harl. a m. sec. Bodl. Bud. Agr. edd. Spir. Ryck. Brot. Bip. Bekk. mai. Kiessl. Walth. Cf. Ind. II. et ad 4, 30, 1. *moliri* MSS. Reg. Harl. a m. pr. Ies. Guelf. *amolliri* edd. Put. 1. 2. *amoliri* edd. Ber. Riv. Rhen. 1. 2. 3. Ern. Ob. Bekk. min. Lün. Immo post *ratus* in tali contextu sequitur infinitivus passivi; *Walth.* Sed v. ad Agr. 44. n. 8. et Ind. III. v. *Infinitivi* nr. 8. — *nobilium familiarum posteros egestate venales in scenam deduxit*, cf. Suet. Ner. 11. 12. Xiphil. 61, 17. et Iuvenal. 8, 146—230. Ab hoc etiam *nominatim traduntur* quidam, ut a Xiphilino Furii, Fabii, Porcii, Valerii, et posteri Aemilii Pauli, Mummii, Claudii Marcelli, Appii, L. et P. Scipionum. *familiarium* MS. Guelf. a m. pr. et ed. Spir. — *maioribus eorum tribuendum puto*, (v. ad 1, 7, 8.) et quidem recte:, *nam* hoc non modo illorum est flagitium, sed *et eius, qui pecuniam* cet. Ita duplex silentii ratio affertur et aptissimum est *nam*, quod delendum videbatur Ernestio et omissum est in edd. Spir. et Bekk. maiori distinctione post *puto* posita. Idem *nam* transitum facere et ἐλλειπτικῶς poni solet. Cf. ad 2, 63, 1. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 11. et Ramshorn. Gramm. p. 563. Paulo post *potius ob delicta* ed. Spir. Eadem *donis subegit ingentibus*, ut MSS. Reg. et Agr. — *Notos quoque Equites Romanos operas arenae* amphitheatri, spectaculo gladiatorio, *promittere subegit*, ut et feminarum illustrium senatorumque plures. Cf. 15, 22. Xiphil. 61, 17. 75, 16. Suet. in Ner. c. 11. 12. in Dom. c. 4. Stat. Silv. 1, 6, 53. Iuvenal. 2, 143 sqq. 6, 255 sqq. 8, 192. *operas* pro *operam*. Cf. 12, 49, 1. et Forcell. Lex. Alio sensu *theatrales operae* dicuntur 1, 16. *promittere subegit*, cf. Ind. III. v. *Infinitivi* nr. 7. — *nisi quod merces ab eo data, qui iubere potest, vim necessitatis affert*: „quam paucis, sed quanta Principibus documenta!" *Brot.* Cf. 15, 32 sqq. H. 2, 71. et praecipue Iuvenal. 8, 192—199. *nisi quod*, v. ad 6, 24, 1. ad Agr. 6. n. 2. Roth. ad Tac. Agr. p. 255. 256.

CAPUT XV.

Ne tamen adhuc publico theatro dehonestaretur, instituit ludos *Iuvenalium* vocabulo, in quos passim nomina data. Non nobilitas cuiquam, non aetas aut acti honores impedimento, quo minus Graeci Latinive histrionis artem exercerent usque ad gestus modosque haud viriles. Quin et feminae illustres deformia meditari; exstructaque apud nemus, quod navali stagno circumposuit Augustus, conventicula et cauponae, et posita veno irritamenta luxui, dabanturque stipes, quas boni necessitate, intemperantes gloria consumerent. Inde gliscere flagitia et infamia, nec ulla moribus olim corruptis plus libidinum circumdedit quam illa colluvies. Vix artibus honestis pudor retinetur, nedum inter certamina vitiorum pudicitia aut modestia aut quicquam probi moris reservaretur. Postremus ipse scenam incedit multa cura tentans citharam et praemeditans assistentibus. Facies accesserat, cohors militum, centuriones tribunique et maerens Burrus ac laudans. Tuncque primum conscripti sunt Equites Romani cognomento *Augustanorum*, aetate ac robore conspicui et pars ingenio procaces, alii in spe potentiae. Ii dies ac noctes plausibus personare formam Prin-

cipis vocemque Deum vocabulis appellantes; quasi per virtutem clari honoratique agere.

1. *publico theatro*: in MS. Flor. *puplico th.* teste Vict. *theatro* deest in MS. Ies. — *ludos iuvenalium vocabulo*, de quibus v. Lips. Exc. II. ad Tac. Ann. XIV. et Reimar. ad Xiphil. 67, 14. *iuvenilium* MSS. Flor. Guelf. ed. Spir. Sed cf. 15, 33. Suet. Ner. II. Xiphil. 67, 14. — *in quos passim*, a multis promiscue, sine discrimine, *nomina data*, ut *nomina dare, edere, profiteri* in militiam, coloniam, classem cet. (Germ. sich angeben, melden) de iis, qui patiuntur vel cupiunt nomina sua scribi in albo militari et colonorum sive inter milites et eos, qui aliquo deduci velint. Sic *nomina dare in Crustuminum* agrum et *in classem* ap. Liv. 1, 11. 28, 45. *respondere ad nomina* et *ad delectum* vel simpl. *respondere* ap. Liv. 3, 41. 42, 35. 43, 14. de civibus, qui edicto delectu citati et appellati adsunt neque militiam detrectant. Cf. ad c. 54. n. 2. — *usque ad gestus modosque*, numeros, ῥυθμοὺς, *haud viriles*, ut *fractos sonos* c. 20 extr. *modos histrionales* O. 26. (ubi v. not. 2.) Cf. Iuvenal. 6, 314 sqq. 11, 162 sqq. et loca Quintil. 1, 17, 22. et 31. *motusque haud viriles* corr. Heinsius coll. 15, 37. et Horat. od. 3, 6, 21. — *feminae illustres deformia meditari*, cf. 15, 32. Xiphil. 61, 17. 62, 15. 75, 16. Suet. in Ner. 11. 12. in Dom. 4. Iuvenal. 1, 23. 6, 246 sqq. 8, 194. Stat. Silv. 1, 6, 53 sqq. — *exstructa apud nemus, quod navali stagno circumposuit Augustus*, (v. ad 12, 56, 1.) *conventicula et cauponae* cet. conf. Xiphil. 62, 15. ubi v. Reimar. *caupona* MS. Guelf. — *posita veno*, v. ad 4, 1. *veno* MSS. Guelf. Bud. edd. Spir. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 2. 3. sqq. *vero* edd. Put. 1. 2. Riv. Rhen. 1. — *irritamenta luxui* MSS. Flor. (teste Vict.) Reg. edd. Bekk. mai. Walth. Cf. Ind. III. v. *Dativus obiectivus*. *irritamenta luxus* MS. Guelf. edd. cet. *irr. luxuriae* MSS. Vat. Agr. — *dabanturque stipes*: „Olim populus *stipem*, ex qua ludi fierent Apollini aliisve diis, conferebat vel ex edicto praetoris vel sponte. De illo v. Liv. 25, 12. de hoc Plin. 33, 9. s. 48. Sed et Augustus stipem praetoribus dari ad ludos voluit. Dio 54, 2. τοῖς μὲν στρατηγοῖς τὰς πανηγύρεις πάσας συνέταξεν, ἔκ τε τοῦ δήμου δίδοσθαί τε αὐτοῖς κελεύσας, nisi τὸ δημόσιον potius quam δῆμον intelligi voluit. *Stipes* alias usitate dabantur diis et ad res sacras. v. Sen. de ben. 7, 4. et ep. 116. (115.) Varr. L. L. 4, 36. Ita in capita fontium, quae sacra, stipem iaciebant. v. Plin. ep. 8, 8. et Sen. Q. Nat. 4, 2." *Lips.* Cf. et Liv. 25, 12. extr. Cic. de leg. 2, 9. 16. Cuperi obbs. 3, 4. Gron. de pec. vet. 4, 11. extr. „Sed hic *stipes datae* a Nerone, ut statim per libidinem absumerentur. Gruterus comparat factum Augusti ap. Suet. Oct. 98." *Ern.* Cf. Suet. Cal. 41. *dabantur* ed. Spir. — *nec ulla moribus olim corruptis plus libidinum circumdedit*, cf. ad Agr. 20. n. 1. et Ind. II. v. *circumdare*. *olim corruptis* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) Rhen. 1. Ern. sqq. *corruptis olim* edd. cet. — *Vix artibus honestis pudor retinetur*, quae Bötticher Germ. reddit: Kaum wird noch durch ganz besondere Bestrebungen im Guten (ut contra *vis* dicitur die innere, eigenthümliche Kraft) das Sittlichkeitsgefühl erhalten. — *quicquam*: in MS. Guelf. *quicqd.* — *reservaretur* MS. Guelf. et omnes edd. praeter Spir. in qua est *reservatur*. „Hinc *reservetur* coni. Ern. cui tamen formae hic locus nullus. Immo optativo opus est." *Walth.* Cf. Ind. III. v. *Verborum Tempora* II, 4.

2. *Postremus ipse scenam incedit* Nero, *multa cura tentans citharam* cet. cf. ad cap. 14. n. 1. Xiphil. 61, 20. 21. 63, 21. 22. Suet. Ner. 21. *Postremus* MSS. Bud. Guelf. edd. vet. ante Lipsium et in his Ber. ad quam siluit Vict. *Postremo* edd. Lips. sqq. Sed *postremus*, ut Gr. τε-

λευταῖος, ponitur adverbii loco, quoniam ad ipsum subiectum refertur; *Walth.* Cf. Ind. III. v. *Adiectiva pro adverbiis posita. scenam* MSS. Flor. Reg. Vat. Lipsii, Agr. edd. Spir. Ber. Lips. sqq. *scenas* MSS. Guelf. Bud. edd. cet. *incedit* MSS. Flor. (teste Vict.) Reg. Bud. Guelf. Agr. edd. Spir. Rhen. 2. 3. Ald. Ern. sqq. *ascendit* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *inscendit* edd. Lipsii (qui id e libris a se restitutum dicit, fortasse e MS. Vat.) et cet. ante Ern. „Sed *incedere* per cognationem dicitur pro *intrare*, ut 1, 61. 14, 22. Cf. Roth. Quaest. gram. in Seebodii N. Archiv für Philol. u. Paed. a. 1830. p. 27.“ *Walth.* — *praemeditans assistentibus. Facies accesserat* edd. Bip. Oberl. Lün. Bekk. Kiessl. „Recte: *assistentibus* est ablativus absolutus pro vulg. *quum assisterent* scil. *homines*, quod vocabulum in MS. Flor. supra adscriptum esse dicitur.“ *Walth.* Cf. Ind. III. v. *Participia Praes. in sexto casu absolute posita.* Sed *assistentibus* est potius dativus: *praemeditans assistentibus*, sc. hominibus vel citharoedis, praeludens, *praemoderans* ap. Gell. 1, 11. Cf. ad 3, 31. et Xiphil. 63, 9. *Facies*, ut al. *species.* Sic *decora facies*, speciosa pompa, H. 2, 89. et *senatus faciem secum attulerat, auctoritatem populi Romani* ap. Cic. Phil. 8, 8. de Popillio Laenate. *assistentibus facies* MSS. Flor. Farn. Guelf. prob. Woltm. qui Germ. haec reddit: und den Nebenstehenden die Mienen vorübend. *asistentibus facies* MS. Bud. *absistentibus facies* MS. Vat. Lipsii et ed. Spir. *assistentibus ceteris* MS. Agr. *assistentibus familiaribus* edd. Put. 1. 2. et cet. ante Bip. *assistentibus facibus* coni. Lipsius propter verba seqq. *dies ac noctes* et similia cap. 20. 21. Suet. Cal. 18. *assistentibus fonascis* s. *phonascis* Muretus, ut *adstante phonasco* ap. Suet. Ner. 25. Alii alia commenti sunt minus probabilia. Deinde *accesserat* edd. Lips. sqq. *abscesserat* MSS. Flor. Bud. Guelf. et edd. vet. *centurionesque* ed. Spir. — *et maerens Burrus animo ac laudans voce*; felix Taciti brevitas nec ullis verborum sententiarumve lenociniis aequanda; *Brot.* Idem de Seneca tradit Xiphil. 61, 20. non vero contraria Suet. Ner. 21. *simul praefecti praetorii citharam sustinentes, post tribuni militum iuxtaque amicorum intimi.* — *Tuncque* (tunc quoque) *primum conscripti sunt Equites Romani cognomento Augustanorum*, cf. Xiphil. 61, 20. 63, 8. et Suet. Ner. 20. 25. Ab illo vocantur *Αὐγούστειοι*, (nisi scrib. *Αὐγούστανοι*) ab hoc rectius *Augustiani.* v. Fabretti inscr. c. V. p. 356. et sup. ad 11, 1, 1. *cognomentum* MS. Guelf. et ed. Spir. — *alii in spe potentiae* sc. procaces, vel *ὄντες*, constituti; *Ern.* et *Walth.* Cf. Ind. III. v. *Ellipses* 1. *γ. alii spe p.* coni. Mur. *alii in spem p.* Acid. *alii et spe p.* Bip. — *Ii* MS. Bud. et ed. Bekk. mai. *hii* MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. *Hi* edd. cet. omnes. — *plausibus personare — appellantes*, ut 16, 4. *plebs personabat certis modis plausuque composito*: „nam utrique rei ars acclamandi et plaudendi. v. Cassiod. Variar. ep. 1, 31. Quem modulatum clamorem Plinius pan. 2. *concentum* appellat et Xiphil. 73, 2. *εὐρύθμως ἐκβοᾶν.*“ *Lips. Personare* ut 16, 4. Ita et *tribuni in foro personant* Liv. 3, 10. *cithara crinitus Iopas personat aurata* Virg. Aen. 1, 741. *inani voce sonare* Cic. fin. 2, 15. pr. — *formam Principis vocemque deûm* praecipue Apollinis vocabulis *appellantes*, h. e. divinam, coelestem. Cf. ad 16, 22 pr. et Xiphil. 61, 21. 62, 26. 63, 10. 20. Suet. Ner. 21. *personare formam* MS. Agr. — *clari honoratique agere*, v. ad 1, 68, 1. *honorati* MS. Guelf.

CAPUT XVI.

Ne tamen ludicrae tantum Imperatoris artes notescerent, carminum quoque studium affectavit, contractis, quibus aliqua pangendi facultas. Necdum insignis aetatis nati considere simul

et allatos vel ibidem repertos versus connectere atque ipsius verba quoquo modo prolata supplere; quod species ipsa carminum docet non impetu et instinctu nec ore uno fluens. Etiam sapientiae doctoribus tempus impartiebat post epulas, ut contraria asseverantium discordia erueretur: nec deerant, qui ore vultuque tristi inter oblectamenta regia spectari cuperent.

1. *ludicrae Imperatoris artes*, v. ad cap. 14. n. 1. — *carminum quoque studium affectavit*, cf. 13, 3. ad 15, 39. extr. 15, 49. 16, 4. Xiphil. 62, 29. Suet. Ner. 38. Plin. 37, 12. Sen. quaest. nat. 1, 5. Martial. 8, 70. 9, 27. Pers. 1, 92 sqq. 125. ibique intpp. F. C. R. Ritter spec. annot. ad Pers. Sat. 1, 57. 82. Schol. ad Lucan. 3, 261. Wernsd. poet. lat. min. IV, 2. p. 586. Zeitschrift für die Alterthumswiss. a. 1834. No. 20. p. 168. — *Necdum insignis aetatis nati considere simul* cet. MSS. edd. vet. et rec. Verba corrupta, quibus alia, sed parum probabilia, substituenda censuerunt viri docti, et quidem *facultas necdum insignis. Ii alternatim considere simul* Lipsius; *facultas, necdum insignis erat. Ii considere simul et natos ibidem versus connectere* Muretus var. lect. 15, 2. *facultas, necdum insignis erat ad famam*, (ut *insignis ad deformitatem puer* ap. Cic. de leg. 3, 8.) et *insignis erat. hi acciti considere simul* I. Fr. Gronovius; *facultas, necdum insignis erat. Ii iussi cons.* s. Pichena; *necdum insignis erat laus. ii considere simul* Iac. Gronovius; *facultas necdum insignis. Aetate pares vel pari cons. simul* Broterius; *nedum insignitae artis noti* Heinsius; *nec tam insignis artis gnari* vel *necdum insignis arte. ii gnari cons. simul* Triller. obss. crit. 2, 21. *facultas necdum insignior artis notitia. Hi cons. simul* Boetticher. Pro *nati* coni. *noti* Grotius et *vates* Hiller. *facultas necdum insignis. aetatis nati cons. simul* dedit Bekk. Ceterum Suetonius Ner. 52. ab hoc Taciti iudicio dissentit; *Lips.* „Utrumque verum, sed in diversis opusculis, existimo tradidisse. Neque enim dubito, quin et potuerit scribere versibus Nero et quaedam scripserit sine cuiusquam auxilio: et in huiusmodi tabulas incidit Suetonius. Sed et quum repentinus hic impetus ei venisset, dum festinat omnis morae impatiens et gestit eloquentiae auctoribus accenseri, non tantum sumpsisse temporis et otii et secessus, quantum iusta cura requirit, ideoque hos adiutores adhibuisse, facile credo Tacito, et id tyranni iuvenis lascivientis et luxuriantis indoli valde conveniens mihi videtur. Licet et suspicari, factum id in opere, quod parabat ad instantem commissionem.“ *Gron.* — *allatos* MSS. Bud. a m. sec. et Guelf. edd. omnes. *ablatos* MSS. Flor. (teste Pich. non Vict. et Furia) Reg. Bud. a m. pr. *oblatos* coni. Pich. „*Allatos* est domi meditatos. Quod ad primum quidem congressum non congruit: sed postquam semel studia iunxere, vix est ut unquam discesserint, quin praecepissent animis proximi conventus materiam et ad eam aliquid domi per habentes carmina somnos natum possent afferre. Sed et ad illos, quos subito ad iussum Principis effuderant, emendandos aliquid domi potuit subnasci et inde *allatum* in regia repertis addi.“ *Gron.* Alii et *allatos* et *repertos versus* ad ipsum Neronem referre malunt quam ad poetas ab eo convocatos. Paulo post *quoque modo* nonnullae edd. Lips. — *non impetu:* in MS. Agr. *inani impetu.* — *ore uno fluens*, ex ore eiusdem poetae. „Cf. Cic. Brut. 79. *oratio Calidii — ita libere fluebat, ut nusquam adhaeresceret.* Sed oratio *fluens* Ciceroni est *dissipata, inculta, dissoluta*, eademque ratio est verbi ap. Cic. de or. 3, 49. *efficiendum est, ne fluat oratio, ne vagetur.* v. Drak. ad Liv. 7, 29, 5. Ruhnk. ad Vell. 1, 16. 2, 88. Doederl. Synon. II. p. 20 sqq.“ *Boett.* in Lex. Tac. Sed haec aliena ab h. l. cui magis congrua illa Hom. Jl. 1, 249. τοῦ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή et similia Hor. od. 4, 2, 5—8. Iuvenal. 3, 74. 10, 119. Quintil. I. O. 3, 8, 60. Miror hic nemi-

et edd. vet. *regi Apioni q. habitos* edd. rec. h. e. a rege Apione q. possessos. Cf. Ind. III. v. *Dativus subiectivus.* „Sed iterum legimus *avitos agros* c. 22. et simil. *avitum Arsacidarum solium* H. 1, 40. Vulgaris autem est vocabulorum *avitos* et *habitos* confusio.“ *Walth.* v. ad 11, 35, 1. *regi Apioni q. avitos* corr. Boetticher. De ipsa re ita disputavit Valesius ad Ammian. Marc. 22, 16, 24. „Ammianus haec prope ad verbum exscripsit ex breviario Sexti Rufi Festi c. 13. *Cyrenas cum ceteris civitatibus Libyae Pentapolis Ptolemaei antiquioris liberalitate accepimus. Libyam supremo Apionis regis arbitrio sumus assecuti.* Quis vero ille *Ptolemaeus antiquior* Cyrenarum rex et an alius fuerit ab Apione, quaeritur. Hieronymus in Chron. Olymp. 171. *Ptolemaeus* ait *Cyrenarum rex moriens Romanos testamento dimisit heredes.* Idem in Chron. Olymp. 178. a. 3. *Libya per testamentum Apionis regis Romanis relicta.* Ex his locis Scaliger ad Eusebii Chron. a. 1921. 1952. et ante eum Sigonius de ant. iure prov. lib. 1. duos fuisse *Ptolemaeos* asserit, alterum Cyrenarum, alterum siccioris Libyae sive Ammoniacae regem, et utrumque *Apionem* esse dictum. Verum duos fuisse Ptolemaeos Apionas nunquam mihi ipse persuadere potui, neque tanti est apud me illorum scriptorum in hac re auctoritas, maxime quum Livius epit. LXX. Eutropius 6, 11. (9.) Iustin. 39, 5. Appianus in Mithrid. c. 121. (τοῖς Ῥωμαίοις Κυρήνην Ἀπίων βασιλεὺς τοῦ Λαγιδῶν γένους νόθος ἐκ διαθήκης ἀπέλιπεν) et bell. civ. 1, 111. unum Ptolemaeum Apionem Cyrenarum regem agnoscant, Ptolemaei Physconis ex pellice filium, quem Tacitus Ann. 14, 18. Cic. c. Rullum c. 2. et Eutropius simpl. *Apionem* appellant. Atque hic Ptolemaeus moriens Cyrenarum regnum populo Rom. reliquit. Hoc autem Cyrenarum regno etiam siccior Libya tunc quidem continebatur, quae longe postea a Cyrenaica seu Pentapoli disparata est, ut Ammianus 22, 16, 5. 6. testatur. Quo igitur Apionis illius regis Libyae commenticii testamentum, quum ex Ptolemaei Cyrenarum regis testamento haec universa pars Libyae Romanis iam legata fuisset? Id nunquam tacuissent Livius aliique. Quando autem primum Cyrene in provinciae formam redacta sit, difficile est dicere. Neque enim statim post obitum Ptolemaei Apionis provinciae ius accepit. Decessit Ptolemaeus Apion Cyrenarum rex C. Cassio et Cn. Domitio coss. a. U. c. 657. ut docet Iul. Obsequens ex Livio et Cassiodorus in Fastis ex Hieronymo. (Hoc a. U. 660. C. Coelio et L. Domitio coss. factum; *Lips.*) Sed diu liberae ac per id seditionibus tyrannidique Nicocratis et deinde Leandri filii obnoxiae Cyrenae manserunt Romanis bello Mithridatico ac civili tum maxime occupatis. v. Plut. Lucull. pr. et in libello de fortibus mulierum gestis. Ex quo patet, verissime tradi in Livii epit. 70. *Ptolemaeus Apion heredem populi Rom. reliquit. Eius regni civitates senatus liberas esse iussit.* Si enim in provinciae formam post obitum Ptolemaei statim redactae fuissent Cyrenae, pater ac filius non tam diu tyrannidem exercere potuissent. Confecto demum bello Cretico circa a. U. 686. Cyrenaica provinciae formam accepisse videtur. Id colligo ex Eutrop. 6, 11. *Quo tempore* (scil. confecto bello Cretico) *Libya quoque imperio Rom. per testamentum Apionis, qui rex eius fuerat, accessit,* in qua inclitae civitates erant Berenice, Ptolemais et Cyrenae. Ex quo loco male intellecto, quasi Apion tunc mortuus sit, Rufi Festi, Ammiani et Hieronymi fluxisse error videtur. Eodem modo accipienda verba Appiani B. C. 1, 111. ubi paulo antea Cyrenaicam provinciam factam indicat Olymp. 176. id est a. U. 677. τοῦ δ' ἐπιόντος ἔτους ἐκτῆς ἑβδομηκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος οὔσης δύο καὶ ἐκ διαθηκῶν ἔθνη Ῥωμαίοις προσεγένετο, Βιθυνία τε Νικομήδους ἀπολιπόντος καὶ Κυρήνη Πτολεμαίου τοῦ Λαγίδου. Fallitur ergo Onufrius, qui in libris de imp. Rom. Cyrenaicam ab Augusto provinciam factam esse scribit Cretaeque ins. contributam; quod refellit Appianus

B. C. 3, 8. ubi narrat, Cretam ac Cyrenaicam provincias Bruto et Cassio decretas esse." Haec Valesius. Conf. Tzschuck. ad Sex. Rufum c. 13. qui omnes difficultates optime enodavit; *Wagner* ad Ammian. 22, 16, 24. „Quod Tacitus tradit, factum a. U. 660. C. Coelio, L. Domitio coss. et in loco illo Rufi c. 13. ausim scribere *Ptolemaei Apionis*. Appianus B. C. 1, 111. *Cyrenen* ait *populo Rom. reliquit Ptolemaeus ex Lagidis, cui Apioni cognomentum fuit*." *Lips.* — *proximus quisque possessor invaserant*, cf. Ind. III. v. *Nomina collectiva* et ad H. 2, 22, 5. *invaserat* MS. Guelf. et ed. Spir. — *abiudicatis agris* ab Acilio Strabone his possessoribus. — *Nero probata Strabonis sententia* edd. rec. ex emend. Pich. *ne probata S. s.* MS. Flor. *ne improbata S. s.* ed. Spir. *princeps Nero probata S. s.* MS. Harl. *princeps ne probata S. s.* MSS. Bodl. Ies. Guelf. *princeps nec probata S. s.* edd. Put. I. 2. Ber. Rhen. 1. *princeps probata S. s.* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. *tum princeps non improbata S. s.* MS. Agr. *Nero rata S. s.* coni. Iac. Gron. et *nec improbata S. s.* Ern. — *subvenire* — *concedere*, cf. Ind. III. v. *Infinitivi Praes. pro Inf. Fut.*

CAPUT XIX.

Sequuntur virorum illustrium mortes, Domitii Afri et M. Servilii, qui summis honoribus et multa eloquentia viguerant. Ille orando causas, Servilius diu foro, mox tradendis rebus Romanis celebris et elegantia vitae, quam clariorem effecit, ut par ingenio, ita morum diversus.

Domitii Afri et M. Servilii Noniani, de quibus v. Ind. I. — *ille* Domitius *orando causas* sc. celebris, *Servilius diu foro, mox tradendis rebus Rom. celebris et elegantia vitae, quam* (vitam) *clariorem effecit* eo quod *ut par ingenio, ita morum diversus* sc. a Domitio fuit: nam hic *prosperiore eloquentia quam morum fama fuit et quoquo facinore properus clarescere*, 4, 52. Nodos in scirpo quaesiverunt viri docti, qui haec vel male explicarunt, vel invita Minerva correxerunt. *orando causas*, cf. Ind. II. et ad rem 4, 52. 66. O. 13, 15. — *Servilius diu foro*, forensi eloquentia, *celebris*, de quo v. ad 6, 31, 1. et O. 23. n. 3. — *celebris*, v. ad 2, 88, 2. — *elegantia vitae*, cf. ad 5, 8. extr. — *ut par ingenio, ita morum diversus* pro vulg. *moribus*. Cf. Ind. III. v. *Adiectiva relativa Genitivis obiecti iuncta* et *Constructio verborum variata.*

CAPUT XX.

Nerone quartum, Cornelio Cosso Coss. quinquennale ludicrum Romae institutum est ad morem Graeci certaminis varia fama, ut cuncta ferme nova. Quippe erant, qui *Cn. quoque Pompeium incusatum a senioribus ferrent, quod mansuram theatri sedem posuisset: nam antea subitariis gradibus et scena in tempus structa ludos edi solitos vel, si vetustiora repetas, stantem populum spectavisse. Si consideret theatro, dies totos ignavia continuaret. Ne spectaculorum quidem antiquitas servaretur, quotiens praetor sederet, nulla cuiquam civium necessitate certandi. Ceterum abolitos paulatim patrios mores funditus everti per accitam lasciviam, ut, quod usquam corrumpi et corrumpere queat, in Urbe visatur degeneretque studiis externis iuventus gymnasia et otia et turpes amores exercendo Principe et senatu auctoribus, qui non modo licentiam vitiis permiserint, sed vim adhibeant;*

proceres Romani specie orationum et carminum scena polluantur. Quid superesse, nisi ut corpora quoque nudent et caestus assumant easque pugnas pro militia et armis meditentur? An iustitiam augurii et decurias Equitum, egregium iudicandi munus, expleturos, si fractos sonos et dulcedinem vocum perite audissent? Noctes quoque dedecori adiectas, ne quod tempus pudori relinquatur, sed coetu promiscuo, quod perditissimus quisque per diem concupiverit, per tenebras audeat.

1. *Nerone quartum, Cornelio* Lentulo *Cosso coss.* quorum coss. mentio ap. Frontin. de aquaed. 2. in inscript. ap. Grut. p. 8, 5. et in alia ap. Ryck. In utraque inscr. Cossus consul *Cossi filius* dicitur, scil. Cossi, de quo v. ad 4, 34, 1. *quarto* MS. Flor. et ed. Spir. Cf. ad 13, 31. princ. — *quinquennale ludicrum* (16, 4. *lustrale certamen*) *Romae institutum est* a Nerone *ad morem Graeci certaminis*, quod de ritu et genere ludorum, non de tempore accipiendum: nam certamen hoc quinque solidis annis vertentibus actum ad modum lustri Romani, non Olympiadis, et hinc instauratum ab eodem Nerone a. U. 818. (v. 16, 2. 4.) non *ante praestitutum diem revocatum*, quod tradit Suet. Ner. 21. pr. Cf. Petav. doctr. temp. 11, 15. et Pagii Crit. Bar. ad a. Chr. 60. qui Tacitum defendunt adversus Suet. l. l. et Scalig. emend. temp. p. 469. 470. Idem Suetonius dicit Ner. c. 12. *instituit et quinquennale certamen primus omnium Romae more Graeco triplex, musicum, gymnicum, equestre*, (nec non oratorium poeticumque; cf. cap. 21.) *quod appellavit Neronia*, ut *Νερώνεια* ap. Xiphil. 61, 21. *Neroneum certamen et agona* ap. Suet. in Ner. c. 21. et in Vitell. c. 4. Post Neronem quinquennale certamen Graeco more et habitu Capitolino Iovi triplex, musicum, equestre, gymnicum, a Domitiano institutum et similia ab aliis Imperatoribus Romanis. v. Suet. Dom. 4. et Scalig. de emend. temp. lib. V. p. 476 sqq. „Longo intervallo post Gordianus iunior Imperator *lustri certamen*, quod *Nero Romam invexerat, auxit firmavitque*, teste Victore c. 27. Exemplum autem, credo, sumpsit Nero a Neapolitanis, de quibus Strabo V. p. 247. *νυνὶ δὲ πεντετηρικὸς ἱερὸς ἀγὼν συντελεῖται παρ' αὐτοῖς, μουσικός τε καὶ γυμνικὸς ἐπὶ πλείους ἡμέρας, ἐνάμιλλος τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα.* Nota quod ait *νυνὶ δὲ*. Institutum enim id certamen eius aevo in honorem Augusti. v. Suet. Oct. c. 98. et Claud. 11. Ad eiusdem honorem gratiamque Herodes Iudaeae rex theatrum et certamen quinquennale condidit. v. Ioseph. A. I. 15, 8. Sunt et numi Neroniani, in quibus mensa cum corona et lebete, inscripti *certa. quinq. rom. co.* h. e. *certamen quinquennale Romae constituit.*" *Lips.* Cf. Eckhel D. NN. T. VI. p. 264. et de certamine illo Graeco, in quo ipse Nero partes egit Neapoli, infra ad cap. 21. n. 4. „Exemplum tamen Nero sumpsisse potius videtur a ludis Actiacis quinquennalibus, de quibus v. ad 15, 23. Sed fortasse etiam sponte instituturus fuerat." *Ern.* In ed. Spir. deest *Romae*, in MS. Flor. *institum* pro *institutum*. — *erant qui Cn. quoque Pompeium incusatum a senioribus ferrent, quod mansuram*, perpetuam, *theatri sedem* in secundo consulatu a. U. 699. *posuisset: nam antea subitaria* erant *in tempus* certum ac breve *structa* et censorum iussu plerumque disiecta. „Tertull. de spectac. 10. *Saepe censores renascentia theatra destruebant moribus consulentes, quorum scilicet periculum ingens de lascivia providebant. Itaque Pompeius Magnus solo theatro suo minor, quum illam arcem omnium turpitudinum exstruxisset, veritus quandoque memoriae suae censoriam animadversionem, Veneris aedem superposuit.* Praecipitantibus deinde moribus exstruxerunt ipsi censores. Valerius Max. 2, 4, 2. *theatra inchoata quidem sunt a Messala et Cassio censoribus, ceterum auctore Scipione Nasica omnem appa-*

ratum *operis eorum subiectum hastae venire placuit.* Appianus b. civ. 1, 28. τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ Σκιπίων ὕπατος καθεῖλε τὸ θέατρον, οὗ Λεύκιος Κάσσιος ἤρχετο, καὶ ἤδη που τέλος ἐλάμβανεν, ὡς καὶ τόδε στάσεων ἄρξον ἑτέρων, ἢ οὐ χρήσιμον ὅλως Ἑλληνικαῖς ἡδυπαθείαις Ῥωμαίους ἐθίζεσθαι. Eam in rem SCtum interpositum, quod *legis* nomine intellexit Tertull. in apol. 6. *quonam illae leges abierunt, quae theatra stuprandis moribus orientia statim destruebant?* Addatur locus Vell. 1, 15. *Cassius censor a lupercali in Palatium versus theatrum facere instituit, cui in emoliendo* (non *demoliendo*) *eximia civitatis severitas et consul Scipio restitere.*" *Lips.* „Temporaria etiam theatra immensis nonnunquam sumptibus exstructa, ut Scauri et versatile Curionis. v. Plin. 36, 15. n. 7. et 8." *Brot.* Ceterum Pompeii theatrum capiebat XL millia hominum et circumdatum erat porticu, curia et basilica, ornatum multis statuis. v. Plin. 7, 3. 36, 10. Cic. ep. ad Att. 4, 9. Aedes autem Veneris Victricis ei imposita. v. Tertull. l. l. Cf. ad 3, 72, 3. 6, 45, 1. Vell. 2, 103. — *subitariis gradibus,* subito structis. v. ad 1, 56, 1. *Aedilis olim scenam tabulatam dabat subito excitatam, nulla mole saxea* Auson. in prol. ad lud. VII. Sap. 14. De gradibus in theatro v. ad 15, 32. — *stantem populum spectavisse*: „Valerius 2, 4, 2. ait: *SC. cautum, ne quis in Urbe propiusve passus mille subsellia posuisse sedensve ludos spectare vellet.* Sessionem adstruere quidem videntur Livius 1, 35. et Dionys. 3, 68. sub Tarquinio rege, sed tantum in Circo." *Lips.* Cf. ad 15, 32.

2. *Si consideret* (in) *theatro, dies totos ignavia* (per ignaviam) *continuaret.* (cf. 16, 5. et Ind. III. v. *Ablativi Substantivorum absoluti*) *Ne spectaculorum q. a. servaretur, quotiens praetor sederet, nulla cuiquam civium necessitate certandi,* cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita.* Ita MSS. Guelf. Bud. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. „Scriptura vera et egregia. *Si consideret theatro — continuaret* sunt verba seniorum illorum Pompeium incusantium, quod mansuram theatri sedem posuisset, et laudantium veterem spectandi rationem, quum *stans populus spectavisset.* Increpant novam rationem ut nocituram publicis moribus. Iidem pergunt: *ne spectaculorum quidem antiquitas servaretur,* Germ. der Spiele alter Gebrauch möchte, würde nicht einmal beobachtet werden, h. e. novam rationem non solum publicis moribus nocere, sed etiam *spectaculorum antiquitati,* (antiquae caritati, aestimationi) quae esset, *quotiens praetor sederet.* Antiquam nempe aestimationem illam perituram, quia desit *necessitas certandi* inter magistratus. Nam *certandi* verbum hic spectat ad studium magistratuum illud antiquum, quo inter se contendebant in ornandis populo ludis exstruendisque theatris. Hunc verum loci sensum esse egregie docent ea, quae cap. 21. contra antiquitatis admiratores ab aliis feruntur. Ibi enim, ut singula quaeque ad praecedentem orationem respiciunt eamque refutant, ita et verba *nec perinde magistratus rem familiarem exhausturos* cet. exacte respondent iis, quae hic dicuntur de peritura *spectaculorum antiquitate civiumque certamine.* Ad verba *quotiens praetor sederet* intell. ad spectacula: nam de his nunc sermo est. hic 11, 11. *sedente Claudio circensibus ludis* cet. De re cf. Liv. epit. 48. Valer. Max. 2, 4, 3." *Walth.* Ita et ap. Iuvenal. 11, 192. *similis triumpho Praeda caballorum praetor sedet.* Quantis autem sumptibus magistratus, praecipue aediles et *praetores,* ediderint ludos et cur in iis ornandis *certaverint,* v. ad 1, 15, 3. ad Agr. 6. n. 6. et 7. Male *ne si consideret — continuaret. Spectaculorum* cet. MS. Agr. edd. Ryck. et cet. ante Kiessl. *quotiens P. R. sederet n. c. c. nec. spectandi* edd. Rhen. 2. Ald. *quotiens praetores ederent — certandi* edd. Lips. sqq. usque ad Walth.

3. *Ceterum,* sed, ut H. 3, 66. Liv. 1, 24. 9, 21. 27. 46. 10, 5. 28, 11.

— *everti* MSS. Guelf. Bud. omnesque edd. praeter Spir. in qua est *eunti*, ut in MS. Agr. Libris meis [nescio quibus] abest *everti* et omiseris recte; *Lips*. Ita et Mur. „Sed quid tum *abolitos paulatim funditus?*“ *Ern*. — *accitam lasciviam*, sc. Graecorum: nam quinquennale hoc ludicrum Romae institutum ad morem Graeci certaminis, et Graecorum praecipue luxuria, mollitia aliisque vitiis corrupti Romani a prisca simplicitate ac virtute degeneraverant. Cf. Iuvenal. 3, 58—122. 6, 16. 188 sqq. 291 sqq. 7, 14 sqq. 15, 110 sqq. et Cic. or. p. Flacco. — *vim adhibeant; proceres Romani specie or. et c.* (in) *scena polluantur*, cf. cap. 14 sqq. Ante *proceres* vel repetendum est *ut* vel inserendum. — *quid superesse*: in MS. Flor. *quis s*. — *caestus assumant*, (sumant; cf. Ind. II.) in spectaculis gladiatoriis. Cf. cap. 14 extr. H. 2, 62. 71. — *pugnas meditentur*, cf. ad 3, 31, 1. — *militia et armis* synon. vel ἓν διὰ δυοῖν.

4. *An iustitiam augurii et decurias Equitum*, (v. ad 2, 35, 2. et 11, 22, 4.) *egregium iudicandi munus, expleturos* scil. proceres Romanos, *si — audissent?* Cf. locus simil. Iuvenal. 2, 65 sqq. Vitium verbis inesse putabat Lipsius eique medendo imparem se profitebatur. Nulla tamen h. l. est lectionis varietas, nisi quod *iustitia* in MS. Flor. teste Furia. „Mihi sana omnia videntur, modo *et* ante *egregium* ponatur, scilicet: an augurum, an iudicum muneribus pares futuros homines, fractorum sonorum dulciumque vocum auditores assiduos, peritos aestimatores? Propria erat *augurii iustitia* et sanctitas.“ *Brot*. „Post *Equitum* tolle comma hoc sensu: an proceres Rom. curatius exsecuturos, quae ad ius augurii pertinent? an Equites, quae ad munus iudicandi?“ *Salin*. et *Oberl*. „Verba magnifica et splendida, quibus simplex sententia inest haec: an summos etiam magistratus et iudicia aliquando bene capessituros esse tales adolescentulos, qui nunc ludis potius tractandis tempus terant, quam rebus agendis animum advertant? Germanice: ob sie auch den Erfordernissen der hohen Aemter und den Decurien der Ritter, dem herrlichen Richterberufe, genügen würden? *Iustitia* in universum significat omnium legum omnisque iuris complementum, et *iusta*, τὰ δίκαια, dicuntur pax, exercitus, acies aliaque, quae habent, quicquid ad complementum suum pertineat. Hinc *iustitia augurii* omnia, quae ad augurium rite capiendum pertinent. *Augurium* vero est apud magistratus. *Augurium capere* et *magistratum inire* unum idemque est: hinc etiam *auspicari*. Iam *iustitiam augurii explere* est cuncta rite perficere, quae ad augurium h. e. ad auspicandos magistratus honoresque ineundos requiruntur. Cf. 3, 59. 4, 36. *Decurias Equitum* quas et quo sensu dicat scriptor, ipse explicat appositione: *egregium iudicandi munus*. Ita loci sensus probabiliter explicari potest. Magis tamen eo inclino ut legam *an iusta etiam augurii* eadem plane sententia, meliore dictione. Sic *iusta ducis* cap. 37. extr.“ *Walth*. Sed ibi legitur *iussa ducis*; nec satis probabilis est illa vulgatae lectionis explicatio. *an iustitiam augeri* coni. Lipsius; *an ius augurum* Vertranius; *an peritiam augurii* et *an ius totum augurii* Harlaeus; *an instituta augurii decurias* E. Heinsius coll. Liv. 1, 36. *an ius etiam augurii* Kiessl. *an institutos Augustanos* (v. cap. 15.) *et decurias* E. I. Fr. Gron. qui putabat, id per ἓν διὰ δυοῖν de iisdem dictum (prorsus ut 13, 25. *ludicram licentiam et fautores histrionum*) et hoc sensu: num adolescentulos secundi ordinis, qui conscripti sint cognomento Augustanorum, aliquando in decurias iudicum allegendos paratius et religiosius causas audituros, *si fractos sonos et dulcedinem vocum perite audissent*, si molliter et dulce canenti Caesari artificiose plaudere et docte atque ingeniose acclamare didicissent. Cf. cap. 15. et Suet. Ner. 22. *solos scire audire Graecos*. — *fractos sonos*, „Germ. wiederhallende Töne. Cf. G. 3. Avien. fab. 17. Virg. Ge. 4, 72. Plin. ep. 2, 14. Quintil. 1, 11, 7.“ *Walth*. Sed h. l.

fracti soni sunt potius molles et feminei, ut cap. 15. *haud viriles*; Gr. θρυπτικοὶ et κεκλασμένοι: nam *frangere* est vigore et vi sua aliquid privare, imminuere, mollire, effeminare. Cf. ad G. 3. n. 4. Iuvenal. 2, 111. Pers. 1, 18. 34. Burm. ad Petron. 128.

CAPUT XXI.

Pluribus ipsa licentia placebat, ac tamen honesta nomina praetendebant: *Maiores quoque non abhorruisse spectaculorum oblectamentis pro fortuna, quae tum erat, eoque a Tuscis accitos histriones, a Thuriis equorum certamina: et possessa Achaia Asiaque ludos curatius editos: nec quenquam Romae honesto loco ortum ad theatrales artes degeneravisse ducentis iam annis a L. Mummii triumpho, qui primus id genus spectaculi in Urbe praebuerit. Sed et consultum parcimoniae, quod perpetua sedes theatro locata sit potius quam immenso sumptu singulos per annos consurgeret ac strueretur. Nec perinde magistratus rem familiarem exhausturos aut populo efflagitandi Graeca certamina a magistratibus causam fore, quum eo sumptu res publica fungatur. Oratorum ac vatum victorias incitamentum ingeniis allaturas; nec cuiquam iudici grave, aures studiis honestis et voluptatibus concessis impartire. Laetitiae magis quam lasciviae dari paucas totius quinquennii noctes, quibus tanta luce ignium nihil illicitum occultari queat.* Sane nullo insigni dehonestamento id spectaculum transiit: ac ne modica quidem studia plebis exarsere, quia, redditi quanquam scenae, pantomimi certaminibus sacris prohibebantur. Eloquentiae primas nemo tulit, sed *victorem esse Caesarem* pronuntiatum. Graeci amictus, quo per eos dies plerique incesserant, tum exoleverant.

1. *ac tamen honesta nomina praetendebant* sc. licentiae, qua uti gestiebant. *attamen* ed. Spir. Cf. ad 3, 73, 1. — *non abhorruisse spectaculorum oblectamentis* (ut 1, 54. et al.) MS. Guelf. et edd. paene omnes, in his Ber. ad quam siluit Vict. *oblectamenta* MSS. Farn. et Corb. quod verum videbatur Lipsio et non minus rectum Kiessl. qui provocavit ad Duk. ad Liv. 40, 57." Sed *abhorrere aliquid* est aversari diciturque de rebus turpibus et obscoenis. Cf. Suet. Oct. c. 83. Galb. c. 4. Vit. c. 10." *Walth.* — *pro fortuna, quae tum erat*, cf. ad 4, 72, 1. et Ind. III. v. *Verborum Modus Indicativus* nr. 2. In ed. Spir. *quantum erat.* — *eoque* (ideoque) *a Tuscis accitos histriones* Romam a. U. 390. v. Liv. 7, 2. *ab Oscis* ex 4, 14. legendum putabat Freinsh. Frustra: nam ludus ipse quidem ab Oscis est, sed histriones ex Etruria acciti, ut magis excitaretur ludus fieretque iucundior; *Ern.* — *a Thuriis equorum certamina:* „immo ab iisdem Tuscis. v. Liv. 1, 35. Et sane haec certamina, quum antiquissima Romae sint, vix videntur tam longinque petita et ex Magna Graecia, cuius ora, in qua Thurii, non tam pernota tunc Romanis." *Lips.* Cf. ad 2, 83 extr. *Tyriis* MS. Corb. — *possessa Achaia* (Graecia) *Asiaque* (minori), v. ad 2, 5, 2. — *ludos curatius editos* MSS. Flor. (teste Vict.) Corb. Guelf. edd. Spir. Lips. sqq. *accuratius* edd. cet. v. ad 2, 27, 1. — *nec quemquam* MSS. Flor. Guelf. edd. Put. 1. 2. Pich. sqq. *neque* omisso *quemquam* ed. Spir. *neque quenquam* edd. Ber. et cet. ante Pich. — *ducentis iam annis* et paulo pluribus *a L. Mummii triumpho:* nam hic a. U. 608. de Achaeis et Corinthiis triumphavit; *Lips.*

Exinde luxuria peregrina et mores Graecorum in Urbem invecti, quemadmodum ex *Asia* a Cn. Manlio, de quo v. locus class. Liv. 39, 6. *Mummii* MS. Flor. (teste Iac. Gron.) edd. Spir. Ber. (ubi tacuit Vict.) Ryck. sqq. ut in fastis Capitol. *Mumii* MS. Guelf. et edd. cet. Cf. ad 4, 43. et Drak. ad Liv. 41, 8. — *id genus spectaculi*: „quod genus? gymnicum? Inclinabam: sed primus athletas dedisse legitur in aedilitate Aemilius Scaurus multis post annis. Potes igitur capere ludos Graecos: nam antea noti tantum Osci et Latini. v. Cic. ad Marium 7, 1. Hos triplices ludos intelligit Suet. Caes. 39. et Oct. 43. eosque *per omnium linguarum histriones* datos dicit." *Lips.* Immo *id genus spectaculi* referendum ad *theatrales artes*.

2. *consurgeret ac strueretur*: „haud dubie elegantius et ad brevitatem aptius foret, si abesset *ac strueretur*, quod habet speciem glossae: nam idem bis dicitur et suavitas tropi explicatione exstinguitur." *Ern.* „Immo Tacitus amat coniungere synonyma emphasis causa. Namque *consurgere* est Germ. errichtet werden, et *strui* nostrum eingerichtet werden." *Walth.* „*Struere* plerumque est exstruere vel instruere, ut 2, 18. 6, 45. H. 4, 24. sed h. l. id. qd. *destruere*. Similiter contrariam vim habent *moliri* et *moles*, ut, quae Doederl. Synon. II. p. 95. 122. contulit, *ruere*, *populari* et Germ. köpfen." *Boett.* in Lex. Tac. *destrueretur* in libro quodam invenit I. Ad. Nodell. crit. obss. ed. Campis 1781. p. 77. idque probarunt Wyttenbach. Bibl. crit. VII. p. 96. Stromb. et Lünem. — *perinde*, v. Ind. II. — *magistratus rem familiarem exhausturos*, cf. ad c. 20. n. 2. — *efflagitandi Graeca certamina* (cf. ad c. 20. n. 1.) *a magistratibus* edd. Rhen. 2. 3. sqq. Praepositio *a* abest a MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Quod probavit Walther, quia iusta sit haec locutio, Germ. den Magistraten griechische Wettspiele abfordern. Sed ea abhorret a Romanorum usu loquendi, et *a* post aliud *a* excidit. *efflagitandi* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *efflagitanti* MS. Guelf. et primae edd., etiam Ber. ad quam siluit Vict. — *oratorum ac vatum* (poetarum) *victorias*, v. ad c. 20. n. 1. — *nec cuiquam iudici grave* — *impartire*, haec opposita verbis adversariorum c. 20. *an iustitiam augurii* cet. *impartire* MS. Guelf. et omnes edd. praeter Spir. in qua est *impartiri*. Cf. ad 13, 37, 1. — *totius quinquennii* edd. Lips. et sqq. *potius q.* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. edd. vet. ante Lips. etiam Ber. ad quam siluit Vict.: *impartire* vel *impartiri laetitiae magis quam lasciviae dari. Paucas potius quinquennii noctes: quibus* cet. MS. Guelf. et edd. primae ante Rhen. 2.

3. *Sane nullo* (non ullo, sine ullo) *i. d. id spectaculum transiit* edd. Lips. et sqq. *transit* contracte MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. et edd. vet. — *ne modica quidem studia plebis exarsere*, licentia theatralis et lascivia fautorum plausorumque, (de qua v. ad 1, 16, 2.) *quia pantomimi*, histriones populo gratissimi, sed, ut praecipui auctores huius licentiae, Italia olim pulsi, *quanquam scenae redditi* erant, *certaminibus sacris* (quale hoc quinquennale et Graecum ludicrum fuit) *prohibebantur*. Cf. ad 1, 54, 3. 1, 77, 3. et 13, 25. extr. Apud Graecos et Romanos aut venerando aut deprecando numini, in publica et hilaritate et calamitate, non modo, ut apud nos, dies sollennes ac festi, sed etiam ludi (ut magni, Apollinares, saeculares) et *certamina* (Olympia, Pythia, in honorem Iovis et Apollinis, gymnica, luctae, cursus, saltationis, cantus, chori, ex quo orti ludi scenici) institui solebant hisque adiungi sacrorum ritus. v. Heyne Opusc. Acad. T. IV. p. 104 sqq. Hinc *ludi* et *certamina sacra*, *ἱεροὶ ἀγῶνες*, *Actiaca religio* inf. 15, 23. *sacrae coronae* 15, 33. *hieronycas* ap. Suet. Ner. 25. Cf. verba Strabonis ad cap. 20. n. 1. adscripta.

4. *Eloquentiae primas* MSS. Flor. Farn. Bud. edd. Spir. Pich. sqq. *eloq. primas partes* MSS. Bodl. Ies. Guelf. (hic *partis*) et edd. cet. Sed

ad *primas* intell. *partes*, ut O. 25. et saepissime ap. Cic. et alios. *eloq.* *primitias* MSS. Corb. Agr. — *Graeci amictus, quo per eos dies plerique incesserant, tum exoleverant:* „Graecanicum scilicet hoc certamen fuit et ideo amiciebantur plerique ad morem Graecum, palliati crepidatique, ut et ipsi Imperatores, vel partes in his agonibus agentes vel iis praesidentes habitu Graeco. Illud tradit Dio 60, 6. de Nerone: ἔν γε τῇ Νεαπόλει καὶ παντάπασιν ἰδιωτικῶς ἔζη. τά τε γὰρ ἄλλα Ἑλληνικῶς καὶ αὐτὸς καὶ οἱ συνόντες οἱ διῃτᾶτο, καὶ ἐν μὲν ταῖς τῆς μουσικῆς θεωρίαις ἱμάτιον καὶ κρηπῖδας ἐν δὲ τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι πορφυρίδα καὶ στέφανον χρυσοῦν ἐλάμβανεν, hoc de Domitiano Suet. c. 4. De Commodo, quotiens theatrum ingrederetur, solito sumere χλαμύδα ὁλοπόρφυρον τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον καὶ στέφανον ἔκ τε λίθων Ἰνδικῶν καὶ ἐκ χρυσοῦ πεποιημένον Xiphil. 72, 17. De habitu Graecanico Neronis in Urbem redeuntis Suet. Ner. 25. et Pertinacis Capitol. c. 8.“ *Lips.* Plurimi exstant numi, qui Neronem chlamyde Graeca vestitum exhibent; *Brot.* *Graeci amictus* MSS. Flor. (teste Ryck. secundum collat. Iac. Gron.) Bud. Guelf. omnesque edd. praeter Spir. et in his Ber. ad quam siluit Vict. *Graeciam ictus* MSS. Broterii. *graeciam iactus* ed. Spir. *Graeciam iactus ta* MS. Vatic. Lipsii. *Ciraetiam iactum* MS. Farn. — *quo per eos dies plerique incesserant* MSS. Flor. (ubi *qo* teste Pich.) Farn. Vat. Bud. Agr. ed. Spir. „In *quo* nihil impedit quo minus intelligas *amictu*, etsi pluralis praecedit; cuius formae exempla apud Graecos et Latinos sunt. Sic mox cap. 22. post *stagna* in *cui* intelligi posse *stagno* putabat Iac. Gron.“ *Ern.* „Hic fortasse verum vidit. Etenim *Graeci amictus* (Germ. griechische Kleidungen) in universum dicuntur, quippe qui in multis plures sunt. Sed qui incedunt, *Graeco amictu* quidem (in griechischer Kleidung) incedere, nec vero *Graecis amictibus* (in griechischen Kleidungen) recte dici possunt: nam de forma vestimenti cogitamus, quae in unoquoque eadem est. Secus G. 17. *lineis amictibus velantur.* Exemplum plane simile exstat H. 3, 80. *raptis, quod cuique obvium, telis.* Nempe ab omnibus rapiuntur *tela*, ab unoquoque *telum*.“ *Walth.* *quos* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. Gron. Ryck. Brot. Ern. ut fortasse MSS. Flor. et Oxonienses: nam Victorius et Brot. de iis tacuere. Qui probant *quos*, ad *incesserant* intelligunt *conviciis*, ut 6, 34 pr. eodemque sensu *incessirant* legendum censuit I. Fr. Gron. et *incessebant* Heinsius. Sed illa verbi notio h. l. non satis apta videtur. *quomodo* coni. Pich. et recepit Bern. qui id exprimi putabant compendio scripturae in MS. Flor. *quis* edd. Bip. Oberl. Lün. Bekk. Kiessl. Walth. — *plerique*, cf. Ind. II. — *tum:* in MS. Guelf. et ed. Spir. *tamen.* Cf. ad 13, 42, 1. — *exoleverant*, rectius *exsoleverant*, ut *obsolescere*, nostrum aus der Mode kommen. Cf. Ind. II. *exoluerant* MS. Bud. et ed. Spir. *exoleverunt* coni. Heinsius. „Sed plusquamp. h. l. pro imperf. ponitur, h. e. indicat id, qood tum erat, Germ. sie waren aus der Mode. Sic *sueverat*, (c. 4.) *coeperant, meminerant* aliaque.“ *Walth.* Aures tamen offendit κακοφωνία in verbis *incesserant, tum exoleverant.*

CAPUT XXII.

Inter quae et sidus cometes effulsit, de quo vulgi opinio est, tanquam mutationem regis portendat. Igitur quasi iam depulso Nerone, quisnam deligeretur, anquirebant; et omnium ore Rubellius Plautus celebratur, cui nobilitas per matrem ex Iulia familia. Ipse placita maiorum colebat habitu severo, casta et secreta domo, quantoque metu occultior, tanto plus famae adeptus. Auxit rumorem pari vanitate orta interpretatio ful-

guris. Nam quia discumbentis Neronis apud Simbruina stagna, cui *Sublaqueum* nomen est, ictae dapes mensaque disiecta erat idque finibus Tiburtum acciderat, unde paterna Plauto origo, hunc illum numine deum destinari credebant, fovebantque multi, quibus nova et ancipitia praecolere avida et plerumque fallax ambitio est. Ergo permotus his Nero componit ad Plautum literas, consuleret quieti Urbis seque prava diffamantibus subtraheret: esse illi per Asiam avitos agros, in quibus tuta et inturbida iuventa frueretur. Ita illuc cum coniuge Antistia et paucis familiarium concessit. Iisdem diebus nimia luxus cupido infamiam et periculum Neroni tulit, quia fontem aquae Marciae ad Urbem deductae nando incesserat; videbaturque potus sacros et caerimoniam loci corpore loto polluisse: secutaque anceps valetudo iram deum affirmavit.

1. *Inter quae et sidus cometes effulsit,* cuius etiam mentionem fecit Sen. Octav. v. 231 sqq. et nat. qu. 7, 17. 21. 29. Idem quinquennio post factum traditur 15, 47. et a Suet. Ner. 36. sed assiduum paene ac saevum effulsisse cometen principatu Neronis, a Plin. 2, 25. *Intra quae* ed. Spir. — *de quo vulgi opinio est, tanquam mutationem regis portendat,* mutationem eversionemque regnorum, cladem, pestem, famem aliaque mala generi humano portendat et immittat; quod notissimum ex Plin. 2, 25. 26. Cic. N. D. 2, 5. Sen. nat. qu. lib. VII. toto, Plut. plac. philos. 3, 2. Suet. in Claud. 46. in Ner. 36. et poetis. *regis* omnes MSS. et edd. vet. praeter Spir. in qua omissum est. *regnis* edd. Brot. Bip. Ob. Lün. Bekk. Kiessl. ex emend. Bentl. ad Lucan. 1, 529. *regni* conj. Boetticher. „Sed non est cur displiceat vocabulum *regis* de Nerone usurpatum, ut *non alia regia* c. 13. et *ministrum regium* c. 59. Nam vulgi opinio hic in universum describitur, *portendi mutationem regis* scil. in eo regno, ubi effulgeat. Hinc cometa Romae visus debebat referri ad Principem Romanum. Mutationem *regnis* portendi latius patet: nam variae sunt mutationes, quae regnis accidere possint. Hic vero *mutatio* stricte intelligenda est de alius *regis* successione." *Walth.* Cf. Suet. Ner. 36. — *depulso* sc. dominatu, principatu, imperio, ut H. 1, 89. et *deiectus* sup. 2, 3. extr. — *anquirebant* MSS. Flor. Bud. a m. pr. et edd. Iac. Gron. Ern. sqq. *inquirebant* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. a m. sec. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. sqq. *perquirebant* MSS. Reg. Agr. ed. Spir. Cf. ad 12, 6, 1. — *Rubellius Plautus — tanto plus famae adeptus,* v. ad 13, 19, 2. — *celebratur* edd. vet. et MSS. in his quoque Flor. in quo *celebratus* legit Iac. Gron. *celebrabatur* substituere Pich. Ob. Lün. Bekk. Kiessl. Sed cf. Ind. III. v. *Verborum Tempora* nr. 1. — *maiorum placita,* mores.

2. *interpretatio:* in MS. Flor. *intrā. et actio* teste Furia, in ed. Spir. *inter ea et actio.* — *apud Simbruina stagna, cui Sublaqueum nomen est,* v. ad 11, 13, 2. „Ad *cui* intell. *loco* (ita et Ern.) sive *villae*: nam ipsa verba *apud Simbruina stagna* significant villam ibi sitam, et si Nero dicitur discubuisse *apud Simbruina stagna,* per se intelligitur, illum non discubuisse aperto campo et stagnorum litore, sed in aedibus quibusdam, quae ibi essent. Similiter aliquis dici posset Romae discubuisse *inter duos lucos,* (cf. Liv. 1, 8.) ut cogites de aedibus in illo loco sitis." *Walth.* Sed dura est ellipsis *loco* seu *villae,* nec plane congruit locus Livii. Minus tamen probabiles aliorum rationes, qui *villa* vel *loco* ante *cui* excidisse putant, et minime eorum, qui vel *stagno* intelligunt ad *cui,* vel pro *cui* legendum censent *quis:* nam *Sublaqueum* est villa et

Simbruina stagna sunt tres lacus, quibus non unum nomen fuit. v. ad 11, 13, 2. *Simbruina stagna* (*loco Sublaqueum nomen est*) coni. Iac. Fr. Gron. — *ictae dapes* scil. *fulgure*, fulmine. Philostratus de vita Apoll. 4, 43. ad hanc rem addit, calicem Neronis, quem iam ori admovisset, fulmine excussum; *Lips.* Xiphilinus haud ita diligens scripsit 61, 16. extr. omnes Neronis dapes a. U. 812. deflagrasse; *Brot.* — *hunc illum*, v. ad 12, 36, 1. extr. *hinc illum* coni. Rhen. Grosl. et Grotius. Perperam: verba enim h. l. usque ad *origo* e superiore *quia* pendent; *Walth.* — *destinari* scil. regem, Principem. — *quibus nova et ancipitia praecolere*, magis colere quam praesentia et secura, *avida et plerumque fallax ambitio est*, cf. ad Agr. 4. n. 8.

3. *permotus his* (ut 1, 74.) MSS. Corb. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Spir. Walth. *perm. iis* edd. cet. et in his Ber. ad quam siluit Vict. — *quieti urbis* edd. rec. ex emend. Pich. qui in MS. Flor. legi *q et urbis* testatur, sed solus. *sibi e turbis* MS. Corb. et ed. Spir. *sibi et turbis* edd. cet. ante Pich. *sibi et urbi* malebat Lips. Sed non necessario requiritur *sibi*, et nihil expressius aut definitius est quam quod dedit Pichena; I. Fr. Gron. — *prava diffamantibus* MSS. Flor. Corb. Bud. ed. Spir. „Bene, pro vulg. *pravam famam dispergentibus*. Cf. Ramsh. Gram. §. 152. p. 302. Est graeca structura, ut λαμπρότατα κοσμεῖν." *Walth.* Haec est structura usitata, de qua v. Ind. III. v. *Adiectiva pro Adverbiis posita*. *prave diff.* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. praeter Walth. — *iuventa:* in MS. Agr. *iuventate*. — *cum coniuge Antistia:* „quae *Pollutia* dicitur 16, 10. sed illud verum nomen a patre Antistio, nisi duplex illi fuit." *Lallem.*

4. *Neroni tulit*, attulit. *Neronis* MS. Guelf. et ed. Spir. — *fontem aquae Marciae ad Urbem deductae* ab Anco Marcio rege et Q. Marcio Rege praetore a. U. 610., restitutae a M. Agrippa. Ita Plin. 31, 3. s. 24. et 36, 15. sect. 24, 9. quibus locis class. et haec traduntur: *Quae aqua clarissima omnium in toto orbe frigoris salubritatisque palma, praeconio Urbis, inter reliqua deum munere Urbi tributa. Vocabatur haec quondam Aufeia, fons autem ipse Pitonia. Oritur in ultimis montibus Pelignorum, transit Marsos et Fucinum lacum Romam non dubie petens. Mox in specus mersa in Tiburtina se aperit novem mill. passuum fornicibus structis perducta.* „Aquae Marciae aquaeductus egregia monumenta exstant Romae, ubi nunc Porta di S. Lorenzo. v. Piranesi Antichita Romane T. I. tab. IX. et X. Ex inscriptt. colligas, aquam paulo post pollutum a Nerone fontem dilapsam et in usu esse desiisse. Titus ac postea Antoninus Caracalla eam Urbi restituere. v. Gruter. p. 177, 1. et Piranesi l. l. p. 5." *Brot.* Cf. Harduin. ad Plin. ll. ll. et Fabrett. de aquaeduct. diss. II. p. 118. *Marciae* vel *Martiae* omnes edd. praeter primam. *margio* MS. Flor. (test. Vict. et Furia) ed. Spir. *Marsiae* MS. Guelf. a m. pr. et *Marsyae* a m. sec. *marginae* in libris nonnullis, si Lipsio fides habenda. — *incesserat* MSS. Flor. Guelf. et edd. omnes. *incestarat* MS. Agr. prob. Heins. ad Vell. 2, 73. Sed hic narrat Tacitus modo quid fecerit: de polluta aqua statim sequitur; *Ryck.* et *Ern.* — *videbaturque potus sacros*, fontem aquasque sacras, *et caerimoniam loci*, (v. ad 4, 64.) *corpore loto polluisse*: „nam fontes et capita aquarum priscis sacra, in iisque natare nefas: immo in quibusdam aquis navigare etiam vetitum. v. Plin. ep. 8, 8. et 20. De his *caerimoniis* Sen. ep. 41. *magnorum fluminum capita veneramur: subita ex abdito vasti amnis eruptio aras habet: coluntur aquarum calentium fontes et stagna quaedam vel opacitas vel immensa altitudo sacravit.*" *Lips.* Cf. Spanh. ad Callim. H. in Apoll. v. 112. *corpore loto* edd. Bip. Ob. sqq. ex emend. Lips. *c. toto* MSS. et edd. vet.

CAPUT XXIII.

At Corbulo post deleta Artaxata utendum recenti terrore ratus ad occupanda Tigranocerta, quibus excisis metum hostium intenderet vel, si pepercisset, clementiae famam adipisceretur, illuc pergit non infenso exercitu, ne spem veniae auferret, neque tamen remissa cura, gnarus facilem mutatu gentem, ut segnem ad pericula, ita infidam ad occasiones. Barbari pro ingenio quisque alii preces offerre, quidam deserere vicos et in avia digredi; ac fuere, qui se speluncis et carissima secum abderent. Igitur dux Romanus diversis artibus, misericordia adversus supplices, celeritate adversus profugos, immitis iis, qui latebras insederant, ora et exitus specuum sarmentis virgultisque completos igni exurit. Atque illum fines suos praegredientem incursavere Mardi latrociniis exerciti contraque irrumpentem montibus defensi. Quos Corbulo immissis Iberis vastavit, hostilemque audaciam externo sanguine ultus est.

1. *At Corbulo:* in ed. Spir. *Ac C.* — *post deleta Artaxata* cf. 13, 41. ad 2, 56, 1. et Ind. III. v. *Participia Perf. pass. pro substant. abstr.* — *ad occupanda* MSS. Flor. (teste Vict.) Reg. Corb. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *ad occupandum* edd. Put. 1. 2. Ber. Riv. Rhen. 1. — *facilem mutatu,* ut H. 2, 63. Cf. Ind. III. v. *Supina* nr. 2. — *infidam ad occasiones,* si occasio deficiendi offerretur. — *in avia digredi,* v. ad 4, 74. — *et carissima* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Pich. sqq. *ac carissima* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Lips. Grut. *ac charissima* edd. Rhen. 1. 2. 3. Ald. — *abderent:* in MS. Guelf. *adderent.*

2. *misericordia adversus supplices* cet. In ed. Spir. ordo verborum est: *adversus profugos celeritate: misericordia adversus supplices.* Bene et Taciti usui convenienter; *Walth.* — *immitis iis:* in MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. *imm. his.* — *praegredientem* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Corb. Bud. edd. Iac. Gron. Ern. Brot. sqq. ut *praeveki* 2, 6. ubi v. nota 2. *praetergredientem* edd. Put. 1. 2. Ber. (ubi siluit Vict.) et sqq. *progredientem* MSS. Harl. Ies. Guelf. (non ita ut syllabae *aeter* in litura sint, si fides potius habenda Walthero quam Ern.) ed. Spir. *in fines suos progredientem* MS. Agr. — *Mardi* in Armenia inter Pontum Euxinum et mare Caspium. v. Ptol. 5, 13. et Plin. 6, 5. Alii Mardi in Perside vel Persis contigui ap. Herod. 1, 125. et Plin. 6, 16. 27. de quorum tamen feritate, latrociniis et vita montana eadem tradunt Strabo XI. p. 361. Arrian. hist. Ind. 40, 6. et Curt. 5, 6. *Mardorum gens bellicosissima et multum a ceteris Persis cultu vitae abhorrens. Specus in montibus fodiunt, in quos seque ac coniuges et liberos condunt: pecorum aut ferarum carne vescuntur.* Cf. Mannerti Geogr. T. V. P. II. p. 136. 500. — *Iberis:* in MSS. et edd. paene omnibus *Hiberis* vel *Hyberis,* sed aliis locis *Iberis* in edd. rec. — *hostilem:* „Germ. feindselig, ut H. 2, 42. 55. sed dem Feinde gehörig 15, 5. et aliis locis feindlich." *Günther* in Athenaeo II, 2. p. 263. At postrema notio etiam h. l. apta, et *hostilem* pro *hostium.* — *externo sanguine,* exterorum, Iberorum. Cf. ad I, 41, 2. et Agr. 35. n. 3. *extremo s.* MS. Reg.

CAPUT XXIV.

Ipse exercitusque, ut nullis ex proelio damnis, ita per inopiam et labores fatiscebant carne pecudum propulsare famem

adacti. Ad hoc penuria aquae, fervida aestas, longinqua itinera sola ducis patientia mitigabantur, eodem plura quam gregario milite tolerante. Ventum dehinc in locos cultos demessaeque segetes et ex duobus castellis, in quae confugerant Armenii, alterum impetu captum: qui primam vim depulerant, obsidione coguntur. Unde in regionem Taurannitium transgressus improvisum periculum vitavit. Nam haud procul tentorio eius non ignobilis barbarus cum telo repertus ordinem insidiarum seque auctorem et socios per tormenta edidit; convictique et puniti sunt, qui specie amicitiae dolum parabant. Nec multo post legati Tigranocerta missi patere moenia afferunt, intentos popularis ad iussa. Simul hospitale donum, coronam auream, tradebant. Accepitque cum honore; nec quicquam urbi detractum, quo promptius obsequium integri retinerent.

1. *fatiscebant*, v. ad 3, 38, 1. — *carne pecudum propulsare famem adacti*, propter inopiam frumenti. Cf. Caes. B. G. 7, 17. — *Ad hoc* MSS. Flor. (test. Vict. et Furia) Bud. edd. Spir. Bekk. 2. Walth. *Ad haec* MS. Guelf. et edd. cet. Cf. ad 12, 20, 1. — *penuria aquae:* in ed. Spir. *pen. atque*, in MS. Agr. *aquarum penuria.* Paulo post *eadem* (sc. patientiâ ducis) *plura quam gregario milite tolerante* (quum eadem patientia ducis plura quam gregarius miles toleraret) ed. Bekk. maior, et sic MS. Flor. teste Vict. et Furia, nisi quod in eo est *toleranti*, ut in MSS. Reg. Bud. et ed. Spir., unde *eadem* (patientiâ ducis) *pl. q. g. m. toleranti* dedit Walth. eodem sensu. Sed ita *quam* supervacaneum est. *eodem plura gregario milite toleranti* MSS. Reg. Bud. ed. Spir. *eodem plura q. g. m. tolerante* MS. Guelf. et edd. cet. prob. Boett. Recte: *eodem*, eo etiam, (ut Gr. αὐτός et αὐτός) *plura quam gregario milite tolerante*, h. e quam si idem gregarius miles fuisset: nam ablativus per attractionem admissus est.“ *Ritter.*

2. *alterum impetu captum* MSS. Flor. (teste Vict.) Vat. Lipsii, Reg. Corb. Harl. Guelf. edd. Spir. Lips. sqq. sed *captum* non nisi in marg. MSS. Harl. et Guelf. additum et plane omissum est in MS. Bodl. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. ut *impetu captum* in MS. Ies. — *obsidione coguntur* ad deditionem; *Ern.* — *Taurannitium* MS. Flor. teste Furia, (non *Tauraunitium*, quod annotavit Iac. Gron.) edd. Spir. Bekk. 2. et Walth.“ Recte: nam a *Tauro* et *amne* id vocabulum videtur derivatum, et fortasse verissime MS. Agr. *Tauramnitium*, quod per assimilationem literarum alteri scripturae originem dedit.“ *Walth.* „Ita designari videtur regio rigata fluminibus ex Tauro decurrentibus: et sane propior haec Tigranocertis est quam Artaxatis, quod ex itinere Corbulonis apparet; Tigranocerta autem in australi Armeniae parte et Tauro vicina erant.“ *Cellar.* G. A. III, 11, 11. T. II. p. 327. ed. Schwartz. *tauranitium* MS. Guelf. a m. sec. *Taurannicium* MS. Reg. *Tauraunitium* edd. Iac. Gron. et Ern. tanquam e MS. Flor. *Taurauntium* fortasse MS. Guelf. a m. pr. saltem MSS. Harl. (a m. pr.) Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. *Taurantium* MSS. Harl. a m. sec. et Bud. edd. Gryph. Lips. et cet. — *vitavit*: scrib. videbatur Acidalio *vix vitavit.* Coniectura speciosa, neque tamen necessaria; *Walth.* Ad h. l. conf. Frontin. Strat. 2, 9, 5. *Domitius Corbulo, quum Tigranocertam obsideret, in quendam ex Megistanibus,* (v. ad 15, 27.) *quos ceperat, animadvertit, caputque eius ballista excussum intra munimenta hostium misit. Id forte decidit in medium concilium, quod tum quum maxime habebant barbari: ad cuius conspectum

velut ostento consternati ad deditionem festinaverunt. — *legati* a *Tigranocerta* (ut 15, 5.) *missi*, cf. ad 12, 50, 1. — *intentos populares* esse *ad iussa* Corbulonis. — *hospitale donum, coronam auream*, cf. ad 2, 65, 2. — *integri*, cf. Ind. II.

CAPUT XXV.

At praesidium regium, quod ferox iuventus clauserat, non sine certamine expugnatum est: nam et proelium pro muris ausi erant, et pulsi intra munimenta aggeris demum et irrumpentium armis cessere. Quae facilius proveniebant, quia Parthi Hyrcano bello distinebantur. Miserantque Hyrcani ad Principem Romanum societatem oratum, attineri a se Vologesen pro pignere amicitiae ostentantes. Eos regredientes Corbulo, ne Euphraten transgressi hostium custodiis circumvenirentur, dato praesidio ad litora maris rubri deduxit; unde vitatis Parthorum finibus patrias in sedes remeavere.

1. *praesidium regium*, castellum sive arx. v. ad 2, 67, 1. *praesidium regium* edd. Put. 1. 2. Ber. sqq. Sed pro *regium* in MSS. Flor. Reg. Corb. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. ed. Spir. *legerat* et in MS. Agr. *inerat*." In his latet fortasse nomen *praesidii* s. castelli, *quod ferox iuventus*, milites impositi et fortitudine freti, *clauserant*, quum contra *paterent moenia* urbis, ut paulo ante dictum c. 24. Frustra *clausa erat* coni. Mur. et *evaserat* Heinsius." *Ern.* — *pro muris* hic de loco extra munimenta ante muros; *Walth.* v. ad 2, 81, 1. Copula *et* male omissa tum ante *proelium* in MS. Ies. tum paulo post ante *irrumpentium* in edd. Lips. et cet. ante Iac. Gron. — *aggeris* fortasse pendet e voce *armis*, ut *aggeris arma* sint, quae mittuntur ex aggere in obsessos; *Walth.* Sed longe probabiliores sunt coniecturae Ryckii, qui *aggeribus*, et Boetticheri, qui *aggeri* scribendum censet. Ita designantur *aggeres* structi murisque obsessae urbis ab oppugnatoribus iniuncti, unde in eam saxa, hastae, ignes iaciuntur, ut 4, 49. H. 2, 22. 3, 20. 84. 4, 23.

2. *Quae facilius proveniebant*, v. ad 1, 19, 2. — *distinebantur* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *detinebantur* ed. Spir. prob. Ern. v. ad 11, 12, 1. — *societatem oratum*, cf. Ramsh. Gram. p. 450. 451. — *attineri*, v. ad 1, 35, 3. — *ostentantes* cf. Ind. II. — *eos regredientes* Româ in Hyrcaniam *Corbulo ad litora maris rubri deduxit*: „Sed ad quod *mare rubrum!* Ad illud Aegyptium quod vulgo sic appellant? Ingens via sit et nec sic in fines suos nisi per Parthorum intrarint. An ad alterum illud magnum et Indicum. Ita solent veteres, fateor: sed nec hic ei locus, aut omnis chorographi me fallit. Sunt enim Hyrcani ad mare Caspium ipsum siti, procul a omni Indico; et pone, vel flexu magno isse, tamen Parthorum fine omnia illa maritima fere tangebant. Cf. Plin. 6, 26. s. 29. Abeunt ita que a patria millibus millium et in discrimina ipsa veniunt, quae vitabant. Quod dicam non habeo, nisi si scrib. *ad litora maris sui* i. e. Hyrcani s. Caspii, ad quod habitabant, ita ut ex Armenia cum praesidio et brevi flexu supra Euphratem iverint per montana et finitima Iberia ad suum mare." *Lips.* „Ex hac ratione via fuisset difficillima, nec Parthorum custodias vitassent Hyrcani; et sane brevius compendiosiusque iter ex Armenia in Hyrcaniam per Albanum Caspiumve mare. Sed legati regredientes Roma tuta et certa, etsi longissima, via Hyrcaniam petunt." *Brot.* „Non per Armeniam maiorem regressi sunt, in qua ...ulo tunc versabatur, (nam inter hanc vel potius Iberiam et Hyrc...

niam vastissimus est terrarum tractus, Atropatia scil. sive pars Mediae ad mare Hyrcanum porrecta, haec vero Parthis parebat) neque etiam mari Caspio, quod et hodie difficulter navigatur, sed per Syriam *ad mare rubrum* h. e. Indicum s. sinum Persicum. (v. ad 2, 61, 3.) Parthorum vero fines non maritima illa omnia tangebant. Susiana enim, Persis et Carmania inter eorum provincias non comparent apud Isidorum Characenum, quoniam Persae semper proprium regem habuerunt, licet Parthorum stipendiarium. v. Strab. XV. Per huius igitur terras et ultima Mediae, quae fortasse Hyrcani exercitu tum insederant, patriam repetiisse videntur." *Ryck.* „Haec Ryckius persuasit Ern. Oberl. et aliis neque vero Strombecio. Sed plane non est quod corruptelam arguat. Cogita, legatos Hyrcanorum ab Urbe regredientes venisse in Syriam; huc enim ducebat navigationis cursus. Quod si admittis, non dubitabis, viam e Syria *ad mare rubrum* s. Indicum, ut deinde Arare vel alio fluvio subveherentur, multo commodiorem fuisse quam quae terrestri itinere per vastas infestasque regiones ad mare Caspium eos duxisset. Nimirum e Syria ad sinum Persicum constat fuisse iter peregrinationibus mercantium tritissimum eoque tutissimum." *Walth.*

CAPUT XXVI.

Quin et Tiridaten per Medos extrema Armeniae intrantem, praemisso cum auxiliis Verulano legato, atque ipse legionibus citis abire procul ac spem belli amittere subegit; quosque nobis ob regem aversos animis cognoverat, caedibus et incendiis perpopulatus possessionem Armeniae usurpabat, quum advenit Tigranes a Nerone ad capessendum imperium delectus, Cappadocum ex nobilitate, regis Archelai nepos, sed, quod diu obses apud Urbem fuerat, usque ad servilem patientiam demissus. Nec consensu acceptus, durante apud quosdam favore Arsacidarum: at plerique superbiam Parthorum perosi datum a Romanis regem malebant. Additum et praesidium, mille legionarii, tres sociorum cohortes duaeque equitum alae, quo facilius novum regnum tueretur. Pars Armeniae, ut cuique finitima, Pharasmani Polemonique et Aristobulo atque Antiocho parere iussae sunt. Corbulo in Syriam abscessit morte Ummidii legati vacuam ac sibi permissam.

1. *Tiridaten*, v. Ind. I. — *cum auxiliis:* in ed. Spir. *cum auxilio.* — *Verulano* Severo *legato*, cf. 15, 3. — *legionibus citis:* in MS. Reg. *leg. suis.* — *spem belli amittere*, v. ad 13, 46, 2. *omittere* MS. Agr. prob. Heins. *mittere* coni. Acid. — *ob regem aversos animis* edd. Put. 1. 2. et dein omnes. *ob regem adversos animis* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. *alienos animis*, MS. Agr. *quosque nobis aversos animis* edd. Bekk. Ritt. Ex MS. Flor. nihil enotavit Vict. sed *ab rege animis*, syllaba *ge* ab eadem manu superscripta, Iac. Gron. et Furia, nisi quod hic *animis* legit: idemque reperitur in MSS. Reg. Corb. et ed. Spir. Hinc *abhorrere animis* non male coni. Iac. Gron. — *usurpabat*: in MS. Bud. *occupabat* et in marg. *exurpabat.* — *Tigranes* Cappadox. Cf. 15, 1. — *delectus* abest a MSS. Harl. Ies. Guelf. et commode sane abfuerit; *Ern.* Sed ita minus apta verba *a Nerone.* Cf. ad 2, 3, 2. — *regis Archelai*, v. ad 2, 42, 1. — *apud Urbem*, v. ad 3, 46, 2. — *Arsacidarum*, v. ad 2, 1, 1. Mox *plerisque superbia* MS. Flor. et ed. Spir. — *datum a Romanis regem*, v. ad 2, 3, 2.

2. *Additum et praesidium* MSS. Flor. Corb. Bud. Guelf. edd. Spir.

Pich. sqq. *Ad. etiam pr.* edd. cet. ante Pich. — *quo facilius novum regnum tueretur. Pars Armeniae* cet. edd. rec. ex emend. Freinsh. *et qu facilius n. r. tueretur, pars Armeniae* edd. vet. *tuerentur* MSS. Harl. Bodl Ies. Guelf. — *Pars Armeniae, ut cuique finitima* edd. Put. 1. 2. et sqq *pars Armenia eunt cuique* MSS. Flor. Reg. Corb. Bud. *per* (a m. pr. e *pars* a m. sec.) *Armeniam eunt cuique* MS. Agr. *finitiua* MSS. Reg. Corb ed. Spir. — *Pharasmani Polemonique et Aristobulo atque Antiocho* edd Ern. Brot. sqq. ex emend. I. Fr. Gronovii, qui verum divinasse videtur. De *Pharasmane* v. Ind. I. de *Polemone* ad 2, 56, 1. et Ioseph. A. I 20, 7. de *Aristobulo* et *Antiocho* ad 13, 7, 1. et 2. „*Pharasmanes* Iberia rex Romanis studiosus, Armeniis infestus, partem Armeniae septentrionalem obtinuit, *Polemo* II. rex Ponti partem eius septentrionem inter e occidentem positam, (quo tempore numi cusi, de quibus v. Harduini sel opp. p. 636.) occidentalem vero *Aristobulus*, qui Armeniam minorem iam ante acceperat, (v. 13, 7.) et *Antiochus* rex Commagenes, de quo v. 12 55. 13, 7. Hinc Armeniaca tiara in huius numis expressa. v. Pellerin recueil de médailles de Rois p. 126." *Brot.* Verba ih. l. corrupta i MSS. et edd. vet. *pars nipulique* MS. Flor. *pars Nipulique* MSS. Harl Bodl. Ies. Guelf. *pars Nipolique et Aristobolo atque Antiocho parere iussa sunt* edd. Put. 1. 2. et cet. ante Ern. *pars Nipuli et Arist.* MS. Bud. *par manipulique* MS. Agr. *pars impulique et Aristobolo atque Anthioco parer iussi sunt* ed. Spir. *pars impulique — iussi sunt* etiam MSS. Reg. Corb *uisae (visae) sunt* MS. Guelf. *Thrascypolique* (dynastae in finitimis Armeniae locis) *et Aristobulo* coni. Lips. — *abscessit* edd. Pich. sqq. e emend. Lips. *accessit* MSS. et edd. vet. — *Ummidii* edd. Ern. sqq. *humidii* MS. Guelf. *Inmidii* ed. Spir. *Vinidii* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *Umidii* ed. Iac. Gron. *Numidii* ed. Ryck v. ad 12, 45 extr. — *vacuam,* v. ad 1, 3, 2.

CAPUT XXVII.

Eodem anno ex illustribus Asiae urbibus Laodicea tremore terrae prolapsa nullo a nobis remedio, propriis opibus revaluit At in Italia vetus oppidum Puteoli ius coloniae et cognomentum a Nerone apiscuntur. Veterani Tarentum et Antium ascripti; non tamen infrequentiae locorum subvenere, dilapsi pluribus in provincias, in quibus stipendia expleverant. Neque coniugiis suscipiendis, neque alendis liberis sueti orbas sine posteris domos relinquebant. Non enim, ut olim, universae legiones deducebantur cum tribunis et centurionibus et sui cuiusque ordinis militibus, ut consensu et caritate rem publicam efficerent; sed ignoti inter se, diversis manipulis, sine rectore sine affectibus mutuis, quasi ex alio genere mortalium repente in unum collecti, numerus magis quam colonia.

1. *Laodicea,* v. ad 2, 79, 1. *Laodicia* MS. Guelf. et ed. Spir. — *nullo a nobis remedio* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. *nullo nobis remedi* MS. Flor. et ed. Spir. quod fortasse non damnandum. Cf. Ind. III. *Ellipses* 1. *y.* — *vetus oppidum Puteoli ius coloniae et cognomentum a Nerone apiscuntur:* „Sed coloniam Puteolos iam a. U. 560. P. Scipion Afric. II. et Ti. Sempronio coss. deductam volunt Livius 34, 44. et Vel 1, 15. In lapp. ap. Gruter. 110, 7. et 115, 9. *ab colonia deducta an* XC. et *aedilis colon. Puteolanorum* et *genio coloniae Puteolanorum.* A colonis eorumque posteris intermortuis colonia esse desiit? an tempo interiecto transiit ad municipale ius? Ciceronis certe aevo municipiu

fuit, non colonia. v. Cic. p. M. Coel. c. 2. Concutit me tamen iterum Frontinus in catal. colon. ap. Goes. p. 139. *Puteoli colonia Augusta. Augustus deduxit. Ex uno latere iter populo debetur ped. XXX. Ager eius in iugeribus veteranis et tribunis legionariis est assignatus.* Colonia ergo adhuc recenti aevo. Recreat me Gellius 16, 13. ubi ostendit, saepe commutari solere colonias in municipia et contra: nisi tamen Taciti verbis ea vis, ut velit universum oppidum incolasque, (plures autem inquilini eius loci ob commercia et mare) praeter eos qui restabant ex colonis Augusteis, colonico iure donatos; et sane duplex hoc hominum genus in coloniis fuisse clarum e Cic. p. Sulla c. 21. ubi dissidia etiam inter Pompeianos (ii erant cives veteres) colonosque recenset. Pighius in Herc. Prodic. p. 357. h. l. *novum* ante *ius* excidisse putat: quod minus placet quam totum oppidum in coloniae ius nunc translatum.“ *Lips.* Hanc sententiam probat Pagius crit. Bar. ad a. Chr. 60. annotans, illo anno decennalia imperii proconsularis a Nerone celebrata, moris autem fuisse colonias deducere,. novas urbes condere aut veteribus nova nomina dare per occasionem talium sollennium; *Ern.* Ferrettus putabat, aliud esse *habere ius coloniae* nulla deductione facta, aliud *esse coloniam.* „Camillus Peregrinus in Camp. Fel. diss. 2, 19. pugnat contra Lipsium et per *velus oppidum* intelligit partem oppidi principio conditam in supercilio non admodum spatiosi montis, quae tum colonia fuerit per aliquam praerogativam denuo impetratam quasi renovata. Ceterum coloniae et municipii vocabula saepe promiscue usurpari in notis observat.“ *Oberl.* „Immo Puteoli iam a. U. 560. ius coloniae habuerant et nunc tertio iis datum videtur. Primo dicti *colonia Dicaearchia,* deinde *colonia Augusta,* denique *Neroniana.* Patet hoc ex Plin. 3, 9. et ex numis.“ *Brot.* Cf. Capacii hist. Neapol. p. 715 sqq. Diversa autem a coloniis municipia. De coloniis populi Romani earumque iuribus et conditione v. Madvigii quaest. hist. P. I. II. Havniae 1832. 4. et Niebuhrii hist. Rom. T. II. p. 48 sqq. de municipiis ibid. p. 56—88. ed. III. *apiscuntur* MSS. Flor. Guelf. a m. sec. edd. Ryck. Iac. Gron. Bekk. Walth. Cf. Ind. II. *adipiscuntur* MS. Guelf. a m. pr. et edd. vet.

2. *Veterani Tarentum et Antium adscripti,* propr. eorum incolis et colonis prioribus. Cf. 13, 37. H. 1, 78, 1. Agr. 32. n. 8. Suet. Ner. c. 9. Heynii opusc. Acad. T. II. p. 229. *et Antium* abest a MS. Bud. — *dilapsis pluribus in provincias, in quibus stipendia expleverant,* causa fuit, quod ibi multis noti essent et negotiari et similia facere suevissent; *Ern.* Aliae causae 13, 35. et 14, 31. afferuntur; *Brot. delapsis* ed. Spir. — *neque coniugiis suscipiendis neque alendis liberis sueti:* „Itaque milites olim sine uxore, ut apparet. Nec ritu, sed lege id vetitum ait Dio 60, 24. *τοῖς στρατευομένοις, ἐπειδὴ γυναῖκας οὐκ ἐδύναντο ἔκ γε τῶν νόμων ἔχειν, τὰ τῶν γεγαμηκότων δικαιώματα ἔδωκε.* Resolvisse hoc ius Severus Imperator videtur, si recte capio verba Herodiani 3, 25. *τοῖς στρατιώταις πολλὰ συνεχώρησεν, ἃ μὴ πρότερον εἶχον, καὶ δακτυλίοις χρυσοῖς χρήσασθαι ἐπέτρεψε, γυναιξί τε συνοικεῖν.* Certe enim de coniugio legitimo capiendum videtur, quia contubernii militibus, opinor, semper ius. A Iunone arcebant eos, non a Venere Romanae leges. Testis Livius 43, 3. qui quatuor millia hominum a senatu petiisse ait oppidum, ubi habitarent; qui nati in Hispaniis ex militibus Romanis et mulieribus Hispanis, cum quibus nullum connubii ius. Immo peregrini milites, i. e. non cives, non amicas modo habuisse videntur, sed uxores, nisi me inducunt frustra tabulae Vespasiani et Domitiani aevo, quibus insculptum *civitatem datam militibus e classe* Ravennate et cohortis III. *Alpinorum, itemque connubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, quum est civitas eis data, aut quas postea duxissent.* Tamen pugnat in eam sententiam Tertull. in exhort. ad castit. c. 12. qui suo etiam i. e. Severi aevo caelibes fuisse milites osten-

dit: *Scilicet solis maritorum domibus bene est! perierunt caelibum familiae, spadonum, militum aut peregrinantium sine uxoribus! non enim et nos milites sumus!* Severi ergo permissus aut ad praetorianos tantum pertinuit, aut verba arcte capienda, ut tantum permiserit, συνοικεῖν γυναιξὶ, cohabitare feminis, sub eodem tecto agere et contubernales habere, non legitimas uxores. Sed non repugnat, inquies, toti huic sententiae Livius, qui diserte uxores militibus attribuit, ut 21, 41. (*unusquisque se non corpus suum, sed coniugem ac liberos armis protegere putet*) et alibi. Respondeo, temporaneam tunc (bello Punico secundo) militiam fuisse nec legibus suis, ut postea, devinctam. Capiebantur mittebanturque milites non pro stipendiorum tempore, sed bellorum. At perpetua et firma XXV annorum militia instituta hoc quoque inductum de caelibatu. Sane etiam ICti hac causa causam solvendi matrimonii militiam numerant L. 60. *bona gratia dissolvi matrimonium illud dicitur, quod propter sacerdotium, sterilitatem, valetudinem, militiam retineri non potest.*" *Lips.* „Primus Severus, ut militibus gratificaretur, quorum opera imperium erat adeptus, uxores aliaque plurima militari disciplinae contraria indulsit. v. Herodian. l. l. Multo tamen ante Severi tempora ipsaque ferme Neronis aetate nonnulli milites habuere uxores, ut docent tabulae honestae missionis a Galba datae et aetate Domitiani scriptae. v. Muratori thes. inscr. T. I. p. 306. Gori inscr. ant. T. I. p. 362. T. III. p. 144. Gruter. p. 574, 5. Ex his tabulis patet primo, sub Principibus ac maxime post Claudii tempora non solos cives Romanos, ut olim, sed multos quoque peregrinae conditionis in legiones fuisse receptos; secundo, nonnullos milites iis temporibus uxores habuisse, quibuscum iis matrimonium esset, non vero connubium; (haec enim differunt: *matrimonium* erat uxoris iure gentium, *connubium* uxoris iure Romano ducendae facultas; de quo v. Ulpian. tit. V. de his qui in potestate sunt leg. 3.) tertio, quum in variis regionibus mulieres a militibus sumerentur, ius connubii tributum duntaxat cum singulis et primis uxoribus." *Brot.* Cf. H. 2, 80 extr. *provinciales sueto militum contubernio gaudebant, plerique necessitudinibus et propinquitatibus* sive affinitatibus militum *mixti* cet. „Quomodo ita *mixti*, si matrimonium militi apud Romanos interdictum, ut Dio 60, 24. testatur? Respondeat Paulus l. 65. D. de ritu nuptiarum: *Eos, qui in patria sua militant, non videri contra mandata ex eadem provincia uxorem ducere; idque etiam quibusdam mandatis contineri.*" *Ryck.* ad H. 2, 80. — *non enim, ut olim, universae legiones deducebantur* in colonias cet. ut *cum signis et aquila et primis ordinibus ac tribunis deducebantur* dixit Hyginus ap. Goes. p. 160. — *sui cuiusque ordinis militibus* MSS. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. vet. ante Pich. et in his Ber. ad quam siluit Vict. *suis* edd. Pich. et sqq. usque ad Ern. *sui quisque* coni. Ritter et *sui quibusque* probabiliter Bekk. — *consensu et caritate* per ἓν διὰ δυοῖν dictum, quia pro voce *consensu* deerat adiectivum; Roth. de synon. ap. Tac. p. 26. Sed *consensus* hic *diversis manipulis* et *caritas* defectui *mutuorum affectuum* opponitur; *Walth.* — *rem publicam efficerent,* ut *coalescere in populi unius corpus* ap. Liv. 1, 8.; *Ern.* — *numerus magis quam colonia:* „Haec quam vere, quam acute dicta! Nemo paucioribus verbis condendarum coloniarum artes docuit, vitia retexit." *Brot.* Cf. ad 3, 17, 2.

CAPUT XXVIII.

Comitia praetorum arbitrio senatus haberi solita, quod acriore ambitu exarserant, Princeps composuit tris, qui supra numerum petebant, legioni praeficiendo. Auxitque Patrum honorem statuendo, ut, qui a privatis iudicibus ad senatum pro

vocavissent, eiusdem pecuniae periculum facerent, cuius ii, qui Imperatorem appellavere: nam antea vacuum id solutumque poena fuerat. Fine anni Vibius Secundus Eques Romanus accusantibus Mauris repetundarum damnatur atque Italia exigitur, ne graviore poena afficeretur, Vibii Crispi fratris opibus enisus.

1. *Comitia praetorum — praeficiendo*, cf. ad 1, 14, 4. et Suet. Ner. 15. – *quod acriore ambitu exarserant*, v. ad 12, 1, 1. *quo acriore* MSS. Bud. a m. pr. Guelf. ed. Spir. — *Princeps composuit*, in certum iustumque ordinem redegit. Cf. ad 1, 1, 4. — *Auxitque*, v. ad 2, 37, 1. *iussitque* MS. Bud. — *statuendo, ut, qui a privatis iudicibus ad senatum provocavissent, eiusdem pecuniae* (perdendae) *periculum facerent, cuius ii — fuerat.* De his appellationibus v. Lips. Exc. III. ad Tac. Ann. XIV. et Brot. qui haec annotavit: „Olim, quum vigeret libertas, a magistratu ad populum fuit provocatio: postea appellatum est ad Principem, qui summa rerum potiebatur. Augustus *appellationes quotannis urbanorum quidem litigatorum praetori delegavit urbano, at provincialium consularibus viris, quos singulos cuiusque provinciae negotiis praeposuisset.* Ita Suet. Oct. c. 33. Eas C. Caligula M. Silano delegabat, cuius tanta erat integritatis opinio, ut Tiberius sententiam de causa, in qua a Silano facta fuisset provocatio, ferre nunquam voluerit. v. Dio 59, 8. Sub Claudii principatu et Neronis initiis invalescente senatu factae a iudicibus ad senatum appellationes: quem *Patrum honorem auxit* Nero *statuitque, ut ii, qui ad senatum provocavissent*, idem pecuniae pignus interponerent *ac ii, qui Imperatorem appellabant.* Quod *antea vacuum solutumque poena fuerat*, et fuit deinceps, quum cautionem sustulit Diocletianus. v. Cod. lib. VII. tit. 62. de appellat. Leg. 6. Maiorem adhuc senatus auctoritatem fecit Hadrianus, quo auctore *appellari a senatu* non potuit Princeps. v. Digest. lib. XLIX. tit. 2. a quibus appellari non licet, leg. 1. ex Ulpiano. Videtur autem in tertiam partem aestimatae litis data fuisse cautio. Sic enim Paulus recept. sentent. lib. V. tit. 33. leg. 7. *Assertor si provocet, in eiusmodi tertiam cavere debet, quanti causa aestimata est.*" *cuius ii* MS. Guelf. et edd. omnes praeter Oberl. qui e MS. Bud. dedit *cum iis* tanquam egregie dictum. Sic *eodem mecum patre genitum* 15, 2. princ. *cuius is* MS. Flor. teste Furia, quod ex illo natum videri potest.

2. *Vibius Secundus* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. *vivius sec.* MS. Flor. teste Furia. *Iulius Sec.* MSS. Reg. Corb. ed. Spir. ut paulo post *Iulii Crispi* MS. Agr. et ed. Spir. *nivius sec.* MS. Bud. sed paulo post *Vibii Crispi*. Quae literarum confusio frequentissima. Cf. ad H. 2, 10. 4, 41. 43. — *accusantibus Mauris:* nam Mauritania occiso Ptolemaeo in provinciae Rom. formam redacta erat. Cf. ad H. 1, 11. — *repetundarum damnatur*, cf. ad 1, 74, 3. *damnatus* MS. Guelf. — *ne graviore poena afficeretur:* „Olim in crimine repetundarum poena fuit exsilium et aestimatio litis. v. 1, 74. H. 4, 45. Ascon. ad Cic. in Verr. 1, 13. Postea lege Iulia cautum, ut damnatus eo crimine senatu moveretur et iudices acciperet ad aestimandam litem. v. 13, 33. 14, 48. H. 1, 77. Plin. ep. 2, 11. 4, 9. Suet. Iul. 43. et Oth. 2. Haec ordinaria poena: sed gravius et plerumque extra ordinem in id crimen animadversum pro delicti modo. Atque ea Macri mens leg. 7. ad leg. Iul. repet. *Hodie ex lege repetundarum extra ordinem puniuntur, et plerumque vel exsilio vel etiam durius, prout admiserint. Quid enim, si ob hominem necandum pecuniam acceperint? vel hinc interfecerint innocentem?* Eadem ratione scripsit Plinius ep. 2, 11. Marium *Priscum excessisse immanitate et saevitia crimina, quibus dari iudices possent, quum ob innocentes condemnandos, interficiendos etiam pecu-*

nias accepisset. Nec aliter capies h. l., quod Vibius relegatus est, exsilii etiam poenam meritus, nisi frater intercessisset. Sic et 3, 68. C. Silano repetundarum damnato aqua atque igni interdictum ob insignem scil. saevitiam." *Lips.* „Lex Iulia de repetundis a Iul. Caesare post Calpurniam, Aciliam, Serviliam, Corneliam lata in primo consulatu omnium acerrima fuit et multorum capitum. v. Cic. p. Sext. 64. in Pis. c. 16. 21. 37. in Vatin. c. 12. pro Rab. Posth. c. 4. 14. ep. ad div. 8, 7. Dig. L. 48. tit. 11. Constitutum erat ea lege, quid et a quo accipere in provincia liceret. v. Cic. ep. ad Att. 4, 10. et 16. Iubebat etiam post Serviliam et Corneliam, si e bonis de repetundis condemnati non tantum redigeretur, quanti lis ei aestimata esset, reliquias ab iis persequi, ad quos ea pecunia pervenisset. v. Cic. p. Rab. Posth. c. 4." *Ern.* clav. Cic. in Ind. legum. Cf. ad 1, 74, 3. 11, 6, 2. Sigon. de iudic. 2, 27. Gravina orig. iur. civ. p. 695 sqq. — *Vibii Crispi*, v. Ind. I. Suet. Dom. 3. Iuvenal. 4, 81 sqq. Quintil. inst. or. 5, 13. 6, 2. 10, 1. 12, 11. *Crispi* omissum in MS. Guelf. — *fratris opibus*, divitiis et auctoritate id pervicerat. *fratris opibus* MSS. Corb. et recentior Flor. a Pich. collatus, edd. Pich. et sqq. *fris oribus* MS. Flor. *fratri sororibus* MSS. Bodl. Bud. *fratris sororibus* MS. Guelf. *fratris favore* edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. *fratri . . . . enisus* ed. Spir. — *enisus* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Ern. Brot. Ob. Bekk. 2. Walth. *enissus* MS. Guelf. *enixus* edd. cet.

CAPUT XXIX.

Caesonio Paeto et Petronio Turpiliano Coss. gravis clades in Britannia accepta: in qua neque A. Didius legatus, ut memoravi, nisi parta retinuerat, et successor Veranius modicis excursibus Siluras populatus, quin ultra bellum proferret, morte prohibitus est, magna, dum vixit, severitatis fama, supremis testamenti verbis ambitionis manifestus; quippe multa in Neronem adulatione addidit, subiecturum ei provinciam fuisse, si biennio proximo vixisset. Sed tum Paulinus Suetonius obtinebat Britannos scientia militiae et rumore populi, qui neminem sine aemulo sinit, Corbulonis concertator receptaeque Armeniae decus aequare domitis perduellibus cupiens. Igitur Monam insulam incolis validam et receptaculum perfugarum aggredi parat navesque fabricatur plano alveo adversus breve et incertum. Sic pedes. Equites vado secuti aut altiores inter undas adnantes equis tramisere.

1. *Caesonio Paeto*: „Hunc Lipsius et Freinsh. existimant esse eundem, qui *Caesennius Paetus* dicitur 15, 6. tanquam ex consulatu ita Cappadociae praepositus sit ut Petronius Britanniae. Inde sequeretur, in huius viri nomine aut hic aut ibi a librariis peccatum. Verum distincta utriusque mentio in duobus lapidibus. Alter ap. Gruter. p. 62, 7. et Onuphr. ad a. U. 814. *Caesonium Paetum* consulem exhibet cum Petronio Turpiliano; alter ap. Gruter. p. 64, 9. et 651, 6. *L. Caesennium Paetum* cum P. Calvisio Rusone, suffectum, ut puto, hoc ipso anno ex Kal. Martiis et insequente in Cappadociam missum: huic enim *consularia insignia* tribuuntur 15, 7. et *Lucii* praenomen a Xiphil. 62, 20. *Caesonius* vero *Paetus* fortasse idem qui *Caesonius Maximus* 15, 71. et ap. Martial. 7, 43. 44. ubi consul dicitur et intimus Senecae amicus" *Ryck.* Hic *Caesonius Paetus* memoratur etiam in catal. consulum, qui libri LXII. Xiphilini praefixus est, et a Phlegonte de mirab. c. 20. ubi pr

Πεπλίου Πετρωνίου τοῦ Σπαλιανοῦ καὶ Κεσεννίου Πάτου scribendum videtur *Π. Π. Τουρπιλιάνου καὶ Καισεννίου Παίτου.* sed *Caesennius Paetus* a Xiphil. 62, 20 sqq. et Iosepho B. I. 7, 21. Huic dicitur *Καισέννιος Παῖτος*, illi *Λούκιος Καισένιος Παῖτος*. Cf. intpp. Martial. 7, 43. 44. et Iuvenal. 6, 136. 616. — *P. Petronio Turpiliano*, cf. cap. 39. 15, 72. H. 1, 6. 37. Agr. 16. Hunc a Pighio et Onuphrio male confusum cum C. Petronio (16, 17 — 19.) Ursinus filium putat P. Petronii Turpiliani III viri sub Augusto, cuius plures exstant denarii; *Ryck.* „Hoc consule lata lex Petronia, de qua Digest. lib. XLVIII. tit. 8. ad leg. Cornel. de sicariis et veneficiis L. 11. §. 2. ex Modestino: *Post legem Petroniam et SCta ad eam legem pertinentia dominis potestas ablata est, ad bestias depugnandas suo arbitrio servos tradere: oblato tamen iudici servo, si iusta sit domini querela, sic poenae tradetur.* Percelebre quoque SCtum Turpilianum, quo tergiversatores et quasi tergiversatores, i. e. ii qui accusationem intentatam destituunt vel mora sua inutilem reddunt, damnantur V librarum auri praeter infamiam. Miror, Tacitum has leges siluisse.“ *Brot.* Et lex illa *Petronia* de servis, et alia *Iunia Petronia* de paribus iudicum sententiis, ab eodem fortasse Petronio lata, ad Augusti aetatem refertur a Noordkerkio in Disquis. de leg. Petron. c. 3. 4. et Bachio in hist. iurispr. Rom. III, 1, 15. De hoc autem *SCto Turpiliano* v. inf. cap. 41. *et Petronio* MS. Flor. (test. Vict. et Furia) edd. Spir. Walth. *et* omissum in MS. Guelf. et edd. reliquis. Plerisque sane locis omittitur, sed additur 3, 2. 4, 68. 5, 1. 6, 1. 15, 23. — *neque*: in MS. Guelf. *nec.* — *A. Didius legatus, ut memoravi* 12, 40. et Agr. 14. De eodem v. 12, 15. *A. Didius* edd. Ern. sqq. ex emend. Lipsii. *Adiutus* MSS. Reg. Bud. ed. Spir. *Halutus* vel *Alutus* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. *havitus* MS. Flor. teste Furia. *Avitus* edd. Put. 1. 2. et cet. ante Ern. Idem 12, 40. vocatur *A. Didius* et Agr. 14. *Didius Gallus*: unde *A. Didius Avitus Gallus* dictus videtur et plura cognomina habuisse more sui saeculi; *Lips.* et *Ryck.* „Legendum esse *A. Didius*, evicit Bimard de la Bastie in diss. de vita, rebus gestis et numis A. Didii cos. et gente Didia p. 19.“ *Brot.* Alius est *Dubius Avitus*, de quo v. ad 12, 54, 1. — *parta*: in MS. Bud. *ut parta.* — *successor Q. Veranius*, de quo v. Ind. I. et Agr. 14. *Veranius* MSS. Flor. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Pich. sqq. *Verannius* edd. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Gryph. Lips. — *Siluras* edd. Pich. et sqq. ex emend. Lips. *siluas* vel *syluas* MSS. Reg. Harl. Ies. Bud. Guelf. et omnes edd. ante Pich. et in his Ber. ad quam non aliud e MS. Flor. enotavit Vict. Cf. ad 12, 32, 2. — *supremis testamenti verbis*: „h. e. in ultima testamenti parte, in ea, quam extremo vitae tempore *addidit*. Nam testamenta non uno tempore scribi solebant, sed vita durante adiiciebantur quaedam. Eodem redit *supremi testamenti verbis* in ed. Spir.“ *Walth.* — *multa in Neronem adulatione — vixisset*, v. ad 2, 48, 1. et Agr. 43. n. 8. — *provinciam* edd. Pich. et sqq. ex emend. Lipsii. *provincias* MSS. Flor. (teste Furia) Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et edd. vet. ante Pich. Quod non absurdum: nam quanquam Britannia unius tantum provinciae nomine apud Romanos fuit, potuit tamen Veranius *provincias* Neroni polliceri, dum cogitabat de Britannia, de Caledonia et fortasse de Hibernia; *Walth.* Sed hoc capite de Britannia tantum sermo, quae *provinciae* nomine appellabatur et nondum perdomita erat: diversae vero Britannorum nationes s. populi et civitates, non provinciae; *Pich.*

2. *Paulinus Suetonius*, cf. Ind. I. et ad 3, 75, 1. — *rumore populi*: in MS. Bud. et ed. Spir. *timore p.* — *Corbulonis concertator*, aemulus, *receptaeque* a Corbulone *Armeniae decus*, v. 13, 41. et 14, 24. — *Monam insulam*, hod. *Anglesey*. Cf. cap. 30. Agr. 14. 18. Plin. 2, 75. al. 77. (cuius verba ad G. 45. n. 2. adscripta) Cambdeni Britan. Lond. 1695. p. 673.

Volkmanni Reisen durch England T. II. ep. 41. Rowland's Mona antiqua or Antiq. of the Isle of Anglesey Lond. 1766. Iornandes in Goth. 2. *in extrema Britanniae parte Memma, quam Cornelius Annalium scriptor narrat:* sed *Mona* corrigendum; *Lips.* Alia videtur esse *Mona* ap. Caes. B. G. 5, 13. et Plin. 4, 16. — *receptaculum:* in MS. Guelf. *receptaculis.* — *navesque fabricatur,* fabricandas curat. Cf. Agr. 18. *fabricatur* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *fabricantur* MSS. Reg. Ies, ed. Spir. — *plano alveo,* cf. ad 2, 6, 1. *quaedam* naves *planae carinis, ut sine noxa siderent.* — *adversus breve et incertum* MSS. Flor. Reg. Corb. Bud. a m. pr. Agr. edd. Spir. Brot. Walth. ut MSS. a Broterio et libri a Lipsio inspecti. *breve litus et incertum* MSS. Bud. a m. sec. Guelf. et edd. cet. „Recte: nam *brevia et incerta* maris scio; (v. ad 1, 70, 1.) similiter dici *breve et incertum* nec scio nec credo." *Ern.* „Sed *litus* non est *breve et incertum:* brevia et incerta potius sunt in mari litus circumfluente aut in angustiis maris. Nil autem Nostro est usitatius quam more Graecorum ponere adiectiva neutrius generis in num. sing. pro substantivis. Sic *canorum illud et profluens* 4, 61. *egregium* 6, 24. *bonum* 6, 36. *abiectum et sordidum* 13, 46. *triste et providum* 15, 34. *exempla recti* H. 3, 51 extr." *Walth.* Cf. Ind. III. v. *Adiectiva, Pronomina et Participia neutra pro substantivis posita.* — *pedes* MSS. Flor. Reg. Bud. edd. Spir. Ber. Iac. Gron. Ern. sqq. *pedites* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. cet. Cf. Ind. III. v. *Numerus sing. pro plur.* — *equites vado,* ubi vada erant, *secuti* peditem equis insidentes *aut altiores inter undas adnantes equis tramisere,* cf. ad H. 4, 12. extr. et Agr. 18. n. 6. Similiter Caesar B. G. 1, 6. dixit *Rhodanus nonnullis locis vado transitur* et B. C. 3, 37. *exercitum vado transducit.* „Ablativus *vado* indicat viam rationemque transmittendi; verbum *secuti* innuit, equites post peditem tramisisse; particula *aut* diversas eiusdem rei rationes distinguit. v. ad 1, 16, 1. Namque inde a litore *vado sequebantur* peditem equis insidentes; postquam *altiores ad undas* perveniebant, *adnabant equis,* et ita nunc vado, nunc equis adnantes tramisere. Nihili est coniectura I. Fr. Gronovii *vada* pro *vado* legentis. Quis enim sibi persuadebit, *vada secutos* pervenisse ad Monam insulam?" *Walth.* Sed *vada secuti* eodem sensu accipi potest. *vados secuti* MSS. Reg. Bud. ed. Spir. Hinc *vado eos secuti* coni. Kiessl. *tramisere* MS. Flor. (test. Iac. Gron. non Vict. aut Furia) edd. Bekk. Kiessl. Walth. *transmisere* edd. cet. ut aliis locis MS. Flor.

CAPUT XXX.

Stabat pro litore diversa acies densa armis virisque, intercursantibus feminis in modum Furiarum veste ferali, crinibus deiectis. Faces praeferebant, Druidaeque circum preces diras sublatis ad coelum manibus fundentes novitate aspectus perculere militem, ut quasi haerentibus membris immobile corpus vulneribus praeberent. Dein cohortationibus ducis et se ipsi stimulantes, ne muliebre et fanaticum agmen pavescerent, inferunt signa sternuntque obvios et igni suo involvunt. Praesidium posthac impositum vicis excisique luci saevis superstitionibus sacri: nam cruore captivo adolere aras et hominum fibris consulere deos fas habebant. Haec agenti Suetonio repentina defectio provinciae nuntiatur.

1. *Stabat pro litore diversa acies γραφικῶς,* ut *stabat* ap. Liv. 2, 5 3, 48. et *circumstabat* ap. Liv. 9, 6. initio; *Ramshorn.* Gramm. p. 392

diversa, v. ad 2, 10, 1. et 2, 60, 1. — *densa armis virisque* dictio poetica pro *viris armatis; Ramsh.* Gram. p. 714. Per ἓν διὰ δυοῖν dictum; *Roth.* de synon. ap. Tac. p. 27. — *intercursantibus feminis:* „Nam barbaris in incondita multitudine spes. Apud Germanos melior, nondum tamen satis austera disciplina militaris.“ *Brot.* Cf. ad G. 7. n. 7. *intercursantibus* MS. Flor. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *intercusantibus* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *intercursantibus feminis in modum Furiarum veste ferali, crinibus deiectis. Faces praeferebant* cet. Cf. ad G. 43. n. 14. et 15. ad Agr. 11. n. 3. Strabo III. p. 263. B. (ubi incolae Cassiteridum, e quibus insulis et Mona fuit, μελάγχλαινοι — ὅμοιοι ταῖς τραγικαῖς Ποίναις) Liv. 4, 33 pr. et 7, 17 init. Flor. 1, 12, 7. (qui coloribus ex utroque Livii loco ductis diversas res commiscuit) Tzetz. ad Lycophr. Cass. 1131 sqq. Heynii Opusc. Acad. T. V. p. 440. Böttiger die Furienmaske p. 44—47. *Furiarum, quae veste ferali, cr. deiectis, faces praeferebant* MSS. Reg. Corb. Harl. in marg. edd. Spir. Ber. (ad quam siluit Vict.) Ern. Brot. sqq. *quae* omissum in MSS. Bud. Guelf. et edd. cet. „Ita punctum post *feminis* faciendum, aut *quae* ponendum post *feminis*: nam hoc maxime Furiis similes erant, quod *faces praeferebant*. Sed potest illud *in modum Furiarum* referri ad cursum: nam et Livius 4, 33. *fanaticum cursum* habet.“ *Ern.* Bekkerus in edit. mai. expunxit *quae*, in min. retinuit, sed uncis inclusit, ut Kiessl. quo iudice melius abest utpote inhibens orationis impetum. Nos delevimus *quae* et post *deiectis* maiorem distinctionem pro minori, quam hi posuerunt, substituimus. — *veste ferali*, „furiali, in morem Furiarum facta. Simili sensu *feralem habitum* dixit Florus 1, 12, 7. quanquam de toto apparatu. Ceterum *feralem vestem* de *vittis* capiam, quas in habitu furiali memorat Florus; (non enim credibile, feminas illas, praesertim barbaras, sibi vestes fecisse, quales a poetis tribuuntur Furiis) aut legam *vitta* pro *veste* e Floro l. l. ubi in furiali habitu vittae ponuntur.“ *Ern.* Sed *feralis vestis* forsan nigra; *Oberl.* Recte. Sic *feralis exercitus* G. 43. (ubi v. nota 14. et 15.) *feralis habitus* ap. Flor. et μελάγχλαινοι ap. Strab. l. l. — *crinibus deiectis:* „qui sunt fluentes, non collecti in nodum: neque ullo modo opus cum Acidalio corrigere *disiectis* vel *reiectis*.“ *Ern.* Sed crines *deiecti* sunt potius demissi, dependentes, et aptiores h. l. *disiecti*, h. e. sparsi, (v. ad 1, 32, 2.) quales sunt Furiarum et furiosorum. — *Faces praeferebant* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit. Vict. Rhen. 1. 2. sqq. *facies pr.* ed. Spir. *deiectis horrorem facies praef.* MS. Agr. unde *deiectis in ora faces pr.* coni. Heinsius. — *Druidaeque circum preces diras*, imprecationes, — *fundentes*, cf. ad H. 4, 54, 3. G. 7. n. 3. G. 8. n. 4. Caes. B. G. 6, 13. 14. Post *circum* additum *frementes* in MS. Agr. Glossema e Virg. Aen. 1, 60. ductum; *Oberl.* — *perculere militem*, v. ad 1, 12, 3. *perpulere* MS. Corb. *militem* MSS. Flor. (teste Furia) Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. Agr. edd. vet. ante Pich. ut Ryck. et Bekk. 2. *milites* edd. Pich. Gron. Ern. et cet. „Concinnius sane est *milites* ob seq. verbum *praeberent*, et *militem* si Noster scribit collective, tum intelligit totum militum exercitum: hic vero de multis vel plurimis militum cogitandum est.“ *Walth.* Cui non omnes suffragabuntur. — *quasi haerentibus* (torpentibus) *membris immobile corpus vulneribus praeberent*, ut *extremo metu corpora defixere in his vestigiis* Agr. 34. Paulo post *et sese ipsi* MS. Agr. — *fanaticum agmen* feminarum, ut *acies velut fanatico instincta cursu* ap. Liv. 4, 33. — *igni suo involvunt*, ut *totum involvit flammis nemus* Virg. Ge. 2, 308. *igni suo:* nam *faces praeferebant* feminae. *igni*, v. ad 3, 21, 1.

2. *Praesidium posthac* (cf. Ind. II.) *impositum victis* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. et cet. ante Pich. *victis* MSS. Flor. (teste Pich.) Reg. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Spir. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Pich.

sqq. „Sed praesidia locis fere *imposita* reperies et *vici* appellantur oppida, quae pro captu gentis habebant, ut *vici Marsorum* 1, 50.“ *Gron.* Cf. eius obss. 2, 20 extr. et sup. ad 12, 38, 2. *Vicis* iunguntur *luci*. — *luci saevis*: „in ed. Spir. *lucis eius*, in MS. Guelf. *luci scevis*, quod placuit Strombecio. Sed *saevus* ita constanter scriptum in illo codice. Idem mox *non* pro *nam*.“ *Walth.* — *cruore captivo*, captivorum, (cf. Ind. III. v. *Adiectiva substantivis iuncta pro genitivis*) *adolere aras*, poetica dictio, de qua v. Heyne ad Virg. Aen. 1, 704. Sic et *precibus et igne puro* (sine victimis) *altaria adolentur* H. 2, 3. De hac barbarorum immanitate v. ad G. 9. n. 3. Agr. 11. n. 6. Plin. 30, 1. Suet. Claud. c. 25. — *fibris*, extis.

CAPUT XXXI.

Rex Icenorum Prasutagus longa opulentia clarus Caesarem heredem duasque filias scripserat, tali obsequio ratus regnumque et domum suam procul iniuria fore; quod contra vertit, adeo ut regnum per centuriones, domus per servos velut capta vastarentur. Iam primum uxor eius Boudicea verberibus affecta et filiae stupro violatae sunt. Praecipui quique Icenorum, quasi cunctam regionem muneri accepissent, avitis bonis exuuntur et propinqui regis inter mancipia habebantur. Qua contumelia et metu graviorum (quando in formam provinciae cesserant) rapiunt arma, commotis ad rebellationem Trinobantibus et qui alii nondum servitio fracti resumere libertatem occultis coniurationibus pepigerant, acerrimo in veteranos odio: quippe in coloniam Camulodunum recens deducti pellebant domibus, exturbabant agris, captivos, servos appellando, foventibus impotentiam veteranorum militibus similitudine vitae et spe eiusdem licentiae. Ad hoc templum D. Claudio constitutum quasi ara aeternae dominationis aspiciebatur; delectique sacerdotes specie religionis omnis fortunas effundebant. Nec arduum videbatur, exscindere coloniam nullis munimentis septam, quod ducibus nostris parum provisum erat, dum amoenitati prius quam usui consulitur.

1. *Icenorum*, v. ad 12, 31, 2. — *Prasutagus* MSS. Bud. Guelf. edd. Put. I. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3 sqq. *phrasuragus* MS. Reg. ed. Spir. *Phrasucagus* MS. Corb. *Prasuragus* MS. Harl. a m. sec. Quae de morte huius regis et bello cum uxore eius orto cap. 31 — 39. traduntur, conferenda cum Agr. c. 16. et inpr. Xiphil. 62, 1 — 13. — *longa opulentia*, diuturna, antiqua, ut *longa decora* c. 53. et *longa potentia* 1, 8.; *Grut. Pich. Ern.* *longe* (diu) coni. Lips. — *Caesarem heredem scripserat*, cf. ad 2, 48, 1. — *regnumque* (h. e. *et regnum*) *et domum* MSS. Flor. (teste Iac. Gron. non Vict. aut Furia) Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. Agr. edd. Spir. Ern. sqq. *regnum et domum* edd. rel. Cf. ad G. 1. n. 1. — *quod contra vertit*, cf. ad 13, 37, 2. et Ind. II. v. *Contra*. — *per servos* legati et procuratoris. Cf. ad Agr. 15. n. 3.

2. *uxor eius* MSS. Flor. Corb. Guelf. a m. rec. edd. Spir. Lips. sqq. *eius* abest a MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. — *Boudicea* utrum verum reginae nomen fuerit, dubium est. Varie illud hoc loco et aliis scriptum in iisdem libris. Hoc cap. *Boudicca* MS. Vat. 1958. *Bouducca* MS. Vat. 1863. *Bonducca* MSS. Vat.

1864. *Bondicea* MS. Agr. *Boodicia* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. *Booditia* MSS. Harl. Bodl. Ies. *Bonicia* MS. Guelf. Sed cap. 35. *Bouducea* MS. Flor. *Boudicea* MSS. Harl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Bip. ut et Bekk. 2. Walth. Cf. Walch. ad Agr. 16. p. 224. *Bouduca* ed. Spir. *Boadicea* (quod in nullo libro vet. exstat) edd. Bip. Oberl. Bekk. 1. Lün. ut Rapinus in hist. Angl. cap. 35. et 37. *Boodicea* MS. Bodl. cap. 37. *Boudicea* MS. Flor. si Furiae, sed *Boudicca*, si Victorio fides habenda. *Bondicca* ed. Spir. In vita Agr. c. 16. *Voadicca* Vat. 3429. *Voadica* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. al. *Voaduca* Vat. 4498. *Βουνδουΐκα* ap. Dion. 62, 2. 7. „BOOTIKA in numo aereo, in quo ex una parte caput feminae cum torque et caesarie gemmis revincta, ex altera equus decurrens et tam superne quam inferne duae parmulae, *caetrae Britannorum* Agr. 16. v. Bouteroue recherches curieuses des Monnoies de France p. 67. et Spanhem. de usu et pr. num. T. I. diss. 8. p. 557. At Pellerin recueil de médailles T. I. p. 34. suspicionem de hoc numo movet aliumque profert cum viri capite et inscr. POOCTIKA, in parte postica ROVECA.“ *Brot.* Nomina *Bodvoc* et *Bodwac* etiam nunc in usu esse dicit Cambden in Brit. *Boadica leaena dolosa, quae rectores sibi relictos trucidavit* verba Gildae. De vera nominis scriptura et significatione multa, sed parum probabilia, disputarunt Peerlk. ad Agr. 16. et Baxter Gloss. Ant. Brit. p. 254. De hac autem regina cf. Agr. 16 sqq. — *Praecipui quique:* in ed. Spir. *precipui quisque.* Sed v. ad 3, 1, 1.

3. *in formam provinciae cesserant,* redacti erant. — *rebellationem* MSS. Flor. Bud. Guelf. edd. Spir. Pich. sqq. „Bis hac voce usus est Valer. Max. 7, 3, 9. et eadem legitur in quibusdam MSS. ap. Liv. 8, 4. Sed Livii aetate non in usu fuit recteque repudiata est a Drak.“ *Ern.* *rebellionem* MSS. Bodl. Ies. et edd. cet. — *Trinobantibus* edd. rec. inde a Lips. 1. De iis v. Caes. B. G. 5, 20. *Τρινόαντες* dicuntur Ptol. *Trinovantibus* MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. et edd. vet. — *servitio fracti* MS. Agr. edd. Bip. Oberl. sqq. ut *longa pax ad omne servitium fregerat faciles occupantibus* H. 2, 17. Cf. ad Agr. 38. n. 1. et Ind. III. v. *Dativus* nr. 2. *servitio facti* MSS. Flor. (teste Pich.) Reg. edd. Spir. Pich. sqq. usque ad Bip. Scripta veraque lectio; *Lips.* „Bona saltem, et opinio Ern. *factum esse ad aliquid* referri ad naturam potius et ingenium, quam ad consuetudinem, vana est. Sed aptissimum h. l. *fracti.*“ *Walth.* *servitio assuefacti* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. *s. sueti* coni. Ern. et *servitia* (servi) *facti* Baden in Friedem. et Seeb. Miscell. crit. I, 3. p. 590. — *coloniam Camulodunum,* v. ad 12, 32, 2. — *servos appellando:* „pro *appellantes,* ut *obiectando* pro *obiectans* 6, 38. *anteponendo* pro *anteponentes* Agr. 6. et similia.“ *Roth.* ad Agr. in Exc. XX. — *impotentiam veteranorum,* v. ad 4, 57, 3.

4. *Ad hoc* MSS. Flor. (teste Vict. et Furia) Guelf. edd. Bekk. 2. Walth. *Ad haec* edd. cet. Cf. ad 12, 20, 1. — *templum divo Claudio constitutum,* ut aliis Imperatoribus in provinciis. v. ad 1, 10, 4. Seneca de Claudio in Menippea: *Parum est, quod templum in Britannia habet, quod hunc barbari colunt et ut deum orant.* — *quasi ara aeternae dominationis* MSS. Flor. (quod e silentio Vict. et aliorum probabile est) Reg. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et edd. vet. ante Berneg. *quasi arx aeternae dom.* edd. rec. ex emend. Freinsh. Id aptius h. l. videri potest: nam templum hoc munitum et in excelso loco structum fuisse colligas ex cap. 32. *arx* autem proprie dicitur, ut Gr. *ἄκρα* et *ἄκρον,* quicquid altum est et munitum; hinc id. qd. *munimentum, castellum, propugnaculum, murus, columen, columna, ἕρκος, ἔρεισμα, ἐπιτείχισμα.* Similes dictiones sunt *munimenta servitii* H. 4, 64. *colonia sedes servitutis* Agr.

16. *tribunal castellum omnium scelerum* Liv. 3, 57. *arcem habent ex spoliis vestris* Sall. hist. III. (ubi v. Cort.) *caput et arx belli* Liv. 28, 42. *Africa arx provinciarum* Cic. p. Lig. 7. *arx eloquentiae* O. 10. simillimae autem *palatium ipsa imperii arx* H. 3, 70. et *templum illud fuit arx civium perditorum, castellum forensis latrocinii* Cic. Pis. c. 5. „Sed *ara* non omnino absurdum: nam significat etiam monimentum in memoriam alicuius rei vel hominis positum, sive sit lapis vel caespes vel alia quaedam materia, ut *ara Ulixi consecrata* G. 3. *ara Octavio posita* (lapis nomine Octavii inscriptus et in memoriam rei gestae, quam ibi auctor exponit, positus) Suet. Oct. c. 1. *arae Philaenorum* Sall. Iug. 79. (lapides terminales in memoriam horum fratrum positi, οἱ τῶν Φιλαίνων βωμοὶ ap. Strab. p. 1193. Polyb. 1. p. 469. Scyl. p. 47. Ita Heeren Ideen T. II. p. 61.) Hinc *ara aeternae dominationis* est ein Denkmal ewiger Tyrannei.“ *Walth.* Immo *ara* saepius dicitur *perfugium, asylum* et hinc *tutela,* quod non alienum est ab h. l. *Tutela templi freti* cap. 32. Sic *ara legum, sociorum, tribunatus* ap. Cic. Verr. 2, 3. 5, 48. p. red. in sen. c. 5. et similia apud alios. *arra,* i. e. arrabo, pignus, malebat Lipsius. — *delectique sacerdotes specie religionis omnis fortunas* (ut Agr. 31. *bona fortunasque*) *effundebant* in cultum, sacra et victimas D. Claudii. *omnis* MSS. Flor. (teste Furia) Bud. ed. Bekk. 2. *omnes* MS. Guelf. et edd. rel. — *exscindere:* in ed. Spir. *excidere,* in MS. Guelf. et ceteris edd. vet. *exvindere.* — *quod ducibus nostris parum provisum erat,* v. ad 11, 7, 1.

CAPUT XXXII.

Inter quae nulla palam causa delapsum Camuloduni simulacrum Victoriae ac retro conversum, quasi cederet hostibus. Et feminae in furore turbatae adesse exitium canebant: externosque fremitus in curia eorum auditos, consonuisse ululatibus theatrum visamque speciem in aestuario Tamesae subversae coloniae, iam Oceanum cruento aspectu, dilabente aestu humanorum corporum effigies relictas, ut Britanni ad spem, ita veterani ad metum trahebant. Sed quia procul Suetonius aberat, petivere a Cato Deciano procuratore auxilium. Ille haud amplius quam ducentos sine iustis armis misit; et inerat modica militum manus. Tutela templi freti et impedientibus, qui occulti rebellionis conscii consilia turbabant, neque fossam aut vallum praeduxerunt, neque motis senibus et feminis iuventus sola restitit: quasi media pace incauti multitudine barbarorum circumveniuntur. Et cetera quidem impetu direpta aut incensa sunt: templum, in quo se miles conglobaverat, biduo obsessum expugnatumque; et victor Britannus Petilio Ceriali legato legionis nonae in subsidium adventanti obvius fudit legionem et, quod peditum, interfecit. Cerialis cum equitibus evasit in castra et munimentis defensus est. Qua clade et odiis provinciae, quam avaritia in bellum egerat, trepidus procurator Catus in Galliam transiit.

1. *nulla palam causa,* v. ad 11, 22, 1. — *Camuloduni:* in MS. Guelf. et ed. Spir. *Camulodū.* — *cederet:* in MS. Agr. et ed. Spir. *cedens.* — *feminae in furore turbatae* MSS. et edd. vet. nisi quod *in* omissum in MS. Agr. *f. in furorem turbatae* edd. Bip. Oberl. Lün. Bekk. ex emend. Faerni. „Sed ita manet pleonasmus, qui displicet: nam unum sufficit, vel *in furore* vel *turbatae;* nec quisquam elegantium scriptorum formula

in furorem turbare usus est. Immo *feminae in furore* Germanice: Weiber in der Verwirrung des Wahnsinns. Etenim mente *turbari* variis causis aliquis potest, in metu, in gaudio, in ira, tum et in furore." *Walth.* „Sensus lectionis rec. est: feminae ita turbatae, ut furor divinus in iis agnosceretur." *Ritter.* „*Turbari* non ad mentis perturbationem est referendum, sed significat *in turba confusa.* Eodem modo intelligi potest c. 61. *turbatos disiecere.*" *Kiessl.* Malim exponere: *feminae in furore, ἐν ἐνθουσιασμῷ, canebant turbatae* mente ob pavorem, consternationem. *canebant,* cf. ad 2, 54 extr. — *externosque fremitus in curia eorum auditos, consonuisse ululatibus theatrum,* ut ap. Xiphil. 62, 1. ἔκ τε τοῦ βουλευτηρίου θροῦς νυκτὸς βαρβαρικὸς μετὰ γέλωτος, καὶ ἐκ τοῦ θεάτρου θόρυβος μετ' οἰμωγῆς ἐξηκούετο. *externos fremitus,* voces hominum externorum, barbarorum. Cf. ad 1, 41, 2. et Ind. III. v. *Adiectiva Substantivis iuncta pro Genitivis Substantivorum. ululantibus* MS. Guelf. — *visam speciem in aestuario Tamesae subversae coloniae,* „signum evertendae, et hae sunt Xiphilini aedes, sed subversae, dirutae, incensae, οἰκίαι τέ τινες ἐν τῷ Ταμέσᾳ ποταμῷ ἔφυδροι (ὕφυδροι corr. Reimar.) ἑωρῶντο." *Lipsius. Aestuarium* est Angl. *frith.* Cf. ad Agr. 20. n. 2. *Tamesa,* ut ap. Dion. 40, 3. 62, 1. *Tamesis* ap. Caes. B. G. 5, 11. 18. hod. *Thames, Temse. in aestuario Tamesae* edd. rec. ex emend. Pich. *in aest. tam esae* MS. Flor. teste Pich. *in estumootam ese sub ver coloniae* MS. Reg. ed. Spir. *in aestuario notam esse subversae coloniae* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Gryph. Mic. Lips. — *iam Oceanum — trahebant,* ut ap. Xiphil. 62, 1. καὶ ὁ Ὠκεανὸς ὁ μεταξὺ τῆς τε νήσου καὶ τῆς Γαλατίας αἱματώδης ποτὲ ἐν τῇ πλημμυρίδι ηὐξήθη. *iam Oceanum — trahebant* edd. Lips. et dein omnes. Sed *iam oceanus cruento aspectu sic labente aestu h. c. e. relictae — trahebantur* MSS. Flor. Reg. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *iam Oceanum cruento aspectu. Sic labente aestu h. c. e. relictae. Ut Britanni — trahebantur* edd. Rhen. 2. 3. Hinc *iam Oceanus — effigies relictae, ut Britannis ad spem, ita veteranis ad metum trahebantur* coni. Iac. Gron. et Walth. „Membra ante *iam* per constructionem accusativi cum infinitivo enuntiata aeque possunt trahi ad verbum *trahebantur* atque nominativi, qui dein sequuntur. *Iam* inservit successioni membrorum et rerum, ut saepissime. (cf. ad c. 12. n. 3.) Quid si vocc. *Britanni* et *veterani* accipias pro genitivis?" *Walth.* De *veteranis.* cf. cap. 31.

2. *a Cato Deciano procuratore,* cf. extrema huius notae verba. *a cato cletiano* ed. Spir. *imperatore* MS. Bud. — *inerat* oppido, Camuloduno. — *Tutela templi freti* scil. haec modica militum manus. Cf. Ind. III. v. *Nomina collectiva.* „In edd. vet. ante Ryck. post *manus* comma et post *freti* punctum positum: nec prorsus male. Ita cap. 36. *quod modica manus universi exercitus famam adipiscerentur.*" *Kiessl.* „Sed praeferenda distinctio Freinshemii; nam duae causae proponuntur incuriae istorum militum, quod *neque fossam aut vallum praeduxerant tutela templi freti, neque amoverant senes et feminas, impedientibus qui — turbabant.*" *Ryckius. Tutela templi* Gronovio est septum et aliqua non magni operis munitio, (ut ap. Varr. R. R. 1, 14. *nunc de septis, quae tutandi causa fundi aut partis fiant, dicam: earum* tutelarum *genera quatuor)* Ernestio praesidium templi, Ryckio munimenta eius. Cf. ad cap. 31. n. 4. — *impedientibus:* in MSS. Reg. Corb. ed. Spir. *inobedientibus.* — *qui occulti rebellionis conscii consilia turbabant* MS. Flor. (teste Pich.) edd. Spir. Pich. Grut. Bern. Ryck. Gron. Kiessl. Walth. *occulte* MS. Bud. edd. Lips. Brot. Ob. Lün. Bekk. *occultae* MSS. Reg. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Atqui rebellio non occulta erat, sed conscii eius; *Ern.* „Neque leg. *occulte:* nam consilia turbari non occultum erat, sed illi erant occulti, qui turbabant, h. e. ignorabantur,

qui turbarent. Ernestii auribus durum erat *qui occulti conscii*, quia male coniungebat haec verba." *Walth.* Iunge *qui occulti consilia turbabant* nempe *rebellionis conscii*. Cf. ad 3, 29, 2. et Ind. III. v. *Appositio.* Ernestius delendum censebat *conscii* et *occulti rebellionis* dictum ut *occultus odii* et *consilii* 4, 7. 6, 36. A Rycklefslo omissum *occulti*. — *praeduxerunt* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *p̄duxerunt* MS. Guelf. *praeduxere* ed. Spir. *produxerunt* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Cf. ad 11, 20, 1. — *motis senibus*, amotis, remotis, submotis, quae frustra coni. Faernus et Heins. Sic *movetur* c. 60. *moveri senatu* 2, 48. 14. sq. al. Cf. Ind. III. v. *Verba simplicia pro comp.* In MS. Bud. *senibus aut feminis*. Paulo post *ita* ante *quasi* excidisse putabat Acid. — *Et victor Britannus* (Britanni victores) — *defensus est*, cf. ad 2, 80, 1. *Et*, v. ad 2, 37, 1. et 2, 63, 2. *et victor britiamnus* MS. Flor. teste Furia. — *Petilio Ceriali* edd. Pich. sqq. ex emend. Lipsii. Cf. Ind. I. Iosephi B. I. 7, 4, 2. et Dio 65, 18. ubi *Q. Petilius Cerealis* dicitur. *petioceriali* MSS. Flor. (teste Furia) Bud. Guelf. ed. Spir. *Peto Ceriali* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. *Paeto C.* edd. Lips. Grut. Sed *Petilii* iidem libri o 33. ut aliis locis. — *legionis nonae*, cf. ad c. 34 init. *legionis novae* — *interficit* — *avaritiae* ed. Spir. — *provinciae* Britanniae, *quam avaritia* Romanorum *in bellum egerat*; quod intelligitur ex iis, quae cap. 31. relata sunt. Praeterea Decianus Catus procurator pecunias a Claudio principibus Britannorum gratuito creditas in fiscum redigebat, et Seneca centies centena denariorum millia grandi fenere collocata, ut gravius acciperet, simul repetierat. Quas praecipuas belli causas fuisse tradit Dio 62, 2. Sed graviores propioresque haud dubie fuerunt avaritia et iniuriae supra c. 31. memoratae et Agr. 19. 30. 31. 32. — *transiit* MS. Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *transit* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1.

CAPUT XXXIII.

At Suetonius mira constantia medios inter hostes Londinium perrexit, cognomento quidem coloniae non insigne, sed copia negotiatorum et commeatuum maxime celebre. Ibi ambiguus, an illam sedem bello deligeret, circumspecta infrequentia militis satisque magnis documentis temeritatem Petilii coercitam, unius oppidi damno servare universa statuit: neque fletu et lacrimis auxilium eius orantium flexus est, quin daret profectionis signum et comitantes in partem agminis acciperet. Si quos imbellis sexus aut fessa aetas vel loci dulcedo attinuerat, ab hoste oppressi sunt. Eadem clades municipio Verulamio fuit, quia barbari, omissis castellis praesidiisque militarium, quod uberrimum spolianti et defendentibus intutum, laeti praeda et aliorum segnes petebant. Ad septuaginta millia civium et sociorum iis, quae memoravi, locis cecidisse constitit. Neque enim capere aut venum dare aliudve quod belli commercium, sed caedes, patibula, ignes, cruces, tamquam redditurі supplicium ac praerepta interim ultione, festinabant.

1. *medios inter hostes* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *medius i. h.* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *Londinium*, etiam nunc *copia negotiatorum et commeatuum maxime celebre*, quod *Londinum* in MS. Reg., *Lundinium* Ammiano Marc. 20, 1, 3. 27, 8, 7. 28, 3, 7. *Lundonia* Bedae in hist. eccl. 2, 3. 4. 7. et nunc *London*

dicitur, *vetus oppidum, quod Augustam posteritas appellavit,* (ita Ammian. 27, 8, 7.) in honorem fortasse Imperatricis cuiusdam vel, ut Cambdenus putabat, Constantini M. a quo Londinium muro circumdatum, si fides habenda annalibus Britannorum, vel quia stativa ibi castra fuere legioni II. *Augustae,* quod cognitum est a. 1669. e cippo Londinii reperto. Cf. Ind. I. v. *Legiones,* Wesseling. ad itiner. Ant. p. 471. Gale in comm. ad Anton. iter Brit. p. 64. 69. 89. Mannerti geogr. Britan. p. 164. *negotiatorum,* v. ad 2, 87, 1. *commeatuum* MSS. Flor. (teste Pich.) Reg. Corb. Bud. edd. Spir. Pich. sqq. *commeatu* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. Literam *m* absorpsit sequens vocabulum; *Walth.* „*Commeatum* proprie accepit, ut Suet. Ner. 20. Gr. *κατάπλους.*" *Lips.* Immo *commeatuum* variandae orationis causa, aut ut simile esset praecedenti, pro *commeantium* dixit; *Ern.* Cf. Ind. III. v. *Abstracta pro concretis.* Ricklefs reddidit Waarenvertrieb. — *deligeret:* in ed. Spir. *delegeret.* — *circumspecta infrequentia militis* (militum) *satisque* h. e. et circumspecto, *satis magnis* cet. Cf. ad 1, 15, 3. — *coercitam,* punitam, castigatam; *Ern.* Paulo post *quin daret profectionis signum: et comitantes in p. a. acceperat* edd. Bip. Oberl. Lün. e coni. Acid. Sed v. ad 11, 2. extr. *comitantes,* comitari volentes; *Ern.* Cf. Ind. III. v. *Metonymia.* — *fessa aetas,* cf. Ind. II. — *attinuerat,* v. ad 1, 35, 3.

2. *Eadem clades municipio Verulamio fuit,* accidit; *Ern. Verulamium* Antoninus appellat *Verolamum* et *Verolamium,* Ptolemaeus *Urolanium,* Catyeuchlanorum oppidum, quod dirutum creditur Saxonum bello et situm non longe a fano S. Albani, St. Alban's in Herfordshire. „Ibi plurima adhuc visuntur antiquitatis Romanae monimenta. v. Cambden's Britannia by Gybson p. 296. 305. At plus gloriae attulit urbi vir summus Franc. Baco Verulamius, *Baron of Verulam, Viscount of St. Alban.*" *Brot.* Cambdenus suspicabatur, hoc fuisse Cassivellauni oppidum ap. Caes. B. G. 5, 21. silvis paludibusque munitum, quae non alibi in eo tractu reperiantur. *verulanio* ed. Spir. — *praesidiisque militarium* libri vet. et rec. nisi quod *militum* habet MS. Agr. Haec lectio nonnullis vera videtur, aliis autem coniectura Pichenae *militaribus,* quam firmari putant verbis cap. 45. *omne iter militaribus praesidiis sepsit.* „Sed ibi *praesidia militaria* sunt ipsi milites praesidii causa locati, hic *praesidia militarium* loca, quibus milites insunt, Militärplätze, ut *praesidium* H. 3, 61. et *militares* sunt, qui 15, 10. *viri militares* dicuntur." *Walth.* Cf. ad 12, 60, 1. — *quod uberrimum spolianti et defendentibus intutum* erat, loca non munita nec praesidiis firmata. *spolianti* edd. rec. ex emend. Merceri. *spoliant* MSS. et edd. vet. ante Gron. *spoliatu* coni. Iac. Gron. — *defendentibus intutum* MSS. Flor. Corb. Bud. a m. pr. Agr. edd. Spir. Lips. sqq. *deferentibus in tutum* MS. Guelf. *deferentes in tutum* MSS. Harl. Bodl. edd. Put. 1. 2. et cet. — *laeti praeda et aliorum segnes,* alacres ad praedam, segnes ad cetera; *Lips. laeti praeda* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *laeti praedas* MSS. Harl. Bodl. Guelf. *aliorum segnes* edd. rec. ex emend. Merceri. Id pro vulgari *aliorum incuriosi* dictum; *Roth.* ad Tac. Agr. p. 264. Sic *occasionum haud segnis* 16, 14. Cf. Ind. III. v. *Adiectiva relativa genitivis obiecti iuncta. aliorum insignes* MSS. et edd. vet. ante Freinsh. Syllaba *in* e finali litera vocis praec. nata est; *Ern. quod uberrimum et defendentibus in tutum spoliant laeti et gloria insignes petebant* MS. Agr. — *Ad LXX millia:* at Dio 62, 1. *μυριάδας ὀκτὼ* periisse ait, ut hic LXXX fortasse verior scriptura sit; *Lipsius. at septuaginta* ed. Spir. et paulo post *his* pro *iis.* — *cecidisse constitit* MSS. Corb. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Spir. Berneg. Gron. sqq. *caecidisse consistit* MS. Flor. teste Furia. *occidisse constitit* edd. Put. 1. 2. et cet. — *belli commercium,* quod exer-

cetur in captivis permutandis neo interficiendis; *Ern.* Sic *belli commercia* de redemptione captivorum H. 3, 81. extr. et Virg. Aen. 10, 532. — „*patibula* et *cruces* diversa quodam sensu: nam *patibulum* proprie, in quo suffixus homo expanditur transverso tamen ligno, *crux* vero etiam, quum is erecto simplicique stipiti affigitur sive infigitur. Diximus abunde in libellis *de cruce.*" *Lips.* — *tanquam reddituri supplicium*, ut *reddere odium* 16, 5. *dolorem* Sen. de ira 2, 31. *hosti acceptam cladem* Liv. 24, 17. 20. — *praerepta* MS. Guelf. et omnes edd. neque aliud e MS. Flor. enotatum. *praecepta* MS. Ies. *praelenta* MS. Vat. 1864. *praetexta* MS. Corb. „Vera loci sententia, quam non assecuti sunt interpretes, est haec: *caedes — cruces festinabant*, tanquam *interim*, per illud tempus, quod foret usque ad venumdationem captivorum, *ultio praeriperetur.* Solent enim in bello ultionem caede festinare, quotiens timent, ne interim ulciscendi occasio amittatur." *Walth.*

CAPUT XXXIV.

Iam Suetonio quartadecima legio cum vexillariis vicesimanis et e proximis auxiliares, decem ferme millia armatorum erant, quum omittere cunctationem et congredi acie parat; deligitque locum arctis faucibus et a tergo silva clausum, satis cognito, nihil hostium nisi in fronte et apertam planitiem esse sine metu insidiarum. Igitur legionarius frequens ordinibus, levis circum armatura, conglobatus pro cornibus eques adstitit. At Britannorum copiae passim per catervas et turmas exsultabant, quanta non alias multitudo et animo adeo fero, ut coniuges quoque testes victoriae secum traherent plaustrisque imponerent, quae super extremum ambitum campi posuerant.

1. *quarta decima legio cum vexillariis vicesimanis*, h. e. vicesimae legionis: nam in Britannia erant legiones II. Augusta, IX. Augusta s. Gemina, XIV. Gemina et XX. Valeria Victrix. Cf. cap. 37. extr. et Ind. III. v. *Legiones.* De *vexillariis* v. ad Agr. 18. n. 3. *vicesimariis* MS. Flor. teste Furia. *vicesimariis* vel *vigesimariis* MSS. alii et edd. vet. *vicesimanis* edd. Iac. Gron. et sqq. ex emend. Acid. „Perperam *Vicesimani* sunt milites vicesimae legionis, *vexillarii vicesimarii* autem sunt vexillarii vicesimanorum seu vicesimae legionis, non ipsi vicesimani seu vicesima legio. *Vexillarii vicesimani* non exstitere: nam *vicesimani* non sunt vexillarii, sed habent vexillarios." *Walth.* Acumen viri docti non satis assequor. Ipse fatetur, *vicesimanos* et milites vicesimae legionis esse et vicesimam legionem. Itaque *vexillarii vicesimani*, sunt vexillarii vicesimae legionis. Et sane *vicesimani* saepissime vel pro vicesima legione vel pro militibus eius dicuntur, nusquam *vicesimarii.* Praeterea non levis momenti sunt, quae annotavit Ernestius: „Si vel maxime forma verbi, hoc quidem sensu, nihil vitii haberet, tamen non credibile est, Tacitum istis homoeoteleutis usurum fuisse. Librarius temere terminationem praecedentis verbi repetiit, ut alibi." — *satis cognito*, v. ad 1, 46, 1. — *levis circum armatura* MSS. Flor. Reg. Agr. edd. Spir. Ber. Rhen. 1. Ryck. sqq. *levi c. a.* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. cet. Quae lectio non prorsus reiicienda; *Kiesel.* Sed aptior est illa.

2. *At Britannorum copiae passim per catervas* peditum *et turmas* equitum *exsultabant*, cf. ad Agr. 35. n. 5. — *quanta non alias multitudo* fuisse enim in acie hostili δώδεκα μυριάδας i. e. CXX millia hominum Dio 62, 2. annotavit; *Lips.* Idem Dio c. 8. tradit, exercitum Boudiceae iam ad CCXXX millia hominum accrevisse. — *adeo fero:* in ed. Spir.

fero adeo. — *ut coniuges quoque testes victoriae secum traherent plaustrisque imponerent,* cf. ad G. 7. n. 7. 8. 9. *plaustris super imponerent* MS. Bud.

CAPUT XXXV.

Boudicea curru filias prae se vehens, ut quamque nationem accesserat, *solitum quidem Britannis feminarum ductu bellare* **testabatur;** *sed tunc non ut tantis maioribus ortam regnum et opes, verum ut unam e vulgo libertatem amissam, confectum verberibus corpus, contrectatam filiarum pudicitiam ulcisci. Eo provectas Romanorum cupidines, ut non corpora nec senectam quidem aut virginitatem impollutam relinquant. Adesse tamen deos iustae vindictae. Cecidisse legionem, quae proelium ausa sit: ceteros castris occultari aut fugam circumspicere. Ne strepitum quidem et clamorem tot millium, nedum impetus et manus perlaturos. Si copias armatorum, si causas belli secum expenderent, vincendum illa acie vel cadendum esse. Id mulieri destinatum: viverent viri et servirent.*

1. *Boudicea,* cuius prolixa oratio ad milites legitur ap. Dion. 62, 3 — 6. „Haec enervis est et elumbis vitio scriptoris, qui eam ex h. l. Taciti, ex Britannorum querelis Agr. 15. et ex egregia Calgaci oratione Agr. 30 — 32. consarcinasse videtur. Sed in eadem nonnulla fortasse et ab aliis historiae Rom. scriptoribus mutuatus est, quae ab horum temporum moribus et ab iis, quae Agr. 21. traduntur, haud aliena sunt. Minus probabiliter idem cap. 2. ait, reginam conscendisse tribunal viridi caespite Romanorum more exstructum. Bene contra et ex more barbarorum Tacitus h. l. *curru filias prae se vehens.*" *Brot.* — *solitum quidem Britannis feminarum ductu bellare*: in MS. Flor. (test. Vict. et Furia) et ed. Spir. *feminarum dictu.* Bene, ut mihi videtur: nam *ductu* feminarum certe non bellabant; *Walth.* Sed v. Agr. 16. princ. — *sed se tunc non ut tantis maioribus ortam* — *verum ut unam e vulgo* — *ulcisci* sc. velle, ulturam esse. v. Ind. III. v. *Infinitivi* nr. 8. *Tunc* eo sensu accipiendum, de quo v. ad 2, 9, 2. 2, 26, 5. et intelligendum h. l. *se.* Cf. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 14. Kritz. ad Sall. Cat. 31. Moser ad Cic. de leg. 3, 19. *se nunc non* et *sed se nunc non* coni. Mur. et alii. — *ortam* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *ortum* MS. Guelf. a m. sec. et ed. Spir. *orta* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. In iisdem paulo post *ut una.* — *confectum* MSS. Reg. Bud. Guelf. edd. Spir. Pich. sqq. Idem legi in MS. Flor. annotarunt quidem Ern. et Brot., sed nemo eorum, qui hunc codicem inspexerunt. *consectum* MSS. Corb. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. Iac. Gron. Sic *consecare membra fratris* dixit Ovid. Trist. 3, 9, 34. *sectus flagellis, verbere terga, loris* Horat. Epod. 4, 11. Tibull. 1, 10, (9.) 22. Martial. 10, 5, 14. — *contrectatam:* in MS. Corb. *contactam,* in MS. Flor. (teste Vict.) et ed. Spir. *contrectam.* Cf. ad 2, 63, 2.

2. *nec senectam quidem* MS. Flor. (teste Furia) et edd. vet. quod restituit Walth. Cf. ad 4, 35, 1. *ne sen. q.* edd. Ern. Brot. sqq. *non sen. q.* MS. Guelf. *cecidisse legionem,* v. cap. 32. — *tot millium* edd. rec. ex emend. Lipsii. *tot militum* MSS. Reg. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et edd. vet. ante Lips. Sed illud melius; *Ern.* Cf. ad c. 34. n. 2. Paulo post MS. Flor. teste Furia *viverent viris et servirent,* MS. Bud. *viverent et viris servirent.*

CAPUT XXXVI.

Ne Suetonius quidem in tanto discrimine silebat. Qui quan quam confideret virtuti, tamen exhortationes et preces misce bat, *ut spernerent sonores barbarorum et inanes minas. Plus illi feminarum quam iuventutis aspici. Imbelles, inermes cessuri statim, ubi ferrum virtutemque vincentium totiens fusi agnovi sent. Etiam in multis legionibus paucos, qui proelia profliga rent: gloriaeque eorum accessurum, quod modica manus univer exercitus famam adipiscerentur. Conferti tantum et pilis emi sis, post umbonibus et gladiis stragem caedemque continuaren praedae immemores: parta victoria cuncta ipsis cessura.* Is ar dor verba ducis sequebatur, ita se ad intorquenda pila exp dierat vetus miles et multa proeliorum experientia, ut certu eventus Suetonius daret pugnae signum.

1. *qui quanquam* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. *qui* omissum i MSS. Reg. Corb. Bud. et ed. Spir. *quam* pro *quanquam* MS. Flo (ut 1, 13. 16, 19. al.) si Furiae, vel pro *qui quanquam*, si Iac. Gronovi fides habenda, qui hinc scribendum putabat *Quum*. Sed librarius nota potius compendii omisisse videtur. — *sonores barbarorum*, cf. 1, 65 pi et ad G. 3. n. 2. *sonores* MSS. Flor. (teste Pich. non Vict. et Fur.) Va tic. Lipsii, Reg. Bud. edd. Spir. Pich. sqq. *sonoras* MS. Guelf. et edd cet. — *illic* omittunt MS. Reg. et ed. Spir. — *Etiam*: in MS. Guelf. et — *etiam in multis legionibus paucos* (esse) *qui proelia profligarent*, u ap. Veget. 3, 20. *Victoria per paucos fieri consuevit: tantum est, ut ele cti a duce sapientissimo in iis locis, in quibus ratio et utilitas postula ordinentur. Profligare proelia* est vel profligare hostes in proeliis, ve potius id. qd. *momentum* et *discrimen proeliorum facere*, ut H. 2, 4. 3 50. 4, 72. G. 13. extr. et ap. Cic. Qu. Tusc. 5, 6. *quaestio profligata et et paene ad exitum adducta.* Notissima sunt verba Flori 2, 15. *prim tempore commissum bellum* Punicum, *profligatum secundo, tertio vero con fectum est.* Cf. Gell. 15, 5. ibique intpp. Hess. ad G. 13. Reitz. de Am biguis p. 463 sq. *paucos qui* MSS. Flor. (teste Vict.) Reg. Corb. Bud edd. Spir. Walth. *paucos esse qui* MS. Guelf. et edd. paene omnes. Se *esse* e marg. irrepsisse videtur, quia abest ab optimis MSS. et a Taciti saepissime omittitur. — *modica manus — adipiscerentur*, ut c. 32. *mo dica manus tutela templi freti.* Cf. Ind. III. v. *Nomina collectiva. adi pisceretur* ed. Ber. ad quam siluit Vict. *manus* MSS. Flor. (*man*; test Iac. Gron.) Reg. Harl. Bodl. Ies. Guelf. a m. pr. Bud. edd. Spir. Ryck Ern. sqq. *manu* MS. Guelf. a m. sec. et edd. cet.

2. *Conferti tantum*, cf. ad 6, 35, 1. *conf. tamen* MS. Guelf. — *pili emissis, post umbonibus et gladiis str. c. continuarent:* „Idem commen dat Germanicus 2, 14. nam proelia olim non, ut nunc, igne missiliqu ferro eminus, sed lacertorum et corporum vi cominus confici solebant.' *Brot.* — *stragem caedemque* synonyma. *caedem stragemque* ed. Spir. e paulo post *expedierant* MS. Agr. — *vetus miles et multa proeliorum ex perientia*, cf. ad 3, 52, 2. et Ind. III. v. *Ablativi qualitatis substantivo rum.* — *certus eventus Suetonius*, cf. Ind. III. v. *Homoeoteleuta.* Tali valde offendunt aures, sed melioribus etiam scriptoribus, nominatim Li vio, interdum excidere; *Ern. certus eventus* MS. Guelf. a m. pr. edd Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 2. 3. sqq. *certus eventu* MSS. Reg Corb. Bodl. Guelf. a m. sec. Agr. edd. Spir. Put. 1. 2. Rhen. 1. Lite-

ram *s* sequens vocabulum absorpsit; *Walth.* *certo eventu* MS. Bud. *certus eventi* coni. Ferr. et Heins.

CAPUT XXXVII.

Ac primum legio gradu immota et angustias loci pro munimento retinens, postquam propius suggressus hostis certo iactu tela exhauserat, velut cuneo erupit. Idem auxiliarium impetus; et eques protentis hastis perfringit, quod obvium et validum erat. Ceteri terga praebuere difficili effugio, quia circumiecta vehicula sepserant abitus. Et miles ne mulierum quidem neci temperabat, confixaque telis etiam iumenta corporum cumulum auxerant. Clara et antiquis victoriis par ea die laus parta: quippe sunt, qui paulo minus quam octoginta millia Britannorum cecidisse tradant, militum quadringentis ferme interfectis nec multo amplius vulneratis. Boudicea vitam veneno finivit; et Poenius Postumus, praefectus castrorum secundae legionis, cognitis quartadecimanorum vicesimanorumque prosperis rebus, quia pari gloria legionem suam fraudaverat abnueratque contra ritum militiae iussa ducis, se ipsum gladio transegit.

1. *legio gradu* s. statu *immota*, ut *stabili gradu* H. 2, 35. Liv. 6, 12. de militibus et gladiatoribus. Cf. ad O. 26. n. 3. — *postquam propius suggressus hostis certo iactu tela exhauserat:* „Haerent interpretes, quoniam verbum *exhauserat* cum *certo iactu* ita coniungunt, ut hostis per certum iactum tela exhausisse dicatur. At *certo iactu* est ablativus absolutus isque explicandus intellecto participio verbi substantivi: *postquam propius suggressus hostis,* quum ad *certum iactum* pervenisset, (ut ap. Dion. 62, 12. de eadem re μέχρις οὗ ἐς ἀκοντίου βολὴν ἀφίκοντο) *tela exhauserat.* Igitur nec Lipsii coniectura *suggressis hostibus,* nec Pichenae *incerto iactu,* neque Ernestii *crebro iactu* opus esse censeo.“ *Walth.* Cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita* et *Ellipses* 1, γ. „Verba *certo iactu* et *tela* ad hostes pertinent, neque obstat, quod paucissimi e Romanis ciciderunt. Quanquam enim hostibus in universum iactus erat certus, non tamen iactus singuli singulos interfecere, praesertim quum Romanorum impetus hostibus adimeret copiam ictuum saepius iterandorum.“ *Kiessl.* Immo: quum *legio angustias loci pro munimento retineret.* — *velut cuneo* MSS. Flor. Vat. Lipsii, Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Lips. posteriores Pich. sqq. *v. cuneis* edd. Lips. priores. *v. cuneus* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Sed v. ad 4, 51, 1. et de *cuneo* ad G. 6. n. 13. — *et eques protentis hastis perfringit,* cf. ad 2, 21, 1. et ad Agr. 36. n. 4. *perfringunt* MSS. Reg. Ies. Agr. ed. Spir. quod verum videri potest. — *effugio:* in MS. Flor. *effugium* et deinde *confixa teli* teste Furia. — *abitus:* in MSS. Bud. Guelf. et ed. Spir. *ambitus.* In eadem edit. paulo post *nec mulierum quidem.*

2. *octoginta millia* edd. Spir. Lips. sqq. *octoaginta m.* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. *octuaginta m.* MS. Guelf. a m. pr. *octingenta m.* MSS. Flor. (test. Vict. et Furia) Corb. Bodl. Ies. Bud. vitiose. — *cecidisse* edd. Spir. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3 sqq. *occidisse* MSS. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Cf. ad c. 33. n. 2. — *militum,* e militibus Suetonii, Romanorum. — *Boudicea vitam veneno finivit,* morbo, si fides habenda Dioni 62, 12. ἀποθανούσης δὲ ἐν τούτῳ τῆς Βουνδουΐκης νόσῳ, ἐκείνην μὲν δεινῶς ἐπένθησαν κ. τ. λ. Sed τόπῳ pro νόσῳ, nisi fal-

lor, legendum; *Ern.*" Ubinam vero tam splendide ei parentatum, ignoratur. Illam enim sepultam esse in *Stone - Henge* prope opp. *Ambersbury* in *Wiltshire*, minime crediderim. Portentosa lapidum substructio, de qua v. Cambden's Britannia by Gibson p. 95. et Inigo Iones, multo antiquiora arguit tempora aliosque usus." *Brot.* „Victoriam Suetonii Nero celebravit numo, de quo v. Eckhel D. N. Vol. VI. p. 265 sq." *Oberl.* — *Poenius:* „Reinesius coni. *Hoenius*, et est *Hoenia* familia clara, ex qua consul a. U. 894. *T. Hoenius Severus*: sed et *Poenii* in monimentis antiquis occurrunt, etsi minus nobiles." *Ern.* Apud Gruter. p. 969, 5. *Poenia Rufa* memoratur; *Brot.* *poemus* ed. Spir. — *praefectus castrorum*, de quo v. Lipsii Exc. VIII. ad Tac. Ann. I. „*Castra* illa erant apud Siluras nomenque fecerunt loco *Kaer Lheion* vel *Kaer Lheion ar Wysk*, h. e. urbs legionis ad Isam fl., *Usk* in *Monmoutshire*. Plurima eius monimenta et inscriptt. v. in Cambden's Britannia by Gibson p. 599 sqq." *Brot.* — *secundae legionis* et *quartadecimanorum vicesimanorumque*, v. ad init. cap. 34. *se ipsum*: fortasse *se ipse*.

CAPUT XXXVIII.

Contractus deinde omnis exercitus sub pellibus habitus est ad reliqua belli perpetranda: auxitque copias Caesar missis ex Germania duobus legionariorum millibus, octo auxiliarium cohortibus ac mille equitibus, quorum adventu nonani legionario milite suppleti sunt: cohortes alaeque novis hibernaculis locatae, quodque nationum ambiguum aut adversum fuerat, igni atque ferro vastatur. Sed nihil aeque quam fames affligebat serendis frugibus incuriosos et omni aetate ad bellum versa, dum nostros commeatus sibi destinant: gentesque praeferoces tardius ad pacem inclinant, quia Iulius Classicianus, successor Cato missus et Suetonio discors, bonum publicum privatis simultatibus impediebat disperseratque, novum legatum opperiendum esse sine hostili ira et superbia victoris clementer deditis consulturum. Simul in Urbem mandabat, nullum proelio finem exspectarent, nisi succederetur Suetonio, cuius adversa pravitati ipsius, prospera ad fortunam rei publicae referebat.

1. *exercitus sub pellibus habitus est*, v. ad 13, 35, 1. — *reliqua belli* cf. ad H. 4, 2, 3. — *ex Germania* MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. ed Bekk. 2. *e G.* edd. cet. — *auxiliarium* MSS. Flor. Reg. Bud. Agr. edd Spir. Iac. Gron. Ern. sqq. *auxiliariorum* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. e edd. cet. *auxiliarium* Batavorum; *Savill.* coll. H. 1, 59. — *nonani*, milites nonae legionis. Cf. ad cap. 34. init.

2. *aeque quam*, v. ad O. 10. n. 1. — *serendis fructibus incuriosos*, u H. 2, 17. — *omni aetate ad bellum versa* MSS. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2 Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *versos* MS. Reg. et ed Spir. unde *omni aestate ad b. versos* coni. Ern. „Sed significantius es *omni aetate*, nempe ne mulieres quidem et senes domi manserunt, ut se rerent. Cf. c. 34." *Walth.* — *Cato* Deciano, de quo v. ad cap. 32. n. 2 init. et fine. — *Suetonio*: in MS. Flor. et ed. Spir. *suetior*. — *bonum publicum*, v. ad 3, 70, 2. — *simultatibus*: in ed. Spir. *simulationibus*. — *sine hostili ira* — *consulturum*, hanc fuisse causam, cur Suetonius imperio removeretur, tradit Tacitus Agr. 16. aliam paulo post cap. 39. — *in Urbem mandabat*, v. ad H. 4, 21, 1. *in urbem* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *in urbe* MSS. Flor. (teste Furia) Ies. Bud. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen

Sed litera postrema a prima vocis seq. absorpta est. — *proelio* „pro *bello*, ut *proelianti* 12, 45. et contra *bellum* pro *proelio*. v. ad 2, 52, 2." *Hiller*. racem. 39. et *Oberl*. „Immo leg. *bello*, saltem *proeliis* aut *praeliorum*." *Lips*. et *Ern*. — *cuius adversa pravitati ipsius* (tribuebat, assignabat), *prospera ad fortunam rei publicae referebat*, cf. Ind. III. v. *Constructio verborum variata* et *Syllepsis* nr. 2. „Sententia tota sumpta a Sall. ap. Non. 4, 403. *adversa in pravitatem, secunda in casum, fortunam in temeritatem declinando*." *Lips*. Cf. ad 3, 53, 3. et Agr. 27. n. 2. *pravitati istius* MS. Guelf. *ad fortunam rei publicae* edd. Put. 1. 2. Ber. sqq. Cf. de *fortuna* et *felicitate rei publ*. ad Agr. 3. n. 1. *prospera ad fortunam ipsius referebat* MSS. Flor. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. *prospera autem fortunae ipsius referebant* MS. Reg. et ed. Spir. *prospera fortunae referebant* MS. Agr. *ad fortunam imperii referebat* coni. Iac. Gron. et *ad fortunam* (sc. ipsius) *referebat* Ern.

CAPUT XXXIX.

Igitur ad spectandum Britanniae statum missus est e libertis Polyclitus, magna Neronis spe, posse auctoritate eius non modo inter legatum procuratoremque concordiam gigni, sed et rebelles barbarorum animos pace componi. Nec defuit Polyclitus, quo minus ingenti agmine Italiae Galliaeque gravis, postquam Oceanum transmiserat, militibus quoque nostris terribilis incederet. Sed hostibus irrisui fuit, apud quos, flagrante etiam tum libertate, nondum cognita libertinorum potentia erat; mirabanturque, quod dux et exercitus, tanti belli confector, servitiis obedirent. Cuncta tamen ad Imperatorem in mollius relata, detentusque rebus gerundis Suetonius, quod post paucas naves in litore remigiumque in iis amiserat, tanquam durante bello, tradere exercitum Petronio Turpiliano, qui iam consulatu abierat, iubetur. Is non irritato hoste neque lacessitus honestum pacis nomen segni otio imposuit.

1. *e libertis* MS. Flor. (teste Furia) edd. Spir. Bekk. 2. *ex libertis* edd. cet. Illud mollius gratiusque est; *Walth*. *e libertis* Neronis *Polyclitus*, de quo v. H. 1, 37. 2, 95. Dio 63, 12. *Polyclitus* MSS. Flor. (test. Vict. et Furia) Guelf. ed. Bekk. 2. ut et H. 1, 37. 2, 95. et in lapide ap. Gruter. p. 985. *Policlitus* ed. Spir. *Polycletus* edd. cet. Πολύκλειτος ap. Dion. — *animos pace componi*, cf. ad 12, 32, 1. — *Nec defuit P. quo minus* cet. cf. ad H. 3, 54. — *postquam*: in MS. Bud. *posteaquam*. — *incederet*, v. ad 3, 9, 2. — *flagrante etiam tum libertate*, v. ad 1, 3, 2. et 13, 50, 2 — *libertinorum* MSS. Flor. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. *libertorum* edd. Ber. Rhen. 1. 2. 3. sqq. Hoc rectum intellectu *Caesaris*, de cuius solis libertis sermo; *Ern*. Quod commentum non satis verum esse videtur: nam sententia in universum spectat, ut Britannos in hac re similes accipias Germanis; *Walth*. Cf. ad H. 1, 16. extr. — *servitiis*, servis. Cf. Ind. III. v. *Abstracta nomina pro concretis*.

2. *in mollius relata*, cf. Ind. II. v. In. — *detentusque rebus gerundis Suetonius*, (retentus quidem est in imperio, sed) *quod post* (postea) *paucas naves — amiserat, tradere exercitum Petronio — iubetur*. Sic MSS. Flor. Reg. Corb. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Spir. Lips. sqq. Bene et plane. *qui* ante *quod* additum in edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *quod perpaucas* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Gryph. *post quod paucas* MS. Agr. *qui post*

paucas edd. Gronoviorum. *demotusque rebus g.* male coni. Faern. et Ern. *Suetonius, postquam paucas* malebat I. Fr. Gron. *quod post — amiserat*; de alia causa v. ad cap. 38. n. 2. *remigumque in his* MS. Flor. teste Furia. *in his* etiam MSS. Bud. Guelf. ed. Spir. — *tanquam durante bello*, „id vero iam profligatum erat. (Paulo ante dictum *dux et exercitus tanti belli confector*.) Igitur in honorem Petronii et in Suetonii dehonestamentum simulabatur, ad bellum profligandum alium ducem esse mittendum.“ *Walth.* — *Petronio Turpiliano*, v. Ind. I. — *qui iam consulatu abierat*, ut suffecto consuli locus esset; *Brot.* De consulatu eius v. cap. 29. — *is non irritato hoste — imposuit*, cf. Agr. 16.

CAPUT XL.

Eodem anno Romae insignia scelera, alterum senatoris, servili alterum audacia, admissa sunt. Domitius Balbus erat praetorius, simul longa senecta, simul orbitate et pecunia insidiis obnoxius. Ei propinquus Valerius Fabianus, capessendis honoribus destinatus, subdidit testamentum, ascitis Vinicio Rufino et Terentio Lentino Equitibus Romanis. Illi Antonium Primum et Asinium Marcellum sociaverant. Antonius audacia promptus, Marcellus Asinio Pollione proavo clarus neque morum spernendus habebatur, nisi quod paupertatem praecipuum malorum credebat. Igitur Fabianus tabulas iis, quos memoravi, et aliis minus illustribus obsignat. Quod apud Patres convictum; et Fabianus Antoniusque cum Rufino et Terentio lege Cornelia damnantur. Marcellum memoria maiorum et preces Caesaris poenae magis quam infamiae exemere.

1. *scelera, alterum senatoris, servili alterum audacia admissa*; illud c. 40 41. hoc c. 42. memoratur. *senatoria* edd. Lips. (inde ab illa a. 1598.) et deinde aliae ante Ern. Sed *senatoris* omnes libri vett. Cf. Ind. III. v. *Constructio verborum variata.* — *Domitius Balbus:* in ed. Spir. D. *Calvus.* Novi idem *Dom. Tullus* ap. Plin. ep. 8, 18. neque *Dom. Calvinus* ap. Suet. Caes. 36. *Domitios* tamen *Balbos* non invenio; *Walth.* — *simul longa senecta, simul orbitate et pecunia insidiis obnoxius* heredipetarum. Cf. ad 3, 25, 1. 13, 42, 2. et de illis ablativis ad 14, 5, 4. et Ind. III. v. *Ablativi substantivorum absoluti.* — *Ei propinquus* edd. Ryck. Iac. Gron. Ern. sqq. ex emend. Rhen. *et propinquus* MSS. Flor. (teste Vict.) Corb. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. Agr. et ed. Spir. *eius prop.* edd. Put. 1. 2. et ceteri ante Ryck. — *subdidit testamentum*, v. ad 1, 6, 6. — *Vinicio Rufino* edd. Bip. Oberl. sqq. ex emend. Rhenani, Faerni, Merceri. *Vincio R.* MSS. Flor. Oxon. Bud. Guelf. Agr. edd. Spir. Put. 1. 2. Ryck. Brot. *Vicio R.* edd. Ber. Rhen. 1. 2. 3. et cet. „In inscrippt. ap. Gruter. occurrunt *Vincia Marcella* et *Vincia Helpis*; sed in iisdem *Vinicia Rufina*.“ *Ryck.* — *Antonium Primum*, v. Ind. I.

2. *Marcellus Asinio Pollione proavo clarus*, v. ad 1, 12, 2. — *nisi quod paupertatem praecipuum malorum credebat:* „haec dignissima scriptorum prudentissimo: nam vere Sen. ep. 17. *si vis vacare animo, aut pauper sis oportet aut pauperi similis.*“ Brot. Sed aliena haec a Senecae moribus. v. cap. 52. et 13, 42. — *tabulas iis* edd. rec. ex emend. Lipsi. *tabulasiis* MSS. Flor. (teste Pich. ita ut prius *s* erasum et *r* a m. rec. rescriptum sit) et Vatic. a Lipsio inspectus. *tabulariis* MS. Bud. et edd. vet. *tabellariis* MS. Guelf. *iis* pro *cum iis* dictum putatur. Cf. ad 4, 5, 1. „Sententia est, viros illos obsignatores fuisse tabulasque obsignasse

Quod quia fecerunt iubente Fabiano, hic dicitur obsignasse iis scil. obsignatoribus; Germ. er nahm die Besieglung vor mittelst jener Personen." *Walth.* Quae ratio non omnibus arridebit. „Equidem malim scribere *tabulas ascitis quos* cet. Sic patet, unde oriri potuerit *tabulasiis*. Quae praecedunt a verbis *illi Antonium Primum* ad *credebat* sunt parenthesis loco habenda." *Kiessl.* Haec coniectura est ingeniosa. — *lege Cornelia*, a L. Cornelio Sulla dictatore a. U. 673. lata *de falso, testamentaria* et *numaria*, de qua Paulus rec. sent. 4, 7, 2. *Non tantum is, qui testamentum subiecit, suppressit, delevit, poena legis Corneliae coercetur, sed et is, qui sciens dolo malo id fieri iussit faciendumve curavit*; 5, 15. *Hi, qui falsum vel alia testimonia dixerunt, aut in exsilium aguntur aut in insulam relegantur aut curia submoventur*; et 5, 25, 2. *Qui ob falsum testimonium perhibendum vel verum non perhibendum pecuniam acceperit, dederit, iudicemve, ut sententiam ferat vel non ferat, corruperit corrumpendumve curaverit, humiliores capite puniuntur, honestiores publicatis bonis cum ipso iudice in insulam deportantur.* Idem *legis Corneliae* nomen retinuere leges, SCta et constitutiones Principum, quibus alia paulatim adiecta illis falsi generibus. Cf. cap. 41. H. 2, 86. Cic. Verr. 1, 42. de off. 3, 18, 72. (ubi v. Beier) intpp. Suet. Oct. 33. *Antonius Primus* tunc ordine motus. v. H. 2, 86.

CAPUT XLI.

Perculit is dies Pompeium quoque Aelianum iuvenem quaestorium, tanquam flagitiorum Fabiani gnarum, eique Italia et Hispania, in qua ortus erat, interdictum est. Pari ignominia Valerius Ponticus afficitur, quod reos, ne apud praefectum Urbis arguerentur, ad praetorem detulisset, interim specie legum, mox praevaricando ultionem elusurus. Additur senatus consultum: *Qui talem operam emptitasset vendidissetve, perinde poena teneretur ac publico iudicio calumniae condemnatus.*

1. *Perculit is dies Pompeium*, ut ap. Liv. 42, 67. princ. pro: *perculsus est eo die Pompeius.* Cf. ad G. 14. n. 9. Duk. ad Flor. 2, 6, 58. Gron. ad Iustin. 9, 3. et ad Sen. de ira 3, 36. *Perculit*, v. ad 4, 31, 3. *id dies* edd. Put. 1. 2. Fortasse *idem dies* dare voluit; *Walth. Pompeianum* edd. Lips. priores et Grut. — *Aelianum* edd. rec. inde a Lips. 2. *Elianum* ed. Spir. *Helianum* MS. Guelf. et edd. cet. — *eique Italia — interdictum est*, v. ad 1, 3, 6. et 3, 68, 2.

2. *quod reos, ne apud praefectum Urbis arguerentur, ad praetorem detulisset*, „non urbanum, opinor, (nec enim eius in crimine cognitio) sed proprium peculiaremque, qui olim constitutis quaestionibus perpetuis cognoscebat de falso. Etsi enim pleraque iudicia in senatu aut apud praefectum Urbis, et praetorum potestas imminuta, mansit tamen, opinor, veteris ritus imago quaedam et umbra; (cf. ad 1, 2, 6.) quam Ponticus hic pro re amplexus non sine sua fraude. At *praefectum Urbis omnia crimina omnino sibi vindicasse* ab Ulpiano Digest. lib. 1. tit. 12. de off. praef. Urbis lege 1. traditum est; non quidem ab Augusto, (nam is ius tantum ei dedit in servos et quod civium audacia turbidum, nisi vim metuat; v. sup. 6, 11.) sed crescente paulatim, concessu Principum, ut solet, nova potestate." *Lips.* — *interim*, v. ad 1, 4, 7. — *praevaricando elusurus* severitatem et *ultionem* praefecti Urbi: unde *SCto addita* quaedam; *Brot.* De *praevaricatione* v. ad 11, 5, 1. — *additur senatus consultum* omnes edd. vet. ante Ryck. praeter primam. *Senatus C.* MS. Guelf. *senatus consulto* (ut H. 4, 45.) MSS. Flor. Reg. Corb. Bud. Agr.

edd. Spir. Ryck. Iac. Gron. Ern. sqq. scil. eidem SCto, quo damnatus est Valerius Ponticus. Sed aliud novum potius et diversi argumenti SCtum significatur et quidem celeberrimum illud *SCtum Turpilianum de tergiversationibus et praevaricationibus: qui talem operam emptitasset — condemnatus.* Cf. L. 2. D. et L. 2. C. ad SCt. Turpil. L. 3. §. ult. D. de praevaricat. In eodem de abolitionibus cautum est: unde eandem cum hoc SCto putant *legem Petroniam de abolitionibus* in L. 16. Cod. ad leg. Iul. de adult. Cf. ad c. 29. n. 1. Bachii Traianus p. 128. et hist. iuris pr. Rom. III, 1, 30. Noordkerk. disquisit. de lege Petronia c. 4. SCtum hoc factum est Caesonio Paeto et *Petronio Turpiliano* coss. (v. cap. 29.) et hinc dictum *SCtum Turpilianum* et *lex Petronia.* — *vendidissetve:* in MS. Agr. et ed. Ryck. *venditassetve,* ut c. 50. et H. 1, 66. — *perinde poena* MSS. Flor. Reg. Corb. Agr. edd. Spir. Pich. sqq. *ut perinde poena* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et edd. cet. Sed *ut* abundat, quum sint ipsa SCti verba obliqua oratione enuntiata; *Walth.* — *ac publico iudicio c. c.* MSS. Reg. Corb. Agr. edd. Spir. Ern. Oberl. al. *ac si publico iudicio condemnatus* (sc. esset) MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. cet. ante Ern. et post eam Bekk. Kiessl. Walth. — *iudicio calumniae condemnatus*: olim lege Remmia cautum, ne liceret quemvis vel innocentem impune accusare eive molestiam creare sine iusta causa utque calumniatoris fronti litera inureretur. v. Cic. p. Rosc. Am. c. 19. 20. et doctissima H. Brencmanni comm. de lege Remmia in T. III. Thes. Otton. et Ern. clav. Cic. v. *calumnia* et in Ind. leg. v. *Remmia.* „*Calumniae* poenam fuisse talionem et infamiam, colligas ex l. penult. et l. 4. D. de praevaricat." *Lips.* Sed Pauli verba in rec. sent. 5, 4, 11. sunt: *omnes calumniatores exsilio vel insulae relegatione aut ordinis amissione puniri placuit.*

CAPUT XLII.

Haud multo post praefectum Urbis Pedanium Secundum servus ipsius interfecit, seu negata libertate, cui pretium pepigerat, sive amore exoleti infensus et dominum aemulum non tolerans. Ceterum quum vetere ex more familiam omnem, quae sub eodem tecto mansitaverat, ad supplicium agi oporteret, concursu plebis, quae tot innoxios protegebat, usque ad seditionem ventum est, senatuque in ipso erant studia nimiam severitatem aspernantium, pluribus nihil mutandum censentibus: ex quis C. Cassius sententiae loco in hunc modum disseruit.

1. *interfecit*: in ed. Spir. *interficit.* — *negata libertate, cui pretium pepigerat,* cf. ad c. 43. n. 2. et Ind. III. v. *Dativus* nr. 2. „More receptum, ut servus interdum cum domino quasi pacisceretur in certum pretium, quod si exsolvisset, liber esset. Id pretium e peculio servi vel adventicio lucro. v. Sen. ep. 80. Virg. Ecl. 1, 33. Et vetus sane ille mos, cuius vestigia plura in Plauto, ut in Aulul. 5, 8. in Rud. 4, 2, 23. et clarius in Casina 2, 5, 7. *quid ista tu me libertate territas? vobis invitis atque amborum ingratiis una libella liber possum ego fieri*: quod non aliter intelligendum, quam ut cum hero iam ante pactus fuerit in libram; et in hanc sententiam scripsit Hermogenianus l. 53. D. de iudiciis, *adversus dominum consistere servis licere, si qui suis numis redemptos se et non manumissos contra placiti fidem asseverent;* item Ulpianus: *qui se dicit suis numis redemptum, si hoc probaverit, exinde liber erit, ex quo redemptus est.* Interdum vero imaginaria quaedam emptio, interposita

persona tertia, adhibebatur, de qua v. l. 4. de manumiss. Quodsi dominus non servaret fidem, querela servo Romae apud praefectum Urbi, apud praesidem in provinciis ex constitutione Divorum fratrum fuit l. 5. ibid." *Lips.* Cf. ad 13, 27, 1. Burm. ad Petron. 75. et ad Ovid. Am. I, 8, 63. — *amore exoleti infensus*, cinaedi alicuius conservi, quem servus simul ac dominus deperibant; *Brot.* *amore* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. Guelf. aliique et edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *amori* edd. Put. 1. 2. Ber. Riv. Rhen. 1. „Sed *amore* hic dicitur ut *aemulatione* 3, 58." Walth. Cf. Ind. III. v. *Ablativi substantivorum absoluti.* *incensus* male coni. Pich. et Heinsius.

2. *quum vetere ex more — oporteret*, v. ad 13, 32, 1. — *familiam*, v. ad 3, 14, 1. et 3, 53, 3. — *usque ad seditionem ventum est*, v. ad 6, 13, 1. — *senatuque in ipso* edd. Berneg. Gron. Ryck. sqq. ex emend. Lipsii. *senatusque in quo ipso* MSS. Flor. Bud. Guelf. aliique. *senatusque in quo ipse* ed. Spir. *senatusque in quo ipsa* MS. Agr. *senatus in quo ipso* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *senatusque* (*in quo ipso erant st. n. s. asp.*) *pluribus* cet. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. Pich. *senatu quoque in ipso* coni. Iac. Gron. — *mutandum*: in MS. Flor. et ed. Spir. *multandum*. — *ex quis* MSS. Flor. Corb. Agr. edd. Spir. Ryck. sqq. *ex quibus* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et edd. cet. — *sententiae loco*, pro sententia, quum sententiam rogatus esset a consule, ut 2, 38. H. 4, 4. Cf. ad 2, 33, 2.

CAPUT XLIII.

Saepenumero, P. C., in hoc ordine interfui, quum contra instituta et leges maiorum nova senatus decreta postularentur, neque sum adversatus, non quia dubitarem, super omnibus negotiis melius atque rectius olim provisum et, quae converterentur, deterius mutari, sed ne nimio amore antiqui moris studium meum extollere viderer. Simul, quicquid hoc in nobis auctoritatis est, crebris contradictionibus destruendum non existimabam, ut maneret integrum, si quando res publica consiliis eguisset. Quod hodie evenit, consulari viro domi suae interfecto per insidias serviles, quas nemo prohibuit aut prodidit, quamvis nondum concusso senatus consulto, quod supplicium toti familiae minitabatur. Decernite hercule impunitatem, ut quem dignitas sua defendat, quum praefectura Urbis non profuerit. Quem numerus servorum tuebitur, quum Pedanium Secundum quadringenti non protexerint? Cui familia opem ferat, quae ne in metu quidem pericula nostra advertit? An, ut quidam fingere non erubescunt, iniurias suas ultus est interfector? quia de paterna pecunia transegerat aut avitum mancipium detrahebatur? Pronuntiemus ultro, dominum iure caesum videri.

1. *melius atque rectius*: in MS. Bud. *m. ac r.* — *deterius mutari* MS. Flor. quod substitui pro vulg. *in deterius m.* Cf. ad 3, 34, 2. — *nimio amore*: in MS. Corb. et ed. Spir. *uno amore.* — *quicquid hoc in nobis auctoritatis est cr. c. d. non existimabam*, v. ad 12, 36, 1. et ad Agr. 43. n. 4. — *maneret*: in MS. Flor. *manaret.* — *evenit* MS. Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *venit* MS. Flor. (teste Furia) edd. Put. 1. 2. Riv. Ber. Rhen. 1. — *ut quem dignitas sua defendat* MSS. Flor. Reg. Bud. edd. Spir. Bekk. 2. Walth. Bene: nam sic ironia belle continuatur; *Ern.* *Decernite h. impunitatem. At quem dignitas sua defendet — profuerit?*

edd. cet. *atq3 d. sua defendet* MS. Guelf. *et quem* MS. Corb. *ecquem* malebat Rhen. — *cum praefectura urbis non profuerit* omnes edd. praeter Spir. et Iac. Gron. Sed *cum* non nisi MS. Bud. a m. pr. *cui* MSS. Flor. Reg. Corb. Bud. a m. sec. Harl. Bodl. et ed. Spir. *vel cui* MSS. Ies. Guelf. *praefectus* MSS. Flor. Reg. edd. Spir. Iac. Gron. *defectus* MS. Corb. *profuit* MSS. Flor. (teste Furia) Reg. Corb. Bodl. Ies. Guelf. ed. Spir. „Et primum quidem parum interesse videtur, sive legas *cui*, seu malis *cum*: nam *cui* sic ponitur pro *cum alicui*, quia ad indefinitum illud *quem* refertur. *Praefectus* an possit accipi pro nomine quartae declinationis, quemadmodum *affectus*, *profectus*, *defectus*, vix credibile est. Denique *profuit* et *profuerit* ita differunt, ut praecedente *cum* sequi debeat *profuerit*, et post *cui* utramque formam latinitas patiatur: nempe coniunctivus per nexum causalem rem effert, indicativus omisso illo vinculo explicandi tantum habet vim.“ *Walth.*

2. *numerus servorum — quadringenti — familia*, v. ad 3, 53, 3. — *opem ferat* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. ed. Spir. *o. feret* edd. cet. Sed Tacitus plerumque orationen variat. *o. ferret* MS. Guelf. — *in metu*, h. l. in eo statu, quo nunc ex legibus imminet poena necdum impunitas decreta est; *Walth.* Cf. ad 1, 40, 1. *sui metu* MS. Agr. — *pericula nostra advertit* MSS. Flor. (teste Furia) Corb. Harl. Ies. Bud. Guelf. edd. Lips. Pich. Berneg. Gron. Bekk. 2. Kiessl. v. ad 12, 51. extr. et Seebodii bibl. crit. a. 1821. p. 165. *avertit* MSS. Reg. Agr. edd. vet. ante Lips. et post hanc Ryck. Ern. aliae. *quam ne in metu q. p. n. advertunt* malebat I. Fr. Gron. — *An, ut quidam* cet. Ironice dicta: nam *iniuriae* illae in servo nihili sunt; *Walth.* *Anne* MS. Bud. — *de paterna pecunia transegerat*, cf. ad c. 42. n. 1. et ad Agr. 34. n. 5. — *avitum mancipium*, avorum suorum, *detrahebatur* illi, qui aeque servus erat ac exoletus ille, de quo v. cap. 42 princ. — *ultro*, v. ad 3, 36, 1. — *iure caesum videri* in MS. Guelf. *videri iure caesum.*

CAPUT XLIV.

Libet argumenta conquirere in eo, quod sapientioribus deliberatum est? Sed et si nunc primum statuendum haberemus, creditisne, servum interficiendi domini animum insumpsisse, ut non vox minax excideret? nihil per temeritatem proloqueretur? Sane consilium occuluit, telum inter ignaros paravit. Num excubias transiret, cubiculi fores recluderet, lumen inferret, caedem patraret omnibus nesciis? Multa sceleris indicia praeveniunt. Servi si prodant, possumus singuli inter plures, tuti inter anxios, postremo, si pereundum sit, non inulti inter nocentes agere. Suspecta maioribus nostris fuerunt ingenia servorum, etiam quum in agris aut domibus iisdem nascerentur caritatemque dominorum statim acciperent. Postquam vero nationes in familiis habemus, quibus diversi ritus, externa sacra aut nulla sunt, colluviem istam non nisi metu coercueris. At quidam insontes peribunt: nam et ex fuso exercitu, quum decimus quisque fusti feritur, etiam strenui sortiuntur. Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur.

1. *Libet argumenta conquirere — est?* „Interrogationis signum positum in edd. Put. 1. 2. Berneg. sqq. Ne tamen putes, iustam esse interrogationem; immo et haec ironice dicuntur, Germ. Wir wollen wohl cet.“ *Walth.* Cf. ad 2, 15, 2. — *Sed et si nunc primum statuen-*

dum haberemus, v. ad O. 1. n. 3. *Sed et nunc* MSS. Reg. Ies. et a m. pr. Guelf. *Sed si nunc* MS. Bud. — *animum insumpsisse* MSS. et edd. vet. nisi quod *an. sumpsisse* MS. Bud. et edd. Rhen. 2. 3. „Sed simill. *dignas insumite mentes coeptibus* ap. Stat. Theb. 12, 643. et *insumi* dicuntur, quae sunt gravia, periculosa, atrocia." *Walth.* Cf. ad 6, 32, 1. — *Sane consilium occuluit — paravit*, cf. ad 3, 5, 2. *occuluit* MS. Guelf. et edd. vet. Pichena testatur, in MS. Flor. legi *occultavit*, sed Furia vidit *occul uit* et syllabam *ta* insertam lacunae a m. rec. — *excubias*, h. e. servos ad fores *cubiculi*, in quo dominus iacebat, excubantes. „Horum mentionem faciunt Quintil. declam. 1. et 2, 16. Sil. 1, 66. Appian. B. C. 2, 99. *non excubias* MS. Guelf. pro *num exc.* — *transiret — recluderet* cet. „MSS. Reg. Corb. Agr. et ed. Spir. *transire — recludere — inferre — patrare.* Cf. Ramshorn. Gram. §. 168. p. 435. 6. Elegantius tamen haec per optativum enuntiantur." *Walth.* — *Multa sceleris indicia praeveniunt*, praecedunt illud, non ita scelus premi potest, quin indicia quaedam, vel per imprudentiam erumpant; *Freinsh.* et *Ern. praeveniunt: servi* cet. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Ern. sqq. *praeveniunt servi, si prodant. Possumus* cet. MS. Bud. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. *praeveniunt servi. Si prodant, possumus* edd. Lips. Pich. Grut. Bern. Gron. Ryck. qua interpunctione deceptus I. Fr. Gron. *praeveniunt* dictum censebat pro: occupant, praecipiunt, deprehendunt scelus, antequam eventum habeat. — *possumus singuli inter plures* scil. sine metu exitii, *tuti inter anxios*, servos metu domini perculsos, eius iram et severitatem timentes; *Walth. non possumus* MS. Agr. — *anxios* deest in ed. Spir. Verba *inter anxios* delenda putabat Ern. et iungenda *singuli inter plures tuti.*

2. *fuerunt ingenia* MS. Guelf. et edd. vet. *fuere i.* edd. rec. inde a prima Lipsii praeter Walth. — *domibus iisdem nascerentur* ex ancillis, *caritatemque dominorum statim acciperent*, vernae, qui fere liberorum amicorumve loco haberi a dominis eosque licentia, facetiis, procacitate et scurrilitate delectare solebant; unde *verniles blanditiae* H. 2, 59. *vernile dictum* H. 3, 32. *vernacula urbanitas* H. 2, 88. *vernula urbanitas* Petron. c. 24. *vernilitas* et *verniliter. idem* pro *iisdem* MS. Flor. ut c. 46. pr. teste Furia — *nationes in familiis habemus*, v. ad 3, 53, 3. *in familias.* ed. Spir. — *At quidam insontes peribunt*: pereant sane, vel concedo: *nam* cet. Cf. ad 2, 63, 1. *quidam* ommissum in ed. Spir. — *nam et ex fuso* MSS. Flor. Reg. Corb. Bodl. Bud. Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. Lips. Grut. Ryck. sqq. *num et ex fuso — non sortiuntur?* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Pich. Bern. Gron. *et* post *nam* abest ab ed. Spir. — *decimus quisque fusti feritur.* v. ad 3, 21, 1. *fusti* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. Pich. sqq. *fuste* MS. Guelf. et edd. cet. Cf. ad 3, 21, 1. *veritur* MS. Flor. ed. Spir. *uerritur* MS. Guelf. — *etiam strenui*, non modo ignavi, sed etiam fortes. *et strenui* MS. Guelf. — *magnum exemplum*, v. ad 1, 38, 1.

CAPUT XLV.

Sententiae Cassii, ut nemo unus contra ire ausus est, ita dissonae voces respondebant, numerum aut aetatem aut sexum ac plurimorum indubiam innocentiam miserantium. Praevaluit tamen pars, quae supplicium decernebat. Sed obtemperari non poterat, conglobata multitudine et saxa ac faces minante. Tum Caesar populum edicto increpuit atque omne iter, quo damnati ad poenam ducebantur, militaribus praesidiis sepsit. Censuerat Cingonius Varro, ut liberti quoque, qui sub eodem tecto fuissent, Italia deportarentur. Id a Principe prohibitum est, ne

mos antiquus, quem misericordia non minuerat, per saevitiam incenderetur.

1. *nemo unus*, ut *quisquam unus, quilibet unus, unus quilibet, unus quisque, quivis unus*, in quibus dictionibus *unus* vim vocis alterius intendit. Cf. Drak. ad Liv. 3, 12, 4. *nemo bonus* MSS. Guelf. a m. pr. et Bud. — *contra ire*, v. ad 3, 23, 2. — *aut sexum*, v. ad 13, 32, 1. Paulo post *dubiam* MS. Guelf. et *innocentium* MS. Flor. (teste Vict.) et ed. Spir. — *et saxa ac faces* MSS. Flor. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Ern. sqq. *saxa ac faces* MS. Bud. Rhen. 2. 3. et cet. ante Ern. *et saxa et faces* MS. Reg. Cf. Virg. Aen. 1, 150. — *minante* MSS. Flor. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *minitante* MS. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq.

2. *Caesar populum edicto increpuit*, v. ad 3, 6, 1. — *Cingonius Varro* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *Cingoricus Varro* MSS. Reg. Corb. *Cingoritus Barro* ed. Spir. *Cingontus Varro* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. *Cinguntus Barro* MS. Guelf. Sed cf. H. 1, 6. 37. et Plut. in Galba c. 4. — *Italia deportarentur*, v. ad 1, 3, 6. „Acerrimum quidem hac de re SCtum Neronianum, quo tamen poena tantum servorum constituta. v. ad 13, 32, 1. Nova legis severitate merito abstinuit Princeps.“ *Brot.* — *ne mos antiquus — per saevitiam incenderetur*: „h. e. ne mos antiquus per se saevus et crudelis saevior etiam et crudelior redderetur. *incenderetur* MSS. Flor. (teste Furia) Bud. a m. sec. Guelf. aliique et edd. vet. *intenderetur* MS. Bud. a m. pr. et edd. Pich. sqq. Sed utrumque verbum de *antiquo more* tropice valet, qui et *incendi* et *intendi* potest dici; et amat Noster hunc usum verbi *incendere*, quod tum est acriorem reddere aliquam rem et flagrantiorem.“ *Walth.* Cf. ad 1, 23, 1. et Ind. II. v. *Incendere* et *Accendere*.

CAPUT XLVI.

Damnatus iisdem consulibus Tarquitius Priscus repetundarum, Bithynis interrogantibus, magno Patrum gaudio, quia accusatum ab eo Statilium Taurum proconsulem ipsius meminerant. Census per Gallias a Q. Volusio et Sextio Africano Trebellioque Maximo acti sunt. Aemulis inter se per nobilitatem Volusio atque Africano, Trebellium, dum uterque dedignatur, supra tulere.

1. *Tarquitius Priscus*, v. ad 12, 59, 1. — *repetundarum damnatus*, v. ad 1, 74, 1. et 3. — *Bithynis interrogantibus*, v. ad 13, 14, 1. — *quia accusatum ab eo Statilium T. p. i. meminerant*, v. 12, 59. *quia* MSS. et edd. vet. *qui* edd. rec. *proconsule* MS. Flor. (teste Pich.) et ed. Iac. Gron. *ipsi* MSS. Reg. Corb. ed. Spir.

2. *Census per Gallias — acti*, v. ad 1, 31, 1. — *a Q. Volusio*, v. ad 3, 30, 1. et 13, 25, 1. *A. q. Volusino* ed. Spir. — *Sextio Africano* MSS. Flor. Reg. Corb. Bud. Agr. edd. Spir. Ryck. sqq. *Sex. Afr.* edd. cet. *S. Afr.* MS. Guelf. *Sextius Africanus* fortasse pater aut avus T. Sextii Africani, qui consul fuit cum Traiano a. U. 865. v. Phlegon de mirab. c. 25. inscr. Grut. p. 119. Spanhem. de pr. et usu num. diss. X. T. II. p. 65. Pigh. Ann. ad a. 812. Alius *Sextius Afr.* 13, 19. ubi Ryckius bene refutavit coniecturas Lipsii. — *Trebellio Maximo*, de quo v. Ind. I. — *supra se tulere*, extulere.

CAPUT XLVII.

Eo anno mortem obiit Memmius Regulus auctoritate, constantia, fama, in quantum praeumbrante Imperatoris fastigio datur, clarus, adeo ut Nero aeger valetudine et adulantibus circum, qui finem imperio adesse dicebant, si quid fato pateretur, responderit, *habere subsidium rem publicam*. Rogantibus dehinc, *in quo potissimum?* addiderat *in Memmio Regulo*. Vixit tamen post haec Regulus quiete defensus et quia nova generis claritudine neque invidiosis opibus erat. Gymnasium eo anno dedicatum a Nerone praebitumque oleum Equiti ac senatui Graeca facilitate.

1. *Eo anno*: in MS. Reg. *Eodem anno*. — *obiit*: in MS. Flor. *obit*. — *Memmius Regulus*, v. ad 12, 22, 1. — *in quantum-datur*, conceditur, licet, fieri potest, ut 4, 60. 12, 12. 23. O. 7. — *praeumbrante Imperatoris fastigio*: ductum verbum e Gr. ἐπισκιάζειν, quo sic utuntur elegantissimi, Demosthenes, Lucianus et alii; *Ern.* Sic et *obumbrantur nomina* H. 2, 32. et *umbram facere tropaeis* ap. Sil. 14, 283. — *habere subsidium rem publicam*, virum qui succedere posset in imperio. Cf. ad 1, 3, 1. — *addiderat* MSS. Flor. (teste Vict.) Reg. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Spir. Ern. Bip. Oberl. *addiderit* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. et cet. ante Ern. quod reduxere Bekk. Kiessl. Walth. virgula post *rem publicam* posita. Cf. ad 11, 2 extr. Sed *addiderat* non ineptum est et omnium MSS. auctoritate firmatur.

2. *Gymnasium eo anno dedicatum a Nerone* in campo Martio, Germ. Kunstacademie. Cf. Xiphil. 61, 21. Suet. Ner. 12. et Philostr. vit. Apoll. 4, 42. — *praebitumque oleum*, ab aliis quidem olim populo propter victorias laetitiamque publicam, (v. ad 12, 41, 1.) sed a nemine, ut nunc a Nerone, *Equiti ac senatui* et in dedicatione gymnasii. Cf. Dio et Suet. ll. ll. — *Graeca facilitate*, v. ad 6, 15. Cf. Ioseph. A. I. 12, 3. de Seleuco Nicatore, qui etiam Iudaeis a praefectis gymnasiorum pecuniam ad oleum emendum dari iussit; *Ern.* Faber Agonist. 3, 16. oleum in eo gymnasio praebitum aut ad ludorum gymnicorum aut ad thermarum, quae ibi, usum existimat; *Oberl.* Nero autem Equites et senatores in ludis scenicis gymnicisque agere et in arena certare coegit. v. cap. 14 sqq. H. 2, 71.

CAPUT XLVIII.

P. Mario, L. Asinio consulibus Antistius praetor, quem in tribunatu plebis licenter egisse memoravi, probrosa adversus Principem carmina factitavit vulgavitque celebri convivio, dum apud Ostorium Scapulam epulatur. Exin a Cossutiano Capitone, qui nuper senatorium ordinem precibus Tigellini soceri sui receperat, maiestatis delatus est. Tum primum revocata ea lex, credebaturque haud perinde exitium Antistio quam Imperatori gloria quaesita, ut condemnatus a senatu intercessione tribunicia morti eximeretur. Et quum Ostorius *nihil audivisse* pro testimonio dixisset, adversis testibus creditum; censuitque Iunius Marullus consul designatus, adimendam reo praeturam necandumque more maiorum. Ceteris inde assentientibus, Paetus Thrasea multo cum honore Caesaris et acerrime increpito

Antistio, *non, quicquid nocens reus pati mereretur, id egregio sub Principe et nulla necessitate obstricto senatu statuendum* disseruit. *Carnificem et laqueum pridem abolita, et esse poenas legibus constitutas, quibus sine iudicum saevitia et temporum infamia supplicia decernerentur. Quin in insula, publicatis bonis, quo longius sontem vitam traxisset, eo privatim miseriorem et publicae clementiae maximum exemplum futurum.*

1. *P. Mario* Celso et *L. Asinio* Gallo, cf. Suet. vit. Persii. „Ille videtur frater fuisse aut patruelis Marii Celsi cos. suff. de quo v. H. 1, 14. 77. 2, 60. hic filius Asinii Galli, qui in Claudium conspiravit, et nepos C. Asinii Galli. De hoc Asinio Gallo v. ad 1, 12, 2. de illo Suet. Claud. 13.“ *Ryck.* — *Antistius* Sosianus *praetor, quem in tribunatu plebis licenter egisse memoravi* 13, 28. De eo v. Ind. I. *C. Antistius* MS. Agr. — *factitavit,* fecit, ut c. 52. 6, 39. 16, 14. 28. Cf. Ind. III. v. *Verba vulgo dicta frequentativa.* — *vulgavitque:* in MS. Reg. et ed. Spir. *vulgatumque.* — *Ostorium Scapulam,* v. Ind. I. — *a Cossutiano Capitone, qui nuper — receperat,* cf. ad 11, 6. extr. et 13, 33. — *Tigellini,* de quo v. ad cap. 51. — *maiestatis delatus est,* v. ad 1, 74, 1. — *Tum primum revocata ea lex* maiestatis, de qua v. ad 1, 72, 2. *tunc primum* ed. Spir. — *credebaturque* (vulgo, a populo) *haud perinde* (cf. Ind. II.) *exitium Antistio quam Imperatori gloria* (clementiae ostentandae, ut 13, 11.) *quaesita* a Capitone accusatore, *ut condemnatus a senatu intercessione tribunicia* scil. Principis (v. ad 1, 2, 4.) *morti eximeretur,* (cf. Ind. II.) quod tamen consilium sententia Thraseae irritum factum. Ita edd. Bip. Oberl. Lün. Walth. ex emend. Freinsh. Inepte *revocata ea lex credebatur, quae haud perinde — gloriam quaesivit* MSS. Bud. Guelf. aliique, edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. et cet. ante illam Iac. Gron. *ut* deest in MS. Flor. *ut condemnatus* MSS. Corb. Guelf. a m. sec. Harl. in marg. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *ne condemnatus* MSS. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *credebatur, qua haud perinde — gloriam quaesivit* (sc. accusator) coni. Mercerus, quod probabat Lipsius. Rectius *credebaturque haud perinde — gloriam quaesitam* vel *gloria quaesita* vel *gloria quaeri* vel *gloriam quaeri* scribendum censebat Acid. Cf. Ind. III. v. *Accusativi cum Infinitivis* nr. 4. *credebaturque — gloriam quaeri* substituere Iac. Gron. Bekk. Kiessl. „At Tacitus non videtur dicere voluisse, quid homines de re iudicarint ante eventum, sed quid post eventum, ex quo videbant Neronem spe falsum sua et accusatorem. Si ante causam actam sic credidissent, nihil impedisset, quo minus durius statuerent. Sed offensio Neronis et rescriptum indicabant voluisse materiam habere gloriae. Atque ante qui scire poterant?“ *Ern.* „Verbum *credebatur* intelligendum est de opinione populi, quae ex eventu demum oritur: quare aptius esse videtur *gloria quaesita.* Coaluit olim *quaesita ut* in *quaesitavit,* unde emendandi causa factum *quaesivit* omissa particula *ut,* quam posteriores librarii iterum addiderunt.“ *Walth.* — *eximeretur* MS. Guelf. et edd. omnes praeter Spir. in qua est *exponeret,* ut in MS. Reg. *eximeret* MS. Flor. teste Vict. — *censuitque Iulius Marullus consul designatus* et quidem primus more vetusto. v. ad 3, 22, 3. *Marullus* fortasse idem ad quem scripta Sen. ep. 99. *Marulus* ed. Spir. *marulius* MS. Guelf. *consul designatus,* „inter suffectos non dubie consules: nam in hunc ipsum annum Annaeum Senecam et Trebellium Maximum consules referunt viri docti in opere Fastorum, et loca sunt quae annuant. Sed Ausonius in paneg. Senecae: *dives Seneca, nec tamen consul:* quo loco video esse qui *nec* delendum censeant.“ *Lips.* Cf. Pigh. Ann. ad a. U. 814. et Vinet.

ad Auson. Hic Ausonius consules suffectos parum curasse videtur; *Oberl.* — *necandumque more maiorum:* unde paulo post *carnificem et laqueum.* v. ad 2, 32, 3.

2. *Paetus Thrasea,* v. Ind. II. et Ind. III. v. *Nomina gentium cognominibus postposita.* — *mereretur:* in MS. Guelf. *meretur.* — *obstricto senatu* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 2. 3. sqq. *obstricto senatui* MS. Flor. (teste Furia) edd. Spir. Rhen. 1. — *carnificem et laqueum pridem abolita,* cf. nota 1. extr. et Ind. III. v. *Praedicatorum et Subiectorum numeri et genera diversa.* „A senatu mollitam fuisse legem docet Iul. Paulus rec. sent. V. tit. 4. de iniuriis leg. 15. *Qui carmen famosum in iniuriam alicuius vel alia quaelibet cantica, quo agnosci possit, composuerit, ex auctoritate amplissimi ordinis in insulam deportatur.*" *Brot.* Sed Antistius probrosa adversus Principem carmina factitaverat. — *Quin in insula* edd. Riv. Pich. sqq. *qui in insula* MS. Flor. teste Pich. non Vict. aut Furia. *quin in insulam* MSS. Guelf. Agr. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *quin insula* edd. Rhen. 2. 3. et cet. ante Pich. *qui ne insula* ed. Spir. *qui insula* MS. Bud. — *publicatis bonis,* v. ad 3, 17, 3. — *traxisset* edd. omnes praeter principem. *transisset* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. ed. Spir. — *eo privatim miseriorem* edd. Ern. et sqq. ex emend. Lipsii. *eo pr. miserior* MS. Guelf. et edd. vet. *eo privatus miserior* MSS. Corb. Agr.

CAPUT XLIX.

Libertas Thraseae servitium aliorum rupit, et postquam discessionem consul permiserat, pedibus in sententiam eius iere paucis exemptis, in quibus adulatione promptissimus fuit A. Vitellius optimum quemque iurgio lacessens et respondenti reticens, ut pavida ingenia solent. At consules perficere decretum senatus non ausi de consensu scripsere Caesari. Ille inter pudorem et iram cunctatus postremo rescripsit, *nulla iniuria provocatum Antistium gravissimas in Principem contumelias dixisse: earum ultionem a Patribus postulatam et pro magnitudine delicti poenam statui par fuisse: ceterum se, qui severitatem decernentium impediturus fuerit, moderationem non prohibere. Statuerent, ut vellent: datam et absolvendi licentiam.* His atque talibus recitatis et offensione manifesta, non ideo aut consules mutavere relationem aut Thrasea decessit sententia ceterive, quae probaverant, deseruere, pars, ne Principem obiecisse invidiae viderentur, plures numero tuti, Thrasea sueta firmitudine animi et ne gloria intercideret.

1. *Libertas,* παῤῥησία, *Thraseae servitium aliorum rupit,* ingenium servile obsequiumque humile, ut 15, 61. *Nero saepius libertatem Senecae quam servitium expertus* erat. *servitium* MSS. Bodl. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Pich. sqq. *silentium* MSS. Bodl. in marg. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. Sed voce *servitium* ostenditur, senatores adeo servilem animum induisse, ut fere loqui non auderent; *Pich.* „Servitium opponitur *libertati,* (ut 15, 61.) estque quasi vinculum, quo homines tenentur: unde *rumpi* apte dici potest." *Walth.* — *postquam discessionem consul permiserat, pedibus in sententiam eius iere* Patres. v. ad 3, 23, 2. — *paucis exemptis*: in MS. Flor. *exeptis* teste Pich. qui inde coniecit *exceptis,* quod non minus aptum. „Sed a scriptura illa nihil extrices. Librarius scribere voluit *exeptis,* quod est

in MS. Bud. et ed. Spir., et virgulam omisit." *Ern.* — *adulatione promptissimus fuit A. Vitellius*, cf. 12, 4. et Ind. I. — *respondenti* (si quis respondebat) *reticens*, ut ap. Liv. 3, 41. et 23, 12. ubi v. Gron.

2. *At consules perficere decretum senatus non ausi de consensu scripsere Caesari*, v. ad 13, 26, 1. *decretum senatus* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Bekk. 2. Walth. *senatus decretum* MS. Guelf. et edd. cet. — *datam et absolvendi licentiam* MSS. Flor. (teste Pich.) Reg. in marg. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Bekk. 2. Walth. *datam etiam a.' licentiam* MSS. Reg. Corb. Bud. edd. Pich. et cet. ante Bekk. 2. Sed ob *εὐφωνίαν et* praeferendum. *data et a. licentia* MSS. Harl. Bodl. Ies. omissis fortasse virgulis a librariis. *datâ etiam a. licentiâ* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Mic. Lips. „Sed nostra lectio aptius exprimere videtur Principis indignationem et *offensionem manifestam*. Quin, inquit, *etiam licentia*, potestas, eum penitus *absolvendi* vobis fuit." *Pich.* — *offensione manifesta*, cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita.* — *ceterive:* in MS. Guelf. edd. Ber. Rhen. 1. *ceteri vero.* — *plures numero tuti*, cf. ad H. 2, 52. Paulo post *formidine animi et ne gloria intercideretur* ed. Spir.

CAPUT L.

Haud dispari crimine Fabricius Veiento conflictatus est, quod multa et probrosa in Patres et sacerdotes composuisset iis libris, quibus nomen *Codicillorum* dederat. Adiiciebat Talius Geminus accusator, venditata ab eo munera Principis et adipiscendorum honorum ius. Quae causa Neroni fuit suscipiendi iudicii, convictumque Veientonem Italia depulit et libros exuri iussit, conquisitos lectitatosque, donec cum periculo parabantur: mox licentia habendi oblivionem attulit.

1. *Fabricius Veiento*, senator, adulator et delator, de quo v. Plin. ep. 4, 22. 9, 13. Iuvenal. 3, 185. 4, 113. 6, 113. Puto illum esse, qui *A. Fabricius* Dioni dicitur quique praetor canes circensibus ad currus adiunxit pro equis; *Lips.* *F. uegento* MSS. Flor. Guelf. *Fabritius vegênto·* ed. Spir. — *quod multa* MSS. Flor. (in quo *q̄d* teste Vict.) Bud. Guelf. edd. Spir. Pich. sqq., *qui multa* edd. cet. ante Pich. — *in Patres:* vitiose MS. Flor. teste Vict. *in partes.* — *iis libris, quibus nomen codicillorum dederat:* nam mos fuit, ut testatores in *codicillis* vel testamentis *probrosa* in eos, quos odissent, *componerent.* v. ad 1, 6, 6. 2, 48, 1. 6, 38, 1. „Quae probra et convicia ante Augustum inobservata et permissa, scilicet quia supremis illis tabulis et voci danda videbatur aliqua libertas. Frenum iniicere senatus voluerat; sed idem ille Princeps, *de inhibenda testamentorum licentia ne senatus quicquam constitueret, intercessit*, Suet. Oct. c. 56. Hoc igitur more et exemplo maledicentiae suae cavens Veiento libros suos inscripsit *codicillos*." *Lipsius.* *his libris* MS. Guelf. ed. Spir.

2. *Talius Geminus:* „Muretus volebat *T. Allius* idque non spernendum putat Ryckius proferens ex inscr. vet. ap. Pigh. Annal. T. III. p. 581. *Q. Allium Max. cos.* Sed *Talia* occurrit ap. Murator. p. 601, 2." *Ern.* „Quis in tali re certi quid affirmabit?" *Walth.* — *venditata:* in MSS. Guelf. (a m. sec.) Bud. ed. Spir. *vendicata.* — *honorum* omisit ed. Spir. Dein *indicii* MS. Guelf. et *convictum* ed. Spir. — *libros exuri iussit conquisitos*, v. ad 4, 35, 2.

CAPUT LI.

Sed gravescentibus in dies publicis malis subsidia minuebantur, concessitque vita Burrus, incertum valetudine an veneno. Valetudo ex eo coniectabatur, quod in se tumescentibus paulatim faucibus et impedito meatu spiritum finiebat. Plures iussu Neronis, quasi remedium adhiberetur, illitum palatum eius noxio medicamine asseverabant, et Burrum intellecto scelere, quum ad visendum eum Princeps venisset, aspectum eius aversatum sciscitanti hactenus respondisse, *Ego me bene habeo.* Civitati grande desiderium eius mansit per memoriam virtutis et successorum alterius segnem innocentiam, alterius flagrantissima flagitia et adulteria. Quippe Caesar duos praetoriis cohortibus imposuerat, Fenium Rufum ex vulgi favore, quia rem frumentariam sine quaestu tractabat, Sofonium Tigellinum, veterem impudicitiam atque infamiam in eo secutus. Atque illi pro cognitis moribus fuere, validior Tigellinus in animo Principis et intimis libidinibus assumptus, prospera populi et militum fama Rufus; quod apud Neronem adversum experiebatur.

1. *Burrus,* de quo v. Ind. I. — *incertum valetudine* adversa, morbo, *an veneno:* posterius tradunt Suet. Ner. 13. et Xiphil. 62, 13. *an veneno* edd. Rhen. 2. 3. sqq. Ita 2, 42. 67. 3, 22. 11, 36. 13, 12. 15, 69. G. 5. *aut veneno* MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. et edd. primae. In MS. Bud. *an* legi affirmat Rhenanus, sed *aut* Oberl. — *in se tumescentibus paulatim faucibus:* Muretus corr. *intumescentibus p. f.* quod placuit Ernestio et Brot. Hillerus racem. 39. *in se* idem esse dicit quod *per se,* vitio intus orto, et confert Cels. 7, 2. et Sen. ep. 95. „Nemini horum credas. *In se fauces tumescebant* h. e. tumor non visebatur externus, ut fauces extenderentur, sed internus erat, ut meatus faucium paulatim angustior fieret. Nihil planius.“ *Walth.* — *spiritum finiebat,* ut *animam finire* ap. Ovid. Met. 7, 591. dixit; *Oberl.* Vulgata scriptura hanc vim habet: spiritum non repente finivit, sed paulatim, ut faucium tumor augebatur; *Kiessl.* „Legendum credo *impedito meatu spiritus finiebat* sc. vitam, vel potius *finierat,* quod et sequentia desiderant: nam haec coniecerant homines post mortem Burri. *Spiritus meare* dicitur, ut ap. Curt. 3, 5., et *finire* pro *mori* sup. 6, 50.“ Ern. Cf. ad 2, 71, 1. *spiritu* MS. Guelf. — *palatum eius* et paulo post *ad visendum eum* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Pich. sqq. *eius* et *eum* omittunt MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Mic. Lips. „Tacitus libenter hoc pronomine sine necessitate utitur, ut infra c. 59. *talem eum* et c. 62. *accitum eum,* raro Livius et Cicero. Cf. Liv. 6, 34 extr. Suet. Caes. 7. 50. 55. 80.“ *Ern.* „Cicero idem pronomen saepius iterat. v. Beier. ad Cic. off. 1, 1. §. 2. et §. 40.“ *Kiessl.* „Displicent *palatum eius — aspectum eius — desiderium eius.*“ Brot. — *aversatum:* in MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. ed. Spir. *adversatum.* Cf. ad 1, 28, 3. — *sciscitanti* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Reg. Bud. edd. Spir. Ern. sqq. *sciscitantique* MSS. Bodl. Ies. et edd. cet. *scisitantique* MS. Guelf. — *hactenus,* v. ad 12, 42, 3. Heinsius distinguere malebat: *sciscitanti, Hactenus, respondisse, ego me bene habeo.* „Quae vis sit in eo responso, dicet Sen. ep. 24. *Cn. Pompeii socer Scipio contrario in Africam vento relatus, quum teneri navem suam videret ab hostibus, ferro se transverberavit et quaerentibus, ubi imperator esset, Imperator, inquit, bene se habet. Vox haec illum parem maioribus*

fecit et fatalem Scipionibus gloriam in Africa non est interrumpi passa." *Gron.* Simile dictum Arriae, de quo v. ad 16, 34. extr.

2. *per memoriam*, propter memoriam. v. Ind. III. v. *Per.* 5. — *alterius segnem innocentiam*, nec mali, nec vero boni quicquam facientis; *Ern.* Sic *socordia innocens* H. 1, 56. — *flagrantissima flagitia*, cf. Ind. II. — *flagitia et adulteria* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. Copulam abesse a MS. Flor. dicit Ern. nescio an et alii. *flagitia ad ultima* MSS. Reg. Corb. et ed. Spir. „Quod non ita spernendum et fortasse dictum, ut *citra ultima* 12, 22. *Adulteria* certe in *flagitiis* continentur; nisi generi species addita, ut in quam in primis flagitiosus esset." *Brot.* et *Ern.* „Verum distinguit Noster *flagitia* et *adulteria*, ut illa intelligantur facinora, quae nos dicimus feige, niederträchtig. Cf. 1, 18. 27. 69." *Walth.* Cf. ad G. 12. n. 6. — *Fenium Rufum*, qui *rem frumentariam sine quaestu tractabat* ut praefectus annonae. v. 13, 22. et ibi nota 1. *tractaverat* coni. Rhen. et *tractarat* Ern. Frustra. — *Sofonium* vel Sophonium *Tigellinum* propter similitudinem morum vitiorumque Neroni et Galbae amicissimum, de quo v. Ind. I. Suet. Galb. 15. Dio 59, 23. 62, 13. 15. 63, 11. 64, 3. Philostr. vita Apoll. 4, 43. 44. Iuvenal. 1, 155. ubi Schol. breviter vitam hominis descripsit verbis a Cramero ita correctis: *C. Sofonius* (non *Fulcinius*) *Tigillinus patre Agrigentino, Scylaeum* (promont. Argolicum secundum Ptol.) *relegatus, iuvenis egens*, (cf. H. 1, 72.) *verum admodum pulcher, ob concubinatum* (adulterium) *M. Vinicio et Cn. Domitio maritis Agrippinae et Liviae* (seu *Iuliae*) *sororum C. Caesaris, idque in utrisque uxoribus, suspectus ob hoc Urbe summotus* (cf. Dio 59, 23.) *piscatoriam machinam* (?) *in Achaia exercuit, quoad accepta hereditate reditum sub conditione impetravit, ut conspectu Claudii* (C. Claudii Imp. qui tum adhuc privatus in omne iam vitii genus inclinabat) *abstineret. Quare saltibus in Apulia et Calabria comparatis, quum studiosius equos quadrigarios aleret, amicitiam Neronis nactus, primus illum ad studium Circensium movit. Mortuo autem Nerone Galba Imperator* cet. quae clausula non est in MS. Sangallensi et a Valla videtur adiecta e Suet. Galb. 15. *Sofonium Tigellinum* edd. Lips. sqq. ut ὁ Τιγελλῖνος ὁ Σωφόνιος ap. Dion. 59, 23. et 62, 13. *Offonium Tigilium* ed. Spir. *Ofonium Tigillinum* MSS. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Supra c. 48. *Tigellini* et *Tigillini* eaedem edd. et *tigellani* MS. Flor. (teste Furia) sed omnibus aliis locis *Tigillinus.* Ibidem *Tigilini* MS. Guelf. et ed. Spir. — *veterem impudicitiam atque infamiam*, stuprum cum filiabus Germanici et sororibus C. Caesaris, Agrippina, quam Cn. Domitius pater Neronis, et Livia s. Iulia, quam M. Vinicius uxorem habuit. Cf. 6, 15. 45. et Dio 59, 23. — *Atque illi pro cognitis*, iam ante notis, *moribus fuere validiores*, magis gratia valuere, alter apud *Principem*, alter apud *populum et milites*. Cf. ad 4, 72, 1. Comma post *fuere* delendum censet Kiessl. ut omnia uno tenore procurrant. *atque illi pro cognitis m. f.* MSS. Flor. (diversus a Langobard. et a Pich. inspectus) Farnes. (in quo tamen *procognitis*) Corb. edd. Pich. sqq. *atque illi pro cognatis m. f.* MSS. Flor. (Langob. teste Iac. Gron.) Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. *et quae illi pro genitis m. f.* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. *ac quae illi pro cognatis m. f.* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Mic. Lips. *atque illi progenitis m. f.* MSS. Reg. et Vat. *Atque illi praegenitis m. f.* ed. Spir. *quae illi pro cognitis m. f.* MS. Agr. a m. pr. et *quae illi pro ingenitis m. f.* a m. sec. — *et intimis*, occultis, *libidinibus assumptus*, in societatem earum. *et intimis* MSS. Flor. Bud. edd. Iac. Gron. Ern. sqq. *et in intimis* MSS. Reg. Corb. Vatic. Agr. ed. Spir. *ex intimis* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. et edd. cet. — *prospera populi et militum fama*, h. e. apud eos; *Ern.*

CAPUT LII.

Mors Burri infregit Senecae potentiam, quia nec bonis artibus idem virium erat, altero velut duce amoto, et Nero ad deteriores inclinabat. Hi variis criminationibus Senecam adoriuntur, *tanquam ingentes et privatum supra modum evectas opes adhuc augeret, quodque studia civium in se verteret, hortorum quoque amoenitate et villarum magnificentia quasi Principem supergrederetur.* Obiiciebant etiam, *eloquentiae laudem uni sibi adsciscere et carmina crebrius factitare, postquam Neroni amor eorum venisset. Nam oblectamentis Principis palam iniquum detractare vim eius equos regentis, illudere voces, quotiens caneret. Quem ad finem nihil in re publica clarum fore, quod non ab illo reperiri credatur? Certe finitam Neronis pueritiam et robur iuventae adesse. Exueret magistrum satis amplis doctoribus instructus, maioribus suis.*

1. *nec bonis artibus idem virium* pro *et bonis artibus non idem virium.* — *altero velut duce amoto,* Burro: nam *Burrus et Seneca rectores imperatoriae iuventae* erant. v. 12, 8. 13, 2. 6. — *ad deteriores* homines et duces, Othonem, Tigellinum aliosque. *ad terrores* MS. Bud. a m. pr. et *ad errores* a m. sec. — *privatum* (privatorum hominum) *supra modum evectas opes* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. a m. sec. Guelf. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Ern. sqq. *privatim s. m.* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *supra modum* MSS. Harl. Bodl. Ies. qui tamen utrum *privatim* an *privatum* habeant, non diserte dixit Brot. *in privatum modum* MSS. Reg. Corb. ed. Spir. *ultra privatum modum* MS. Agr. *privatum modum evectas* MS. Bud. a m. pr. edd. Lips. sqq. usque ad Ern. Cf. ad 12, 36, 1. De opibus Senecae v. ad 13, 42, 2. — *studia civium,* favorem populi, ut 15, 33. et *studia civitatis* H. 3, 45. — *hortorum quoque:* in MS. Guelf. *hortorumque.* — *Principem supergrederetur,* cf. ad Agr. 1. n. 1. *praegrederetur* MS. Bodl. *pgrederetur* MS. Guelf. *pergrederetur* MSS. Harl. Ies. *congrederetur* MS. Corb. — *laudem uni sibi:* in ed. Spir. *laude munia sibi.* — *carmina:* „tragoediasne, quae eius nomine feruntur? Non, opinor, et alibi videro.“ *Lips.* Ei suffragantur plerique editores X tragoediarum, quae Senecae tribuuntur. Cf. ad c. 63. n. 1. — *crebrius factitare* ad pleonasmum vulgo refertur, ut similia apud Livium, v. c. *retro revocare* et *repetere* 2, 45. 9, 2. *ante praeoccupare, praecipere, praecogitare, praemeditari* 21, 20. 22, 38. 40, 4. 23. *prius praevenire, praecipere, praemeditari* 9, 23. 21, 32. 38, 3. *praeter praevehi* 24, 44. *rursus remitti* 42, 47. *utrimque anceps* 30, 33. Cf. Ind. III. v. *Pleonasmus* et Ramsh. Gram. p. 706. Sed *factitare* est id. qd. *facere* et hinc cum comparat. *crebrius* iungitur. v. Ind. III. v. *Verba vulgo dicta frequentativa.* In ed. Spir. *saepius* pro *crebrius.* — *postquam Neroni amor eorum venisset* edd. rec. inde a Lips. 1598. „*Venire* id. qd. provenire, succedere, vel contingere, obtingere, ut 12, 32. 14, 53. Cic. Verr. 2, 7. Sall. Iug. 4, 8. Liv. 44, 17. Sic et Theocr. idyll. 2, 69. φράζεό μευ τὸν ἔρωθ᾽, ὅθεν ἵκετο, Eurip. Iphig. Aul. 1264. Ἄγων Ἀτρείδαις καὶ τέκνοις ἥκει μέγας.“ *Boett.* Lex. Tac. *evenisset* MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. et edd. vet. *eorum amor evasisset* MS. Agr. „De aliis MSS. silentium est. Sed an veterem scripturam *evenisset* recte mutaverint in *venisset,* valde dubito. Nam *evenire* innuit sortem divinam et quod fit ex voto idque egregie convenit adulatorum ori.“ *Walth.* — *oblectamentis Principis* eum *palam iniquum,* adversum, (Cf. ad 3, 4. extr.) *detractare vim eius equos regentis,* minus quam par sit aestimare, extenuare artem Neronis aurigandi, de

qua v. cap. 14. et 15, 44. Nam *detractare* proprie est *detrahere* aliquid ab aliquo et hinc deterere, imminuere, extenuare, elevare, ut O. 11. 12. 26. et Liv. 38, 49. tum recusare, ut 1, 42. 45. H. 2, 97. 4, 67. Agr. 11. Inde *detractare* rectius scriptum h. l. in MS. Guelf., omnibusque edd. vet. ante Pich. et in Bekk. mai. (ut haud dubie in plerisque MSS. e quibus nihil enotatum a viris doctis) quam *detrectare* in edd. rec. Ita et ubivis fere in optimis MSS. et edd. vet. Cf. ad loca Taciti laudata, Ern. ad 11, 11. et H. 1, 83. Burm. ad Ovid. Met. 5, 246. Drak. ad Liv. 3, 60. 34, 15. Cort. et Gerlach. ad Sall. Iug. 53. 57. Wagner ad Virg. Aen. 1, 211. — *illudere voces:* nam *illudere* et accusativo et dativo iungitur. v. Ind. II. *vocem* coni. Urs. et Mur. *vocei* h. e. *voci* Acid. „Immo *voces* eo sensu quo ap. Suet. in vita Terentii c. 5: *Menandrum in medio populi sedatis vocibus efferre quicquid come loquens atque omnia dulcia dicens*, Germ. Ausdrucks — vel Vortragsweise.“ *Walth.*

2. *Quem ad finem:* „male interpretantur zu welchem Zwecke. Immo bis zu welchem Ziel, h. e. quousque tandem. Signum interrogandi post *finem* ponunt edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Male. *caneret quem ad finem: nihil* cet. ed. Spir.“ *Walth.* — *exueret magistrum:* „relinqueret, amoveret, ut Gr. ἐκδύσασθαί τινα, repudiare, in primis de magistris. Sequens sententia est e Cic. ep. ad div. 1, 7. extr.“ *Ern.* Cf. Ind. II. v. *exuere* et *induere*, quae a vestimentis ad animum eiusque affectus et perturbationem, ad memoriam, obsequium, communionem, negotia, virtutes, vitia et alia transferuntur, ut ἐκδῦναι, ἀναδύεσθαι, ἐνδύειν. — *satis amplis doctoribus*, ut *senatus amplissimus*, Germ. erlaucht.

CAPUT LIII.

At Seneca criminantium non ignarus, prodentibus iis, quibus aliqua honesti cura, et familiaritatem eius magis aspernante Caesare, tempus sermoni orat et accepto ita incipit: *Quartusdecimus annus est, Caesar, ex quo spei tuae admotus sum; octavus, ut imperium obtines. Medio temporis tantum honorum atque opum in me cumulasti, ut nihil felicitati meae desit nisi moderatio eius. Utar magnis exemplis, nec meae fortunae sed tuae. Abavus tuus Augustus M. Agrippae Mytilenense secretum, C. Maecenati Urbe in ipsa velut peregrinum otium permisit, quorum alter bellorum socius, alter Romae pluribus laboribus iactatus ampla quidem, sed pro ingentibus meritis, praemia acceperant. Ego quid aliud munificentiae adhibere potui quam studia, ut sic dixerim, in umbra educata et quibus claritudo venit, quod iuventae tuae rudimentis affuisse videor? Grande huius rei pretium: at tu gratiam immensam, innumeram pecuniam circumdedisti, adeo ut plerumque intra me ipse volvam: egone, equestri et provinciali loco ortus, proceribus civitatis annumeror? Inter nobiles et longa decora praeferentes novitas mea enituit? Ubi est animus ille modicis contentus? Talis hortos exstruit et per haec suburbana incedit et tantis agrorum spatiis, tam lato fenere exuberat? Una defensio occurrit, quod muneribus tuis obniti non debui.*

1. *spei tuae admotus sum*, tibi, imperii aliquando heredi, praeceptor datus, *rector imperatoriae iuventae* 13, 2. *ut pueritia tua me magistro adolesceret et consiliis meis ad spem dominationis utereris* 12, 8. ex quo loco patet, id factum a. U. 802. — *nec meae fortunae* MS. Guelf. omnes-

que edd. praeter Spir. in qua est *ne m. f.* ut in MS. Flor. Quod si toleres, arctius haec cum seqq. sunt coniungenda et plena distinctio ante *abavus* tollenda; *Walth.* — *Abavus tuus Augustus* edd. Ryck. Ern. sqq. ex emend. Lipsii. Cf. 13, 34 pr. et Sen. de clem. 1, 10. *Atavus tuus A.* MSS. et edd. vet. Sic et *abavus meus A.* edd. rec. et *avus m. A.* MSS. et edd. vet. cap. 55. „Emendatio Lipsii in dubium vocata est a Ryckio et recte: nam *avi* et *atavi* etiam in universum dicuntur maiores, (Ahnen, ut *atavi* ap. Hor. od. 1, 11.) et nihili est quod Ernestius scribit, sic *avos* quidem dici et *atavos*, neque vero *avum* et *atavum.* Si enim *avi* et *atavi* latiore sensu valent, cur non et *avus* et *atavus?* Praeterea non erat huius loci, ut accurate plane gradus cognationis significaretur, et additur *Augustus*, ut nemo possit dubitare, quis sit intelligendus.“ *Walth.* Immo hanc ipsam ob causam cognatio accurate erat exprimenda, neque vana est haec Ernestii annotatio: „*Avi* et *atavi* non nisi in plurali ponuntur pro maioribus, et *avum meum* posse de alio quam de mei parentis patre dici, id vero etiam atque etiam nego.“ — *M. Agrippae Mytilenense secretum*, de quo v. Suet. Oct. 66. et Tib. 10. Plin. 7, 45. Dio 53, 32. *Mytilense* edd. Put. 1. 2. Ber. Kiessl. Bekk. Walth. *Mitylenense* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *mytelense* MS. Flor. teste Furia. *mitilinense* ed. Spir. v. ad 6, 18, 2. *secretum*, secessum. Cf. Ind. II. — *velut:* in ed. Spir. *valde.* — *alter Romae pluribus laboribus iactatus* in praefectura Urbis. „*Iactari* proprie dicuntur, qui aut in turba aliqua ab uno loco in alium truduntur, ut consistere non possint, aut fluctibus et maritima tempestate deprehensi sunt; hinc qui quacunque ratione vexantur; deinde qui multum versantur in re aliqua.“ *Ern.* clav. Cic. — *pro ingentibus meritis praemia acceperant*; „exquisitior usus praep. *pro*, quae similitudinem exprimit s. comparationi inservit: quae nollem Forcellinus in duo distraxisset.“ *Walch.* emend. Liv. p. 65. Cf. ad 4, 72, 1. et Ind. III. v. *Pro*, *γ*.

2. *Ego quid aliud munificentiae adhibere potui* MS. Bud. et edd. omnes ante Ern., in his Ber. ad quam siluit Vict. *tuae* post *munificentiae* additum in MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. Agr. edd. Ern. Brot. Bip. Ob. Lün. uncis inclusum a Bekk. et Kiessl. extrusum a Walth. „Sensus est: qua re potui promereri munificentiam tuam; qui sine illa vocula non constat.“ *Ern.* „Immo hic minime intelligenda est *munificentia* Neronis in Senecam, sed huius in illum. Ponitur enim eo sensu quo est apud milites, inter quos *munifices* erant milites infimi ordinis, qui omnia militiae munia debebant obire quibusque tribuni et centuriones in modum servorum utebantur. v. Veget. 2, 7. et 19. Iam Seneca de Agrippae et Maecenatis *ingentibus meritis* locutus pergit: *ego quid aliud munificentiae adhibere potui quam studia*, ut quasi dicat, sua merita tantopere distare ab Agrippae et Maecenatis meritis, quam munifici militis officia a summi ducis operibus.“ *Walth.* Ingeniose et apte: sed *munificentiam* eo sensu nemo, opinor, dixit. — *studia in umbra educata*, v. ad 13, 42, 2. — *ut sic dixerim*, v. ad Agr. 3. n. 5. — *et quibus claritudo venit*, v. ad cap. 52. n. 1. *et quibus* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Bud. (a m. pr.) edd. Ryck. Iac. Gron. Brot. sqq. *e quibus* MS. Reg. edd. vet. ante Ryck, *a quibus* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. *et quibus* recte: nam illis studiis antehac abditis et incognitis additam claritudinem dicit Seneca ab isto tempore, quo fuerit Neronis praeceptor: non sibi claritudinem ex iis venisse iactat.“ *Iac. Gron.*

3. *innumeram pecuniam circumdedisti* mihi. v. ad Agr. 20. n. 1. et de immensis Senecae divitiis ad 13, 42, 2. *circumdedisti* MSS. Flor. Corb. Bud. Guelf. edd. Pich. sqq. *dedisti* MS. Reg. et edd. vet. De MSS. suis siluit Brot. ut saepe. — *plerumque*, v. ad 3, 28, 4. — *intra me ipse volvam*, v. ad 1, 64, 2. *intra me ipse* MSS. Flor. Ies. Bud. et edd. vet.

nisi quod *inter* pro *intra* in ed. Spir. *intra me ipsum* MS. Guelf. edd. Gryph. Lips. 1. et aliae ante Ryck. — *provinciali loco ortus*, Cordubae in Hispania. *natus* MS. Guelf. et in marg. *ortus*. — *longa*, antiqua. v. ad cap. 31. n. 1. *Longa decora* sunt maiorum honores, insignia, imagines, statuae, in primis res praeclare domi militiaeque gestae, τὰ κλέα, ut *Sulpiciae ac Lutatiae* (gentis) *decora* H. 1, 15. *vestra decora* Agr. 34. et *sua familiaeque decora* ap. Liv. 3, 12 pr. et 21, 43 extr. *longa decora* MSS. Bud. a m. sec. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. sqq. *longa cura* MSS. Flor. Reg. ed. Spir. *longam curam* MS. Corb. *longa iura* coni. Iac. Gron. — *praeferentes*, v. ad 2, 53, 2. — *novitas mea*, v. ad 3, 55, 3. 12, 49, 1. et Ind. III. v. *Abstracta pro concretis*. — *enituit* MSS. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. Cf. ad 11, 7, 2. *emicuit* MSS. Reg. Agr. ed. Spir. — *Talis hortos exstruit* (sc. animus meus) — *exuberat*, cf. ad 13, 42, 2. *talis* MS. Flor. edd. Spir. Bekk. Walth. *tales* MS. Guelf. et edd. cet. *exstruit* MSS. Flor. Reg. Corb. Agr. edd. Spir. Walth. *instruit* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. et edd. rel. „Sed *exstruere*, Germ. *anlegen*, optime loco convenit et simul complectitur id quod est *instruere*. Sic *extollere hortos* 11, 1. pr. Nempe quod tales hortos *instruit* sc. ornamentis, (aedificiis, tabulis, statuis, piscinis, aquis salientibus, nemoribus alioque ornatu) minus videtur mirandum quam quod *tales* hortos *exstruit*. MS. Guelf. dat *instruitis* — *inceditis* — *exuberatis*, sed *exuberat* a m. pr. Num placet: *instruit is* — *incedit is?*" *Walth.* An probabilius est *talis is hortos exstruit* — *incedit et* — *exuberat?* — *et per haec suburbana* praedia *incedit*, v. ad 3, 9, 2. et Ind. III. v. *Ellipses* n. 6. — *tam lato fenere exuberat*, cf. ad 6, 16, 1. 13, 42, 2. et 14, 32 extr. — *muneribus tuis obniti*, ea recusare; *Ern.*

CAPUT LIV.

Sed uterque mensuram implevimus, et tu, quantum Princeps tribuere amico posset, et ego, quantum amicus a Principe accipere: cetera invidiam augent. Quae quidem, ut omnia mortalia, infra tuam magnitudinem iacent, sed mihi incumbunt: mihi subveniendum est. Quomodo in militia aut via fessus adminiculum orarem, ita in hoc itinere vitae senex et levissimis quoque curis impar, quum opes meas ultra sustinere non possim, praesidium peto. Iube eas per procuratores tuos administrari, in tuam fortunam recipi. Nec me in paupertatem ipse detrudam, sed traditis, quorum fulgore perstringor, quod temporis hortorum aut villarum curae seponitur, in animum revocabo. Superest tibi robur et tot per annos visum fastigii regimen: possumus seniores amici quiete respondere. Hoc quoque in tuam gloriam cedet, eos ad summa vexisse, qui et modica tolerarent.

1. *et tu*: in MS. Flor. deest *tu*. Paulo post *amico tribuere possit* ed. Spir. Utrumque stare potest, diverso tamen sensu; *Walth.* Dein *a principe amicus* MS. Guelf. — *cetera invidiam augent*, quae scil. cap. 56 extr. memorantur; *Ern.* Immo priora ad opes et *munera a Principe accepta* referenda videntur et *cetera* eo, quod Seneca *iuventae* Neronianae *rudimentis affuit*, et ad *claritudinem* et *nobilitatem*, quam ex eo tempore assecutus est. v. cap. 53. *augent* MSS. Harl. a m. pr. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. sqq. *agent* MSS. Reg. Corb. Harl. a m. sec. et ed. Spir. Idem e MS. Flor. enotavit Iac. Gron. (qui inde coni. *alent*) sed *ugent* Victorius. „Non absurdum *agent* aut ab h. l. alienum: dicitur enim pro

acuere, excitare, incitare, ἐρεθίζειν. v. Gebh. ad Liv. 10, 14. Sed futurum h. l. non convenit, et in MSS. haud raro confunduntur verba *augere* et *agere*. Cf. ad c. 58. 15, 10. extr. H. 4, 58. G. 20. Drak. ad Liv. 3, 3. 10, 14. 27, 9." *Ern.* In MS. Agr. *ceterum invidia agimur* ex emend. — *Quae quidem — iacent — incumbunt* MSS. Reg. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. vet. ante Lips. (in his Ber. ad quam siluit Vict.) et Ern. Bip. Oberl. Lün. Walth. *Quae quidem* (scil. invidia) — *iacet — incumbit* MS. Corb. edd. Lips. Pich. Grut. Bern. Gron. Ryck. Bekk. Kiessl. „Haec lectio sine dubio concinnior est. Nam, quod Ernestius animadvertit, *mortalia* melius de bonis humanis quam de vitiis, velut invidia, capi, nihili est, quia *mortalia* hic non sunt caduca, sed humana, quaecunque hominibus propria et solita. Nolui tamen a veteribus libris recedere, quoniam relativum *quae* potest referri ad totam excusationem, quae praecessit, et ad omnia offendicula, quae Senecae timebantur, vel etiam ad *cetera* sc. invidiam augentia, uti volebat Ernestius. Illud maluerim, ut ita Seneca in *quae quidem* videatur respicere ad omnes metus, quibus hucusque se angi dixerat. Nam in seqq. Seneca opem petit non modo contra invidiam, sed in universum, ut curis suis liberetur." *Walth.* Bona quidem, sed proximis tantum verbis congrua sententia ex recent. lectione exoritur: *quae quidem* invidia — *infra tuam magnitudinem iacet*, eam non amplius tangit, quippe quae maior, superior est invidiâ, (v. Mitscherl. ad Hor. od. 2, 20, 4.) *sed mihi incumbit*, in me irruit, vel potius me urget. v. ad 4, 24, 1. Reliquis verbis et menti Senecae magis consentanea est vetus lectio hoc sensu: *quae quidem* opes meae, *ut omnia mortalia*, humana, quicquid vel boni et optati, vel mali et miseri hominibus contingere potest, (cf. ad 15, 23, 1) *infra tuam magnitudinem iacent, sed mihi incumbunt*, non tibi quidem oneri esse possunt, sed mihi sunt. Nam in toto capite illae opes a Seneca egregie gravi comparantur oneri, quod sibi *incumbat*, quod *ultra sustinere non possit*: hinc *orat adminiculum* sive praesidium, petit, ut sibi *subveniatur*, ut gravissimum, quo prematur et cui ferendo impar sit, onus elevetur vel ipse eo plane liberetur redditis muneribus opibusque immensis in fiscum redactis. — *Quomodo:* in MS. Bud. *quo*, quod e compendio scripturae male intellecto ortum. — *in militia adminiculum* est missio causaria; Gron. „Intelligit optiones, cf. Festus v. *optio*, ubi leg. *Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur accensus. Is adiutor dabatur centurioni a tribuno, militemque ex eo tempore, quem velint, centurionibus permissum est optare, et nomen ex facto sortitus est.*" *Lips.* Ita non aptum *orarem*: nam tribunus ex lege et ritu militari, non rogatus, tales adiutores dabat centurionibus. *in militia labore aut via* MS. Agr. *aut in via fessus — possum* ed. Spir. Paulo post *sustinere ultra* MS. Guelf. — *Iube eas per procuratores tuos administrari*, v. ad 4, 15, 2. *iubere* MS. Flor. teste Furia. *eas* deest in MSS. Bud. Guelf. et glossam redolet.

2. *quorum fulgore perstringor* MSS. et edd. vet. *q. f. praestringor* edd. Bip. Ob. sqq. Cf. ad H. 1, 84. — *quod temporis hortorum aut villarum curae seponitur*, v. ad 13, 44, 1. — *in animum revocabo*, animo excolendo impendam; *Ern.* — *Superest tibi robur* aetatis. — *et tot per annos visum fastigii regimen* MSS. Flor. (teste Vict.) Reg. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. Agr. edd. Spir. Bekk. 2. Walth. *nixum fastigii regimen* edd. Put. 1. 2. Ber. cet. usque ad Gron. „Putabam aliquando *nixum* a niti (σπουδάζειν, ut 1, 11. 34. 64. 2, 74. 3, 31. 4, 70.) posse accipi pro σπουδαῖον, ἐσπουδασμένον, quod fit cum magno studio. Hinc *nixum fastigii* (sc. summi, imperii, potentiae, ut 15, 1. pr.) *regimen* esset strenua et diligentissima summae potestatis administratio. Dubito tamen, an sic *nixum* dici possit pro *enixum*, ut *diligentia enixa* Ammian. Marc. 15, 1. *enixior opera* Plin. 9, 8. *enixe* Cic. p. Sext. c. 16. Liv. 31, 11. 29, 1.

Suet. Tib. c. 50. *enixum fastigio* (ad fastigium) *regimen* vult Grotius, quod ab h. l. alienum est; *nisum* Victorius et Ernestius. *nixum fastigio* (imperio, imperatoria dignitate) *regimen* I. Fr. Gronovius, quod recepere Bip. Oberl. Bekk. in ed. 1. Kiessl. Sed inanis est dictio et sententia. Hillerus racem. 10. coni. *fixum* (fato) *fastigii reg.* Propius erat *nexum*, vinctum, Germ. befestigt. Sed nihili sunt coniecturae, quia codices MSS. nihil laborant. Exquisite hic ponitur *visum*, quo significatur, Neronem non spectatorem tantum fuisse in rei publicae regimine, sed multos annos ante suum principatum in domo imperatoria egisse et per eos, quanquam non ipse fuisset civitatis rector, *vidisse* tamen et cognovisse *fastigii regimen*: nam *visum* alicui est id quod penitus inspexit, quod cognitum habet, (erkannt) quod praesens oculis lustravit." *Walth.* Eadem fere est Ernestii interpretatio: *vidisti tot per annos*, quomodo summum imperium tractari debeat, habesque adeo usum rerum idoneum, ut tibi non amplius opus sit auxilio meo. Frustra autem veretur, ut satis prudenter ista dicta sint et sine offensione Neronis dici potuerint. — *possumus seniores amici quiete respondere* MSS. Flor. (ex quo certe non aliud enotavit Vict. ad ed. Ber. neque Gron. et Furia) Guelf. (in quo *possumus seniores ái ei quiete resp.*) edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. et cet. ante Bip. quod probant Gron. obss. 2, 4. et Walth. sed varie explicant. Ille: *possumus sen. am. quiete*, otium lacessendo et in reliquum tuis confidendo viribus, tibi *respondere*, satisfacere: nam *respondere* dicuntur, qui citati adsunt ad diem et ad nomen respondent, sive in delectu sive in iudicio, et sic satisfaciunt, in primis debitores ad diem constitutam solventes, ut et ager, qui votis aratorum satisfacit. (cf. ad c. 15. n. 1. Cic. Verr. 1, 1. Gell. 11, 1. Suet. in Oct. c. 38. in Ner. c. 44. Phaedr. 4, 17.) Hic rectius: „*Quiete* est adverbium pro *in quiete*, ut *prospere* 15, 45. pro in *prospero statu*. Cf. ad 1, 10, 3. Sermo est de Principe, cui citanti praesto sunt amici, ut iussa accipiant aut consultati sententiam dicant. Germanice: wir ältern Freunde können nur im Ruhestande dir dienen. Quippe non omnem recusare debebat operam Principi praestandam, sed tranquilliorem vitam poscebat. „Bene: sed *respondere* alio sensu h. l. positum videtur, quo plerumque et proprie dicitur de omnibus, qui consuluntur et consilia dant, de diis, oraculis, extis, pontificibus, mathematicis, haruspicibus, hariolis et in primis de ICtis, viris senioribus iurisque peritissimis, qui consultoribus respondebant; quod h. l. aptissimum est. v. ad O. 1. n. 2. Hinc non audiendi qui scribendum putant *quietem repetere* vel *resumere* vel *respicere* vel *retinere* vel *iure spondere* vel *regimen p. s. a. quiete reponere* vel *deponere*. Nec placere potest *quietem respondere*, quod legitur in MSS. Vati(c). (Lipsii) Reg. Bud. Agr. edd. Spir. Bekk. 2. et defenditur a Rittero, qui haec annotavit: „Bene notandum, quod praecedens *regimen* pro *gubernaculum* dicitur, ut ap. Ovid. Met. 3, 593. nam ita demum locutio *visum fastigii regimen*, quam falso explicuit Waltherus, omni dubitatione exempta est. Itaque illud *quietem respondere* fortasse ex nautico, ut ita dicam, sermone petitum est: quippe Nero gubernator in puppi ad regimen sedens dum seniores consulit quid videant, illi respondent *quietem*." Quae explicatio, quanquam ingeniosa, non omnibus arridebit. *quieti respondere* edd. Bip. Oberl. Bekk. 1. Lün. Kiessl. ex emend. Heinsii, q(uod) male interpretatur: *quieti*, ad quam nos senium ipsum invitat, *respondere* nos permittere, et perperam contulit Horat. ep. 2, 1, 9. *favor non respondet meritis* et Cic. ep. ad fam. 2, 1. *optatis fortuna respondet*. Neq(ue) satisfacit explicatio viri docti in Seebod. Bibl. crit. a. 1821. p. 166. (de)bitum vitae otiosae solvere, quod nondum licuit propter publica negot(ia). Sed optime lectionem illam defendit Kiesslingius his verbis: „Incommo(dum) dum est, quod dicuntur *amici respondere quieti*, quum potius quies

spondeat amicis. Quamobrem *quieti* sic probo, ut sit a *quietus*, in hanc sententiam: nos seniores amici possumus *quieti* i. e. a negotiis ipsis remoti, *respondere* de negotiis a te rogati." Itaque eodem sensu h. l. dici potest *quiete* et *quieti*, si illud est adverbium, hoc vero adiectivum. — *ad summa vexisse*, immo *evexisse*; *Heins.* — *tolerarent* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. a m. sec. Harl. a m. sec. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *tolerarunt* MSS. Harl. et Guelf. a m. pr. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1.

CAPUT LV.

Ad quae Nero sic ferme respondit: *Quod meditatae orationi tuae statim occurram, id primum tui muneris habeo, qui me non tantum praevisa, sed subita expedire docuisti. Abavus meus Augustus Agrippae et Maecenati usurpare otium post labores concessit, sed in ea ipsa aetate, cuius auctoritas tueretur, quicquid illud et qualecunque tribuisset: attamen neutrum datis a se praemiis exuit. Bello et periculis meruerant: in his enim iuventa Augusti versata est. Nec mihi tela et manus tuae defuissent in armis agenti. Sed quod praesens conditio poscebat, ratione, consilio, praeceptis pueritiam, dein iuventam meam fovisti. Et tua quidem erga me munera, dum vita suppetet, aeterna erunt; quae a me habes, horti et fenus et villae, casibus obnoxia sunt: ac licet multa videantur, plerique haudquaquam artibus tuis pares plura tenuerunt. Pudet referre libertinos, qui ditiores spectantur. Unde etiam rubori mihi est, quod praecipuus caritate nondum omnes fortuna antecellis.*

1. *Ad quae Nero sic ferme respondit* cet. „Utraque oratio utriusque ingenio digna. Arte multiplici praestat Nero: Seneca pro more suo virtutis praeceptor magis quam cultor rigidus." *Brot.* *Ad quem* ed. Spir. — *Quod meditatae orationi tuae statim occurram*, respondeam." Sic ap. Cic. de fato c. 18. Suet. Oct. c. 15. et Gr. ἀπαντᾶν. *Quod* edd. rec. inde a Lips. 1. *Et quod* MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. edd. vet. quod non plane spernendum esse videtur. Nam *et* Neronis responsum ut non meditatum et statim additum orationi Senecae meditatae eleganter annectit. Cf. Terent. Eun. 5, 6, 4. *Sed estne ille noster Parmeno? Et certe ipsus est.*" *Walth.* Qui locus non plane similis nostro. Cf. tamen ad 2, 63, 2. — *Abavus meus Augustus* edd. Ern. Brot. sqq. ex emend. Lipsii. *Avus m. A.* MSS. et edd. vet. Cf. ad c. 53. n. 1. *Atavus* MS. Bodl. — *in ea ipsa aetate:* in MS. Agr. *ipse*, quod probant Heinsius, Faernus, Lall. et Ern. „Perperam. Sententia est, Augustum tum nec minore nec grandiore aetate fuisse, quam *cuius auctoritas tueretur* cet. Germanice g e r a d e in dem Lebensalter." *Walth.* Cf. prima verba cap. 56. — *quicquid illud*, v. ad 12, 36, 1. *illud* omissum in MSS. Reg. Agr. et ed. Spir. *q. illis* coni. Faernus et Lall. — *attamen* MSS. Guelf. et omnes edd. etiam Ber. ad quam siluit Vict. *ac tamen* MSS. Flor. (teste Pich.) Bud. quod malebant Mur. et Acid. „Sed *at* praestat; nam membra cohaerent ita: *usurpare otium post labores concessit, at neutrum praemiis exuit.* Cf. Ramsh. Gram. §. 181. p. 540." *Walth.* Eadem sententia exoritur ex *ac tamen.*

2. *Bello et periculis* MSS. Flor. (teste Vict.) Corb. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *Bellis et p.* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. „Acidalius volebat praeponi *at*, ut obiectio luculentior et robustior esset. Sed nulla hic est obiectio; concedit potius Nero, quod

Seneca c. 53. dixerat: *quorum alter bellorum socius* cet. Igitur si quid ante *bello* ponendum, hoc est *sane,* quod tamen elegantius abest." *Walth.* — *in his* omnes MSS. et edd. praeter Bekk. 2. in qua substitutum *in iis.* — *dein:* in ed. Spir. *deinde.* — *aeterna erunt,* „h. e. manebunt semper, durabunt, sc. *dum vita suppetet.* Cf. 3, 26. *aeternum mansere,* 15, 63. *ne aeternum susciperet* sc. dolorem." *Walth.* Verba *dum vita suppetet* redundare ac paene inepta esse putabat Ern. — *horti et fenus,* innumera pecunia fenere collocata, *et villae* tuae. Cf. cap. 53. Paulo post *obnoxie sunt — pudet inferre* ed. Spir. — *plerique,* v. ad 3, 28, 4. — *unde etiam rubori mihi est,* ut ap. Liv. 45, 13. Cf. ad 11, 17, 1. *unde et* MS. Guelf. — *praecipuus caritate* tua in me et mea in te; *Brot.*

CAPUT LVI.

Verum et tibi valida aetas rebusque et fructui rerum sufficiens, et nos prima imperii spatia ingredimur, nisi forte aut te Vitellio ter consuli aut me Claudio postponis. Sed quantum Volusio longa parcimonia quaesivit, tantum in te mea liberalitas explere non potest. Quin, si qua in parte lubricum adolescentiae nostrae declinat, revocas ornatumque robur subsidio impensius regis! Non tua moderatio, si reddideris pecuniam, nec quies, si reliqueris Principem, sed mea avaritia, meae crudelitatis metus in ore omnium versabitur. Quod si maxime continentia tua laudetur, non tamen sapienti viro decorum fuerit, unde amico infamiam paret, inde gloriam sibi recipere. His adiicit complexum et oscula factus natura et consuetudine exercitus, velare odium fallacibus blanditiis. Seneca (qui finis omnium cum dominante sermonum) grates agit, sed instituta prioris potentiae commutat, prohibet coetus salutantium, vitat comitantes, rarus per Urbem, quasi valetudine infensa aut sapientiae studiis domi attineretur.

1. *Verum et tibi — ingredimur:* hinc putat Nero posse adhuc in Senecam conferri, quae nondum acceperit; *Walth.* — *rebusque,* hortis, pecuniae, villis, earum curae et administrationi, *et fructui rerum,* fruitioni et fruendi facultati. Cf. Salmas. ad ius Att. et Rom. c. 16. ubi etiam refellit ICtum Parisiensem, qui *functui* corrigebat; *Ern.* *fructu* ed. Spir. — *nos prima imperii spatia ingredimur,* v. ad O. 39. n. 3. Itaque plura adhuc in te collaturi; *Brot.* *ingrediemur* MS. Guelf. — *postponis* MSS. Flor. (*pponis* teste Iac. Gron.) Reg. edd. Brot. Ern. Bip. Ob. Lün. Bekk. *praeponis* MSS. Guelf. (*pponis*) Bud. edd. vet. ante Brot. etiam Ber. ad quam siluit Vict. Varietas lectionis orta e comp. scripturae. „Si legis *praeponis,* quod Kiessl. restituit, tum Nero dicit: nisi forte putas te omnia satis percepisse, quae Princeps in amicum cumulare possit, et plura a me percepisse quam Vitellium, qui auctore Claudio ter consul factus est, a quo fastigio tu longe abes, aut me liberaliorem fuisse erga te, quam Claudius erga illum fuit. Sin vero *postponis,* tum sententia est: nisi forte putas, te non esse idoneum aut dignum tantis praemiis et honoribus, quantis Vitellium olim ornavit Claudius, aut me non posse nec velle paria in te cumulare ac Claudius in Vitellium." *Walth.* *anteponis* MS. Agr. De L. *Vitellio* Imperatoris patre ter consule, censore et exemplari dedecoris adulatorii v. Ind. I. et ad 11, 1, 1. — *Sed quantum Volusio longa parcimonia quaesivit,* v. ad 3, 30, 1. et 13, 30, 2. *sed an quantum* MS. Agr. *sed si quantum* MSS. Bud

a m. sec. et Guelf. *sed si qua* MSS. Harl. Bodl. Ies. *postponis, vel quantum* cet. corr. Brot. et *postponis, et quantum* cet. Acidalius, quod placuit Ernestio et Boettichero et placere potest. Vulgata tamen lectio exquisitior videtur: sunt enim haec verba semet corrigentis et εἰρωνικῶς loquentis. — *tantum in te mea liberalitas* MSS. Bud. a m. sec. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *in me mea liberalitas* MS. Bud. a m. pr. *tantum in me mea libertas* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Reg. ed. Spir. quae insignis videtur esse varietas; *Walth.* Sed *me* ab h. l. alienum est et *liberalitas* bene opponitur *parcimoniae*. Praeterea lectio MS. Flor. dubia est propter silentium Vict. et Furiae. Vera autem si est *libertas*, de origine illius v. ad 2, 63, 2.

2. *Quin, si qua in parte — regis!* „Nulla est particulae *quin* idonea ratio, et sententia a praecedd. et seqq. aliena. Interpretantur: Ja, du rufst zurück cet. ut sint verba affirmantis. Sed quaero, quomodo haec cum contextu conciliari possint? Putabam locum interrogando enuntiandum esse, ut ita Nero videatur queri de nimia sua libertate et licentia, quae impediat parcimoniam: nam *libertas* in MS. Flor. (Cf. nota 1.) Sic cap. 59. *Quin, inquit Nero* cet. et Terent. Phorm 2, 3, 82. *quin, quod ferendum, fers?* Sed ne ea quidem coniectura sanitatem loco reddit et parum absum, ut mancum esse eum censeam." *Walth.* Immo aptissimum h. l. est *quin*. v. ad cap. 59. n. 2. *potest, qui, si qua* cet. corr. Boettich. *si qua in parte,* v. ad O. 36. n. 5. — *lubricum adolescentiae nostrae,* cf. ad 6, 49. extr. — *declinat* a recta et virtutis via, *revocas* ad eam. — *ornatumque,* consiliis tuis et praeceptis instructum, robur aetatis huius. Verba desumpta sunt a re militari; *Walth. ornatumque* MSS. Flor. a m. pr. Reg. Agr. edd. Spir. Pich. sqq. *inornatumque* MSS. Flor. (*ïornatumque* a m. sec. et rec. teste Pich.) Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et edd. cet. *innatumque* coni. Faernus, *inordinatumque* (incompositum) Lipsius, *immoderatumque* Kiessl. Paulo post *et* post *avaritia* additum in ed. Spir. — *infamiam paret* MSS. Flor. Agr. edd. Ryck. sqq. *parit* MS. Reg. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *parat* MSS. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. cet. ante Ryck. quod non spernendum videtur Kiessl.

3. *His adiicit* verbis. *adiicit* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. *adicit* MS. Flor. (teste Vict.) et ed. Spir. *adiecit* MS. Agr. — *factus natura* MS. Flor. (teste Vict.) libri Lipsii (nescio qui) et inde edd. Lips. sqq. *facetus n.* MSS. Reg. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et edd. vet. ante Lips. — *Seneca (qui finis omnium cum dominante sermonum) grates agit,* v. ad Agr. 42. n. 3. *cum dominante* omnes edd. neque aliud e MS. Flor. enotatum a Vict. et Furia. *cum dominatione* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. *sermonum* omissum in MS. Reg. edd. Spir. Lips. restitutum a Pich. Legitur in MSS. Flor. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante et post Lips. nec est quod deleatur. — *rarus per Urbem,* v. ad Agr. 20. n. 2. — *domi attineretur,* v. ad 1, 35, 3. *domi* in ed. Oberl. omissum vitio operarum, quod propagatum est a Weik. Naud. Bekk.

CAPUT LVII.

Perculso Seneca, promptum fuit, Rufum Fenium imminuere, Agrippinae amicitiam in eo criminantibus: validiorque in dies Tigellinus et malas artes, quibus solis pollebat, gratiores ratus, si Principem societate scelerum obstringeret, metus eius rimatur; compertoque, Plautum et Sullam maxime timeri, Plautum in Asiam, Sullam in Galliam Narbonensem nuper amotos, nobilitatem eorum et propinquos huic Orientis,

illi Germaniae exercitus commemorat. *Non se, ut Burrum, diversas spes, sed solam incolumitatem Neronis spectare: cui caveri utcunque ab urbanis insidiis praesentia; longinquos motus quonam modo comprimi posse? Erectas Gallias ad nomen dictatorium, nec minus suspectos Asiae populos claritudine avi Drusi. Sullam inopem, unde praecipuam audaciam, et simulatorem segnitiae, dum temeritati locum reperiret. Plautum magnis opibus ne fingere quidem cupidinem otii, sed veterum Romanorum imitamenta praeferre, assumpta etiam Stoicorum arrogantia sectaque, quae turbidos et negotiorum appetentes faciat.* Nec ultra mora. Sulla sexto die pervectis Massiliam percussoribus ante metum et rumorem interficitur, quum epulandi causa discumberet. Relatum caput eius illusit Nero tanquam praematura canitie deforme.

1. *Perculso Seneca,* v. ad 4, 31, 3. — *Rufum Fenium* pro *Fenium Rufum.* v. ad 3, 75, 1. et de hoc viro Ind. I. — *Fenium imminuere,* ut 2, 34. pro: eius potestatem et gratiam apud Neronem. Cf. Ind. II. v. *minores.* — *Agrippina* mater Neronis. — *Tigellinus,* de quo v. Ind. I. — *quibus solis pollebat* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. et recentt. inde a Lips. l. *q. solus p.* MS. Guelf. et edd. cet. — *metus eius,* quos maxime metuat. Cf. ad 12, 49, 1. — *compertoque,* v. ad 1, 46, 1. *comperitque* MS. Guelf. — *Plautum et Sullam* — *amotos,* cf. cap. 22. 13, 47. et Ind. I. v. *Rubellius Plautus* et *Faustus Sulla. Sillam* MS. Flor. (teste Vict.) et ed. Spir. *Syllam* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. v. ad 1, 1, 2. — *cui caveri utcunque ab u. i. praesentia* Neronis, cui *longinqui motus* opponuntur. *caveri utrumque* MS. Guelf. *praesentia* edd. Put. 1. 2. sqq. *praesentiora* MSS. Flor. Reg. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. ed. Spir. „Nescio quid inde faciam, nisi locum accipias sic: *cui caveri,* cui ut caveretur, (Germ. um solche zu schützen) *utcunque ab u. i. praesentiora* sc. esse. Mira enim Taciti est licentia in usurpando infinitivo. Cf. ad 11, 1. Sed concedo, audaciorem illam esse structuram, quam ut serio commendari possit.“ *Walth. praesenti cura* MS. Agr. et ed. Ryck. prob. Boettich. *praestantiora* MS. Corb. *praesenti opera* corr. Lipsius et *praesenti; ortos longinquos motus* cet. Iac. Gron.

2. *Erectas Gallias,* v. ad 3, 7, 1. et Ind. II. v. *Erigere.* — *ad nomen dictatorium:* nam nomen *Sullae* olim inclaruerat Sulla dictatore; *Brot.* Et ille Faustus Sulla erat ex posteris Sullae dictatoris. — *suspectos Asiae populos* esse *claritudine,* propter claritudinem, (v. ad cap. 5. n. 4. et Ind. III. v. *Ablativi substantivorum absoluti*) *avi Drusi,* quia mater Plauti Iulia esset filia Drusi et neptis Tiberii. cf. c. 22. et ad 13, 19, 2. *suspectos A. p.,* verendum esse ne ad rebellionem sollicitentur a Plauto Drusi nepote. *suspensos* edd. Bip. et Bekk. e coni. Lipsii. — *Sullam inopem; unde praecipuam audaciam* eius esse. Cf. ad G. 29. n. 10. — *simulatorem segnitiae, dum temeritati locum reperiret,* v. ad 13, 47, 1. *reperire* MS. Guelf. — *Plautum magnis opibus,* v. ad 3, 52, 2. et Ind. III. v. *Ellipses* 1, *γ.* — *veterum Romanorum imitamenta praeferre,* v. ad 2, 53, 2. — *assumpta etiam Stoicorum arrogantia sectaque* (ἓν διὰ δυοῖν pro *arrogantia sectae,* vel pro *secta eiusque arrogantia*) *quae turbidos et negotiorum appetentes faciat,* acerrimos libertatis defensores. Cf. ad 16, 32. H. 4, 5. Agr. 4. n. 8. Dio 62, 12. 13. intpp. Iuvenal. 2, 14. Lucian. in Timone §. 54. in Hermot. c. 18. in dial. mort. 10, 6. 9. in vit. auct. c. 20. Sen. de const. sap. c. 3. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 373. et ad Aristoph. Plut. 756. Heyne ad Epict. c. 22. Tiedem. Geist der speculat. Philos. III, 2. „Haec non sectae, austerae quidem et, ut

fateor, ex placitorum natura arrogantis, sed hominum vitia, qui honesti imagine falluntur vel fallunt, v. 16, 32. Inde tamen Baconus de augm. scient. 6, 3. hausit illud ἀντίθετον; non Epicuri schola, sed Stoa, veteres res publicas perturbavit.“ *Brot.* *assumptaque etiam — quae turpidos appetentes faciat* ed. Spir. — *Nec ultra mora* fuit. *moras* MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. — *Relatum* (Massilia Romam) MSS. Reg. Bud. Guelf. et omnes edd. etiam Ber. ad quam siluit Vict. *praelatum* tamen MS. Flor. si Pichenae,' et *prelatum*, si Furiae fides habenda. „*perlatum* MS. Agr. quod fortasse verum est et proprium de tali re verbum: nam caput Sullae non solum relatum, sed etiam Neroni *oblatum* est h. e. *perlatum*. Sed cap. 59. *caput interfecti relatum*.“ *Walth.*

CAPUT LVIII.

Plauto parari necem non perinde occultum fuit, quia pluribus salus eius curabatur, et spatium itineris ac maris tempusque interiectum moverat famam, vulgoque fingebant, petitum ab eo Corbulonem magnis tum exercitibus praesidentem et, si clari atque insontes interficerentur, praecipuum ad pericula: quin et Asiam favore iuvenis arma cepisse, nec milites, ad scelus missos, aut numero validos aut animo promptos: postquam iussa efficere nequiverint, ad spes novas transisse. Vana haec more famae credentium odio augebantur. Ceterum libertus Plauti celeritate ventorum praevenit centurionem et mandata L. Antistii soceri attulit: *effugeret segnem mortem, otium, suffugium et magni nominis miserationem: reperturum bonos, consociaturum audaces. Nullum interim subsidium aspernandum. Si sexaginta milites* (tot enim veniebant) *propulisset, dum refertur nuntius Neroni, dum manus alia permeat, multa secutura, quae ad usque bellum evalescerent. Denique aut salutem tali consilio quaeri, aut nihil gravius audenti quam ignavo patiendum esse.*

1. *Plauto*, cf. cap. 57. *plautio* MS. Flor. teste Furia. — *parari necem:* in ed. Spir. *pari nece*. — *perinde*, cf. Ind. II. — *quia pluribus salus eius curabatur* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *a pluribus* edd. Put. 1. 2. Ber. Cf. Ind. III. v. *Dativus subiectivus*. — *moverat famam* eius. Cf. ad Agr. 10, n. 4. *fama vulgoque fingebant* MS. Flor. teste Furia et ed. Spir. *longeque* pro *vulgoque* MS. Guelf. in quo etiam omissa verba *ac maris*. — *petitum ab eo Corbulonem*, sollicitatum ad res novas et consiliorum communionem. Cf. H. 2, 20. De *Corbulone* v. Ind. I. — *magnis tum exercitibus praesidentem* in Syria. v. cap. 26. *magnis tum* MSS. Flor. Corb. edd. Pich. sqq. *magnis cum* ed. Spir. *tum magnis* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. cet. — *et, si clari* cet. scriptum a Walth. nobisque e coni. Ern. quae admodum probabilis est. *et clari* MS. Flor. test. Vict. et Furia. *si clari* (MS. Bud. a m. pr.) edd. Rhen. 2. 3. sqq. *ut clari* MSS. Reg. Corb. Bodl. a m. pr. Guelf. in marg. et ed. Spir. *ne clari* MSS. Bodl. a m. sec. Guelf. Bud. a m. sec. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *nec clari* MS. Harl. — *praecipuum ad pericula* suscipienda. Cf. ad 6, 7, 2. *principum ad p.* MS. Guelf. — *Asiam*: in MS. Flor, *asya* teste Furia. — *milites ad scelus missos*, ad necem Plauti perpetrandam. — *nequiverint*: in MS. Corb. et ed. Spir. *nequiverunt*. „Sic ponitur a Tacito indicativus in oratione obliqua. Cf. ad 2, 26. Sed hic non agitur res in facto posita; refertur potius fama talia

fingentium.“ *Walth.* — *ad spes novas transisse,* ut I, 4. 16, 23. Cf. ad 2, 78, 1. *transissent* MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir.

2. *Vana haec* edd. Bip. Oberl. sqq. ex emend. Boxh. *Una haec* MS. Reg. ed. Spir. *transisse una haec. More* cet. edd. Put. 1. 2. *transisse una. Haec* MS. Guelf. edd. Ber. et cet. ante Bip. — *more famae* (ut H. 4, 50. pr.) MSS. Flor. Corb. Bud. (a m. pr.) Agr. edd. Spir. Pich. sqq. *in ore famae* MS. Guelf. (*in ore phame*) edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. — *credentium odio augebantur,* ut 4, 11. med. et H. 1, 51. extr. *odio* edd. Bekk. 1. (non 2.) Kiessl. Walth. ex emend. Modii et I. Fr. Gron. *otio* edd. rel. *augebantur* edd. Pich. sqq. e corr. Modii in Novoant. ep. 15. *agebantur* MSS. et edd. vet. — *L. Antistii soceri,* v. ad 4, 1, 1. et Ind. I. — *effugeret segnem mortem, otium, suffugium et magni nominis miserationem* MS. Guelf. et edd. paene omnes, quod non plane damnandum videtur. *Mors segnis* est, quam segniter aliquis vel sibi ipse infert vel sibi ab aliis inferri patitur, *otium* vita hominis otiosi et latentis, vel secretum, in quo ille necem sibi consciscit, *suffugium* ad latebras vel alia loca., Similiter 16, 25. *segnes et pavidos supremis suis secretum circumdare: aspiceret populus virum morti obvium* cet. *Effugeret magni nominis miserationem,* haud pateretur, non nisi miserationi esse *magnum nomen* suum, (*claritudinem avi Drusi* c. 57.) si iussu Neronis interfectus esset. Ex MSS. non aliud enotatum quam *effugere* e Flor. a Furia, *miseratione* e Bud. a m. sec. ab Oberl. et *ocii suffugium* ex Agr. a Ryckio. Posterius male defendit Lünem. hoc sensu: *otii* (hominum in otio viventium) *suffugium et* (etiam) *magni nominis miserationem* esse. *effugeret s. m. hostium suffugio* corr. Mercerus; *otium suffigiis et m. n. miseratione rep. b.* Freinsh. *odii suffugium* et *otiosum* (superfluum, nil profuturum) vel *odiosum supplicium* Heinsius. *otiosum suffugium* Petav. et Brot. *ocius suffugium esse m. n. m.* Bip. coll. Sall. Cat. 10. *effugeret s. mortem, otium: suffugium et magni n. miseratione reperturum bonos* Rhen. et Oberl. *effugeret s. mortem, otium, suffugium, et m. n. miseratione r. b.* Bekk. Kiessl. Ritt. *otium suffugii* (ad fugam esse) Boettich. *otium* sc. esse *suffugium,* satis ipsi otii esse ad effugiendam segnem mortem, *et m. n. miserationem* sc. fore Walth. obss. in Tac. p. 21. *effugeret segnem mortem, otiantium* (otiosorum et a rebus gerendis alienorum, σχολαζόντων) *suffugium,* quam sibi inferre soleant ignavi et rerum gerendarum obliti, *et magni nominis miserationem,* nec sineret, magnum nomen esse miserationi; immo auderet aliquod facinus, *reperturum bonos, c. a.* idem Walth. in ed. Tac. — *nullum interim subsidium aspernandum* hominum, qui opem sibi laturi essent. *interim,* donec venissent LX milites a Nerone missi. Cf. ad Agr. 3. n. 7. *aspernandum* edd. Put. 1. 2. sqq. *aspernantium* MS. Flor. test. Vict. et Furia. *spernantium* ed. Spir. *aspernantē* MS. Guelf. sed ita ut in litura sit litera postrema. — *sexaginta milites:* in MS. Corb. *quadraginta m.* Numeri LX et XL facile confunduntur. — *veniebant* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. *adveniebant* MS. Corb. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. — *propulisset:* in MS. Bud. et ed. Ber. (ad quam tacuit Vict.) *protulisset.* — *refertur* et *permeat:* immo *referretur* et *permearet; Ern.* Sed v. ad 2, 26, 4. — *quae ad usque* vel *adusque* pro *usque ad,* (cf. Ind. III. v. *Anastrophe* nr. 4.) *bellum evalescerent,* v. ad H. 1, 80, 3. Sic MSS. Flor. Harl. Bodl. Guelf. Agr. et edd. omnes. *bellum* abest a MS. Ies. *quoad usque bellum evalesceret* coni. Rhen. et *quoad usque evalesceret* (sc. ut cogeretur Nero mitiora sequi) Iac. Gron. — *audenti:* in MS. Flor. (teste Vict.) et ed. Spir. *audienti,* vitiose, ut 15, 63, 2. H. 1, 3 princ. 1, 6. extr. *aduenti* ed. Ber.

CAPUT LIX.

Sed Plautum ea non movere, sive nullam opem providebat inermis atque exsul, seu taedio ambiguae spei, an amore coniugis et liberorum, quibus placabiliorem fore Principem rebatur nulla sollicitudine turbatum. Sunt qui alios a socero nuntios venisse ferant, tanquam nihil atrox immineret, doctoresque sapientiae, Coeranum Graeci, Musonium Tusci generis, constantiam opperiendae mortis pro incerta et trepida vita suasisse. Repertus est certe per medium diei nudus exercitando corpori. Talem eum centurio trucidavit coram Pelagone spadone, quem Nero centurioni et manipulo quasi satellitibus ministrum regium praeposuerat. Caput interfecti relatum; cuius aspectu, (ipsa Principis verba referam) *Quin*, inquit, *Nero, deposito metu nuptias Poppaeae ob eiusmodi terrores dilatas maturare paras Octaviamque coniugem amoliri, quamvis modeste agat, et nomine patris et studiis populi gravem*! Sed ad senatum literas misit de caede Sullae Plautique haud confessus, verum utriusque ingenium turbidum esse, et sibi incolumitatem rei publicae magna cura haberi. Decretae eo nomine supplicationes, utque Sulla et Plautus senatu moverentur, gravioribus tamen ludibriis quam malis.

1. *sive nullam opem providebat*, v. ad 11, 7, 1. — *an amore coniugis* pro *sive, aut am. coniugis:* nam *an* h. l. non disiunctiva est particula, sed dubitationis nota, ut 11, 26 pr. et 16, 23 extr. Cf. ad 6, 9, 1. 14, 59, 1. et Buhle obss. crit. de Taciti stilo Brunsv. 1817. p. 57. — *doctoresque sapientiae*, philosophiae Stoicae. Cf. Ind. II. v. *Sapientia*. — *Coeranum* MS. Bud. edd. Spir. Put. 1. 2. Rhen. 2. 3. sqq. *Coetanum* ed. Ber. ad quam tacuit Vict. *Coëtanum* ed. Rhen. 1. „*Coeranus* mihi irrepertus, nisi quod Plinius indice libri II. inter auctores, quos delibavit, recenset *Caeranum* (ita in MSS. Reg. 1. 2. et Colb. 2.) vel *Ceranum*. In Sen. ep. 66. valde celebratur huius aevi philosophus *Claranus*. Num ibi scrib. *Coeranus*? aut magis in Tacito *Claranus*? Notior est C. *Musonius* Rufus, Vulsiniis in Etruria natus, de quo v. 15, 71. H. 3, 81. 4, 16. 40. Plin. ep. 3, 11. Supervixit ad imperium Vespasiani, ut iure culpes Suidam interfectum eum a Nerone bis affirmantem in voce Μουσώνιος et Κορνοῦτος. Melius veriusque Philostr. 7, 16. qui Musonium Tyrrhenum in Gyaron insulam proiectum a Nerone scripsit: unde rediit, quum ille obiisset.“ *Lipsius*. „*Musonius* teste Suida praefectus erat munitionibus;' quod munus simul cum civitate recepisse eum a Vespasiano Iudaeorum Talmud docet, in quo aratrum Hierosolymis impressum scribitur a *Turano Rufo*, uti Scaliger ad Eusebium docet. Eundem tamen in eo fugit ratio, quod Musonium Rufum equestris ordinis Stoicum alium suspicetur a Musonio Rufo Tyrrheno munitionum praefecto in exsilium pulso, quia Stoicus in exsilium haud pulsus. Xiphilinus enim et Zonaras negant quidem pulsum hunc cum reliquis philosophis sub Vespasiano: sed inde non sequitur a Nerone pariter exceptum. Immo ex Tacito et epistola Iuliani apud Suidam v. Μουσώνιος clare constat eundem esse, uti contra Scaligerum notavit Ioh. Ionsius de script. hist. philos. III, 7.“ Ryck. Cf. Xiphil. 62, 27. Philostr. vit. Apoll. 4, 12. 35. 46. Stobaei serm. XVII. (Eclog. 2, 9.) p. 160. ed. Gen. vel T. II. p. 426 sqq. ed. Heeren. Nomina philosophorum, *Coeranum Graeci, Musonium Tusci generis* omisit MS. Guelf. — *opperiendae mortis* omnes edd. *opprimendae m.* MS. Guelf. et in marg.

vulgatum." *constantiam oppetendae mortis prae incerta — suasisse* coni. Heins. ut magis stoicum. Cf. 2, 24. 4, 59. Plautus tamen non quaesivit mortem, sed constanter exspectavit." *Walth.*

2. *Repertus est — nudus exercitando corpori*, cf. Ind. III. v. *Gerundia in dativo.* — *Talem eum*, v. ad cap. 51. n. 1. — *coram Pelagone*: in ed. Spir. *et coram P.* haud inepte; *Walth.* — *quem Nero centurioni et manipulo quasi satellitibus ministrum regium praeposuerat*, v. ad 15, 28, 2." *manipulo* parum proprie dictum: nam erant LX tantum milites, (v. cap. 58.) qui non faciunt manipulum, ut male Ferrettus ad h. l. putabat. Dicitur igitur h. l. vel pro manu quacunque, vel pro centuria, quae LX ad minimum habebat. Posterius placebat etiam Schelio ad Hygin. p. 4. ubi rectius h. l. usus esset quam iis, quae ibi e libro 1. laudantur, in quibus verbum proprie accipi potest." *Ern.* — *Caput interfecti relatum*, cf. ad c. 57. extr. „Non ergo idem hic ille A. Plautius iuvenis, quem Nero ante mortem per vim conspurcavit. v. Suet. Ner. c. 35. Primum ille inter pueros aut certe aetate inferior quam Nero; stupro enim ante mortem illi cognitus: at iste grandior. Deinde debuit ille Romae fuisse, quum caesus est: in Asia iste. Praeterea ille viva Agrippina, hic mortua pridem interfectus. Denique diversissima Neronis verba depromit Suetonius: *eat nunc mater mea et successorem meum osculetur.* Itaque illum cum libris aliquot verius est *A. Plautium* quam *Plautum* vocari, filium fortasse eius, qui de Britannis triumphavit. Nescio an de hoc *Plauto* locutus sit Dio 62, 14. τόν γ'οὖν Πλαῦτον ἀποκτείνας, ἔπειτα τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ προσενεχθεῖσάν οἱ ἰδών, οὐκ ᾔδειν, ἔφη, ὅτι μεγάλην ῥῖνα εἶχεν." *Lips.* De eodem Plauto locutus est Dio, et verba Nerone digna, sed quae merito omisit Tacitus; *Brot.* A Suetonio autem A. Plautius Romae occisus confundi videtur cum Rubellio Plauto in Asia obtruncato ob matris Agrippinae cum illo suspectam conspirationem." *Oudend.* ad Suet. Ner. 35. Hoc probabile potissimum ex eo, quod Plautium in hominibus aut affinitate aliqua Neroni aut propinquitate coniunctis fuisse dicit Suetonius. Talis fuit Plautus noster, (v. ad 13, 19, 2.) non Plautius. Verior etiam ap. Suet. lectio *conspurcasset* quam *constuprasset.* — *referam*: in MS. Flor. (teste Furia) *referebam*, in MS. Bud. *referebant.* — *Quin, inquit, Nero, deposito metu nuptiae Poppaeae ob eiusmodi terrores dilatas maturare paras — quamvis modeste agat, et nomine — gravem!* ita edd. omnes praeter Walth. inde a Rhen. 2. ex ingeniosa emend. Rhenani, nisi quod in illis est *parat*, cui *paras* e corr. Mureti substitutum a Bekk. in ed. mai. et a nobis. *Cur inquit Nero et posito metu* MSS. Flor. Bud. *cur inquit Nero deposito metu* MSS. Ies. Guelf. (in quibus tamen *quor* antique scriptum pro *cur*) Harl. Bodl. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *huiusmodi* MS. Bud. *eius terrores* MS. Guelf. *parat* omnes MSS. et edd. nisi quod *non parat* MS. Bud. a m. sec. *ageret nomine* MSS. et edd. vet. ante Rhen. 2. Hinc *curre, inquit, Nero, et — maturare para* coni. Iac. Gron. et *quin, inquit, Nero, — para — amolire* Hiller. racem. 13. sed meliora, quae a nobis in ordinem recepta sunt, Rhen. et Mur. *Quin* saepe cum *cur* et *quor* confunditur; *Ern.* „Ut vero in directa oratione nota formula semet aliosve vehementer adhortantis est *quin tu respondes! quin tu pacto stas!* (quae vulgo apposito signo interrogandi scribi solet, quasi *quîne* illud servasset primitivam notionem) sic recte, translata hac formula in orationem obliquam, dici debet *quin ille responderet! quin ille pacto staret!* Confirmat analogiam scriptorum consuetudo. Huius generis sunt loca Liv. 3, 61. *quin illi congrederentur*, 4, 43. *quin illi — copularent concordiam*, 39, 32. *quin ille — praeberet*, Curt. 5, 5, 19. *quin illi — erumperent.* Illius tria loca Taciti inde corrigenda Ann. 14, 56. *Quin, si qua in parte — revocas — regis!* Nam si *quin* est *immo etiam*, nullo

signo exclamandi adiecto, nihil habes in tota Neronis oratione, quo cohortatus esse appareat Senecam ad praeceptoris personam retinendam; quod tamen studiose quaerebat fallax illius amicitia. Ann. 14, 59. *quin, inquit, Nero, deposito metu — paras* cet. Hist. 3, 20. *quin potius — ferimus!*" *Walch.* emend. Liv. p. 55. Cf. Drak. ad Liv. 1, 47, Cort. ad Sall. Cat. 20. et Lexica. „Quis vero sibi persuadebit, verba *quin inquit, Nero — paras* cet. tum e Neronis ore coram audientibus profecta? quis non sentit haec a Nerone atque tali occasione aliena non solum propter totius periodi structuram, sed etiam propter postrema eius verba *quamvis — gravem,* quae Nero certe non addidit. Accedit quod Dio 62, 14. de eodem haud dubie Paulo loquens diversa plane ab his dicta Neronis refert. Quid multa? nullus dubito locum esse mutilum et deesse Neronis dicta post voc. *Nero;* sequentia autem. *et posito metu* cet. pertinere ad scriptoris narrationem." *Walth.* Concedendum quidem, non omnia Neronis dicta a Tacito fuisse relata, nec tamen, illa verba aliena esse a tali Principe et ab eo tempore, quo se liberatum ille sentiebat ab *eiusmodi terroribus* a Plauto sibi diu incussis, de quibus v. 13, 19. 14, 22. 57. — *nuptias Poppaeae,* cf. 13, 46. et 14, 1. 60. — *et nomine patris,* Claudii causa, (v. ad G. 8. n. 2.) *et studiis populi,* propter favorem eius, *gravem* mihi, molestam et invisam. cf. ad 1, 10, 3. *nomine patris gravem:* nam etiam silens exprobrare assidue videbatur patrem veneno necatum; *Pich.* Immo, se verum Claudiorum sanguinem et Neronem esse insititium; *Freinsh.*

3. *de caede* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *de caedibus* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *de caede S. Pl. haud confessus,* v. ad 11, 22, 1. — *Sullae* MS. Flor. teste Vict. *Syllae* MS. Guelf. edd. paene omnes. Cf. ad 1, 1, 2. — *utriusque ingenium turbidum esse* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. *utr. turbidum ingenium esse* edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. — *magna cura haberi:* „Heinsius corr. *magnae curae haberi.* Perperam. Oppositum est *sine cura habere* H. 1, 79 pr. et *magna cura* pro *cum magna cura.*" Walth. — *eo nomine,* cf. nota 2 extr. — *gravioribus tamen ludibriis quam malis,* cf. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 1, γ. *tam* pro *tamen* ed. Spir. *iam* MS. Agr. quod volebat Freinsh. ut sententia esset, istas contumelias (iam caesos damnari demum) aegrius ferendas esse a re publica quam mala ex damnatione tot illustrium virorum redundantia. „Immo: quae severa *tamen* adulatio non tam aggravabat mala, indignas nimirum caedes Sullae Plautique, quam mimica, vana, ludicra mala veris addebat." *Gron.* „Nihil tamen gravius erat hac pudenda senatus servitute; *Brot.* „Sed haec contorta esse videntur. Noster simpliciter dicit: quod Sulla et Plautus senatu moverentur, fuisse rem non ita gravem malis, quae inde redundarint, quippe in defunctos, quam potius ob ludibria, quia res publica dehonestaretur." *Walth.*

CAPUT LX.

Igitur accepto Patrum consulto, postquam cuncta scelerum suorum pro egregiis accipi videt, exturbat Octaviam sterilem dictitans: exin Poppaeae coniungitur. Ea diu pellex et adulteri Neronis, mox mariti potens quendam ex ministris Octaviae impulit, servilem ei amorem obiicere; destinaturque reus cognomento *Eucerus,* natione Alexandrina, canere tibiis doctus. Actae ob id de ancillis quaestiones, et vi tormentorum victis quibusdam, ut falsa annuerent, plures perstitere sanctitatem dominae tueri. Ex quibus una instanti Tigellino *castiora esse*

muliebria Octaviae respondit *quam os eius.* Movetur tamen primo civilis discidii specie, domumque Burri et praedia Plauti, infausta dona, accipit: mox in Campaniam pulsa est addita militari custodia. Inde crebri questus nec occulti per vulgum, cui minor sapientia et ex mediocritate fortunae pauciora pericula sunt. His Nero, haudquaquam poenitentia flagitii, coniugem revocavit Octaviam.

1. *cuncta scelerum suorum* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. Pich. sqq. *suorum* omissum in MSS. Guelf. et edd. cet. ante Pich. — *Poppaeae coniungitur* matrimonio. Cf. 13, 46. et 14, 1. Paulo post *adultera*: *Neronis* cet. MS. Guelf. a m. sec. et ed. Spir. — *impulit servilem* (in servum) *ei amorem obiicere*, cf. ad 11, 1, 2. — *destinaturque*: in ed. Spir. *destinatusque*. — *Eucerus* MSS. et edd. vet. nisi quod *Euceras* MS. Harl. a m. pr. *Eucaerus* edd. Gronoviorum, Ryck. al. ex emend. Freinsh. qui putabat esse Gr. εὔκαιρος, opportunus; quod incertum; *Ern.* — *natione Alexandrina* MSS. Flor. Ies. Bud. Guelf. edd. vet. *n. Alexandrinus* edd. Lips. Pich. sqq. Sed vetus scriptura aeque bona est; *Walth.* — *canere tibiis doctus*, ut c. 14 pr. 15, 65. H. 5, 5. *canere tibiis* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. sqq. *c. tibias* MS. Bud. *c. per tibias* MSS. Flor. Corb. Agr. ed. Spir. Hinc *c. pares tibias* coni. Lipsius, *c. tibias perdoctus* Heinsius et *c. tibiis perdoctus* (ut ap. Cic. p. Balbo c. 27.) Hiller. racem. 21. „Scriptura *canere per tibias* in se nihil absurdi habet: deest tamen exemplum, quo id genus loquendi probetur.“ *Walth.*

2. *victis quibusdam, ut falsa annuerent*, cf. ad 15, 58, 2. *victi quibusdam si f. annuerent* MS. Flor. et ed. Spir. *si f. annuerent, plures persistere satietatem d. t.* MS. Guelf. — *sanctitatem*, castitatem. — *tueri*: in MS. Flor. *tuere* teste Furia. — *ex quibus una* (Pythias) — *os eius*, cf. Dio 62, 13. *castiora esse muliebria Octaviae quam os eius*, vel linguam vel inguina mulierum lambens. Illud est basium Florentinum, hoc τὸ λείχειν, λειχάζειν, λεσβιάζειν, λεσβιάζειν, φοινικίζειν, μολύνειν τὸ στόμα, *ore morigerari, capiti illudere, fellare.* v. intpp. Iuvenal. 2, 49. 6, 301. 306. 10, 238. Suet. Tib. c. 44. 45. Horat. epod. 8. *Octaviae muliebria* ed. Spir.

3. *Movetur*, cf. ad c. 32. n. 2. *Amovetur* frustra corr. Faernus, Acid. Pich. — *discidii* MSS. Flor. Bud. Guelf. Agr. edd. Spir. Ryck. sqq. *dissidii* edd. cet. Cf. ad 2, 86, 2. — *specie:* in ed. Spir. *spetie*, in MS. Guelf. *spē*. Cf. ad 12, 44, 2. — *et praedia* edd. Put. 1. 2. sqq. *praediaque* MS. Guelf. ed. Spir. *praedia* sine *et* MSS. Flor. Bud. a m. pr. Paulo post *in Campania* MS. Guelf. et ed. Spir. In iisdem copula omissa post *sapientia*, ut in MS. Flor. teste Furia. — *addita militari custodia*, v. ad 3, 22, 2. et 4, 60, 1. — *His Nero, haudquaquam poenitentia flagitii* MS. Bud. edd. Oberl. Bekk. 1. Walth. Ita *his* pro *propter haec*: (cf. ad c. 5. n. 4. et Ind. III. v. *Ablativi substantivorum* et Pronominum *absoluti*) nisi scrib. *Hinc.* Vera enim lectio admodum dubia. *His Nero quaquam p. fl.* MS. Flor. teste Vict. sed *quanquam*, si aliis fides habenda. *His quanquam Nero p. fl.* MS. Corb. et ed. Spir. *His haud quaquam Nero p. fl.* MS. Bodl. in marg. edd. Put. 1. 2. Sic et edd. Ber. Rhen. 1. 2. 3. sed verba *haud — flagitii* uncis inclusa. *His quanquam p. fl.* MS. Bud. a m. pr. et *tanquam* a m. sec. *His motus Nero, tanquam p. fl.* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. et Lün. *His motus Nero, an p. fl.* MS. Agr. ed. Ryck. *His motus Nero, haudquaquam p. fl.* ed. Brot. sed *motus* glossema esse videtur. *His Nero, tanquam p. fl.* ed. Kiessl. *His quanquam Nero p. fl.* ed. Bekk. mai.

CAPUT LXI.

Exin laeti Capitolium scandunt deosque tandem venerantur. Effigies Poppaeae proruunt; Octaviae imagines gestant humeris, spargunt floribus foroque ac templis statuunt. Itur etiam in Principis laudes repetitum venerantium: iamque et palatium multitudine et clamoribus complebant, quum emissi militum globi verberibus et intento ferro turbam disiecere; mutataque, quae per seditionem verterant, et Poppaeae honos repositus est. Quae semper odio, tum et metu atrox, ne aut vulgi acrior vis ingrueret aut Nero inclinatione populi mutaretur, provoluta genibus eius: *Non eo loci res suas agi, ut de matrimonio certet, (quanquam id sibi vita potius) sed vitam ipsam in extremum adductam a clientelis et servitiis Octaviae, quae plebis sibi nomen indiderint ea in pace ausi, quae vix bello evenirent. Arma illa adversus Principem sumpta: ducem tantum defuisse, qui motis rebus facile reperiretur. Omitteret modo Campaniam et in Urbem ipsam pergeret, ad cuius nutum absentis tumultus cierentur. Quod alioquin suum delictum? quam cuiusquam offensionem? An, quia veram progeniem penatibus Caesarum datura sit? Mallen' populum Romanum tibicinis Aegyptii subolem imperatorio fastigio induci? Denique, si id rebus conducat, libens quam coactus acciret dominam, vel consuleret securitati iusta ultione. Et modicis remediis primos motus consedisse: at si desperent uxorem Neronis fore Octaviam, illi maritum daturos.*

1. *deosque tandem venerantur* sc. homines, cives. *tandem* serio post multas simulatas gratias diis actas; *Mullerus.* „Additum *tandem* ad indicandum desiderium rei factae diuturnum. Longum nimis visum hominibus hoc videre; esse tamen deos, esse coeleste numen, ut ille apud Livium ait.“ *Ern.* — *effigies Poppaeae proruunt*, cf. ad 1, 68, 1. et 2, 32, 2. *Pompeae* MS. Guelf. et ed. Spir. sed *Poppeae* c. 59. et 60. — *spargunt floribus:* „Similiter honoratus imperator a turba *coronas lemniscosque iacientium* Liv. 33, 33. M. Antonius *coronas omnibus in pulvinar ex more iacientibus* Capitol. c. 4. Germanicus triumphans *undique iactato flore tegente vias* Ovid. Trist. 4, 2, 50. Commodus Urbem ingressurus, *τοιοῦτον δὲ θεασάμενοι τὸν βασιλέα οἱ Ῥωμαῖοι εὐφημίαις τε παντοδαπαῖς καὶ στεφάνων καὶ ἀνθέων βολαῖς ὑπεδέχοντο* Herodian. 1, 18. Cf. Virg. Aen. 6, 884.“ *Lipsius.* — *Itur etiam in Principis laudes repetitum venerantium* MSS. Flor. Corb. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. usque ad Ryck. et post eam paene omnes, nisi quod *et* pro *etiam* scripsit Bekk. quod praeferendum videtur Walthero, non mihi, quia proxime sequitur *iamque et* cet. in MSS. autem et edd. vet. est *etiam.* Revocavi quidem hanc lectionem, quia optimorum librorum auctoritate firmatur, neque ei vera et certa a quoquam substitui poterit. Sed illa etiam nunc mihi inepta videtur et male defensa a Walthero ad h. l. et a Boettichero in Lex. Tac. p. 210. et in libello de vita, scriptis ac stilo Tac. Berol. 1834. p. 30. Huius explicatio est: „*Itur etiam in Principis laudes venerantium*, ab iis qui venerabantur *repetitum*, revocationem (substant. a Tacito effictum) scil. uxoris, sive ab iis qui Principem venerabantur ob repetitum uxoris, i. e. ob repetitam, revocatam uxorem.“ Illius: „*Repetere* est wiedererlangen, wiedersuchen, ut 1, 8. *libertatis repetitae* et 6, 37. *repetita amicitia regis.* Igitur *repetitum* intellige Prin-

cipem, qui ob Octaviam revocatam redditus populo vel a populo repetitus esse videbatur. *Laudes repetitum venerantium* sunt Lobeserhebungen, mit denen man seine Wiedererlangung feierte. Nam sic Tacitus usurpat genitivum participii. Cf. 1, 66. *consternatio credentium*, Germ. weil man glaubte, (!) 2, 1. (ubi cf. nota 2.) *cuncta venerantium officia*, H. 1, 4. *primo gaudentium impetu*, H. 1, 5. *sermones — increpantium*, H. 1, 22. *coniectura iam et rumore senium Galbae — computantium*, H. 2, 21. *diversae exhortationes attollentium*." Sed Tacitus h. l. dixit *itur in laudes Principis*, non *laudes venerantium*; et quis credat, eum vel hoc vel illo sensu posuisse *repetitum* et *venerantium* pro a *venerantibus*? Minus difficiles intellectu sunt aliorum librorum lectiones. *itur etiam in principis laudes. repetitum venerantur* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *itur etiam in principis laudes, expetitur venerantibus* MS. Agr. edd. Ryck. Brot. Sed neque hoc neque illud multis satisfaciet. *repetitu venerantium* corr. Iac. Gron. *repetitam* (Octaviam) *venerantur* Heinsius. *statuunt. repetitam venerantur. Itur et in principis laudes: iamque et palatium* cet. Bip. quod recepere Oberl. et Lünem. *repetitum venere Antium* Ios. Nerius Anal. 1, 5. (cf. 15, 23.) *repetitur veneratio* Grotius et *repetita veneratione* Harlaeus: quae accipi possunt de iterata veneratione deorum vel Principis, aut de repetitis *clamoribus*, acclamationibus, *εὐφημίαις παντοδαπαῖς*, quibus v. c. Commodus Urbem ingressurus a Romanis exceptus est teste Herodiano 1, 18. De his v. Casaub. ad Vulcatii Gallic. Avid. Cass. c. 13. et Heynii censura sex scriptt. hist. Aug. in Matthiae Miscell. philol. T. I. P. 2. p. 212. Ipse olim conieci *itur etiam* sc. in templa deorum et Neronis *repetitum* (supin.) *venerationem* vel *venerantiam* (novum substant. a Tacito formatum, ut multa alia; v. Ind. III. p. 839.) *in Principis laudes*, laudem, honorem. — *verberibus*: in MS. Guelf. *et verberibus*. — *intento ferro*, v. ad 1, 28, 3. — *turbam disiecere*, v. ad 1, 32, 2. *turbam* MSS. Reg. Corb. Bud. edd. Spir. Bip. Oberl. sqq. *turbatos* MSS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3 sqq. Cf. ad c. 32. n. 1. — *mutataque*, restitutaque, (quod substituendum censebat Heins.) *quae per seditionem* (cf. Ind. II. v. *per*) *verterant*, everterant, *et Poppaeae honos repositus est*, h. e. restitutae effigies Poppaeae, quae in eius honorem positae, sed a seditiosis prorutae erant. Cf. prima huius cap. verba, ad 2, 32, 1. et Sen. Octav. 4, 791 sqq. *mutata quaeque per* ed. Spir. *mutataque per* MS. Guelf. *et Poppaeae* MS. Flor. edd. Spir. Pich. sqq. Copula omissa in MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. et edd. cet.

2. *tum et metu* edd. Rhen. 2. 3 sqq. *tumet* MS. Bud. ed. Spir. *tumens* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. *odio tumens: metu atrox* MS. Guelf. Ex aliis MSS. nihil enotatum. — *provoluta genibus*, ad genua, *eius*, ut 11, 30. et 12, 18. — *Non eo loci*, eo loco, statu, conditione, *res suas agi*, esse. v. ad 4, 4, 1. et Ind. II. v. *agere*. Cf. similis oratio Poppaeae cap. 1. — *in extremum adductam* periculum. *deductam* ed. Spir. — *clientelis* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Lips. sqq. *clientulis* MSS. Harl. Bodl. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Cf. ad 12, 36, 2. — *quae plebis* urbanae aut populi Rom. *sibi nomen indiderint*, quae Sen. Oct. 3, 675 sqq. illustrat; *Brot.* — *ea in pace ausi*, proprie dicendum erat *ausa*: sed *clientelae* et *servitia* pro clientibus et servis. Cf. Ind. III. v. *Abstracta nom. pro concr.* et *Synesis*, Drak. ad Sil. 10, 307. Gron. ad Liv. 1, 59. 29, 12. ad Sen. Herc. fur. v. 1157. et obss. 1, 16. intpp. Val. Fl. 1, 15. Similiter *τέκνα ἐπαναβοῶντες* ap. Aristoph. Plut. v. 292. ubi v. Küster, qui hanc constructionem *πρὸς τὸ σημαινόμενον*, non *πρὸς τὸ ῥητὸν*, aliis exemplis illustrat. *ausi* MSS. edd. vet. et Iac. Gron. sqq. *ausis* edd. Lips. Pich. Grut. Bern. I. Fr. Gron. Ryck. — *tantum defuisse*: in MS. Guelf. *tamen d.* —

Omitteret (v. ad 3, 47, 1.) *modo Campaniam* sc. Octavia, quae eo pulsa erat. v. cap. 60. — *et in Urbem ipsam pergeret:* scrib. *ipsa; Boetticher.* Sed vulgatum est aptius. — *cierentur*: in MS. Guelf. *cernerentur,* non *cernerentur,* uti Stromb. prodidit; *Walth.* — *An, quia veram progeniem — sit, malle populum — induci?* cf. ad cap. 1. n. 2. Sic edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3 sqq. *malle populus Romanus* MS. Harl. *mallet populus Romanus* MSS. Ies. Bud. Guelf. *mallet populum Rom.* MS. Flor. teste Furia. *mallet populum Romanum quam tibicinis* ed. Spir. „Compendium scribendi *pop. R.* errori originem dedit et *quam* ex inscitia interpositum. Vulgata sunt vera. Brevitas dictionis Ernestio imposuit, ut quaedam hic esse mutanda suspicaretur. Plenius Tacitus scripsisset: *an propterea offendi populum Romanum, quia veram progeniem penatibus Caesarum datura sit, quippe qui malit tibicinis — induci.* Verum omittuntur, quae e contextu intelligi poterant. Poppaea εἰρωνικῶς haec dicit. Ceterum altera etiam forma *mallet populus Romanus* defendi potest. Intercedit tamen discrimen aliquod. *Malle* si legis, sententia est: ob das Röm. Volk lieber wolle; sin vero *mallet,* tum dicis: ob das Röm. Volk wohl könnte lieber wollen, cui interrogationi inest vis negandi.“ *Walth.* Sed explicatio illa non multis, opinor, satisfaciet. Ernestius recte animadvertit, argumentationem non bene procedere, sed male coniecit: *an, quia veram progeniem p. C. datura sit?* (immo) *malle populum Romanum* (sc. veram progeniem Caesarum) *quam tibicinis — induci.* Verum, ni fallor, vidit Handius ad Tursell. p. 241. ubi correxit: *an quia veram prog. pen. Caes. datura sit? Mallene populum Rom. — induci?* Id substitui vulgato, sed scripsi *mallen',* ut *ain', abin', pergin'* et similia. Ex eo orta lectio MS. Flor. et ed. Spir. *mallet populum Rom. — tibicinis Aegyptii,* Euceri. v. cap. 60.

3. *Denique, si id rebus conducat* sc. suis, vel rei publicae. — *libens quam coactus,* cf. Ind. III. v. *Comparationis usus,* 2, *a.* — *acciret dominam,* acerbe de Octavia, quae non tam uxoris, quam dominae partes agat. *Domina* non ut Homericum ἄλοχος δέσποινα, dominantis coniux, neque simpl. uxor, ut Angl. *Mistress,* Germ. gnädige Frau, (cf. Iuvenal. 6, 376. 9, 78. Boetticheri Sabina p. 31. 32. ed. pr.) sed coniux marito imperans. Cf. Iuvenal. 6, 30. 43. 136. 457. Lips. Exc. ad 2, 87. — *medicis remediis primos motus consedisse,* quae remedia proprie non *modica* fuerant: nam *emissi militum globi verberibus et intento ferro turbam disiecerant.* Verbum *consedisse* accipi potest de re iam perfecta. Ernestius tamen id positum putabat pro: *considere* s. opprimi *potuisse* vel *solere.* Utroque sensu Graeci utuntur Aoristo de iis, quae vel modo peracta sunt et absoluta, vel fieri et esse solent. Cf. ad Agr. 3. n. 6. Ind. III. v. *Verba ἀορίστως posita,* Vechner. Hellenol. p. 244. ed. Heusing., Ramshorn. Gram. §. 164. p. 401. ed. pr. Walch. emend. Liv. p. 50. *primos motus consedisse* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. Ante *consedisse* insertum *consecutos* in MSS. Bud. Guelf. (*consequutos*) edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *at:* in prioribus edd. Lipsii *an,* non in postrema. *ac* malebat Acid.

CAPUT LXII.

Varius sermo et ad metum atque iram accommodatus terruit simul audientem et accendit. Sed parum valebat suspicio in servo et quaestionibus ancillarum elusa erat. Ergo confessionem alicuius quaeri placet, cui rerum quoque novarum crimen affingeretur, et visus idoneus maternae necis patrator Anicetus classi apud Misenum, ut memoravi, praefectus, levi

post admissum scelus gratia, dein graviore odio, quia malorum facinorum ministri quasi exprobrantes aspiciuntur. Igitur accitum eum Caesar operae prioris admonet: solum incolumitati Principis adversus insidiantem matrem subvenisse: locum haud minoris gratiae instare, si coniugem infensam depelleret. Nec manu aut telo opus: fateretur Octaviae adulterium. Occulta quidem ad praesens, sed magna ei praemia et secessus amoenos promittit vel, si negavisset, necem intentat. Ille insita vecordia et facilitate priorum flagitiorum plura etiam quam iussum erat fingit fateturque apud amicos, quos velut consilio adhibuerat Princeps. Tum in Sardiniam pellitur, ubi non inops exsilium toleravit et fato obiit.

1. *Varius sermo* Poppaeae. — *terruit* spectat ad *metum* et *accendit* ad *iram*. — *Sed parum valebat suspicio in servo et quaestionibus ancillarum elusa erat,* v. cap. 60. *suspicio in servo,* de servo, ut *suspectum in Poppaea* H. 1, 13. de amore eius; Ern. Cf. Ind. II. v. *In* et Suet. Gram. c. 16. *servo* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *servitio* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *elusa erat* edd. Ern. Brot. sqq. ex emend. Lectii, Lipsii, Pich. *elusa* MS. Agr. *eluserat* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. Guelf. edd. Rhen. 2. 3. sqq. usque ad Brot. quod non plane damnandum. Cf. Ind. III. v. *Verba activa passive vel intransitive dicta* et ad 4, 42, 2. *illuserat* edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. „*Eludere* est refutare, refellere, ut H. 1, 26. et Phaedr. 3. prol. 37. Cf. Schwabe ad Phaedr. 1, 12, 9. [et Orell. ad Cic. de opt. gen. orat. §. 17.] Idem verbum absolute ponitur pro *elabi* 16, 28. et H. 3, 47. Quaeritur an sic etiam de *suspicione* absolute dici possit, Germ. sie war durch die peinliche Befragung der Mägde entschwunden.“ *Walth.* Cf. ad 2, 52, 2. — *confessionem*: in ed. Spir. *confessiones*. — *rerum novarum crimen* v. ad 2, 78, 1. — *ut memoravi* cap. 3. 7. — *levi post adm. sc. gratia, dein graviore odio,* cf. Ind. III. v. *Ablativi qualitatis* et ad 3, 52, 2. *graviori* ed. Spir. — *malorum facinorum ministri quasi exprobrantes aspiciuntur,* cf. ad 15, 1, 3. *malorum facinorum* MSS. Reg. Corb. Agr. edd. Spir. I. Fr. Gron. sqq. *maiorum f.* MS. Bud. *graviorum f.* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. et cet. ante Gron. eadem voce perperam repetita. In MS. Flor. *malorum* vidit Pich. sed *maiorum* Iac. Gron. et Vict. Non liquet Furiae illudne habeat an hoc. „Rectius mihi videtur *maiorum*, ut Grutero (et Boetttichero): nam *facinora* in tali contextu per se de malis facinoribus intelliguntur, ut 1, 6. 12, 51. Sunt tamen *mala facinora* etiam 12, 8.“ *Walth.* Bene *malorum*, quia vel mala vel bona sunt facinora et verba Taciti cuivis malo facinori conveniunt.

2. *accitum eum,* v. ad cap. 51. n. 1. — *locum,* occasionem, facultatem. In ed. Spir. *locum haud minoris. ergo instare* cet. — *vel* melius abesset; *Ern.* — *insita vecordia et facilitate priorum flagitiorum,* cf. Ind. III. v. *Ablativi substantivorum absoluti.* Vitiose *priorum iudiciorum* ed. Spir. — *plura etiam quam iussum erat fingit*: non modo adulterium fatetur, sed etiam se *in spem sociandae classis corruptum* cap. 63. pr. *quam iussus erat* bene coni. Acid. Paulo post *in Sardinia* MS. Guelf. et ed. Spir.

CAPUT LXIII.

At Nero praefectum in spem sociandae classis corruptum et incusatae paulo ante sterilitatis oblitus abactos partus con-

scientia libidinum eaque sibi comperta, edicto memorat insulaque Pandateria Octaviam claudit. Non alia exsul visentium oculos maiore misericordia affecit. Meminerant adhuc quidam Agrippinae a Tiberio, recentior Iuliae memoria obversabatur a Claudio pulsae. Sed illis robur aetatis affuerat: laeta aliqua viderant et praesentem saevitiam melioris olim fortunae recordatione allevabant. Huic primum nuptiarum dies loco funeris fuit, deductae in domum, in qua nihil nisi luctuosum haberet, erepto per venenum patre et statim fratre: tum ancilla domina validior, et Poppaea non nisi in perniciem uxoris nupta, postremo crimen omni exitio gravius.

1. *At Nero — Octaviam claudit,* cf. Suet. Ner. 35. — *praefectum* classi Misenensi, Anicetum, (cf. cap. 3. 7. et de classe illa ad 4, 5, 1.) *in spem sociandae classis* huius, ad societatem consiliorum adversus Neronem, *corruptum* ab Octavia; quod Anicetus ipse confinxerat. v. ad cap. 62. n. 2. et ad 2, 62, 2. *in spem* MS. Flor. (teste Pich.) edd. Spir. Pich. sqq. *spe* MS. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. ante Pich. *in spe* MSS. Bodl. Ies. Guelf. *in specie* MS. Corb. — *incusatae a se paulo ante sterilitatis,* cf. cap. 60. pr. — *conscientia libidinum,* cf. Ind. III. v. *Ablativi substantivorum absoluti.* — *edicto memorat,* v. ad 3, 6, 1. *edicto* MS. Flor. (si Victorio, sed *compertae dicto,* si Furiae fides habenda) edd. Pich. sqq. quod coniecerant Lectius et Lipsius. *dicto* MSS. Bud. Guelf. et edd. vet. „Sic hae voces etiam confusae 15, 36. et ap. Liv. 7, 35. 8, 7. 9, 14. ad quae loca v. Drak.“ *Ern.* — *insulaque Pandateria Octaviam claudit,* v. ad 1, 3, 6. *Pandateria* MS. Guelf. edd. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 2. 3. sqq, ante Bip. ut post eam Bekk. Kiessl. Walth. *pandeteria* MS. Flor. teste Furia. *pandecteria* MS. Vat. Lipsii, edd. Spir. Put. 1. 2. *Pandataria* ed. Rhen. 1. *Pandataria* edd. Bip. Oberl. Lün. v. ad 1, 53, 1. „Quid ergo in mentem venit Senecae Oct. v. 970. vel potius ignobili poetae et huius tragoediae auctori, (nam certis argumentis post mortem Senecae scripta est) qui relegare Octaviam in Aegyptum videtur: *data vela fretis ventisque; petat puppis rector tandem Phariae litora terrae;* nisi si hoc vult, Alexandrina duntaxat navi avectam Octaviam? Id enim contentiosus aliquis possit parum εὐλόγως dicere. Alias reposuerim ego *Pandateriae litora terrae.*“ *Lips.* Tragoediam illam ab ipso Seneca et hoc tempore conscriptam suspicabantur Scaliger et Ryckius. Cf. ad c. 52. n. 1.

2. *Meminerant adhuc quidam Agrippinae a Tiberio — pulsae* in Pandateriam. v. Suet. Tib. 53. In eandem insulam Iulia, Augusti filia, a patre relegata. v. 1, 53. *quidem* ed. Spir. — *Iuliae a Claudio pulsae.* Duae Iuliae, altera Germanici, altera Drusi filia, Augusti proneptes, occisae iussu Claudii vel potius Messalinae, et illa prius Urbe amota. v. Dio 60, 8. et 18. Suet. Claud. 29. Sen. Apocoloc. De illa cf. 2, 54. 6, 15. de hac 3, 29. 6, 27. 13, 32. 43. *a Claudio* omnes edd. vet. et rec. ante Oberl. Praepositio omissa in edd. Oberl. Lün. Kiessl. — *allevabant* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Gronn. sqq. *elevabant* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. *levabant* edd. Lips. Grut. Pich. Bern. Ryck. Cf. ad 12, 51, 1. — *Huic* (Octaviae) *primum* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Gryph. Mic. Lips. Ern. sqq. *Huic primus* edd. Pich. et sqq. usque ad Ern. ex emend. Lipsii. Male: nam *tum* et *postremo* τῷ *primum* respondent; *Ern.* Non opponitur h. l. *primus dies* secundo aut tertio: sed *dies nuptiarum* dici-

tur *primum* fuisse *funeris loco*, quum deinde alia sequerentur funesta; *Walth.* Cf. ad 13, 16, 2. *Primum* hic idem fere quod *statim* esse putat Boett. in Lex. Tac. — *deductae in domum* Neronis. v. ad 12, 5, 1. — *erepto per venenum patre* Claudio *et statim fratre* Britannico. v. 12, 67. et 13, 16. — *tum ancilla* Acte *dominâ* Octavia *validior*, v. 13, 12. 46. 14, 2. — *crimen omni exitio gravius* abacti partus. Cf. prima huius cap. verba.

CAPUT LXIV.

Ac puella vicesimo aetatis anno inter centuriones et milites praesagio malorum iam vita exempta, nondum tamen morte acquiescebat. Paucis dehinc interiectis diebus mori iubetur, quum *iam viduam se et tantum sororem* testaretur communesque Germanicos et postremo Agrippinae nomen cieret, *qua incolumi infelix quidem matrimonium, sed sine exitio pertulisset.* Restringitur vinclis venaeque eius per omnes artus exsolvuntur, et quia pressus vapore sanguis tardius labebatur, praefervidi balnei vapore enecatur. Additurque atrocior saevitia, quod caput amputatum latumque in urbem Poppaea vidit. Dona ob haec templis decreta. Quod ad eum finem memoravimus, ut, quicunque casus temporum illorum nobis vel aliis auctoribus noscent, praesumptum habeant, quotiens fugas et caedes iussit Princeps, totiens grates deis actas, quaeque rerum secundarum olim, tum publicae cladis insignia fuisse. Neque tamen silebimus, si quod senatus consultum adulatione novum aut patientia postremum fuit.

1. *Ac puella* Octavia: nam *puella* et *virgo*, ut Gr. παρθένος et νύμφη, dicitur quaecunque in flore aetatis est, etiam recens nupta et quae iam peperit, ut 16, 30. Cf. intpp. Hor. od. 2, 8, 23. 3, 11. 35. 3, 14, 9. 3, 22, 2. Koeppen. ad Hom. Il. 3, 130. Drak. ad Sil. 3, 435. Heyne ad Tibull. 3, 1, 21. *Ac* MSS. Bud. Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *At* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Cf. ad 1, 13, 2. — *praesagio malorum iam vita exempta*, Germ. durch Vorahnung der Übel dem Leben schon entnommen; *Woltm.* Quum iam vita ei nulla inesset; *Iac. Gron.* „Elegantissime dictum, licet paulo ingeniosius. *Praesagio m. iam vitâ exempta, nondum tamen morte*, quae et ipsi ultimum malorum levamentum, Neroni et Poppaeae extremum scelus supererat, *acquiescebat*; i. e. nondum occubuerat.“ *Brot.* *iam vitâ exempta* MSS. Flor. (Victorio, sed *victa*, Iac. Gron. teste) Reg. Corb. Agr. edd. Spir. Iac. Gron. sqq. Cf. Drak. ad Liv. 9, 21. *iam a vita exempta* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Gron. *vitae* corr. Heinsius secundum Taciti usum. Cf. Ind. II. v. *Eximere*. „*morte acquiescebat*, ut ap. Cic. p. Mil. c. 37. *qui morte eius acquierunt*, et Suet. Cal. c. 51. *uno solatio acquiescens*. Sententia est: nondum tamen, ut quietem malorum inveniret, potuit a se impetrare, ut mortem sibi consisceret. Sic Nep. 23, 13. *vir fortissimus, multis variisque perfunctus laboribus, anno acquievit septuagesimo.*“ *Walth.* — *iam viduam se esse*, marito orbatam nec amplius uxorem, et hinc Poppaeam aliamve coniugem a Nerone duci posse. Haec iungenda, non *quum iam testaretur*. — *et tantum sororem* Neronis esse: nam hic a Claudio Octaviae patre adoptatus erat. *Soror Augusti, non uxor ero: Absint tantum tristes poenae letique metus* Sen. Oct. III, 658. — *communesque Germanicos et*

postremo Agrippinae nomen cieret: „nam utriusque, Octaviae et Neronis, maiores erant *Germanici*, Drusus illius avus, huius abavus; Germanicus illius patruus, huius avus; Claudius illi natura, huic adoptione pater. Gradatim ad ultimas obtestationes delabitur et primo Neronem commonefacit arctissimae consanguinitatis, quae inter ipsos esset, *postremo* vel *Agrippinam* testatur (Germanici filiam, Neronis matrem, Claudii uxorem) oratque Neronem, ut saltem huius institutum tueretur, cui et ipsa invisa quidem fuerit, sed *sine exitio*: se contentam fore deinceps ista conditione, si liceat vivere, qua *incolumi* h. e. vivente Agrippina misere quidem, sed tamen vixisset.“ *Freinshem. communesque Germanicos* MSS. Flor. (teste Pich. aliisque) Agr. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Freinsh. sqq. *communeque Germanici* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et edd. cet. *quum manesque Germanici* eoni. Lipsius, ut fratrem appellaverit sublatum et deinde matrem. „Male: non enim ultionis exposcendae causa ciet, sed misericordiae movendae, in quo *manes* alieni sunt. *Ciere* in tali re proprium verbum.“ *Ern. ac postremo* ed. Spir. *eiceret* pro *cieret* MS. Guelf.

2. *Restringitur vinclis*: sive intell. manus post tergum, sive potius pro *stringitur, constringitur, adstringitur* capiendum; *Ern.* Cf. ad 6, 27, 1. *vinclis* MSS. Flor. (teste Vict.) Harl. Bodl. Ies. Guelf. ed. Walth. *vinculis* edd. cet. Cf. ad 12, 47, 3. — *pressus pavore sanguis*, quo minus scil. ex venis effunderetur; *Ern.* — *praefervidi balnei vapore enecatur*, v. ad 15, 64, 3. — *Additurque atrocior saevitia, quod caput a. l. in Urbem Poppaea* aemula Octaviae *vidit*, aspectu eius oculos pavit; *Ern.* — *ob haec* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *ob hoc* MS. Guelf. et ed. Spir. — *decreta: quod ad eum finem memoravimus, ut, quicunque* cet. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. sqq. *decretaq; ad finem memorabimus. Quicunque* ed. Spir. Idem e MS. Flor. enotarunt Iac. Gron. et Vict. sed *decretaque ad eum finem memorabimus, quicunque* Furia. *decreta, quod* MS. Bud. a m. pr. *decreta: quae* MSS. Bud. a m. sec. et Guelf. *memoravimus* edd. Put. 1. 2. sqq. *memorabimus* MSS. Flor. Bud. Guelf. aliique Broterii et ed. Spir. „Recte: nam et hic tempori futuro inest, quod nos dicimus: ich will vel ich mufs diefs zu dem Ende erwähnen. Cf. ad 11, 27. extr. et 13, 20, 2.“ *Walth.* Sed haec ratio dubia est, et in MSS. saepissime *b* pro *v* scriptum. v. ad 11, 6, 1. — *nobis vel aliis auctoribus*, referentibus, *noscent*: in edd. Put. 1. 2. *nossent*. — *praesumptum habeant*, ut *praeiudicatum eventum belli habere* ap. Liv. 42, 61. vel ut *pro praeiudicio accipere* G. 10. (ubi v. nota 7.) vel ut simpl. *praesumere* 41. *cogitatione praesumere* Plin. ep. 3, 1, 11. *praeiudicare* Cic. leg. 3, 20. Cf. ad H. 3, 9, 6. *habeant* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *habebant* MSS. Broterii et ed. Spir. — *fugas*, v. ad 3, 24, 2. et 12, 49, 1. *fugas vel caedes* ed. Spir. — *adulatione novum aut patientia postremum*, cf. Ind. III. v. *Ablativi substantivorum absoluti.*

CAPUT LXV.

Eodem anno libertorum potissimos veneno interfecisse creditus est, Doryphorum quasi adversatum nuptiis Poppaeae, Pallantem, quod immensam pecuniam longa senecta detineret. Romanus secretis criminationibus incusaverat Senecam ut C. Pisonis socium; sed validius a Seneca eodem crimine perculsus est. Unde Pisoni timor et orta insidiarum in Neronem magna moles et improspera.

1. *libertorum potissimos veneno — detineret,* cf. Suet. Ner. c. 35 extr. — *interfecisse creditus est,* ut 6, 50. H. 1, 78. 4, 67. *creditus est* MSS. Flor. Reg. Corb. Agr. edd. Spir. Ryck. Iac. Gron. Ern. sqq. *creditum est* MSS. Harl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. et cet. *editum est* MS. Bodl. — *Doryphorum* edd. Rhen. 2. 3. sqq. Idem e MS. Flor. annotavit Victorius, sed *ros*
rum
adversatum Furia. *Doriphorum* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Doriforum* ed. Spir. De eo Xiphil. 61, 5. Δορυφόρῳ τῷ τὰ τῆς ἀρχῆς βιβλία διάκοντι, h. e. qui a libellis erat; *Lips.* — *Pallantem, quod immensam pecuniam longa senecta detineret,* cf. Xiphil. 62, 14. et de *Pallante* Ind. I. „Eius sepulcrum a. 1720 repertum, de quo v. Fr. Ficoronii gemm. ant. p. 116." *Brot. teneret* ed. Spir.

2. *Romanus* vel Romanus Hispo (v. 1, 74.) vel potius Fabius Romanus, (de quo v. 16, 17.) vel alius. — *eodem crimine perculsus est,* v. ad 4, 31, 3. — *unde Pisoni timor et orta insidiarum in Neronem magna moles et improspera,* de quibus v. 15, 48 sqq. et 59. *et improspera* MSS. Flor. (teste Vict. et Furia) Ies. Guelf. a m. pr. Bodl. a m. sec. ed. Walth. *et improspecta* MS. Guelf. (a m. rec.) ed. Spir. aliique libri a Brot. collati. *sed improspera* MS. Bodl. a m. pr. edd. Put. 1. 2. et deinde omnes praeter Walth. v. ad 1, 13, 2.

ANNALIUM

LIBER XV.

BREVIARIUM LIBRI XV.

Cap. 1. 2. *Vologeses instinctu Tiridatis fratris et Monobazi Adiabeni bellum molitur adversus Tigranem Armeniae regem.* 3. *Corbulo Armeniam Syriamque defendere parat.* 4. *Tigranocerta a Monese obsessa.* 5. *Huius et Vologesis regressus.* 6—8. *Caesennii Paeti, Armeniae a Caesare praefecti, superbia, imperitia, temeritas et iactantia.* 9—11. *Parthi, ab invadenda Syria absterriti minis Corbulonis, incumbunt Armeniae et Paeto, qui fusus ab iis auxilium Corbulonis iterum iterumque implorat.* 12. *Hic in Armeniam profectus fugientes obiurgat, suos incitat.* 13. 14. 15. *Paetus a Vologese obsessus de pace cum eo agit receditque.* 16. 17. *Corbulo in Armeniam progreditur obvius profugis et Paeto increpito in Syriam redit.* 18. *Arcus et tropaea Romae de Parthis exstructa. Securitas annonae ostentata frumento in Tiberim iacto. Vectigalibus praefecti tres consulares.*

19. *SCtum de simulatis adoptionibus.* 20. 21. *Claudius Timarchus Creta amotus.* 22. *SCto cavetur, ne grates provinciarum praesidibus agantur. Gymnasium fulmine ictum et combustum. Pompeii terrae motu magna ex parte diruti.* 23. *Immodica, sed brevis laetitia Neronis, cui nata ex Poppaea filia Antii. Patrum adulationes. Principis ira in Thraseam et reconciliatio.*

24. 25. Vologesis literae superbae et legatio irrita, sed cum donis remissa. Syria Cincio, copiae militares Corbuloni permissae. Paeto venia data cum irrisu. 26. Corbulo exercitum prius lustratum ducit in Armeniam. 27. Audit legatos Parthorum et defectionem Armeniorum ulciscitur. 28. 29. 30. Tiridates a Corbulone pacem petit impetratque ea conditione, ut ponatur apud effigiem Caesaris insigne regium nec nisi ex eius manu resumatur. 31. Vologesis sollicitudo et preces. 32. Ius Latii datum Alpinis maritimis. Equitum Rom. loci in circo antepositi sedilibus plebis. Feminae illustres et senatores in arena.

33—35. Nero in scena canit Neapoli, ubi theatrum populo vacuum ruit. Beneventi spectat Vatinii, aulici foedissimi, munus. Mors voluntaria Torquati Silani Caesaris instinctu accusati. 36. Nero Romam reversus tristi omine absterretur ab itinere in Orientem. 37. Indulget conviviis luxu foedis, a se in publico et a Tigellino in rati paratis. Pythagorae nubit. 38. Incendium Romae ortum, forte an dolo Principis incertum. 39. Eo saeviente Nero inopi quidem plebi consulit, sed excidium Troiae in domestica scena cecinisse creditur. 40. 41. Magnitudo cladis. 42. Aurea et immensa domus Neroni exstructa. 43. Novae urbis facies. 44. Placamenta deorum. Nero, invidiae rei a semet avertendae causa, reos subdit Christianos eosque quaesitissimis poenis afficit. 45. Eiusdem iussu Italia, provinciae, socii, templa diripiuntur et venenum paratur Senecae maerenti. 46. Eruptio gladiatorum Praenestinorum prohibita. Classis Misenensis afflicta tempestate. 47. Prodigia.

48. C. Calpurnii Pisonis coniuratio in Neronem, nobile genus, virtutes, pulchritudo, luxuria. 49. 50. Coniuratorum nomina, mores. Summa Fenii Rufi praef. praet. auctoritas et Subrii Flavii audacia. 51. Epicharis tentatae classis Misenensis rea non convicta. 52. Impetus coniuratorum cohibitus a Pisone. 53. Aliud eorum consilium. 54. 55. Egregia defensio Flavii Scaevini, a Milicho liberto proditi. 56. Confessio et proditio Natalis aliorumque, a quibus etiam parentes, liberi, cognati, amici nominantur. 57. Rarum fidei exemplum ab Epichari praestitum. 58. Reorum agmina trahuntur et violenter urgentur non modo a Nerone et Tigellino, sed etiam a Fenio Rufo, a quo fides inscitiae paratur. 59. Pisonis mors voluntaria, testamentum, uxor. 60. Plautius Lateranus propere et manu Statii, coniuratorum socii, trucidatus. Senecae nomen falso delatum. 61. Eius defensio non admissa. 62. suprema cum amicis colloquia, 63. contentio cum uxore, 64. mors lenta. 65. Vir ille magnus et Imperator destinatus. 66—69. Fenius Rufus, Subrius Flavius aliique produntur et omnes praeter Fenium intrepide oppetunt mortem. Atticus Vestinus consul insons necatur. 70. Deinde interimuntur Lucanus, Senecio, Quinctianus, Scaevinus.

71. 72. Simulata per Urbem gaudia. Indicum impunitas et praemia. Aliorum missio, exsilia, honores. Principis largitio numaria et frumentaria. 73. Damnatorum indicia et confessio vulgata. Iunii Gallionis periculum. 74. Senatus adulatio. Scevini pugio Iovi Vindici dicatus.

Gesta haec extremis mensibus a. U. c. 815. et annis 816. 817. 818.

P. MARIO CELSO, L. ASINIO GALLO
C. MEMMIO REGULO, L. VERGINIO RUFO
C. LAECANIO BASSO, M. LICINIO CRASSO FRUGI
A. SILIO NERVA, M. ATTICO VESTINO COSS.

CAPUT I.

Interea rex Parthorum Vologeses, cognitis Corbulonis rebus regemque alienigenam Tigranem Armeniae impositum, simul fratre Tiridate pulso spretum Arsacidarum fastigium ire

ultum volens, magnitudine rursum Romana et continui foederis reverentia diversas ad curas trahebatur, cunctator ingenio et defectione Hyrcanorum, gentis validae, multisque ex eo bellis illigatus. Atque illum ambiguum novus insuper nuntius contumeliae exstimulat: quippe egressus Armenia Tigranes Adiabenos, conterminam nationem, latius ac diutius quam per latrocinia vastaverat, idque primores gentium aegre tolerabant: *eo contemptionis descensum, ut ne duce quidem Romano incursarentur, sed temeritate obsidis tot per annos inter mancipia habiti.* Accendebat dolorem eorum Monobazus, quem penes Adiabenûm regimen, *quod praesidium aut unde peteret?* rogitans. *Iam de Armenia concessum: proxima trahi et, nisi defendant Parthi, levius servitium apud Romanos deditis quam captis esse.* Tiridates quoque regni profugus per silentium haud modice, querendo gravior erat. *Non enim ignavia magna imperia contineri: virorum armorumque faciendum certamen. Id in summa fortuna aequius quod validius; et sua retinere privatae domus, de alienis certare regiam laudem esse.*

1. *rex Parthorum Vologeses*: de eo, de *Tiridate* fratre et de *Corbulone* v. Ind. I. De his vero rebus Parthicis cf. Xiphil. 62, 19—24. — *regemque alienigenam Tigranem Armeniae impositum*, v. ad 2, 1, 1. et 2. *Tigranem* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Walth. *Tygranem* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. *Tigranen* edd. Oberl. sqq. — *fratre Tiridate*, v. ad 2, 1, 1. — *Arsacidarum fastigium*, v. ad 2, 1, 1. — *ire ultum*, v. ad 4, 1, 2. — *rursum*: in ed. Spir. *rursus*. — *defectione Hyrcanorum*, cf. 13, 37. et 14, 25. *defectione* MSS. Bud. (in marg. a m. ant.) Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Lips. sqq. *defensione* MS. Bud. a m. pr. *dissensione* edd. Rhen. 2. 3. Ald. — *illigatus*, „impeditus, ut *defectione Hyrcanorum attineri* 13, 37 extr." *Ern.* — *novus i. n. contumeliae* pro *novae i. n. c.* Cf. Ind. III. v. *Enallage.* — *egressus Armenia* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *egressus Armeniam* MS. Agr. ed. Spir. ut aliis locis. v. Ind. II. „Utrumque bonum est, sensu paulum diverso. Illud von Armenien aus, hoc Armeniens Grenzen überschreitend." *Walth.* Eodem potius sensu utrumque dicitur. — *Tigranes*, de quo v. 14, 26. — *Adiabenos - vastaverat*, cf. ad 2, 25, 2. — *eo contemptionis descensum*, v. Ind. II. v. *Is*, ad 3, 73, 1. 4, 4, 1. *contemptionis* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. *contentionis* MSS. Reg. Ies. *contētionis* ed. Spir. quod pro utroque ponitur. — *obsidis*, Tigranis. v. 14, 26. *obsidis* MS. Guelf. et edd. omnes, etiam Ber. ad quam siluit Vict. *obsidii* MS. Agr. quod arridebat Heinsio et Ryckio. Cf. Ind. III. v. *Abstracta nom. pro concr.*

2. *Accendebat dolorem eorum Monobazus*, cf. ad 1, 23, 1. „*eorum* h. e. earum rerum, ex iis Vologesi natum, ut e sqq. patet: sed melius abesset. Broterius ad Vologesem et *primores gentium* refert: at hae querelae ad solum Vologesem fusae." *Ern.* „Immo *eorum* pertinet tantum ad *primores gentium*: neque apud Vologesem querelae illae fusae, sed ita iaciebantur inter primores, ut ad Vologesis quidem aures pervenirent, neque tamen coram rege enuntiarentur. *Rogitans*, quod sequitur, non poscit, ut cogitemus, a Monobazo in hunc modum rogitatum esse apud Vologesem, sed simpliciter indicat, illum rogitando haec dixisse." *Walth.* — *Monobazus*, socius Parthorum, *quem penes Adiabenûm regi-*

men erat, post obitum, opinor, Izatis, qui supra 12, 13. *Adiabenorum rex* dicitur et Monobazo patri successit, etsi Monobazus, frater eius, natu maior fuit. v. Ioseph. Ant. Iud. 20, 2—4. *Monobazus* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *Monobacus* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Monobachus* MS. Guelf. Sed *Μονόβαζος* dicitur Xiphil. 62, 20. et Iosepho l. l. Cf. ad c. 14 extr. — *quem penes*, cf. Ind. III. v. *Praepositiones nominibus postpositae*. — *Iam de Armenia concessum*, Tigrani concessam eius possessionem, *proxima* Armeniae loca et regiones ab eo *trahi* sc. ad se, occupari, (cf. ad 13, 57, 1.) vel diripi. v. ad 4, 13, 3. — *et nisi defendant Parthi*, (Vologeses) — *captis esse:* copulam *et* ante *proxima* ponendam putabant Ern. Lall. Brot. ante *levius* Acid. et Bip. sed plane deleverunt Oberl. Lün. et Bekk. in ed. 1. „Hi omnes elegantiam verborum, uti sunt in vett. libris, non percepere. Monobazus more minitantium quaedam silentio premit et obscure tantum significat, quae intelligi quam disertis verbis dicere malebat, additis tamen, unde consilium suum intelligi posset. Est genus euphemismi. Dicit: *et nisi defendant Parthi*, sc. fore ut potius se Romanis dedant quam ab ipsis se vinci patiantur: nam *levius servitium apud Romanos deditis quam captis esse.* Cf. Caes. b. G. 1, 36. *Quodsi Caesar denuntiaret, se Aeduorum iniurias non neglecturum, neminem secum sine sua pernicie contendisse.* Ubi similis plane hiatus sententiae est ante *neminem*; intelligit ille: ideo se non esse in metu, nam neminem cet.“ *Walth.*. Sic iam Broterius: *et nisi defendant Parthi*, sc. cogitandam deditionem; nam *levius servitium* cet. Cf. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 11.

3. *Tiridates quoque*, frater Vologesis, *regni profugus, per silentium* et aspectum vel speciem exsulis, qua obversabatur ante oculos Vologesis bellum suscipere cunctantis, et quamvis silens ignaviam ei exprobrare videbatur, *haud modice* scil. gravis erat illi, *querendo*, per querelas, *gravior*, molestior, vel efficacior, *erat: non enim* (aiebat, querebatur) *ignavia* cet. Cf. ad 2, 20, 2. et Ind. III. v. *Syllepsis* nr. 2. Interdum *silentium*, ut Longinus 9, 3. ait, quavis oratione fortius est et loquacius; *Freinsh.* Exemplum vivum est ap. Caes. b. G. 1, 32. in Sequanis; *Gron.* Cf. 14, 62. *malorum facinorum ministri quasi exprobrantes aspiciuntur*, 15, 16. *Corbulo — non eam speciem insignium et armorum praetulit, ut diversitatem exprobraret* eorum aspectu, 16, 10. *invisi Principi, tanquam vivendo exprobrarent interfectum esse Plautum*, 16, 22. *habitum vultumque eius sectantur rigidi et tristes, quo tibi lasciviam exprobrent.* Pichenae explicatio est: *per silentium haud modice querendo gravior erat* sc. quam Monobazus, silentium eius gravius erat Vologesi et magis ignaviam ei exprobrare videbatur quam Monobazi voces. Sed adiunguntur querelae Tiridatis. Nostra interpunctio reperitur in MS. Bud. *haud modice* MSS. Guelf. Bud. aliique et edd. Spir. Put. 1. 2. Rhen. 1. 2. 3 sqq. usque ad Ryck. *aut modice* edd. Ber. (ad quam siluit Vict.) Ryck. Ern. Brot. Oberl. Bekk. Lün. Kiessl. *quaerendo* edd. Spir. Put. 1. 2. in quibus plerumque *quaeri, quaestus* et *ae* pro *queri, questus* et *e* scribitur. Walther in obss. spec. I. p. 22. probat *haud modice* et coniungit *regni profugus per silentium*, quoniam silentio apud Parthos transigebatur, quod profugus esset. (!) Sed in edit. Taciti haec annotavit: „Unice verum est: *per silentium aut modice querendo* sc. agens *gravior erat*, Germ. etwas beschwerlich, h. e. nicht unbeschwerlich. Comparativus *gravior*, ut *tristior* H. 1, 14. et alii, habet vim minuendi: nam particula *quoque* haec praecedenti orationi ita annectit, ut *Tiridates regni profugus* molestiis, quas creabat Monobazus, accessisse dicatur, non ut *gravior* quam ille, sed tantum gravis quodam modo et ipse; scilicet nunc *per silentium* sortem suam ferens, nunc in *modicas querelas* erumpens. *Silentium* autem illud non ignaviae, sed irae silentium fuisse puta.“ Verum, ut alia

taceam, querelae Tiridatis, quae his verbis subiunguntur, haud *medicae* erant et *graviores* haud dubie Vologesi cunctatori quam illa Monobazi verba, quae ad aures eius pervenerant. — *non enim ignavia* — *laudem esse,* cf. G. 36. et alia loca in Praef. p. XLVI. XLVII. laudata — *non enim,* v. ad 2, 63, 1. — *virorum armorumque* pro *virorum armatorum.* Cf. Ind. III. v. *Hendiadyoin.* — *de alienis:* in MS. Harl. a m. sec. *de alieno.*

CAPUT II.

Igitur commotus his Vologeses concilium vocat et proximum sibi Tiridaten constituit atque ita orditur: *Hunc ego eodem mecum patre genitum, quum mihi per aetatem summo nomine concessisset, in possessionem Armeniae deduxi, qui tertius potentiae gradus habetur; nam Medos Pacorus ante ceperat: videbarque contra vetera fratrum odia et certamina familiae nostrae penates rite composuisse. Prohibent Romani et pacem nunquam ipsis prospere lacessitam nunc quoque in exitium suum abrumpunt. Non ibo infitias, aequitate quam sanguine, causa quam armis retinere parta maioribus malueram. Si cunctatione deliqui, virtute corrigam. Vestra quidem vis et gloria in integro est, addita modestiae fama, quae neque summis mortalium spernenda est et a diis aestimatur.* Simul diademate caput Tiridatis evinxit, promptam equitum manum, quae regem ex more sectatur, Monesi nobili viro tradidit adiectis Adiabenorum auxiliis, mandavitque Tigranen Armenia exturbari, dum ipse, positis adversus Hyrcanos discordiis, vires intimas molemque belli ciet provinciis Romanis minitans.

1. *Vologeses concilium vocat:* „synedrium illud duplex cognatorum et magorum, de quo v. Strab. l. XI. *Senatus Parthicus* dicitur Iustin. 42, 4." *Ryck. Primores Parthi* sup. 2, 2. Fortasse scrib. *consilium.* v. ad G. 11. n. 2. — *Hunc ego* cet. In ed. Spir. *Nunc ego eodem patre mecum* — *Naniedos Pacorus ante ceperat.* — *eodem mecum patre genitum,* ut ap. Liv. 30, 12. et *iuxta mecum omnes* ap. Sall. Cat. 58, 5. Cf. Ramshorn. Gram. p. 334. 522. Ruddim. inst. gr. T. II. p. 95. — *per aetatem,* propter a. Cf. Ind. II. — *quum mihi summo nomine,* regio, Arsacidarum, (cf. ad 2, 1, 1.) *concessisset,* cessisset, nomen concessisset. — *nam Medos,* Medorum regnum, *Pacorus,* frater natu maior, *ante ceperat,* cf. cap. 14. et 31. Hic itaque secundus *potentiae gradus.* Verba illa parenthesi includenda censuit Victorius, ut annotationem scriptoris. — *certamina* edd. Rhen. 2. 3 sqq. quod verum videtur. *certam in* MS. Flor. teste Furia. *certamen in* MS. Corb. et ed. Spir. *certamen* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. — *penates,* v. ad G. 15. n. 2. — *composuisse,* v. ad 1, 1, 4. — *pacem nunquam ab ipsis prospere lacessitam,* v. ad 4, 32, 2. et Ind. III. *v. Dativus subiectivus. nunquam ipsis* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. edd. Bekk. 2. Walth. *ipsis nunquam* edd. cet. Illud rectius: nam *nunquam* et *nunc quoque* opposita sunt; *Walth.* — *in exitium suum* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. *in absitium suum* MS. Flor. (test. Vict. et Furia) ed. Spir. *per obsidium suum* MS. Agr. — *causa quam armis,* v. ad 13, 37, 2. — *in integro est,* ut 3, 50. et H. 3, 2. *in* omissum in MS. Flor. teste Furia. *integra est* MS. Bud. a m. pr. — *modestiae,* moderationis eorum, qui *aequitate quam sanguine malunt.* — *aestimatur,* v. ad Agr. 5. n. 1. *extimatur* MS. Guelf. et ed. Spir. Cf. ad 13, 17, 1. *et ab imis aestimatur* coni. Freinsh.

2. *Simul diademate caput Tiridatis evinxit*, cf. ad 6, 37, 1. et 6, 42. extr. *cinxit* MS. Reg. *caput evinxit Tiridates prompturam aequitū mauū* ed. Spir. — *promptam equitum manum*, v. ad 1, 13, 1. — *sectatur*, comitatur, ut c. 33. H. 2, 71. G. 13. *sectatur* MSS. Flor. Reg. Corb. edd. Spir. Iac. Gron. Ern. sqq. *sectabatur* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et edd. cet. „*sectatur* pro *sectari solet* dictum, ut c. 33 extr." *Iac. Gron.* et *Oberl.* Sed h. l. additum *ex more*. — *Monesi nobili viro*, ap. Xiphil. 62, 20. *Monaesi Parthorum regi*. — *exturbari* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *exturba* MS. Flor. teste Furia. *exturbat* MSS. Reg. Corb. ed. Spir. *exturbet* aut saltem *exturbare* scribendum putabat Ern. Sed v. ad 11, 1, 4. — *positis discordiis*, cf. Ind. II. v. *Ponere*, Drak. ad Liv. 6, 10. Duk. ad Flor. 3, 21, 27. *positis* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. Lips. sqq. *compositis* MS. Bud. a m. sec. et edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Mic. *depositis* MS. Bud. a m. pr. — *vires intimas*, cf. ad H. 1, 3 extr. — *molemque belli*, cf. ad 6, 36, 1.

CAPUT III.

Quae ubi Corbuloni certis nuntiis audita sunt, legiones duas cum Verulano Severo et Vettio Bolano subsidium Tigrani mittit occulto praecepto, compositius cuncta quam festinantius agerent. Quippe bellum habere quam gerere malebat, scripseratque Caesari, *proprio duce opus esse, qui Armeniam defenderet: Syriam ingruente Vologese acriore in discrimine esse.* Atque interim reliquas legiones pro ripa Euphratis locat, tumultuariam provincialium manum armat, hostiles ingressus praesidiis intercipit: et quia egena aquarum regio est, castella fontibus imposita; quosdam rivos congestu arenae abdidit.

1. *certis nuntiis:* in MS. Reg. et ed. Spir. *cunctis n.* „Quod non spernam. Sic *omnium nuntiis* ap. Cic. ep. ad Quint. fr. 2, 12." *Ern.* Paulo post *legiones suas* MSS. Harl. Bodl. Ies. — *Verulano Severo*, cf. 14, 26. — *Vettio Bolano* MS. Flor. (teste Iac. Gron. non Vict. aut Furia) edd. Ryck. sqq. ut in inscrippt. *C. Calpurnio Pisone M. Vettio Bolano coss.* (fortasse suffectis a. U. 820. non 814. ut Pigh. putabat; *Ryck.*) ap. Gruter. p. 128, 5. 163, 7. Nardin. Rom. ant. 4, 4. Manut. in Orthogr. Cf. ad 11, 30. et 31. H. 2, 65. 97. A. 8. 16. Stat. Silv. 5, 2, 34 sqq. Bentl. ad Hor. Sat. 1, 9, 11. *Vectio* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2 sqq. usque ad Ryck. *Vetio* MS. Agr. ed. Spir. — *compositius quam festinantius*, cf. ad 4, 31, 1. *compositius confestinantius* MS. Flor. test. Vict. et Furia. *compositius* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2 sqq. *quam festinantius* MSS. Bud. Guelf. edd. Rhen. 2. 3 sqq. *occulto praecepto compositus: cuncta cum festinantius agerent* ed. Spir. *festinatius* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1.

2. *bellum habere — malebat*, h. e. bellum sibi esse; *Walth.* *bellum alere* vel *trahere* vel *procul habere* malebat Heins. et *b. cavere* Huet. *malebant* ed. Spir. — *ingruente*, irruente, aggrediente, ut 1, 27. , 11. 12, 30. H. 3, 34. *ingrediente* ed. Spir. ex glossemate. — *acriore:* in MS. Reg. et ed. Spir. *acriori*. — *reliquas legiones*, tres; *Brot.* coll. 4, 5. et 13, 35. — *tumultuariam provincialium manum*, v. ad 1, 56, 1. — *hostiles ingressus*, loca, per quae ingredi provinciam soleant aut possint Parthi, praesidiis itineri impositis *intercipit*, ut διαλαμβάνειν ap. Polyb. 5, 99. et alios; *Ern.* Sed cf. ad 2, 80, 1. et 12, 49, 1. — *quia egena aquarum regio est:* „fortasse Tacitus scripsit *quo egena aq. r. esset:* non enim

castella fontibus imposita videntur, quod iam olim hoc factum esset, sed ut posthac esset." *Gron.* Verissime; *Ern.* et *Lall.* „Immo regio iam primum aquarum egena erat, [ut et nunc est, quod ex veterum recentiorumque viatorum narrationibus constat; Brot.] quam rem Corbulo in usum vertendam ratus paucis qui erant *fontibus castella imposuit*; *quosdam rivos*, quibus pro situ locorum hostes uti possent, *congestu arenae abdidit*, ut ita ingressi aquas invenirent plane nullas." *Walth.* *egens aquarum* MS. Agr. *abdidit* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *obdidit* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Ryck. *congestis arenae obdidit* vet. cod. Urs. Sed v. ad 13, 5, 2.

CAPUT IV.

Ea dum a Corbulone tuendae Syriae parantur, acto raptim agmine Moneses, ut famam sui praeiret, non ideo nescium aut incautum Tigranem offendit. Occupaverat Tigranocertam, urbem copia defensorum et magnitudine moenium validam. Ad hoc Nicephorius, amnis haud spernenda latitudine, partem murorum ambit, et ducta ingens fossa, qua fluvio diffidebatur. Inerantque milites et provisi ante commeatus; quorum subvectu pauci avidius progressi et repentinis hostibus circumventi ira magis quam metu ceteros accenderant. Sed Partho ad exsequendas obsidiones nulla comminus audacia: raris sagittis neque clausos exterret et semet frustratur. Adiabeni, quum promovere scalas et machinamenta inciperent, facile detrusi, mox erumpentibus nostris caeduntur.

1. *Ea dum a Corbulone tuendae Syriae parantur*, cf. ad 1, 3, 8. et 3, 27, 1. — *Moneses*, v. cap. 2. — *famam sui*, cf. Ind. III. v. *Pronomen reciprocum*. In ed. Spir. *famam siti*. — *non ideo:* in MS. Guelf. *non adeo*. — *Tigranem:* in MS. Flor. (teste Furia) *tygranem*. — *Occupaverat* MSS. Flor. Corb. Agr. edd. Spir. Iac. Gron. Ern. sqq. *qui occupaverat* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et edd. cet. — *Tigranocertam* MSS. Reg. Corb. Bud. edd. Spir. Bekk. 2. *tyranocertam* MS. Flor. teste Furia. *Tigranocerta* sive *Tygranocerta* MS. Guelf. et edd. cet. In iisdem libris *Tigranocertam*, *tyranocertam* et *Tigranocerta* cap. 5 extr. sed in omnibus *Tigranocerta* c. 5. med. et *Tigranocertis* cap. 6. Cf. ad 12, 50, 2. *Tigranocerta*, Tigranis urbs, (nam קרתא Syr. urbs dicitur, *Κέρτα πόλις ὑπὸ Ἀρμενίων* Hesych.) a Tigrane rege tempore belli Mithridatici ultra Tigridis fontes Taurum montem versus in monte condita, de cuius magnitudine et situ in parte australi Armeniae vid. h. l. et Plin. 6, 9. Strab. lib. XI extr. Plut. Lucull. p. 508. Appian. b. Mithrid. c. 67. 84. et Ptol. „d'Anville putat, *Tigranocerta* nunc dici *Sered* et *Nicephorium amnem*, qui in Tigrim influit, *Khabour*." *Brot.* — *magnitudine moenium*, tanta, ut Appianus Mithrid. c. 84. producat moenia Tigranocertae in altitudine ad L cubitos: quae in imo adaptata equorum stabulis; *Lips.* — *Ad hoc* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. edd. Spir. Bekk. 2. Walth. *Ad haec* edd. cet. Cf. ad 12, 20, 1. — *Nicephorius* sive *Nycephorius* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *Niceforius* MS. Guelf. *micepharius amnis haud spernendam l. partem* in. a. ed. Spir. — *qua* parte (cf. ad H. 3, 8, 4.) *fluvio diffidebatur*, quia in iis locis non satis profundus erat; *Brot.*

2. *Inerantque* MSS. Flor. (teste Pich.) Bud. Guelf. et edd. omnes praeter Lips. in quibus *inerant* substitutum. Cf. ad 2, 37, 1. *inhaeserant-*

que MS. Flor. teste Furia, ut *fere inherat* pro *inerat* c. 31 extr. — *provisi ante commeatus*, v. ad 2, 14, 1. et 11, 7, 1. — *quorum subvectu*, qui dum subvehuntur in urbem et conquiruntur; *Ern.* Cf. ad 12, 44, 1. — *progressi et repentinis*, repente ab *hostibus circumventi*, cf. Ind. III. v. *Adiectiva pro adverbiis*. — *raris sagittis*: nam sagittis quidem valebant Parthi: at rarus earum usus adversus clausos moenibus; *Brot.* In edd. Bip. Oberl. Lün. male interpungitur: *nulla cominus audacia, raris sagittis: neque clausos* cet. — *Adiabeni*, cf. cap. 1. et 2. — *caeduntur* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Rhen. 2. 3 sqq. *facile caeduntur* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1.

CAPUT V.

Corbulo tamen, quamvis secundis rebus suis moderandum fortunae ratus, misit ad Vologesen, qui expostularent vim provinciae illatam; socium amicumque regem cohortes Romanas circumsedere. *Omitteret potius obsidionem, aut se quoque in agro hostili castra positurum.* Casperius centurio in eam legationem delectus apud oppidum Nisibin, septem et triginta millibus passuum a Tigranocerta distantem, adit regem et mandata llerociter edidit. Vologesi vetus et penitus infixum erat arma Romana vitandi: nec praesentia prospere fluebant. Irritum obsidium; tutus manu et copiis Tigranes: fugati, qui expugnationem sumpserant; missae in Armeniam legiones et aliae pro Syria paratae ultro irrumpere: sibi imbecillum equitem, pabuli inopiam; nam exorta vi locustarum aberat quicquid herbidum aut frondosum. Igitur metu abstruso mitiora obtendens missurum ad Imperatorem Romanum legatos super petenda Armenia et firmanda pace respondet. Monesen omittere Tigranocertam iubet; ipse retro concedit.

1. *quamvis secundis rebus suis*, cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita* et *Coniunctiones* nr. 2. — *qui expostularent*, cf. ad 13, 37, 2. — *illatam*: in ed. Spir. *allatam*. Paulo ante MS. Guelf. *moderandae*. — *socium amicumque regem* (Vologesem) *cohortes Romanas circumsedere* MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. a m. sec. Harl. Bodl. Ies. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. primae, Walth. *circumsidere* edd. Lips. poster. Pich. Grut. Bern. Gron. Bekk. 1. Sed *circumsedere* eodem sensu dicitur. *socium amicumque regem*, (Tigranem, et) *cohortes Romanas circumsideri* MS. Agr.! edd. Ryck. Brot. Ern. Bip. Ob. Lün. Kiessl. Bekk. 2. „Intelligitur Tigranes, non Vologeses: hunc enim appellare adhuc *socium amicumque* post hostilem in Romanos animum tam clare ostensum blandientis nimium ducis, non Corbulonis erat. Immo Corbulonem habuisse Vologesem pro hoste propter hanc ipsam obsidionem, patet ex comminatione, quam adiungit, *se quoque in agro hostili castra positurum*, nisi omitteret obsidionem.“ *Ryck.* „Recte: nam et passivum praecedit et res ipsa ita postulat. Omissio copulae post *regem* corruptelae locum fecit.“ *Ern.* „Falluntur Ryckius et Ern. falluntque qui eos sequuntur. Nam id ipsum quod Vologeses neglecto foedere (cf. c. 1. *continui foederis reverentia*) hostilia adversus Romanos coeperat, Corbuloni causa fuit, ut provocaret in societatem et amicitiam obiiceretque, *socium* — *circumsedere*. Aptissime autem adiungitur comminatio, si rex sperneret expostulationem, se quoque Vologesis agrum pro hostili habiturum in eoque castra positurum.

Ad hostem certe non mittuntur qui *expostulent*, verum ad eum, qui hactenus fuit amicus, ut satisfaciat bellumque evitetur." *Walth.* — *omitteret potius obsidionem* Tigranocertae. Cf. ad 3, 47, 1. *ocius* malebat Lipsius et *protenus* Boxh. „Frustra. *Potius* plane sic ponitur in hortatione, ut exprimat nostrum lieber, h. e. id esse utilius. Cf. 1, 18. *nea potius caede imbuite manus.*" *Walth.* — *in eam legationem delectus*: in MS. Flor. (teste Vict.) *in eam legionem* (cf. ad 2, 63, 2.) *dilectus*. „Parum interest. *Delectus* est lectus de numero aliquo, *dilectus* lectus e multis. Cf. Baumgarten-Crusii clav. Suet. v. *delectus*." *Walth.* — *Nisibin* edd. Spir. Rhen. 2. 3 sqq. *Nysibim* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. *Nisibis* vel *Nesibis* antiqua ampla et munitissima urbs, Hebr. et Syr. צוֹבָה et צוֹבָה, Graecis *Ἀντιώχεια Μυγδονική* vel *ἡ ἐν τῇ Μυγδονίᾳ* (superiori tractu Mesopotamiae) dicta, Masio monti (hod. *Tschudi*, parti Gordyaeorum) subiecta et ad Mygdonium fluvium sita, quae olim fuit propugnaculum Romanorum adversus Parthos et Persas, nunc vicus est in prov. Diarbekir. v. Strab. l. XI. p. 359. l. XVI. p. 514. Plut. Lucull. p. 514. Dio 35, 6 sqq. Plin. 6, 13. Eutrop. 6, 7. Ammian. Marc. 25, 7 sqq. inpr. Michaelis Spicil. geogr. Hebr. ext. P. II. p. 121 sqq. et commentat. XII. in Soc. Scient. Goett. prael. de Syria Sobaea p. 57 sqq. Mannerti G. A. V, 2. — *a Tigranocerta*, v. ad c. 4. n. I. — *adit regem* MSS. et edd. omnes ante Ern. *adiit r.* MS. Guelf. a m. rec. quod receperunt Ern. Ob. Lün. Kiessl. quia sequitur *edidit*. Sed cf. Ind. III. v. *Verborum tempora* p. 845 sq.

2. *Vologesi vetus et penitus infixum erat arma Romana vitandi*: „Genitivus Gerundii saepe pendet ex verbis, in quibus latet notio nominis substantivi, et ad hanc translatus est, ut h. l. notio consilii sive studii. Similiter inf. c. 21. *decernatur et maneat provincialibus* scil. consilium, animus [an potius facultas?] *potentiam suam tali modo ostentandi*, 13, 26. *nec grave manumissis* (detrimentum) *per idem obsequium retinendi libertatem*, 3, 7. *erectis omnium animis* (quibus verbis inest vis *desiderii, cupiditatis*) *petendae ultionis*, 3, 63. *cultus numinum* (ritus) *utrisque Dianam aut Apollinem venerandi*, H. 2, 100. *praetexto* (consilio, animo) *classem alloquendi*. Huc etiam referri poterit locus ille Ann. 2, 43. *Plancinam haud dubie Augusta monuit muliebri aemulatione Agrippinam insectandi*, quae ita Germ. reddenda: Sicher ist, dafs die Kaiserin Plancinen Winke gegeben, in weiblich-eifersüchtigem Bestreben, Agrippinen zu kränken. Absolute dictum *monuit*, et genitivus gerundii *insectandi* pendet ex ablat. abs. *muliebri aemulatione*. Haec interpretatio unice congruit verbis seqq. quibus continetur causa talis aemulationis muliebris, cuius etiam mentio fit 2, 72. et 4, 40." *Roth.* ad Tac. Agr. p. 264 sqq. Cf. ad 2, 43, 2. et Ind. III. v. *Genitivi Gerundiorum*. In ed. Spir. *et vetus penitus — et alia — irrupere*. — *Irritum obsidium* Tigranocertae, de quo v. cap. 4. — *manu et copiis* vel synonyma vel per *ἓν διὰ δυοῖν* dicta pro manu copiarum; *Roth.* de Synon. ap. Tac. p. 21. Malim exponere: militibus et commeatu. Cf. cap. 4. (*Tigranocertam urbem copia defensorum validam — et provisi ante commeatus*) et ad 3, 54, 2. — *pro Syria*: „id. qd. *in Syria*. Cf. ad 2, 81, 1." *Kiessl.* Sed h. l. *aliae pro Syria* videntur esse legiones ad Syriam occupandam destinatae. Cf. Ind. II. v. Pro, *δ*. — *ultro*, v. ad 3, 36, 1. — *sibi imbecillum equitem* esse reputabat. Cf. ad 14, 6, 1. *imbecillum equitem, pabuli inopiam* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Walth. *imb. equitem pabuli inopia* edd. cet. — *exorta vi locustarum aberat quicquid herbidum aut frondosum* MSS. Flor. Corb. ed. Spir. *vi-abederat* MS. Bud. *exorta vis l. abederat* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. *exorta vis l. ambederat* edd. Lips. Pich. sqq. Quae lectiones ex ingenio correcto-

rum fluxisse videntur. In MS. Corb. *floridum* pro *frondosum*. Ceterum *vi locustarum* Syriam aliasque Orientis regiones saepius infestari notissimum est e sacris literis et itinerariis Hasselquistii p. 153. 432. Shaw. p. 165 sqq. Tavernierii I. p. 165. Chardin. Voy. II. p. 221. Cf. Don Ignaz de Asso y del Rio Abhandl. v. d. Heuschrecken mit e. Anh. von Tychsen Rost. 1687. Harmar's Beob. über den Orient. I. p. 201 sqq. Oedmann verm. Samml. aus der Naturk. II, 76 sqq. III. 84 sqq. VI, 75. Iahn bibl. Archaeol. I, 1. p. 164 sqq. Bocharti hist. anim. II, 4, 1 sqq. — *metu abstruso*, v. ad 3, 6, 2. *m. obstruso* MS. Corb. — *super petenda* ab eo. — *firmanda:* in MS. Guelf. *syllana*. — *omittere* MSS. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3 sqq. *amittere* MS. Corb. et ed. Spir. Cf. ad 3, 47, 1. — *Tigranocertam*, v. ad c. 4. n. 1.

CAPUT VI.

Haec plures ut formidine regis et Corbulonis minis patrata ac magnifica extollebant. Alii *occulte pepigisse* interpretabantur, *ut omisso utrinque bello et abeunte Vologese Tigranes quoque Armenia abscederet. Cur enim exercitum Romanum a Tigranocertis deductum? cur deserta per otium, quae bello defenderant? An melius hibernavisse in extrema Cappadocia, raptim erectis tuguriis, quam in sede regni modo retenti? Dilata prorsus arma, ut Vologeses cum alio quam cum Corbulone certaret, Corbulo meritae tot per annos gloriae non ultra periculum faceret.* Nam, ut retuli, proprium ducem tuendae Armeniae poposcerat, et adventare Caesennius Paetus audiebatur; iamque aderat, copiis ita divisis, ut quarta et duodecima legiones addita quinta, quae recens e Moesis excita erat, simul Pontica et Galatarum Cappadocumque auxilia Paeto obedirent, tertia et sexta et decima legiones priorque Syriae miles apud Corbulonem manerent, cetera ex rerum usu sociarent partirenturve. Sed neque Corbulo aemuli patiens, et Paetus, cui satis ad gloriam erat, si proximus haberetur, despiciebat gesta, nihil caedis aut praedae, usurpatas nomine tenus urbium expugnationes, dictitans: se tributa ac leges et pro umbra regis Romanum ius victis impositurum.

1. *patrata:* in MS. Agr. *peracta*. — *ac magnifica* MSS. Flor. Corb. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. Agr. edd. Rhen. 2. 3 sqq. nisi quod *et* pro *ac* in plerisque edd. Cf. Ind. II. *magnifice* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Ern. Bip. Ob. Lün. Bekk. Kiessl. *ac magnifica* omissa in MS. Reg. et ed. Spir. Quod fortasse optimum: latinius tamen *magnifice* quam *ac magnifica; Ern.* Neutrum concedendum. — *pepigisse* Vologesen et Corbulonem. — *omisso utrimque bello*: male *amisso u. b.* ed. Spir. Cf. ad 3, 47, 1. — *a Tigranocertis*, v. ad c. 4. n. 1. *a* omissum in ed. Spir. — *per otium*, h. l. ob segnitiem; sed 12, 12. pacis tempore. Cf. ad 1, 2, 5. et Ind. III. v. *Per.* ב et *β*. — *Dilata prorsus arma*, v. ad 1, 2, 1.

2. *ut retuli* c. 3. — *tuendae Armeniae* sc. causa; *Iac. Gron.* Sed h. l. sunt dativi. Cf. ad 1, 3, 8. — *Caesennius Paetus*: in ed. Spir. *Cesenius Petus*, in MS. Guelf. et edd. Put. 1. 2. *Cesennius Petus*. v. ad 14, 29, 1. — *quarta et decima legiones addita quinta* — *tertia et sexta et decima*, cf. 4, 5. 13, 40. et Ind. II. v. *Legiones*. *legione* MS. Guelf. et ed. Spir. — *e Moesis*: nam incolae Moesiae dicuntur *Moesi*, (ut ap. Eu-

trep. 5, 4.) Gr. *Μυσοί*. An scrib. *e Moesia?* In ed. Spir. *a Moesiis*. — *cui satis ad gloriam erat*: „pro *fuisset*, ut imperfectum apud Graecos addito *ἄν*.. v. Matthiae Gr. §. 509. et Ramshorn. Gr. §. 166. p. 410. Supervacanea igitur est emendatio Hilleri racem. 16. *cui non satis ad g. e.*" *Walth*. — *despiciebat* (verbis elevabat) *gesta* (a Corbulone) *dictitans* cet. ut eadem fere Minucius et Varro, de quorum superbia, temeritate et fatis simillima tradit Liv. 22, 27 sqq. 38 sq. — *umbra regis*, dati Armeniis a Romanis, Tigranis. v. 14, 26. et 15, 1. Ita et *simulacrum*, *nomen*, *species*, Gr. *σκιά*, *καπνὸς*, Germ., Schattenkönig.

CAPUT VII.

Sub idem tempus legati Vologesis, quos ad Principem missos memoravi, revertere irriti, bellumque propalam sumptum a Parthis. Nec Paetus detrectavit, sed duabus legionibus, quarum quartam Funisulanus Vettonianus eo in tempore, duodecimam Calavius Sabinus regebat, Armeniam intrat tristi omine. Nam in transgressu Euphratis, quem ponte tramittebant, nulla palam causa turbatus equus, qui consularia insignia gestabat, retro evasit; hostiaque, quae muniebantur, hibernaculis assistens semifacta opera fuga perrupit seque vallo extulit; et pila militum arsere, magis insigni prodigio, quia Parthus hostis missilibus telis decertat.

1. *legati Vologesis, quos ad Pr. missos memoravi* cap. 5. *legati Vologesi regis* MS. Corb. Cf. ad 13, 7. extr. — *bellumque propalam sumptum a Parthis*, v. ad 2, 45, 1. — *Funisulanus* MSS. Flor. Reg. edd. Ern. sqq. ut et ap. Cic. ep. ad Att. 5, 4. 10, 15. *Funisolanus* MS. Agr. et ed. Spir. ut in titulo nuper reperto, in quo multiplices eius honores memorantur. v. Brot. *Fumisulanus* MS. Corb. *Fimisulanus* MS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. *Famisulanus* edd. Ber. Rhen. 1. 2. 3 sqq. Sed *Vectoniarius* MS. Flor. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Vectonianus* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Rhen. 2. 3 sqq. ante Ern. *Vectomanus* MSS. Corb. Agr. *Vetoianus* ed. Spir. *Vettonianus* edd. Ern. sqq. Similiter *Veckius* et *Vettius* confunduntur. Cf. ad 11, 30. 31. 15, 3. H. 2, 65. 97. 3, 45. A. 8. 16. — *Calavius Sabinus* MSS. Flor. (nam siluit Vict. ad ed. Ber.) Guelf. et omnes edd. *Calanius S.* MSS. Reg. Corb. *Calvius S.* MS. Harl. *Flavius S.* coni. Ursinus et *Calvisius S.* (ut 6, 9. et H. 1, 48.) Freinsh. — *regebat* (ut legatus) MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. *regebant* MS. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. et dein omnes. Cf. ad 12, 45, 1. — *tristi omine*, quod tria prodigia fecerant; unde *ominibus* c. 8 princ. De his v. ad 12, 64, 1. *tristione* (pro *tristi ōne*) MS. Flor. teste Furia.

2. *quem ponte tramittebant* MS. Flor. (test. Vict. et Furia) ed. Walth. quae scriptura plerumque reperitur in MS. Flor. et h. l. post *transgressu* mollior est. *transmittebant* MSS. Harl. Bodl. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *transmittebat* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3 sqq. — *nulla palam causa*, ut 14, 32 princ. Cf. ad 11, 22, 1. — *turbatus* (consternatus) equus, *qui consularia insignia gestabat* Caesennii Paeti, (v. ad 14, 29, 1.) *retro evasit*, refugiendo. „Mos infrequens et inobservatus de hoc equo. Memoratur tamen ab Obseq. 129. et Plut. in Crasso c. 36. Ille inter ea, quae Pansae consuli haud laeta evenerant, sic narrat: *equus phaleratus in ipsius conspectu festinans concidit*. Hic inter prodigia pariter futurae cladis: *ἵππος δὲ τῶν στρατηγικῶν ἐπιφανῶς κεκοσμημένος*,

βίᾳ συνεπισπάσας τὸν ἡνίοχον εἰς τὸ ῥεῖθρον ὑποβρύχιος ἠφανίσθη. Dionysius Hal. 10, 24. qua parte de L. Quinctio agit dictatore iam electo: *ὡς δὲ ἐγγὺς ἦν, ἵππους τε αὐτῷ φαλάροις κεκοσμημένους εὐπρεπέσι προσῆγον, καὶ πελέκεις ἅμα ταῖς ῥάβδοις, ἐσθῆτάς τε ἀλουργᾶς καὶ τὰ ἄλλα παράσημα, οἷς πρότερον ἡ τῶν βασιλέων ἐκεκόσμητο ἀρχή, προσήνεγκαν.* Inde apparet, equum unum pluresve cum ornatu imperatorio et consulari, si eum magistratum dux gessisset, e publico datos, non aliud quam specimen et notam dignitatis." *Lipsius. consiliaria* MS. Flor. (test. Vict. et Furia) eraso *u.* — *hostia,* taurus Marti immolandus; *Brot. ostia quaeque muniebantur* MS. Flor. teste Furia. *hostiam quae muniebantur — perrumpit* ed. Spir. *hostiaque muniebantur — p̃rupit* (h. e. *praerupit*) MS. Guelf. — *pila militum arsere,* quod ad vim et naturam aëris electrica materia gravidi referendum, ut flammae subito visae in antennis navium, in spiculis signisque castrorum terrae infixis, in puerorum virorumve capitibus ap. Liv. 1, 39. 22, 1. 25, 39. 33, 26. 34, 45. 39, 22. 43, 15. al. Cf. ad 12, 64, 1. — *Parthus hostis missilibus telis decertat,* cf. ad 6, 35, 1. *hostis* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. edd. omnes nisi quod *hostilis* est in Ber. *hostes* MS. Corb.

CAPUT VIII.

Ceterum Paetus, spretis ominibus nec dum satis firmatis hibernaculis, nullo rei frumentariae provisu, rapit exercitum trans montem Taurum reciperandis, ut ferebat, Tigranocertis vastandisque regionibus, quas Corbulo integras omisisset. Et capta quaedam castella, gloriaeque et praedae non nihil partum, si aut gloriam cum modo, aut praedam cum cura habuisset. Longinquis itineribus percursando, quae obtineri nequibant, corrupto, qui captus erat, commeatu et instante iam hieme reduxit exercitum composuitque ad Caesarem literas, quasi confecto bello, verbis magnificis, rerum vacuas.

1. *spretis ominibus* MS. Harl. in marg. et edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3 sqq. In iisdem *necdum:* sed *spr. omnibus nedum* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. ed. Spir. — *nullo rei frumentariae provisu,* cf. ad G. 8. n. 1. et Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita.* — *rapit exercitum — reciperandis Tigranocertis,* cf. ad 2, 19, 1. et Ind. III. v. *Gerundia in dativo. reciperandis* edd. Lips. sqq. *recuperandis* MS. Guelf. ed. Spir. *recipiendis* edd. cet. Cf. ad 1, 74, 3. *Tigranocertis* sive *Tygran.* MS. Guelf. edd. omnes et in his Ber. ad quam siluit Vict. Cf. c. 4. ibique nota 1. — *integras omisisset,* v. ad 3, 47, 1. Paulo post *praedae unde nihil partum* MS. Guelf.

2. *percursando, quae obtineri nequibant,* cf. ad Agr. 23. n. 1. — *et instante iam hieme* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. edd. Spir. Lips. sqq. *ut inst. i. h.* edd. cet. Paulo post *verbis magnificas* edd. Lips. Pich. Grut.

CAPUT IX.

Interim Corbulo nunquam neglectam Euphratis ripam crebrioribus praesidiis insedit et ne ponti iniiciendo impedimentum hostiles turmae afferrent, (iam enim subiectis campis magna specie volitabant) naves magnitudine praestantes et connexas trabibus ac turribus auctas agit per amnem, catapultisque et ballistis proturbat barbaros, in quos saxa et hastae longius

permeabant, quam ut contrario sagittarum iactu adaequarentur. Dein pons continuatus collesque adversi per socias cohortes, post legionum castris occupantur, tanta celeritate et ostentatione virium, ut Parthi, omisso paratu invadendae Syriae, spem omnem in Armeniam verterent.

1. *nunquam neglectam E. ripam:* in MS. Guelf. *n. neglecta E. ripa* et, ut in Bud., *ut ne ponti* cet. — *praesidiis*, quae cap. 12. princ. dicuntur *munimenta Euphrati imposita* et c. 17 extr. *castella trans Euphratem*. Cf. ad 2, 67, 1. — *subiectis campis magna specie volitabant* hexameter. Cf. ad 1, 1, 1. ad G. 39. n. 4. Ind. III. v. *Versus* (ubi locis Taciti laudatis adde Ann. 1, 71.) Voss: die Zeitmessung der d. Sprache p. 249. 250. et in Epistola ad Fr. A. Wolfium data Vol. II. p. 233. „Annalium τηλαυγὲς πρόσωπον ab hexametro graviter ad aures accidente orditur; quod utrum casu acciderit an ratione institutum sit, qui quaesivere, non satis attenderunt, quod eiusmodi scriptores, quales sunt Sallustius, Livius, Tacitus, tum ingenio suo poeticum spirantes, tum in poematis Romanorum historicis a prima aetate probe versati, ad versus heroicos casu fundendos in primis inclinabant. Id qui meminerunt, in his versibus Ennianum sive priscum quoddam agnoscent atque inde intelligent, cur satis graves, sed parum numerosi decurrant.“ *Ritter*. *subiectis campis*, flumini adiacentibus; Ern. Cf. ad H. 3, 63. princ. *magna specie*, ita ut magna videretur multitudo. Cf. ad 2, 6, 1. Liv. 29, 25. 36, 10. extr.

2. *naves connexas trabibus ac turribus auctas*, v. ad 1, 3, 2. et H. 3, 47, 7. *conexa* MS. Flor. teste Furia. — *proturbat barbaros*: in MS. Guelf. *perturbat b.* Deinde *in quo saxa — permanebant* MSS. Flor. Guelf. ed. Spir.

CAPUT X.

Ubi Paetus imminentium nescius quintam legionem procul in Ponto habebat: reliquas promiscuis militum commeatibus infirmaverat, donec adventare Vologesen magno et infenso agmine auditum. Accitur legio duodecima et, unde famam aucti exercitus speraverat, prodita infrequentia: qua tamen retineri castra et eludi Parthus tractu belli poterat, si Paeto aut in suis aut in alienis consiliis constantia fuisset. Verum ubi a viris militaribus adversus urgentes casus firmatus erat, rursus, ne alienae sententiae indigens videretur, in diversa ac deteriora transibat: et tunc relictis hibernis, non fossam neque vallum sibi, sed corpora et arma in hostem data clamitans, duxit legiones quasi proelio certaturus. Deinde, amisso centurione et paucis militibus, quos visendis hostium copiis praemiserat, trepidus remeavit, et quia minus acriter Vologeses institerat, vana rursus fiducia tria millia delecti peditis proximo Tauri iugo imposuit, quo transitum regis arcerent. Alares quoque Pannonios, robur equitatus, in parte campi locat. Coniunx ac filius castello, cui Arsamosata nomen est, abditi, data in praesidium cohorte ac disperso milite, qui in uno habitus vagum hostem promptius sustentavisset. Et aegre compulsum ferunt, ut instantem Corbuloni fateretur; nec a Corbulone pro-

peratum, quo gliscentibus periculis etiam subsidii laus augeretur. Expediri tamen itineri singula millia ex tribus legionibus et alarios octingentos, parem numerum e cohortibus iussit.

1. *Ubi Paetus* MS. Flor. (test. Vict. et Furia) edd. Spir. Bekk. Walth. *Ibi P.* MS. Guelf. et edd. cet. *Ibi*, tum temporis; *Ern.* — *quintam legionem* — *reliquas*, quartam et duodecimam. v. cap. 6. — *promiscuis militum commeatibus*, venia et potestate aliquamdiu ab exercitu castrisve abeundi (ut H. 1, 46. et Agr. 5.) sine discrimine concessa. — *infenso agmine*, cf. ad 6, 34, 1. *indefesso a.* ed. Spir. haud inepte; *Walth.* — *unde famam aucti exercitus speraverat* MSS. Bud. Guelf. aliique Broterii, edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. Ern. sqq. *unde famam a. e. sperat* edd. Rhen. 3. et sqq. usque ad Ern. *fama* MSS. Flor. (teste Iac. Gron. non Vict. et Furia) Reg. ed. Spir. lineola super altero *a* omissa. *fama a. e. sperata erat* coni. Iac. Gron. — *prodita est infrequentia* exercitus, ut al. *infr. signorum* vel *infrequentia signa. proditur* malebant Bip. — *eludi Parthus poterat*, v. ad 2, 52, 2. — *tractu belli*, si bellum traheretur. — *a viris militaribus*, v. ad 12, 60, 1. — *et tunc:* in MS. Agr. *et nunc*, in MS. Corb. *et nunc . . . nunc neque fossam.* — *deinde:* in ed. Spir. *dein.* — *quos visendis*, explorandis, *hostium copiis praemiserat*, cf. Ind. III. v. *Gerundia in dativo.*

2. *delecti peditis* edd. Pich. sqq. *delecti pedites* MSS. Flor. (test. Vict. et Furia) Reg. Corb. Agr. ed. Spir. *delectorum* MSS. Harl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. Paulo post *quae* vel *qui* pro *quo* scribendum censebant Mur. I. Fr. Gron. et Ern. — *alares*, v. ad 4, 73, 1. — *Arsamosata* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. ut Ἀρσαμόσατα ap. Ptol. 5, 13. *Asamosata* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Armosata*, Ἀρμόσατα, ap. Polyb. 8, 25, 1. Plin. 6, 9. s. 10. Spanhem. de pr. num. p. 905. ed. pr. *ΑΡΜΟΣΑΤΤΗΝΩΝ* in num Musei Medicei, qui spurius videbatur Harduino ad Plin. l. l. et in quo *ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΝ* corrigendum putabat Vaill. num. Gr. Imp. p. 56. *Arsamosata* vel *Armosata* est oppidum Armeniae maioris inter Euphratem et Tigridem, quod hodie *Simsat* dicitur; *Brot.* — *qui in uno habitus* loco *hostem promptius sustentavisset*, facilius sustinuisset eius vim et impetum. *in uno* MSS. Flor. Reg. Corb. Guelf. (a m. sec.) Bud. edd. Spir. Pich. sqq. *in unum* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. (a m. pr.) et edd. cet. — *Et aegre* MSS. Flor. et alii, edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Pich. sqq. Copula omissa in MSS. Bud. Guelf. (in quibus supra est adscripta a m. eadem) edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Mic. Lips. Oberl. Bekk. Lün. Sed v. ad 1, 11, 2. *ut aegre* ed. Spir. — *instantem*, instare sibi sc. *hostem*, quod proxime praecedit; Walth. Perperam *tempestatem* intelligebat Hiller. racem. 10. coll. Cic. Cat. 1, 9. et Vell. 2, 100. *instatem* MS. Guelf. omissa lineola. *necessitatem* coni. Ern. sine necessitate. — *Corbuloni:* in ed. Spir. *Corboloni*, ut ubivis. — *Expediri itineri*, ut H. 2, 99. — *tribus legionibus*, tertia, sexta et decima. v. cap. 6.

CAPUT XI.

At Vologeses, quamvis obsessa a Paeto itinera hinc peditatu inde equite accepisset, nihil mutato consilio, sed vi ac minis alares exterruit, legionarios obtrivit, uno tantum centurione Tarquitio Crescente turrim, in qua praesidium agitabat, defendere auso factaque saepius eruptione et caesis, qui barbarorum propius suggrediebantur, donec ignium iactu circumveniretur. Peditum si quis integer, longinqua et avia, vulnerati castra re-

petivere, virtutem regis, saevitiam et copias gentium, cuncta metu extollentes, facili credulitate eorum, qui eadem pavebant. Nec dux quidem obniti adversis, sed cuncta militiae munia deseruerat, missis iterum ad Corbulonem precibus, *veniret propere, signa et aquilas et nomen reliquum infelicis exercitus tueretur: se fidem interim, donec vita suppeditet, retenturos.*

1. *hinc peditatu, inde equite*: in MS. Bud. *hinc p. hinc eq.* Cf. ad G. 44. n. 3. Paulo post Faernus delendum censebat *sed*, quod est sane alienum ac durum; *Ern.* „Immo Tacitus imitatur Graecos, qui eodem usu per voculam ἀλλὰ participium et verbum finitum copulant. Sic Herodot. 1, 131. *Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι τοιοῖσδε χρεωμένους ἀγάλματα — ἱδρύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖσι ποιεῦσι μωρίην ἐπιφέρουσι.*" *Walth.* — *alacres*, v. ad 4, 73, 1. — *obtrivit*, cf. ad H. 1, 76, 1. — *factaque saepius eruptione* MSS. Flor. Corb. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Spir. Iac. Gron. Walth. *facta s. e.* edd. cet. „Verum *que* et sequens *et* aptissime invicem sibi respondent, ut 4, 3. 34. 12, 37." *Walth.* — *suggrediebantur*, ut *succedere*, de quo v. ad 2, 20, 2. — *circumveniretur:* in MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. *circumvenirentur* sc. centurio cum suis militibus, haud absurde; *Walth.* — *longinqua et avia* MS. Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3 sqq. *per longinqua et avia* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. „Quod ita ferri posse censeo, ut post *avia* verbum finitum intelligas. Cf. ad 1, 32, 2." *Walth.* Natum *per* e terminatione praecedentis verbi; *Ern.* — *facili credulitate*, cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita.*

2. *Nec dux quidem* edd. Spir. Put. 1. 2. Rhen. 1. *Ne dux quidem* MS. Guelf. edd. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 2. 3. sqq. Cf. ad 4, 35, 1. — *missis iterum ad C. precibus*, literis, quibus precaretur. Cf. cap. 10. extr. *iterum* MSS. Flor. Bud. Bodl. Agr. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *item* MSS. Harl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. quod natum e compendio scripturae; *Ern.* — *nomen reliquum infelicis exercitus*, v. ad 3, 17, 2. — *retenturos* MSS. Flor. (teste Pich. non Vict. aut Furia) Bud. Guelf. et edd. omnes praeter Lips. et Kiessl. in quibus est *retenturum*. — *donec vita suppeditet*, v. ad 4, 4, 2.

CAPUT XII.

Ille interritus et parte copiarum apud Syriam relicta, ut munimenta Euphrati imposita retinerentur, qua proximum et commeatibus non egenum, regionem Commagenam, exin Cappadociam, inde Armenios petivit. Comitabantur exercitum praeter alia sueta bello magna vis camelorum onusta frumenti, ut simul hostem famemque depelleret. Primum e perculsis Pactium primi pili centurionem obvium habuit, dein plerosque militum; quos diversas fugae causas obtendentes redire ad signa et clementiam Paeti experiri monebat: se nisi victoribus immitem esse. Simul suas legiones adire, hortari, priorum admonere, novam gloriam ostendere: *non vicos aut oppida Armeniorum, sed castra Romana duasque in iis legiones pretium laboris peti. Si singulis manipularibus praecipua servati civis corona imperatoria manu tribueretur, quod illud et quantum decus, ubi par eorum numerus apisceretur, qui attulissent salutem et qui accepissent!* His atque talibus in commune alacres (et erant,

quos pericula fratrum aut propinquorum propriis stimulis incenderent) continuum diu noctuque iter properabant.

1. *Ille* (Corbulo) *interritus:* in MS. Agr. (a m. sec.) et ed. Spir. *Ille intentus.* — *apud Syriam,* cf. Ind. II. v. *Apud.* — *munimenta Euphrati imposita,* cf. cap. 9. princ. — *qua* parte *proximum* erat, h. e. provincias et loca proxima. — *praeter alia sueta* in *bello* comitari. *sueta* MSS. Flor. Bud. Guelf. edd. Spir. Pich. sqq. *assueta* edd. cet. — *magna vis* (v. ad 11, 9, 1.) *camelorum onusta frumenti,* ut *aulam onustam auri* ap. Plaut. Aul. 4, 2, 10. *frumento* edd. Lips. (inde a sexta) et sqq. ante Ern. „De usu camelorum in bello v. Schel. ad Hygin. p. 94." *Ern.* — *hostem famemque depelleret,* cf. ad G. 23. n. 3. extr. Contraria de Paeto tradita cap. 8 princ. *depellerent* MS. Guelf. — *Primum e perculsis:* in ed. Spir. *primumque perculsis,* in MS. Agr. *primisque p.* — *Pactium* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. *Paccium* MS. Flor. (test. Vict. et Furia) ed. Spir. Cf. ad 13, 36, 2. ubi nulla est scripturae varietas; sed alium hominem designari putant Lips. et Ricklefs, scil. *Pactium Orphitum primipili honore perfunctum,* non *perfungentem.* Cf. tamen Ind. III. v. *Participia Perf. verborum depon. ἀορίστως posita pro part. praes.* In MS. Agr. *Pacuvium.* — *primi pili centurionem,* v. ad 2, 11, 1. — *se nisi victoribus immitem esse:* „voce plena gravitatis et disciplinae profugos redire ad signa et duci, cui a Caesare attributi essent, causam probare *monet,* iubet, (cf. ad 11, 1.) si forte veniam det ille: se nullam fugae excusationem accipere nec desertoribus ignoscere." I. Fr. *Gron.* Se iis tantum, qui fortiter pugnarent et vincerent, *mitem* et clementem, fugitivis *immitem* esse; *Brot.* et *Walth.* *mitem* corr. Stromb. et alii.

2. *priorum admonere* fortiter feliciterque gestorum. v. 13, 39. et 14, 23 sqq. — *in iis:* MS. Guelf. *in his* et ed. Spir. *ex his.* — *praecipua servati civis corona,* cf. ad 2, 83, 1. et locus sim. Plin. 22, 4. — *imperatoria manu tribueretur:* „nam libera re publica civis servatus servatori propria manu coronam dabat. v. Gell. 5, 6. Cic. p. Planc. c. 30. Polyb. 6, 39. al. Postea servati ab imperatore coronas accepisse videntur, non ut sibi servarent, sed ut servatoribus imponerent. Ita Cuper. in expl. gemmae Augusteae ap. Polen. T. II. p. 204." *Ryck.* — *quod illud* sc. *esse,* quod additum in MS. Agr. — *ubi par eorum numerus* — *accepissent:* si non singuli aut nonnulli, sed duae legiones adipiscerentur civicas coronas ob servatas duas legiones; *Brot.* „Sententia est: si unus de multis unum civem servasset ac propterea corona civica tanquam praecipuo virtutis praemio ab imperatore donaretur, quod et quantum decus, ubi par servantium ac servatorum numerus? Inane igitur et supervacuum est verbum *apisceretur,* quod primum sententiam impedit, tum obiecto caret, deinde aliena infert, quum non solum servatores sed etiam servati decus illud *adipisci* dicantur." *Ritter.* „Brevitas scriptoris interpretibus tenebras offudit. Plenius dixisset: ubi tam multi coronam servati civis apiscerentur, *ut par esset eorum numerus, qui — accepissent,* qui servassent cives et qui servati essent. Nam *duae legiones* tunc *pretium laboris* erant. Hoc tenendum est, ne acumen sententiae pereat: *par* enim *numerus* ille tum demum *praecipuum decus* afferre potest, si multi sunt servatores et servati. Peccarunt interpretes in eo, quod in Corbulonis verbis quaererent sententiam in universum dictam, quasi *par numerus* servantium et servatorum omnino decus augere dicatur. Id si Corbulo voluisset, potius dixisset *afferrent* et *acciperent.* Iam vero per formam aoristi *attulissent* et *accepissent* satis ostendit, sermonem esse de illo eventu, qui tunc agebatur. Lipsius et Stromb. pro *apisceretur* volebant *aspiceretur,* quo sententiam non commodiorem fieri vidit Ern. Speciosior esse videtur coniectura, ex qua Ricklefs pro *et* ponit *ac* vi

comparandi. Sed Tacitus eadem vi in tali contextu *et* ponit pro *ac*, ut H. 1, 72. *diverso affectu, quibus odium Neronis inerat et quibus desiderium.*" *Walth.* „Dictum *par et* ut Gr. ἴσος καί, Germ. eben so grofs als." *Kiessl.* *per eorum numerum adipiscerentur* MS. Reg. *apisceretur* MS. Flor. edd. Ryck. Iac. Gron. Bip. sqq. *adipisceretur* MSS. Corb. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. Agr. edd. vet. — *His atque talibus* (v. ad 11, 17, 1.) — *alacres* facti, incensi, *in commune*, communiter, universe, ut Gr. εἰς τὸ κοινόν, Gall. en général, généralement, Germ. im Allgemeinen, ut *in publicum, in medium, in unum*. Cf. Ind. II. v. *Communis* et *In*. — *diu noctuque* (ut H. 1, 5. ap. Sall. et Plaut.) MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Lips. sqq. *die noctuque* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. cet. ut H. 3, 76. „Quaeritur, utrum sit verum. Puto utrumque." *iter properabant*, v. ad 1, 28, 2. et G. 20. n. 7.

CAPUT XIII.

Eoque intentius Vologeses premere obsessos, modo vallum legionum, modo castellum, quo imbellis aetas defendebatur, appugnare, propius incedens quam mos Parthis, si ea temeritate hostem in proelium eliceret. At illi vix contuberniis extracti, nec aliud quam munimenta propugnabant, pars iussu ducis et alii propria ignavia, ut Corbulonem opperientes, ac, si vis ingrueret, provisis exemplis Caudinae ac Numantinae cladis. *Neque eandem vim Samnitibus Italico populo aut Poenis Romani imperii aemulis. Validam quoque et laudatam antiquitatem, quotiens fortuna contra daret, saluti consuluisse.* Qua desperatione exercitus dux subactus primas tamen literas ad Vologesen, non supplices, sed in modum querentis composuit, *quod pro Armeniis semper Romanae ditionis aut subiectis regi, quem Imperator delegisset, hostilia faceret. Pacem ex aequo utilem. Nec praesentia tantum spectaret. Ipsum adversus duas legiones totis regni viribus advenisse: at Romanis orbem terrarum reliquum, quo bellum iuvarent.*

1. *castellum, quo imbellis aetas defendebatur*, Arsamosata. v. cap. 10. — *appugnare* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. usque ad Pich. Cf. ad 2, 81, 1. *defendebatur. Ad pugnam propius i.* MSS. Corb. Bud. Agr. ed. Spir. — *propius incedens*, v. ad 1, 35, 3. — *vix contuberniis*, tentoriis, (cf. Ind. II.) *extracti* sunt, exierunt, *nec aliud quam munimenta propugnabant*, v. ad 4, 31, 2. — *propria ignavia*, segnitie ex pavore orta. — *ut* (quasi) *Corbulonem opperientes* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. priores, Grut. Pich. Ryck. Ern. sqq. *aut Corb. opp.* MSS. Flor. Reg. Corb. Bud. Agr. edd. Spir. Lips. 1607. *aut metu Corb. opp.* MSS. Bodl. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Bern. Gron. „Vitium, ut saepe, inde exortum est, quod *a* in fine vocabuli praecedentis cum *ut* coaluerat, quanquam satis dubito, annon restituenda sit scriptura MS. Flor. quae in se nihil habet absurdi." *Walth.* *ignavia Corbulo opperiens* MSS. Harl. Ies. — *ac si vis ingrueret* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. sqq. *ac vis ingr.* MS. Flor. (test. Vict. et Furia) ed. Spir. Hinc *ac vis si ingrueret* recte, opinor, coni. *Walth.* — *provisis exemplis*, quibus excusarent talem ignaviam. Cf. Ind. II. v. *Providere.* — *Caudinae cladis* a Samnitibus a. U. 433. ad Caudinas furculas, *ac Numantinae*, apud Numantiam in Hispania Tarraconensi a. U. 617. et saepius per XX annos Romanis illatae. Illa est notissima e Liv. 9, 2—19. et Floro 1, 16. haec et

Floro 2, 18. *Caudinae ac Numantinae cladis. neque eandem* cet. MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. *Caudinae: Num antinaeque: eandem* ed. Spir. et sic MS. Flor., si Victorio, et *caudine numantineque eandem*, si Furiae fides habenda. „Terminatio vocabuli *Caudinae* absorpsit voculam *ac*, et *neque* coaluit cum terminatione vocis *Numantinae*. An *cladis* in tali contextu omitti possit, valde dubito. *Caudinae Numant. deditionis* MS. Agr. quae scriptura debetur emendatori.“ *Walth.* — *neque eandem vim* (haec sunt cogitata illorum) *Samnitibus Italico populo aut Poenis Romani imperii aemulis* scil. fuisse quae Parthis sit. Ita MS. Guelf. et omnes edd. ante Bip. nec quisquam e MSS. enotavit varietatem scripturae. *Samnitibus* (et) *Numantino populo ac Parthis Rom. i. a.* substituere Bip. *Sam. It. pop. aut Hispanis* (Numantinis) *ac* vel *quam Parthis Rom. i. a.* coni. I. Fr. Gron. idque receperunt Oberl. et Lün. „At hoc est vim inferre scriptori: nam ne vestigium quidem eius scripturae et additamenti est in vett. libris. Hinc Bekkerus et Kiessl. uncis inclusere *ac Parthis.* Retinuere *Hispanis*. Sed *Hispani* nunquam satis apte dici poterunt *Romani imperii aemuli.* Obiiciunt quidem, Numantinam cladem non pertinere ad bella Punica, et recte, si stricte rem accipis. Verum bella Romanorum in Hispania gesta omnino a Poenis coepere. Cf. Flor. 2, 17. *Nec cum Hispanis initio, sed cum Poenis in Hispania* sc. dimicatum est. *Inde contagio et series causaque bellorum.* Quanquam igitur Numantia post Carthaginem demum deleta est, satis tamen constat, bellum Numantinum arctissime cohaerere cum dimicatione adversus Poenos, immo exodium quasi fuisse atque appendicem belli Punici. Quod quum ita sit, nil impedit, quo minus *Numantina* illa *clades* referatur inter damna Romanorum ab *aemulis imperii* sui *Poenis* accepta.“ *Walth.* Ritter dedit *aut Hispanis quam Romani imperii aemulis* h. e. Parthis. — *Validam quoque* — *antiquitatem*, Romanos priscos et potentes. — *quotiens fortuna contra daret* scil. se, vel res, casus. Cf. H. 1, 65. extr. et Ind. III. v. *Ellipses* nr. 6. et 14. et 20. *contradiceret* MS. Bud.

2. *Qua desperatione*: in MS. Guelf. *contra desperationem*. Paulo post *primas tantum* ed. Spir. quia librarius male intellexerat compendium scripturae *tñ* in MS., quod etiam est in edd. Put. — *pro Armeniis semper Romanae ditionis*, cf. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 1. γ. *dicionis* MS. Flor. teste Vict. Cf. Wagner ad Virg. Aen. 1, 236. — *subiectis regi, quem Imperator* Rom. *delegisset*, cf. 14, 26. 15, 1. et ad 2, 3, 2. *subiectis rei* MS. Flor. *subiectis r. p. q̄ imperator d. et hostilia* ed. Spir. — *pacem ex aequo utilem*, cf. ad 12, 12, 1. et Agr. 20. n. 3. *utile* MS. Flor. teste Furia. *utili* et *ne praesentia* (ut MS. Guelf. et ed. Spir.) MS. Bud. unde Rhen. coni. *pace ex aequo utili ne pr. t. s.* In MS. Guelf. *tamen* pro *tantum*.

CAPUT XIV.

Ad ea Vologeses nihil pro causa, sed opperiendos sibi fratres Pacorum ac Tiridaten rescripsit: *illum locum tempusque consilio destinatum, quo de Armenia cernerent: adiecisse deos dignum Arsacidarum, simul ut de legionibus Romanis statuerent.* Missi posthac a Paeto nuntii et regis colloquium petitum, qui Vasacen praefectum equitatus ire iussit. Tum Paetus Lucullos, Pompeios et si qua Caesares obtinendae donandaeve Armeniae egerant, Vasaces imaginem retinendi largiendive penes nos, vim penes Parthos memorat: et multum invicem disceptato, Monobazus Adiabenus in diem posterum testis iis, quae pepigissent, adhibetur. Placuitque liberari obsidio legiones et de-

cedere omnem militem finibus Armeniorum castellaque et commeatus Parthis tradi: quibus perpetratis copia Vologesi fieret mittendi ad Neronem legatos.

1. *fratres Pacorum ac Tiridaten*, cf. Ind. I. *et Tiridatē* ed. Spir. — *illum locum tempusque consilio destinatum, quo* (scil. consilio h. e. consultatione; cf. ad G. 11. n. 2.) *de Armenia* (de eius possessione) *cernerent*, decernerent, ut paulo post *statuerent* et Gr. κρίνειν, διακρίνειν. cf. ad H. 3, 70. *Illum locum*, quo nunc Vologeses et Paetus subsisterent et quo vocati essent Pacorus ac Tiridates: quod fictum potius quam verum videtur. De loco illo v. ad c. 15. n. 1. et c. 28. n. 1. *illum locum t. c. d.* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *locum illum t. c. d.* ed. Spir. *locum illis* (a fratribus suis) *t. c. d.* MS. Agr. edd. Ryck. Oberl. Lün. Kiessl. „Bekkerus veterem scripturam restituit. Recte. Sed quaeris *quem locum?* nam de loco nondum dictum est. Verum non de certo quodam loco *illum* accipiendum credas: immo *locus tempusque* solennis est formula de occasione rei agendae, ut 2, 65. 4, 10. H. 2, 80. et *locum diemque* inf. cap. 28. Vocabulum *illum* respicit ad *fratres opperiendos*, ut *illum locum tempusque* intelligas de illa occasione, quam praeberet fratrum conventus.“ *Walth.* Verum et hic et illis locis (praecipue c. 28.) certum potius et tempus et locus significari videtur et quidem h. l. *consilio destinatum.* — *quo de Armenia cernerent* MS. Agr. codex Ursini et edd. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Ryck. Ern. Brot. Bip. Ob. Lün. Kiessl. *quod de A. c.* MS. Reg. Harl. Bodl. ed. Spir. Male. *Quo* et *quid* et *quod* millies propter similitudinem comp. script. in libris confunduntur et h. l. etiam litera *d* e seq. voce adhaesit; *Ern. qui* MS. Guelf. *quid de A. c.* MSS. Corb. Ies. Bud. edd. Put. 1. 2. Rhen. 1. 2. 3. sqq. usque ad Ryck. quod revocarunt Bekk. et Ritter. „Id tolerari potest, ut intelligas: *consilio*, in quo consultarent, *quid* cet. Simile plane illud est c. 16. *literae Neronis*, unde cognosceretur, *an paci annueret.* Verius tamen *quo.*“ *Walth.* „*Consilio, quid cernerent* dictum pro consilio, quo tractaretur quid decernerent, ut 13, 56. *arbitrium, quid darent, quid adimerent.*“ *I. Fr. Gron.* — *adiecisse deos dignum Arsacidarum*, (v. ad 2, 1, 1.) quod Arsacidis dignum esset, *simul ut de legionibus Romanis statuerent*, de duabus Paeti, quae iam in Parthorum potestate essent. *Dignum* substantive dictum, ut 6, 29. et hinc genitivo iunctum, ut *egregium* et similia, de quibus v. ad 3, 70, 2. Cf. Heins. ad Ovid. Trist. 4, 3, 57. Zinzerl. Crit. iuven. promuls. c. 3. Graev. ad Cic. de harusp. resp. c. 24. et Schwabe ad Phaedr. 4, 20. Pro vulg. *simul et* substitui *simul ut*, quod suaserant Vertranius, Ursinus et Bekk. *cernerent; adiecisse deos dignum Arsacidarum*, (ut) *simul et*, etiam, *de leg. Rom. statuerent* omnes edd. vet. ante Ern. et novissimae Bekk. Kiessl. Ex MSS. nihil h. l. enotatum, nisi e cod. Agr. *cernerent, quod se fastigioque dignum Arsacidarum, simul et* cet. quae placuere Ryckio, sed haud dubie ex ingenio correctoris fluxere, ut alia et innumera. *cernerent: (adiecisse deos dignum Arsacidarum) simul et de l. R. st.* edd. Ern. Bip. Oberl. Lün. Sed parenthesis ab h. l. aliena est. „Malui loci rationem insignem facere lineolis, quis ita solemus uti: *cernerent, — adiecisse deos dignum Arsacidarum — simul et* cet. Verba *simul et — statuerent* continuant structuram, quae coepit a *quo.* Interponuntur *adiecisse d. d. A.*, ut sequentia cum maiore gloria efferantur.“ *Walth.* Quae ratio non probabilis est. *quo de Armenia cernerent: adiecisse deos, (dignum Arsacidarum) ut simul et de l. R. st.* coni. Boetticher. Bene; sed non est quod *ut* inseratur: sufficit levissima correctio *simul ut* pro *simul et.* Alii alia commenti sunt, sed haud digna quae recenseantur.

2. *Missi posthac a Paeto nuntii* MSS. Flor. (teste Furia) Corb. Harl. Bodl. Ies. Guelf. unde recepi. Cf. Ind. II. v. *Posthac*. *post* edd. omnes. *aa Paeto* MS. Flor. teste Vict. Quae scriptura arguit, aliud quid, quam quod vulgatur, hic latere; *Walth.* Vix crediderim. — *Vasacen* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. *Vasacem* edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *Vasatem* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Paulo post *Vasaces* MSS. Bud. Guelf. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *Vasacen* MS. Flor. *Vazaces* ed. Spir. *Vasates* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *Tum Paetus:* in ed. Spir. *tunc P.* — *Lucullos, Pompeios et si qua* (v. ad O. 3. n. 2. et c. 36. n. 5.) *Caesares obtinendae donandaeve Armeniae egerant*, cf. Ind. III. v. *Gerundia in dativo.* Post *Lucullum*, qui primus Romanorum Armeniae arma intulerat, et post *Pompeium* non nisi *Caesares*, Imperatores Rom. vel de *obtinenda Armenia* cum Parthis bella gesserunt, vel eam *donarunt* regibus. Cf. Ind. I. v. *Armenia* et *Armenii.* *si qua Caesares* edd. Bernegg. sqq. ex emend. Pich. *siquaces* vel *si quaces* MSS. Flor. Bud. a m. pr. *Siquaces* ed. Spir. *sequaces* MS. Reg. *si qui duces* MSS. Bud. a m. sec. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. usque ad Berneg. *Pompeios et Scipiones obt. don. Arm. arbitros fuisse ait* MS. Agr. — *imaginem — vim*, v. ad 3, 17, 2. — *largiendive* MSS. Flor. Reg. Corb. Bud. Agr. edd. Spir. Ber. Ryck. Iac. Gron. cet. *donandive* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. cet. — *penes nos* MS. Guelf. a m. pr. et edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *penes suos* MS. Guelf. a m. rec. et ed. Spir. — *memorat* MSS. Flor. (teste Furia, non Vict.) Bud. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. sqq. usque ad Gron. *memoravit* edd. Ber. et recentt. inde a Gron. 1672. — *disceptato*, v. ad 1, 46, 1. — *Monobazus* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *Monabazus* ed. Spir. *Monobanzus* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Cf. ad c. 1. n. 2. — *testis iis:* in MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. *t. his.* Cf. ad 2, 43, 1.

CAPUT XV.

Interim flumini Arsaniae (etenim is castra praefluebat) pontem imposuit specie sibi illud iter expedientis; sed Parthi quasi documentum victoriae iusserant: namque iis usui fuit; nostri per diversum iere. Addidit rumor, sub iugum missas legiones et alia ex rebus infaustis, quorum simulacrum ab Armeniis usurpatum est. Namque et munimenta ingressi sunt, antequam agmen Romanum excederet, et circumstetere vias captiva olim mancipia aut iumenta agnoscentes abstrahentesque. Raptae etiam vestes, retenta arma, pavido milite et concedente, ne qua proelii causa exsisteret. Vologeses, armis et corporibus caesorum aggregatis, quo cladem nostram testaretur, visu fugientium legionum abstinuit. Fama moderationis quaerebatur, postquam superbiam expleverat. Flumen Arsaniam elephanto insidens, proximus quisque regem vi equorum perrupere, quia rumor incesserat, pontem cessurum oneri dolo fabricantium: sed qui ingredi ausi sunt, validum et fidum intellexere.

1. *flumini* MSS. Flor. Reg. Corb. Harl. Bodl. Ies. Bud. Agr. edd. Spir. Ber. (ad quam siluit Vict.) Pich. sqq. *fluvio* MS. Guelf. et edd. cet. — *Arsaniae*, (*etenim is castra praefluebat*) edd. Pich. Grut. Bern. I. Fr. Gron. Walth. ex egregia emend. Lipsii. Sic 12, 11. et al. *Arsanieti; is c. pr.* MSS. Flor. Corb. ed. Spir. *Arsaneti; is c. p.* MS. Reg. *Arsameti; is c. p.* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. Agr. edd. Put. 1. 2.

et cet. ante Pich. *Arsaniae* (*is* c. *pr.*) edd. Ryck. Ern. Ob. Lün. Bekk. Kiessl. *Arsaniae* (*cis* c. *p.*) malebat Iac. Gron. ut pateret, qua parte praeflueret. „Sed hoc satis e contextu patet, et nil Lipsii coniectura verisimilius est: *etenim* per compendium scriptum cum praec. vocab. coaluit, unde originem traxere *Arsanieti*, *Arsaneti*, *Arsameti*.“ *Walth.* „Ῥάνδειαν (oppidum sive vicum, ubi Paetus obsessus) τὴν πρὸς Ἀρσανίᾳ ποταμῷ οὖσαν ἀφῆκεν — αὐτὸν προδιομολογησάμενος, ἵνα τὸν ποταμὸν αὐτῷ Ἀρσανίαν ζεύξωσι Xiphil. 62, 21. Cf. Plut. Lucull. c. 31. et Plin. 5, 24. (20.) qui Arsaniam in Euphratem labi facit.“ *Lips.* Hic Armeniae maioris fluvius nunc *Arsen* dicitur; *Brot.* Cf. nota 3. *praefluebat* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. Cf. ad 2, 6, 2. *perfluebat* MSS. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *pontem imposuit* sc. Paetus. Sed dura est omissio subiecti. — *sibi* (in suum usum) *illud iter expedientis* (quod divinaverant Lipsius et Grot.) MSS. Guelf. (a m. pr.) Harl. Ies. edd. Ern. sqq. *experientis* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Reg. Corb. Bud. (a m. pr.) edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. „Praefertur a Bipont. et nil obstat: nam *experiri* est πειρᾶν, tentare. Elegans tamen est *expedientis* et similis utriusque verbi confusio ap. Suet. Cal. c. 41.“ *Walth.* *experiendi* MSS. Guelf. a m. sec. Bud. *spe sibi illud tunc expetendi sumpserat* MS. Agr. *iter* super *tunc* scripto. — *documentum:* in MS. Flor. (teste Furia) *docimentum*. — *namque iis usui fuit:* „Legendum *neque* i. *u. f.* quod firmat certe Xiphil. 62, 21. ἵνα τὸν ποταμὸν Ἀρσανίαν ζεύξωσιν, οὐχ ὅτι γεφύρας ἐδεῖτο, (πεζῇ γὰρ αὐτὸν διεληλύθει) ἀλλ' ἵνα ἐνδείξηται σφίσιν, ὅτι κρείττων αὐτῶν ἦν.“ *Lips.* „Immo sensus est; *namque iis*, Parthis, *usui fuit* ad quotidianos transitus et commeatus aliaque bello necessaria transvehenda: *nostris* vero (Romanis) non fuit, quia *per diversum iere*, alio itinere usi sunt.“ *Freinsh.* „Hic se torquet in verbis Dionis πεζῇ γὰρ αὐτὸν διεληλύθει non assecutus magis quam Lipsius sensum: *pedes* et sine ponte *flumen transierat* nempe adveniens: itaque etiam abiens poterat sic facere.“ *Ern.* Freinshemius recte animadverit, *namque* satis defendi per orationis contextum; *Walth. his usui fuit* ed. Spir. *iis usui fuerat: nostri per diversa iere* MS. Guelf.

2. *sub iugum missas legiones* duas Paeti, ut al. *sub iugum traduci, emitti, abire*, et *sub iugo mitti*, nisi hoc ex antiqua scriptura *iugom* vel compendio eius *iugō* ortum. Cf. Duk. et Drak. ad Liv. 3, 28. extr. et Cort. ad Sall. Iug. c. 38. §. 9. *Iuga* armentis imposita prisco aevo formam literae *Π*, postea lit. *Λ* habebant. Hinc dictum illud iugum, sub quod mitti summae ignominiae et servitutis signum erat, cuiusque figura describitur a Livio 3, 28. Zonara 7, 17. et Festo. *Rumori* huic etiam Suet. Ner. 39. fidem habet; *Lips.* Cf. Xiphil. 62, 21. — *alia ex rebus infaustis*, qualia re male gesta fieri solent. — *quorum simulacrum ab Armeniis usurpatum est*; „nam *simulacrum* alicuius rei dicitur, quod ei rei simile quidem, neque tamen ipsa est res, ut 1, 77. et 11, 31. Igitur intellige eam agendi rationem tum esse usurpatam adversus legiones, ut, quanquam non sub iugum missae, quaeque alia credebantur, similia sane expertae sint. Haec accuratius explicantur per sequentia. Nimirum Tacitus operam dat, ut Romanos liberet ab illa ignominia, quam rumor addiderat, dicitque contumeliose sane Romanos tractatos esse atque inde rumorem exortum esse, quasi sub iugum sint missae legiones, et alia ex rebus infaustis.“ *Walth.* — *namque et munimenta* (castrorum; cf. ad 13, 36, 2.) — *excederet* MSS. Flor. (teste Pich.) Harl. Bodl. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Pich. sqq. *namque mun.* — *decederet* MS. Bud. *nam et mun.* — *decederet* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *nam et mun.* — *excederet* MS. Ies. *abscederet* MS. Corb. Immo *excederet* sc. munimentis.

3. *armis et corporibus caesorum aggregatis:* legendum *aggeratis*; *Heins.* Sic 1, 19. 61. 63. 6, 19. Id recepit Walth. — *Fama moderationis* MS. Guelf. (a m. pr.) edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *nam fama mod.* MSS. Reg. Corb. Guelf. a m. sec. et ed. Spir. — *Flumen Arsaniam* edd. Spir. Pich. sqq. *flumen Arsametem* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. usque ad Pich. *flumine Arsamete* MS. Guelf. Cf. nota 1. — *elephanto insidens* cet. ut ap. Xiphil. 62, 21. αὐτὸς μὲν (ὁ βασιλεὺς) ἐπ' ἐλέφαντος, οἱ δὲ ἄλλοι, ὥσπερ καὶ πρότερον, (ut antea, sc. vel ponte vel equis vel natando) ἀνεχώρησαν. *in elephanto* MSS. Bud. Guelf. Harl. Bodl. Ies. — *proximus quisque regem* MSS. Flor. (teste Pich.) Reg. Corb. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. Agr. edd. Spir. Iac. Gron. Ern. sqq. *proximus quisque regi* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. et cet. *Proximus, proxime, propior, prope, propius* vel tertio vel quarto casui iunguntur. Cf. Burm. ad Quintil. 8, 6. Gron. obss. 3, 2. et ad Liv. 8, 32. 21, 22. 40. Ante *proximus* copula *et* addita in plerisque edd., sed (ut saepius a Tacito) omissa in MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Reg. Guelf. Agr. edd. Spir. Iac. Gron. Brot. Bekk. 2. Walth. — *proximus quisque — perrupere,* cf. Ind. III. v. *Nomina collectiva. perrupere* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *perrumpere* MSS. Guelf. Agr. *prorupere* ed. Spir. — *rumor incesserat,* v. ad 1, 5, 1. *cesserat* MS. Guelf. — *validum et fidum* MSS. Corb. Bud. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *validos et fidos* ed. Spir. *validum et firmum* MSS. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Cf. ad 3, 1, 2.

CAPUT XVI.

Ceterum obsessis adeo suppeditavisse rem frumentariam constitit, ut horreis ignem iniicerent contraque prodiderit Corbulo, Parthos inopes copiarum et pabulo attrito relicturos oppugnationem, neque se plus tridui itinere abfuisse. Adiecit, iure iurando Paeti cautum apud signa, adstantibus iis, quos testificando rex misisset, neminem Romanum Armeniam ingressurum, donec referrentur literae Neronis, an paci annueret. Quae ut augendae infamiae composita, sic reliqua non in obscuro habentur, una die quadraginta millium spatium emensum esse Paetum desertis passim sauciis, neque minus deformem illam fugientium trepidationem quam si terga in acie vertissent. Corbulo cum suis copiis apud ripam Euphratis obvius non eam speciem insignium et armorum praetulit, ut diversitatem exprobraret. Maesti manipuli ac vicem commilitonum miserantes ne lacrimis quidem temperare: vix prae fletu usurpata consalutatio. Decesserat certamen virtutis et ambitio gloriae, felicium hominum affectus. Sola misericordia valebat et apud minores magis.

1. *obsessis adeo suppeditavisse rem frumentariam,* v. ad 4, 4, 2. — *contraque prodiderit Corbulo,* cf. ad 11, 2, 2. extr. „*prodiderit* in commentariis, opinor, aut historia huius expeditionis ab eo scripta. v. Plin. 5, 24. 6, 8.“ *Lips.* „Immo inter amicos et in epistolis ad Imperatorem scriptis: non enim verisimile est, Tacitum contra dicturum fuisse, si in iusta historia prodidisset.“ *Ryck.* „Quae ratio minime sufficit ad Lipsium refellendum. Immo tempus in *prodiderit* et *adiecit* satis testatur, monimenta Corbulonis, quibus haec tradebantur, durasse ad Taciti aetatem.

Sed utriusque viri opinio ita conciliari potest, ut cogitemus de epistolis ad Caesarem de illa re missis, (amtlicher Bericht) quae superfuere in actis publicis." *Walth.* — *inopes copiarum*, v. ad 3, 54, 2. — *pabulo attrito*, absumpto. v. ad H. 2, 56. *pab. actuto* ed. Spir. — *itinere* MS. Bud. edd. Rhen. sqq. *itineri* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. „Quaeritur, an veteres habuerint ablativum *itineri*, ut *imbri* ab *imber*." *Walth.* — *abfuisse*: in MS. Flor. (teste Furia) *affuisse* a m. pr. et *aufuisse* a m. sec. In ed. Spir. *adfuisse*. — *Adiecit* Corbulo. *adicit* MS. Flor. (teste Furia) ed. Bekk. 2. *adiicit* et deinde *his* pro *iis* ed. Spir. — *iure iurando Paeti cautum apud signa*: „i. e. apud principia: nam ibi erant signa, ibi ius dictum, Liv. 28, 24. edicta proposita, Vulcat. in Avidio Cassio c. 6. literae lectae et habitae allocutiones, Tac. Ann. 1, 67. Spart. in Pesc. 4. castigatio et interdum animadversio, Suet. Oth. 1. Frontin. Strat. 4, 1. 15. signum pugnae propositum, Isidor. Orig. 19, 22." *Lips.* Cf. ad 1, 67, 1. et H. 1, 48, 5. — *quos*: in ed. Oberl. *quod*, operarum vitium, quod retinuere Weik. Naud. et Weisius. — *donec referrentur literae Neronis an paci annueret*, v. ad c. 14. n. 1. *referrentur* MS. Flor. (teste Pich.) edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Pich. sqq. *referentur* MSS. Bud. Guelf. ed. Spir. *referantur* edd. Lips. priores.

2. *augendae infamiae composita*, cf. ad 1, 1, 4. et Ind. III. v. *Gerundia in dativo*. *Quae ut* (quanquam) *aug. inf. composita sint, reliqua — habentur* coni. Freinsh. ut Tacitus non affirmet, illa a Corbulone fuisse ficta, sed dubitet. — *una die XL millium* passuum *spatium* cet. cf. Veget. 1, 9. — *desertis passim sauciis*, in itinere relictis; *Ern.* — *apud ripam Euphratis* MS. Flor. (*aput* teste Vict.) edd. Put. 1. 2. sqq. *ad ripam* MS. Corb. ed. Spir. *Eufratis* ed. Spir. — *speciem insignium et armorum*, v. ad 1, 24, 2. et 4, 6, 1. *spem* pro *speciem* MS. Guelf. v. ad 12, 44, 2. *et* male omissum in MS. Bud. — *ut diversitatem exprobraret*, cf. ad c. 1. n. 3. *adversitatem* MS. Agr. unde *adversa fati* coni. Heins. — *Maesti manipuli* cet. Cf. Liv. 9, 5—7. — *temperare* MSS. Flor. (teste Pich.) Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2., Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Iac. Gron. sqq. *temperavere* MS. Bud. et edd. cet. *temperareve* MS. Agr. — *usurpata consalutatio* more exercituum coeuntium, ut H. 4, 72. Suet. Oth. 9. Liv. 1, 1. 7, 42. *consalutatio* edd. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *consolatio* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. — *minores*, ut ap. Suet. Oct. c. 94. inferiores, quibus mox *duces* opponuntur; *Walth.* Designantur inferiores fortuna, qui per adversam fortunam deterioris erant conditionis et quorum miserationi non obstabat invidia; *Ern.* Cf. ad c. 20. n. 1.

CAPUT XVII.

Ducum inter se brevis sermo secutus est. Hoc conquerente irritum laborem, potuisse bellum fuga Parthorum finiri, ille *integra utrique cuncta* respondit: *converterent aquilas et iuncti invaderent Armeniam abscessu Vologesis infirmatam. Non ea Imperatoris habere mandata*, Corbulo: *periculo legionum commotum e provincia egressum: quando in incerto habeantur Parthorum conatus, Syriam repetiturum. Sic quoque optimam Fortunam orandam, ut pedes confectus spatiis itinerum alacrem et facilitate camporum praevenientem equitem assequeretur.* Exin Paetus per Cappadociam hibernavit. At Vologesis ad Corbulonem missi nuntii, detraheret castella trans Euphraten amnem

que, ut olim, medium faceret. Ille Armeniam quoque diversis praesidiis vacuam fieri expostulabat. Et postremo concessit rex, dirutaque quae Euphraten ultra communierat Corbulo, et Armenii sine arbitro relicti sunt.

1. *Hoc* (Corbulone) *conquerente irritum laborem* itineris diu noctuque properati, ut auxilium Paeto ferretur. v. cap. 12. *Hoc conquerente* edd. Berneg. sqq. ex emend. Faerni et Mur. *Hoc conquerentium* MSS. Flor. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Haec conquerentium* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *Hic conquerentium* quidam MSS. teste Brot. Nisi ultima syllaba *um* e terminatione vocis seq. adhaesit, scribendum videtur *hoc conquerente suum* vel *tantum* vel *dum* vel potius *iam irritum laborem*, quae coniecere interpretes. *Huic conquerenti* malebat Ern. et *Hic conqueri* Lipsius. — *ille* (Paetus) *respondit integra utrique* esse. Cf. ad 3, 8, 1. et 3, 52, 2. *utrinque* MS. Corb. — *Non ea Imperatoris habere* se (ut deinde *egressum* et *repetiturum*; v. ad 5, 5, 2.) *mandata Corbulo* sc. ait, dixit. Cf. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 5. et 14. *habere* omissum in ed. Spir. — *e provincia* Syria sibi a Nerone demandata *egressum* esse se; quod non sine gravissima causa licebat. *ex provincia* ed. Spir. — *Sic quoque*, si repeteret Syriam, *optimam Fortunam orandam*, v. ad 4, 7, 2. et 14, 11, 3. — *facilitate camporum*, quia campi facilius, expeditius iter darent equitibus. Cf. Ind. III. v. *Ablativi substantivorum absoluti*. — *equitem*, equites, equitatum, ut quidam putant, Parthorum eo maxime valentium, ut alii et recte, Corbulonis.

2. *Exin:* MS. Bud. *Dein*. — *At Vologesis ad C. missi nuntii*, ut *detraheret castella*; quod eo sensu dictum, quo al. *nuntiare*. v. ad 2, 67, 1. *detraheret castella trans Euphratem*, quae c. 9 pr. *praesidia* et c. 12. pr. *munimenta Euphrati imposita*. *Detrahere* dictum pro amovere vel, ut paulo post, *diruere*. — *ut olim* MSS. Flor. (teste Pich.) Guelf. aliique MSS., edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Pich. sqq. *ut omnium* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Lips. — *diversis praesidiis*, v. ad 2, 67, 1. — *vacuam fieri expostulabat*, cf. Ind. III. v. *Infinitivi* nr. 7. — *dirutaque quae* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. Pich. sqq. *diruta quaeque* MSS. Flor. (teste Ryck.) Bodl. Ies. *diruta queque* (vitiose pro *dirutaque que*) MS. Guelf. ed. Spir. *diruptaque quae* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Lips. — *Euphraten ultra* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Guelf. Agr. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Ryck. Iac. Gron. Bekk. 2. Walth. *ultra Euphraten* vel *Euphratem* (MS. Bud.) edd. Rhen. 2. 3. Ern. Ob. Lün. Kiessl. Cf. Ind. III. v. *Praepositiones* nr. 1. — *sine arbitro* MSS. Flor. (test. Iac. Gron. et Vict.) Corb. Agr. edd. Spir. Iac. Gron. sqq. Cf. Ind. II. *sine arbitrio* MSS. Reg. Harl. Ies. Bud. a m. pr. Guelf. *suo arbitrio* MSS. Bud. a m. sec. Bodl. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Gron.

CAPUT XVIII.

At Romae tropaea de Parthis arcusque medio Capitolini montis sistebantur, decreta ab senatu integro adhuc bello neque tum omissa, dum aspectui consulitur spreta conscientia. Quin et dissimulandis rerum externarum curis Nero frumentum plebis vetustate corruptum in Tiberim iecit, quo securitatem annonae sustentaret; cuius pretio nihil additum est, quamvis ducentas ferme naves portu in ipso violentia tempestatis et centum alias Tiberi subvectas fortuitus ignis absumpsisset. Tris dein consulares, L. Pisonem, Ducennium Geminum, Pom-

peium Paulinum vectigalibus publicis praeposuit cum insectatione priorum Principum, qui gravitate sumptuum iustos reditus anteissent: se annuum sexcenties sestertium rei publicae largiri.

1. *tropaea de Parthis arcusque — sistebantur*, v. ad 2, 18, 2. et 2, 41, 1. *tropaea* edd. I. Fr. Gron. sqq. *trophea* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) *trophaea* edd. Rhen. 1. 2. 3. sqq. Paulo post *a senatu* ed. Spir. *dum amissa* et *spreto* MS. Flor. teste Furia; *spreto* etiam ed. Spir. et *tamen* pro *tum* MS. Guelf. — *integro adhuc bello*, v. ad 3, 8, 1. 3, 52, 2. et Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita.* — *dissimulandis rerum externarum curis*, cf. Ind. III. v. *Gerundia in dativo.* — *frumentum plebis* id. qd. *frumentum plebeium*, *frum. publicum* in inscr. ap. Grut. p. 244, 4. *populi farina* ap. Pers. 3, 112. Germ. gemeines Korn. Est frumentum in horreis publicis servatum, ut plebi divideretur. Cf. 2, 59. 12, 43. ad 15, 39, 1. et ad Agr. 19. n. 3. *plebi* MSS. Ies. et a m. pr. Harl. Bodl. Guelf. Non spernam, ut sit plebi destinatum et dividendum; *Ern.* Immo genitivus vocis *plebes* est *plebei* et contr. *plebi*. — *quo securitatem annonae sustentaret* MSS. praeter cod. Agr. et edd. omnes tam veteres ante Lips. quam recentiores Kiessl. et Walth. *ostentaret* MS. Agr. edd. Ryck. Lall. Ern. Ob. Lün. Bekk. Ritteri. Qui frumentum corruptum in Tiberim iacit, is potius minuit quam sustentat annonam; *Ryck.* „Fallitur. Immo qui frumentum corruptum retinet, is *ostentat*, penuriam esse frumenti, et securitatem annonae minuit. Qui vero in Tiberim iacit, is ostentat, tantum frumenti adesse, ut corruptum proiici liceat; *securitatem annonae sustentat*, h. e. annonae securam reddit plebem. Nolebat quippe Nero, plebem annonae anxiam esse ob clades externas. Cf. cap. 36. extr.“ *Walth.* „*sistentaret* scripsi, ut *sistentatum* pro *ostentatum* ap. Plaut. Truc. 2, 2, 15. in duobus MSS. Vat. et alibi *extentatum* in eodem poeta. Possis tamen *sustentaret* interpretari, sustentatam servatamque ea ratione ipsam opinionem copiae frumentariae, quum et in Tiberim abiiceret frumentum leviter corruptum.“ *Lips.* Scribe *sic ostentaret:* nam *sustentare* alienum, *sistentare* verbum nihili; I. Fr. *Gron.* Sed *sic* friget et iam in *quo* inest; *Ern.* — *Tiberi subvectas* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *Tiberim s.* MSS. Flor. (teste Ryck.) Bud. Agr. ed. Spir. Cf. ad 2, 8, 2. et Ind. II. — *absumpsisset* MSS. Bud. Guelf. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *assumpsisset* edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1.

2. *L. Pisonem*, v. 13, 31. — *Ducennium Geminum*, cf. H. 1, 14. *ducenium* MS. Flor. testibus Iac. Gron. et Furia. *Geminum* MS. Guelf. edd. Spir. Lips. sqq. *Geminium* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. *Gemonium* ed. Ald. — *Pompeium Paulinum*, v. ad 13, 53, 1. — *priorum Principum*, inpr. Caligulae. v. Suet. Cal. 40. *principum priorum* ed. Spir. — „*qui gravitate sumptuum iustos*, solitae et iustae normae congruentes, *reditus anteissent*, Germ. überschritten hätten, h. e. qui graviores sumptus fecissent, quam iusti reditus paterentur.“ *Walth.* Cf. Ind. II. v. *anteire* et 3, 75. *reditus* edd. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 2. 3. sqq. *redditus* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Rhen. 1.

CAPUT XIX.

Percrebruerat ea tempestate pravissimus mos, quum propinquis comitiis aut sorte provinciarum plerique orbi fictis adoptionibus asciscerent filios praeturasque et provincias inter Patres sortiti statim emitterent manu, quos adoptaverant. Magna cum invidia senatum adeunt, ius naturae, labores edu-

candi adversus fraudem et artes et brevitatem adoptionis enumerant: *satis pretii esse orbis, quod multa securitate, nullis oneribus gratiam, honores, cuncta prompta et obvia haberent. Sibi promissa legum diu exspectata in ludibrium verti, quando quis sine sollicitudine parens, sine luctu orbus longa patrum vota repente adaequaret.* Factum ex eo senatus consultum *ne simulata adoptio in ulla parte muneris publici iuvaret ac ne usurpandis quidem hereditatibus prodesset.*

1. *Percrebruerat*, v. ad 6, 20, 1. — *pravissimus mos* — *adoptaverant*, cf. ad 2, 51, 2. 3, 25, 1. 3, 28, 3. intpp. Liv. 41, 8. et Gell. 5, 19 extr. l. 2. §. 2. D. de vacat. mun. et Walch. emend. Liv. p. 218—225. *pravissimus mos* edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. In MS. Flor. teste Iac. Gron. *prauissi* in fine versiculi et *mos* initio proximi, sed ab eadem manu *pravus mos*, quod probat Gron. „Satis tamen verisimile est, scribam, quum lapsu omisisset syllabam *mus*, deinde locum, quo brevissimo modo fieri potuit, correxisse. In MS. Guelf. *puissims mos:* sed prius vocabulum est a m. sec.“ *Walth.* — *quum* — *plerique orbi filios asciscerent*, coniunctivus, quia *pravissimi moris* explicatio est; *Ramshorn.* Gram. p. 575. *plerique*, v. ad 3, 28, 4.

2. *Magna cum invidia* MSS. Flor. Reg. Corb. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. Agr. edd. Spir. Ern. Bekk. Kiessl. Walth. *qui magna c. inv.* edd. cet. Recte: non enim indicatur, si omittas *qui*, qui sint illi, qui senatum adierint, scil. *patres* veri; *Oberl.* „Sed quaero, an addito *qui* magis constet de iis, qui senatum adierint? Est potius eadem ambiguitas, immo intolerabilior. Potest enim *qui* referri non modo ad *patres*, sed etiam ad *quos adoptaverant* et ad eos, *qui emitterent.* Ad *patres* referendum esse tum demum patet, quum sequentia perlegeris. Quare prorsus inutile est *qui*. Verba *adeunt* et *enumerant* accipe indefinite posita: man geht an den Senat cet.“ *Walth.* Cf. ad 1, 74, 1. — *invidia*, v. ad 4, 52, 2. — *adeunt, ius naturae* cet. edd. Rhen. 2. 3. sqq. ex egregia emend. Rhenani. *adeuntibus naturae* MSS. Flor. Bud. *adeuntibus. ne* (e comp. script. pro *naturae*) ed. Spir. *adeuntium* (*naturae?*) MS. Corb. unde *vim naturae* coni. Ern. *adeunt, ubi naturae* MSS. Harl. Ies. Guelf. *adeunt ibi naturae munus* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *senatum adeunt*: *ibi onus naturae* (a natura in gerendo, pariendo, tollendo partu parentibus impositum, ut contra orbis *nulla onera*) corr. Gebauer in vestig. iuris Germ. ant. p. 310. — *labores*: in MS. Guelf. *laboresque*; sed *que* deletum. Paulo post *adoptioni senũ erãt* — *quod multa seueritate* ed. Spir. — *satis pretii esse orbis*, — *haberent*, v. ad 3, 25, 1. — *sollicitudine* MS. Guelf. edd. vet. ante Lips. et in his Ber. ad quam siluit Vict. *solicitudine* edd. rec. paene omnes inde a Lips. Sic et cap. 25. extr. nisi quod *solicitudine* est in ed. Spir. — *ne usurpandis* (adeundis, capiendis) *quidem hereditatibus*: „scil. ad solidi capacitatem. Argumento l. 51. D. de legatis. Cf. Exc. III. ad Tac. Ann. III.“ *Lips.* *quidem* omissum in MS. Bud.

CAPUT XX.

Exin Claudius Timarchus Cretensis reus agitur, ceteris criminibus, ut solent praevalidi provincialium et opibus nimiis ad iniurias minorum elati: una vox eius usque ad contumeliam senatus penetraverat, quod dictitasset, *in sua potestate situm, an proconsulibus, qui Cretam obtinuissent, grates agerentur.* Quam occasionem Paetus Thrasea ad bonum publicum vertens,

postquam de reo censuerat, provincia Creta depellendum, haec addidit: ***Usu probatum est, Patres conscripti, leges egregias, exempla honesta apud bonos ex delictis aliorum gigni. Sic oratorum licentia Cinciam rogationem, candidatorum ambitus Iulias leges, magistratuum avaritia Calpurnia scita pepererunt. Nam culpa quam poena tempore prior; emendari quam peccare posterius est. Ergo adversus novam provincialium superbiam dignum fide constantiaque Romana capiamus consilium, quo tutelae sociorum nihil derogetur, nobis opinio decedat, qualis quisque habeatur, alibi quam in civium iudicio esse.***

1. *Exin:* in MS. Flor. *Exim.* — *Timarchus* edd. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *timarcus* edd. Put. 1. 2. *Trimarcus* ed. Spir. *trimarchus* MS. Guelf. a m. rec. — *ceteris criminibus,* criminationibus, iniuriis. Cf. Ind. III. v. *Adiectiva in tertio casu absolute posita.* — *ad iniurias minorum,* quae minoribus inferrentur. Cf. Ind. III. v. *Enallage. Minores* h. l. sunt minus *validi* vel potentes minusque opulenti. „*Minores* id. qd. obscuriores, ut contra *maiores* Agr. 40. illustriores et *μέγας* in Aeschyli Persis." *Walch.* ad Agr. 39. p. 395. Cf. ad c. 16. n. 2. ad 16, 8. extr. H. 4, 85. G. 39. n. 7. — *una vox eius usque ad contumeliam senatus penetraverat,* etiam senatum contumelia affecerat; *Ern. contumeliae* ed. Spir. — *an proconsulibus, qui Cretam obtinuissent, grates agerentur:* nam olim provinciales vel bene de se meritis magistratibus amplissimos honores, v. c. fana, dies festos (ut Syracusani Marcellea et Cyziceni Lucullea) et statuas decernebant, vel legatos Romam mittebant, qui eos in senatu laudarent et grates iisdem agerent: quae testimonia publica, laudationes et gratiarum actiones plurimum magistratibus proderant ad bonam famam et alios maioresque honores post discessum e provinciis consequendos. Hinc mali magistratus provinciales et repetundarum vel peculatus rei operam dabant, ut precibus, adulatione, gratificationibus, suffragiis conquisitis, factionibus, minis aliisve artibus falsa exprimeretur laus et accusatorum spes ad irritum redigeretur: quo facto nonnulli licentius agebant et plura patrabant facinora ac graviora. *Inde initia magistratuum meliora ferme* erant *et finis inclinabat* ad deteriora. Quae omnia a Paeto Thrasea per egressionem relationis dicta cap. 21. et notissima sunt ex Verrinis orationibus Ciceronis. Cf. etiam Cic. p. Font. c. 2. et ep. ad div. 1, 9. 3, 8. Has ob causas auctore Nerone factum est SCtum, de quo v. cap. 22. et iam a. U. 764. Augustus *ἐκεῖνό τε ἀπεῖπε καὶ τῷ ὑπηκόῳ προςπαρήγγειλε, μηδενὶ τῶν προςτασσομένων αὐτοῖς ἀρχόντων μήτε τῷ τῆς ἀρχῆς χρόνῳ, μήτε ἐντὸς ἑξήκοντα ἡμερῶν μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι σφᾶς, τιμήν τινα διδόναι, ὅτι τινὲς μαρτυρίας παρ' αὐτῶν καὶ ἐπαίνους προςπαρασκευαζόμενοι πολλὰ διὰ τούτων ἐκακούργουν.* Ita Dio 56, 25. Decretum Augusti post diem LX a discessu magistratuum e provincia permisit laudationes, SCtum Neronianum eas plane sustulit. Nihilo tamen secius legationes illas et laudationes diu fuisse usitatas patet ex Plin. pan. c. 70. Lamprid. in Alex. Severo c. 22. Ammiano Marcell. 30, 5, 8. (ubi cf. Vales.) et Cassiod. ep. 7, 2.

2. *haec addidit* scil. per egressionem relationis, de qua v. ad 2, 33, 2. *hoc ad.* MS. Bud. et ed. Spir. In hac paulo post omissum *est.* — *leges egregias — ex delictis aliorum gigni:* „ut ap. Macrob. Sat. 2, 13. *vetus verbum est: leges bonae ex malis moribus procreantur.*" *Brot. gnigni, sicut oratorum* cet. MS. Guelf. — *Cinciam rogationem,* de qua v. ad 11, 5, 2. — *candidatorum ambitus,* studium magistratus illegitimis modis impetrandi, *Iulias leges peperit,* ut et Calpurniam, Caeciliam, Fabiam, Liciniam, Tulliam aliasque de ambitu. *Iulias leges* fortasse pro

Iuliam legem, scil. ab Augusto de ambitu latam, de qua v. Suet. Oct. 34. 40. Dio 54, 16. Iul. Paul. rec. sent. V. tit. 30. ad leg. Iul. de ambitu l. 1. Alius certe legis a Iul. Caesare de ambitu latae nusquam, ni fallor, mentio fit. Cf. Ind. III. v. *Numerus sing. pro plur.* — *magistratuum provincialium avaritia Calpurnia scita peperit*, Calpurniam legem a L. Calpurnio Pisone Frugi tribuno plebis a. U. 605. latam *de repetundis pecuniis*, qua cautum, ut, si quis provincialis magistratus contra leges pecuniam in provincia cepisset, ab eo repeti ex iudicio posset: unde Ciceroni *lex socialis* dicitur. Haec fuit prima lex de repetundis, quam deinde exceperunt Acilia, Iunia, Servilia, Cornelia, Iulia. Eadem rogatione prima quaestio perpetua constituta est. Cf. Cic. Brut. c. 27. de off. 2, 21. et Verr. 4, 25. *Calpurnia* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Lips. sqq. *Calphurnia* MS. Guelf. et edd. vet. „Cf. ad 11, 30. 12, 22. 14, 12. 15, 48. Vaillant Numi ant. fam. T. 1. p. 206 sqq." *Walth.* — *nam culpa quam poena tempore prior, emendari quam peccare posterius est:* „similis gnome in Tertull. *nemo post futura reprehendit, quia ignorat futura: emendatio culpam non antecedit.*" *Lips.* *emendare* MS. Guelf. — *provincialium* edd. Pich. sqq. Idem e MS. Flor. enotavit Pichena, sed *provinciarium* Furia. *provincia* ed. Spir. *provinciarum* MS. Guelf. edd. vet. quod restitutum est a Kiessl. et aeque sanum videbatur Walthero ac *provincialium.* Sed *nova provincialium superbia* rectius dicitur superba vox *illa Claudii Timarchi Cretensis.* — *derogetur:* in ed. Spir. *derogaretur.* — *qualis quisque habeatur*, sit, (cf. Ind. II.) *alibi quam in civium iudicio esse*, ab aliis quam a populo Rom. iudicandum esse. „Quis vero unquam ita locutus est, quum *alibi* locum demonstret? Malim igitur *qualis quisque habeatur alibi, haudquaquam in civium iudicio esse.*" *Ferrettus.* „Similis locutio est illa Suet. Oct. 70. *coena quoque eius secretior in fabulis fuit.*" *Walth.* Haec neutiquam similis est: nam ea non evelletur scrupulus, qui Ferrettum pungebat. Similior, nec tamen plane eadem est: *spem habere* et *esse alibi*, in alia re, *quam in innocentia et pace* ap. Liv. 7, 41 pr. et 30, 35. Purior dictio fuisset *aliorum quam civium iudicii esse.* *iudicia* MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir.

CAPUT XXI.

Olim quidem non modo praetor aut consul, sed privati etiam mittebantur, qui provincias viserent et, quid de cuiusque obsequio videretur, referrent; trepidabantque gentes de aestimatione singulorum. At nunc colimus externos et adulamur, et quomodo ad nutum alicuius grates, ita promptius accusatio decernitur. Decernaturque et maneat provincialibus potentiam suam tali modo ostentandi: sed laus falsa et precibus expressa perinde cohibeantur quam malitia, quam crudelitas. Plura saepe peccantur, dum demeremur, quam dum offendimus. Quaedam immo virtutes odio sunt, severitas obstinata, invictus adversum gratiam animus. Inde initia magistratuum nostrorum meliora ferme et finis inclinat, dum in modum candidatorum suffragia conquirimus, quae si arceantur, aequalius atque constantius provinciae regentur: nam ut metu repetundarum infracta avaritia est, ita, vetita gratiarum actione, ambitio cohibetur.

1. *de aestimatione* edd. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. usque ad Ern. et deinde Bip. Kiessl. *de existimatione* edd. Ern. Oberl. Lün. Bekk. Walch. Cf. ad 13, 17, 1. — *ad nutum alicuius*, ut

Claudii Timarchi Crétensis. v. cap. 20. princ. — *decernaturque* accusatio (cf. ad 2, 37, 1. et H. 4, 42, 3.) *et maneat provincialibus potentiam suam tali modo ostentandi*, v. ad cap. 5. n. 2. tali modo, accusatione magistratuum provincialium, qua horum avaritia et iniuriae cohibentur. *decernaturque* omissum in MS. Corb. et *suam* in MS. Bud. *ostentandi* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. *optentandi* MS. Flor. test. Vict. et Furia. *ostendendi* ed. Spir. „Malim *decernatur, ne maneat* cet., nisi per ironiam haec dicta capies et simulata quadam concessione.“ *Lips.* Immo maiorem in vulg. vim esse, iam animadverterunt Pich. Freinsh. Ob. Ern. — *sed laus falsa et precibus expressa perinde* (v. ad 3, 17, 1.) *cohibeantur* cet. Cf. ad c. 20. n. 1. *cohibeatur*, MS. Guelf. a m. sec. ut volebat Acidalius. „Si pluralis verus est, referendus simul ad *malitiam* et *crudelitatem*.“ *Ern.*

2. *Plura saepe peccantur — animus:* „Haec de vitiis et virtutibus quam grandia! quam Thrasea virilique eius ingenio digna! Nihil tale quaeras apud Senecam, licet in iis sit plurimus.“ *Brot.* — *demeremur:* in MS. Agr. *meremur.* — *dum offendimus:* in quibusdam edd. med. *cum off.* — *Quaedam immo virtutes* magistratuum *odio sunt* sc. vulgo, qui eas gravatur; *Lips.* Cf. Agr. 9. 19. 20. 22. — *adversum* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. edd. Lips. sqq. *adversus* edd. vet. — *Inde initia magistratuum — conquirimus*, v. ad cap. 20. n. 1. — *aequalius* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. usque ad Ern. *aequabilius* MS. Agr. edd. Spir. Ern. Brot. sqq. praeter Walth. Sic *aequabilius atque constantius* dixit Sall. Cat. 2. unde haud dubie sumpsit Tacitus; *Ern.* Cf. Praef. p. LX. *aequalibus* MS. Reg. — *regentur:* in ed. Spir. *regerentur*, in MS. Guelf. *rogentur.* *gratiarum actione*, v. ad c. 20. n. 1. — *cohibetur* omnes MSS. et edd. vet. *cohibebitur* edd. Ern. sqq. e coniectura Lipsii. Sed lectio antiqua non est quod displiceat et corrigatur.

CAPUT XXII.

Magno assensu celebrata sententia: non tamen senatus consultum perfici potuit, abnuentibus consulibus ea de re relatum. Mox auctore Principe sanxere, ne quis ad concilium sociorum referret agendas apud senatum propraetoribus proveconsulibus grates, neu quis ea legatione fungeretur. Iisdem consulibus gymnasium ictu fulminis conflagravit effigiesque in eo Neronis ad informe aes liquefacta. Et motu terrae celebre Campaniae oppidum Pompeii magna ex parte proruit. Defunctaque virgo Vestalis Laelia, in cuius locum Cornelia ex familia Cossorum capta est.

1. *non tamen SCtum perfici potuit, abnuentibus, consulibus*; negantibus, dicentibus non *ea de re relatum* esse. Ita nonnulli interpretantur. Sed Schefferus in Anecd. obss. misc. T. 8. p. 292. sic interpungendum putabat: *consulibus. Ea de re relatum mox auctore Principe. Sanxere, ne* cet. Ita ed. Spir. nisi quod in ea *latum* pro *relatum*. „Frustra nec satis apte. *Mox* novam sententiam incipit et *relatum* substantive dictum, ut H. 1, 30. G. 3. quanquam alio sensu. *Relatus* est factum in concreto, *relatio* in abstracto.“ *Walth.* Cf. ad 2, 33, 2. — *sanxere, ne quis ad concilium sociorum referret, agendas apud senatum propraetoribus proveconsulibus grates, neu quis ea legatione fungeretur*, v. ad c. 20. n. 1. *consilium* ed. Spir. Cf. ad G. 11. n. 2. *proqueconsulibus* corr. Vales. ad Ammian. Marc. 30, 5. Quod sane aptius: nam de utrisque pari modo cavetur; *Ern.* Sed v. ad 3, 57, 1. et G. 4. n. 6.

2. *gymnasium*, de quo v. ad 14, 47, 2. *gingnasium* ed. Spir. — *effigiesque:* in MSS. Flor. (test. Vict. et Furia) Guelf. ed. Spir. *effigies usque*, quod vitium exortum credo ex ultimae syllabae in *effigies* repetitione inter transitum ad novum versum facta; *Walth.* — *Et motu terrae celebre Campaniae oppidum Pompeii proruit:* qui motus terrae a Seneca nat. quaest. 6, 1. ad sequentes consules refertur; unde haec ab aliquo traiecta censebat Lipsius. „Utriusque tamen scriptoris narratio stare potest, si terrae motus exeunte anno Urbis 815 coepit duravitque anno 816 ineunte." *Brot.* Idem oppidum XVI annis post incendio Vesuvii plane deletum est et rudera eius etiam nunc effodiuntur. *proruit*, quemadmodum *ruere* utraque vi et activa et passiva utitur; *Walth.* Cf. ad 1, 68, 1. — *Defunctaque* sc. vita. — *capta est*, v. ad 2, 37, 1. et 2, 86, 1.

CAPUT XXIII.

Memmio Regulo et Verginio Rufo consulibus natam sibi ex Poppaea filiam Nero ultra mortale gaudium accepit appellavitque *Augustam*, dato et Poppaeae eodem cognomento. Locus puerperio colonia Antium fuit, ubi ipse generatus erat. Iam senatus *uterum Poppaeae* commendaverat diis votaque publice susceperat, quae multiplicata exsolutaque. Et additae *supplicationes templumque Fecunditati et certamen ad exemplar Actiacae religionis* decretum, *utque Fortunarum effigies aureae in solio Capitolini Iovis locarentur; ludicrum Circense, ut Iuliae genti apud Bovillas, ita Claudiae Domitiaeque apud Antium ederetur.* Quae fluxa fuere, quartum intra mensem defuncta infante: rursusque exortae adulationes censentium honorem divae et pulvinar aedemque et sacerdotem. Atque ipse ut laetitiae ita maeroris immodicus egit. Annotatum est, omni senatu Antium sub recentem partum effuso, Thraseam prohibitum immoto animo praenuntiam imminentis caedis contumeliam excepisse. Secutam dehinc vocem Caesaris ferunt, qua reconciliatum se Thraseae apud Senecam iactaverit, ac Senecam Caesari gratulatum. Unde gloria egregiis viris et pericula gliscebant.

1. C. *Memmio Regulo et* L. *Verginio Rufo consulibus*, edd. Lips. sqq. et ita inscriptt. ap. Gruter. p. 8. et 1006, 5. De illo v. ad 12, 22. de hoc viro nobilissimo Ind. I. et H. 1, 8 sqq. Plin. ep. 2, 1. 6, 10. 9, 19. Xiphil. 63, 24. 25. 64, 4. Plut. Galba 1055. 1057. 1062. Frontin. de aquaed. c. 2. *Verginio* MS. Guelf. et edd. ante Lips. Sic et H. 1, 9. *Verginium* in MS. Flor. et ed. Spir. Sed H. 1, 8. *Vergenius* et *Vergenio* MS. Flor. teste Vict. *ungenius* et *Vergenio* ed. Spir. *Virginius* MS. Guelf. et *Verginius* edd. Put. I. 2. sqq. Similiter *Vergilius* in multis MSS. et edd., in plerisque *Virgilius*, ut Οὐεργίλιος et Οὐιργίλιος. v. Heyne ad vit. Virg. a. U. 684. *Ruffo* ed. Spir. ut fere ubivis. *consule* MS. Flor. teste Vict. et aliis locis *cōs.* — *ultra mortale gaudium*, humanum, hominum, ut ap. Cic. Liv. Sall. Vell. Cf. ad 14, 54, 1. et G. 10. n. 4. *ultra modum gaudium* MS. Guelf. — *dato et Poppaeae eodem cognomento:* „unde ΠΟΠΠΑΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ in numo tunc cuso. v. Hard. sel. opp. p. 723." *Brot.* In ed. Spir. *Augustam Poppeō eodem cog.* — *colonia Antium fuit, ubi ipse* Nero *generatus erat*, natus. v. ad 14, 3, 1. *colinia* MS. Flor. teste Vict. *Antium fuit* MSS. Flor. (teste Pich.) Reg. Corb. edd. Spir. Put. I. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Riv. Rhen. 1. Pich. sqq.

fuit omissum in MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Lips.

2. *Iam senatus* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *iamque senatus* ed. Spir. *Iam senatus interim uterum* MSS. Bud. a. m. sec. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Sed *interim* abest à MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. (a. m. pr.) edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. — *et additae supplicationes templumque Fecunditati*, cf. ad 1, 14, 2. et 14, 12, 1. *et* abest a MS. Guelf. — *certamen* triplex, musicum, gymnicum et equestre, *ad exemplar Actiacae religionis*, ludorum Actiacorum, qui sacri erant. v. ad 14, 21, 3. Dio 51, 1. de Augusto ἀγῶνά τέ τινα καὶ μουσικὸν καὶ γυμνικὸν, ἱπποδρομίας τε πεντετηρικὸν, ἱερὸν (οὕτω γὰρ τοὺς τὴν σίτησιν ἔχοντας ὀνομάζουσι) κατέδειξεν, Ἄκτια αὐτὸν προςαγορεύσας. Suet. Oct. c. 18. *Quoque Actiacae victoriae memoria celebratior in posterum esset, urbem Nicopolin apud Actium condidit ludosque illic quinquennales constituit.* Cf. Suet. Tib. 6. et Mamertini pan. c. 9. *Actiacae* MS. Reg. edd. Ern. sqq. *accierce* Iac. Gronovius, sed *actiecce* Victorius in MS. Flor. legit. *acciaceque* ed. Spir. *acciacae* MS. Guelf. a m. sec. et *atricae* a m. pr. (ita saltem in marg.) *Accicaeque* MS. Vat. teste Lips. *Antiatae* MS. Corb. *Anciatae* MS. Farn. *Antiacae* MS. Agr. *Actice* MS. Bud. *Atticae* MSS. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. sqq. usque ad Ern. Eadem lectionis varietas est ap. Suet. in Tib. 6. et Cal. 20. *anticue* (h. e. *antiquae*) coni. Faber agonist. 3, 29. *Antiatis* vel *Antianae* vel *Antiatinae* (cf. Plin. 3, 6. s. 12.) Grot. Mur. Ryck. Brot. Bip. *Antium* Neronis quidem patria et secessus fuit, (v. ad 14, 3, 1.) sed *certamen* in eius honorem institutum vel ibi celebratum nusquam memoratur. *Acciereae* corr. Iac. Gronovius, qui haec annotavit: „Ex MS. Flor. verae medicinae spes deduci debet. In sacris Samothracicis Ἀξιέρος dicebatur Ceres eiusque filia Proserpina Ἀχτιόχερσα. His Poppaea et filiola eius comparantur. Huius Axieri notionem plenissime servavit Schol. Apollonii Rhodii ad 1, 917. Ἀξιέρος Ἀξιέρειος. *Accierea religio* haud dubie electa convenientissime vel ad ordinem fabulae, vel quod credere licet, istud certamen praesertim musica constitisse ac cantu, quoniam alia genera ludicrorum nihil opportunum ad musicae Neronianae magnificentiam conferebant. Hinc ea primaria delecta.“ Sed *Accierei certaminis* nullibi fit mentio. — *Fortunarum* Antii cultarum. v. ad 3, 71, 1. — *locarentur* MSS. Flor. Reg. Corb. Bud. Agr. edd. Spir. Iac. Gron. Ern. sqq. *collocarentur* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. cet. — *ludicrum circense ut Iuliae genti apud Bovillas, ita Claudiae Domitiaeque apud Antium ederetur*; v. ad 2, 41, 1. et 14, 3, 1. *vobillas* pro *Bovillas* et paulo ante *Iobis* pro *Iovis* MS. Flor. test. Vict. et Furia. Cf. ad 11, 6, 1. — *quae* gaudia *fluxa*, cf. Ind. II. *effluxa* ed. Spir.

3. *pulvinar aedemque et sacerdotem*, v. ad 1, 10, 4. et 14, 12, 1. — *maeroris immodicus*, v. ad G. 5. n. 4. — *egit*, v. ad 1, 68, 1. — *Annotatum* MSS. Flor. (*adnotatum* teste Vict.) Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *Annotandum* vel *Adnotandum* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *effuso*, v. ad 1, 23, 1. — *Thraseam prohibitum* aditu ad Neronem, ut *occursu* 16, 24. Cf. 16, 22. et Suet. Vesp. 4. — *dehinc*: in ed. Spir. *deinde*. — *iactaverit*, v. ad 11, 18 extr. — *gloria*: vitiose *gloriae* edd. Rhen. 3. Lips. priores et Grut.

CAPUT XXIV.

Inter quae veris principio legati Parthorum mandata regis Vologesis literasque in eandem formam attulere: ***se priora et totiens iactata super obtinenda Armenia nunc omittere, quoniam dii, quamvis potentium populorum arbitri, possessionem Parthis***

non sine ignominia Romana tradidissent. Nuper clausum Tigranen; post Paetum legionesque, quum opprimere posset, incolumes dimisisse. Satis approbatam vim: datum et lenitatis experimentum. Nec recusaturum Tiridaten accipiendo diademati in Urbem venire, nisi sacerdotii religione attineretur. Iturum ad signa et effigies Principis, ubi legionibus coram regnum auspicaretur.

1. *Inter quae* MSS. Flor. Bud. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Pich. sqq. *Interim* edd. cet. — *literasque in eandem formam*, v. ad 13, 41, 2. — *iactata*, v. ad 11, 18 extr. — *nunc omittere*: in MS. Flor. et ed. Spir. *nunc committere*, cuius vitii originem facile intelliges; *Walth.* — *possessionem quamvis potentium populorum*, cf. Ind. III. v. *Anastrophe* nr. 3. et *Constructio* nr. 6. — *possessionem* Armeniae *Parthis non sine ignominia Romana*, Romanorum, *tradidissent — experimentum*, cf. cap. 6—17. — *quum opprimere posset*, „non *potuisset*, nedum *potuerit*. Illud maiori opprobrio est Romanis." *Ramshorn.* Gram. p. 623. — Paulo post *adprovatam vim* MS. Flor. et *satim approbatum vim et lenitatis exp.* ed. Spir.

2. *accipiendo diademati in Urbem venire*, cf. cap. 29. et Ind. III. v. *Dativus* nr. 3. — *nisi sacerdotii religione attineretur:* nam magus erat, superstitioni et magicis artibus deditus. Plinius 30, 2. s. 6. *Tiridates*, ait, *magus ad eum* (Neronem) *venerat Armeniacum de se triumphum afferens et ideo* (quia magus erat) *provinciis gravis. Navigare noluerat, quoniam exspuere in maria aliisque mortalium necessitatibus violare naturam eam fas non putant.* Hinc Tiridates, ut diadema et Armeniae regnum a Nerone acciperet, Romam iter terra cum magno comitatu ingressus et post novem demum menses emensus est, gravis provinciis, quae iussu Neronis eum splendide exceperant. Cf. 16, 23. et Xiphil. 63, 1—7. *attineretur*, v. ad 1, 35, 3. — *Iturum ad signa et effigies Principis*, (v. ad 4, 2 extr.) *ubi legionibus coram* (cf. Ind. III. v. *Praepositiones* nr. 1.) *regnum auspicaretur:* quod etiam factum est et traditur cap. 28—31.

CAPUT XXV.

Talibus Vologesis literis quia Paetus diversa, tanquam rebus integris, scribebat, interrogatus centurio, qui cum legatis advenerat, *quo in statu Armenia esset? omnes inde Romanos excessisse*, respondit. Tum intellecto barbarorum irrisu, qui peterent quod eripuerant, consuluit inter primores civitatis Nero, bellum anceps an pax inhonesta placeret? Nec dubitatum de bello; et Corbulo militum atque hostium tot per annos gnarus gerendae rei praeficitur, ne cuius alterius inscitia rursum peccaretur, quia Paeti piguerat. Igitur irriti remittuntur, cum donis tamen, unde spes fieret, non frustra eadem oraturum Tiridaten, si preces ipse attulisset: Syriaeque exsecutio Cincio, copiae militares Corbuloni permissae; et quintadecima legio, ducente Mario Celso, e Pannonia adiecta est. Scribitur tetrarchis ac regibus praefectisque et procuratoribus et qui praetorum finitimas provincias regebant, iussis Corbulonis obsequi, in tantum ferme modum aucta potestate, quem populus Romanus Cn. Pompeio bellum piraticum gesturo dederat. Regressum Paetum, quum graviora metueret, facetiis insectari satis habuit Caesar, his ferme verbis: *Ignoscere se statim, ne tam promptus in pavorem longiore sollicitudine aegresceret.*

1. *Talibus Vologesis literis*, v. ad 11, 17, 1. — *Paetus*, v. Ind. I. — *rebus integris*, cf. ad 3, 8, 1. et Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita.* — *bellum anceps an pax inhonesta placeret*, integer paene hexameter. Cf. ad 1, 1, 1. *inhonesta* edd. Pich. sqq. ex emend. Lipsii et Victorii ad Cat. R. R. c. 80. (81.) *in hostes* MSS. Reg. Corb. ed. Spir. *in hoste* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. usque ad Pich. *inhosta* MS. Flor. test. Pich. et Vict. quod defendit Salmas. ad Solin. p. 24. his verbis: „*Hostus*, χωστός, est aequus vel aequatus; unde *hostorium*, quo modius aequatur et cumulus diruitur, *hostire*, aequare, *hostimentum*, ἀμοιβή, *redhostire*, par pari referre. Inde *inhostus* est iniquus, iniustus; eaque vox restituenda tum aliquot locis Arnobii, tum ap. Tac. Ann. 15, 25. et H. 2, 31.“ Sed medias syllabas omissas in MS. Flor. saepissime vidimus, (cf. ad 2, 63, 2.) et vocabulum *inhonesta* huic loco egregie convenit; *Walth.* — *Et Corbulo militum atque hostium tot per annos gnarus* MS. Flor. (test. Iac. Gron., Vict. et Furia) edd. Spir. Walth. Bekk. 2. Alio verborum ordine *Et C. tot per annos militum a. h. gnarus* MS. Guelf. et edd. cet.

2. *Syriaeque exsecutio:* „quod dictum pro: Syriae administrandae vel Syriae administrationis exsecutio. Nomen provinciae ponitur pro munere provinciam regendi, et *exsequi* alibi quoque de administratione rei publicae usurpatur, ut 1, 11. et Suet. Tib. c. 63.“ *Walth.* Cf. ad 3, 31, 2. *excutio* MS. Flor. test. Vict. et Furia. *Syriaque Sex. Cincio* coni. Lips. et *Syriaque ex sen. consulto Cincio* Heins. — *Cincio* MSS. Harl. Ies. edd. Gron. sqq. *Cintio* MSS. Guelf. a m. pr. Bodl. edd. Put. 1. 2. sqq. usque ad Gron. *Cinthio* MS. Guelf. a m. sec. *Citio* MSS. Flor. (si Victorio, sed *Cicio*, si Iac. Gron. fides habenda) Corb. Bud. Agr. ed. Spir. *Ticio* MS. Reg. Eadem scripturae varietas est 11, 5. Sed *Cestio* edd. Ryck. Lall. Brot. ex emend. Pighii in Annal. quia Cestius Gallus Syriae legatus fuit a. U. 819. quo seditio Iudaeorum bellumque ortum culpa Gessii Flori procuratoris. v. ad H. 5, 10. „Coniectura Pighii satis est verisimilis, sed dubia: nam Cestius potuit Cincio succedere a. U. 818.“ *Walth.* — *Scribitur tetrarchis — obsequi*, cf. ad 12, 29, 2. *Tetrarcha*, τετράρχης, proprie dicebatur, qui quartae parti alicuius regni in quatuor partes divisi, (v. c. Iudaeae et Thessaliae ante Philippi Macedonis tempora) τετράδι, deinde qui tertiae minorive alicuius terrae parti cum potestate regiae propemodum pari praeerat. Sic Galatia vel Gallograecia olim in tres partes maiores et harum quaeque in quatuor partes minores, τετραρχίας, distributa erat. Cf. Strab. IX. p. 430. XII. p. 567. Schleusneri et Brettschneid. Lex. N. T. — *praefectis* „per enallagen, opinor, dictis: solus enim Aegypti praeses intelligendus; et Aegypti statim mentio et militum inde acceptorum c. 26.“ *Ern.* Immo *praefecti* h. l. iidem qui satrapae, vel qui praefecturis praesunt. Cf. ad 11, 8, 2. — *procuratoribus*, minorum provinciarum rectoribus. v. ad 4, 15, 2. — *in tantum ferme modum aucta potestate* Corbulonis, *quem populus Rom. Cn. Pompeio bellum piraticum gesturo dederat* a. U. 687. de quo v. Dio 36, 6. Vell. 2, 31. Plut. Pomp. c. 40. p. 631. *quem* MSS. Flor. (teste Vict.) Reg. Harl. Bud. Guelf. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *quam* MS. Harl. in marg. et edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. quod probabant Freinsh. et Heinsius, hic tamen deleto *modum*. „Suspicari possis, *quam* factum esse e *quantum*. Sed *quem* verum est: nam pro *in tantum* dici potest *in eum*, et hinc commode sequi *quem*.“ *Ern.* Vitiose *G. N. Pōpeio bellum pirraticum* — *ignosēt* — *egresseret* ed. Spir. — *promptus in pavorem*, v. ad 4, 60, 3. — *sollicitudine*, v. ad cap. 19. n. 2.

CAPUT XXVI.

At Corbulo, quarta et duodecima legionibus, quae, fortissimo quoque amisso et ceteris exterritis, parum habiles proelio videbantur, in Syriam translatis, sextam inde ac tertiam legiones, integrum militem et crebris ac prosperis laboribus exercitum, in Armeniam ducit: addiditque legionem quintam, quae per Pontum agens expers cladis fuerat, simul quintadecimanos recens adductos, et vexilla delectorum ex Illyrico et Aegypto quodque alarum cohortiumque et auxilia regum in unum conducta apud Melitenen, qua tramittere Euphraten parabat. Tum lustratum rite exercitum ad concionem vocat orditurque magnifica de auspiciis imperatoriis rebusque a se gestis, adversa in inscitiam Paeti declinans, multa auctoritate, quae viro militari pro facundia erat.

1. *quarta et duodecima legionibus — videbantur*, cf. cap. 6—17. — *in Syriam* MSS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. *in Syria* MS. Flor. teste Vict. *in Siria* ed. Spir. — *sextam inde* (e Syria) *ac tertiam legiones*, cf. cap. 6. Ibidem traditur, praeter has legiones decimam quoque apud Corbulonem mansisse; et in ed. Spir. pro *inde* est *tamen*. Hinc suspicari possis, in his vocabulis veram latere scripturam, fortasse *et dec.* (*decimam*) vel ex *ETX* factum esse *TN* h. e. *tamen*. Paulo post pro *prosperis* Heinsius coni. *perasperis*. — *legionem quintam, quae per Pontum agens expers cladis fuerat*, cf. cap. 6. et 10. *agens*, v. ad 1, 68, 1. — *quintadecimanos*, cf. H. 5, 1. et Ind. I. v. *Legiones: quintadecumanos* MS. Flor. (teste Vict.) ed. Walth. — *vexilla delectorum ex Illyrico et Aegypto*, v. ad Agr. 18. n. 3. *dilectorum* edd. Lips. Grut. — *Melitenen*, quae Ptol. 6, 3. Μελιτηνή dicitur et est pars Susianae ad Tigridem; *Lips.* Immo h. l. intelligenda *Melitene*, Μελιτηνή, vel *Melitina, Malotina, Melita*, hod. *Malathiia* et *Malatia*, metropolis Armeniae minoris, praefectura et urbs Cappadociae a Semiramide condita, patria Abulfaragii geographi celeberrimi et sedes episcopalis Nestorianorum, quam Euphrates praeterfluit ab ortu. v. Plin. 5, 24. s. 20. 6, 3. Strab. XII. p. 535. 573. Ptol. 5, 7. Ammian. Marc. 19, 8, 11. 20, 11, 4. Procop. de aedif. 3, 4. et bell. Pers. I. Wessel. ad Anton. Itin. p. 209. Golius ad Alfergan. p. 264. Assem. bibl. orient. III, 2. p. 244. 466. Schultens. ad vit. Salad. in Ind. Cellarii G. A. III, 8, 127. T. II. p. 299. Mannerti G. A. VI, 2. p. 290. — *qua* (parte) *tramittere* MS. Flor. (test. Iac. Gron. et Vict.) ed. Walth. *quae transmittere* ed. Spir. *qua transmittere* MS. Guelf. et edd. cet.

2. *Tum lustratum rite exercitum*: „Mos exercitum recens acceptum lustrare. Exemplum aliud est Aemilii Pauli ap. Plut. in Aemil. c. 61. p. 274. τὴν δύναμιν ἐν Μακεδονίᾳ παρέλαβον καὶ τὸν εἰωθότα συντελέσας καθαρμὸν αὐτῆς cet. item C. Flaminii ap. Cic. de divin. 1, 35. Idem factum, antequam res geri inciperentur, ut a Caesare B. G. 8, 52. Quomodo lustratio facta, notum est e Livio 1, 28. et 44." *Ern.* — *de auspiciis imperatoriis*, v. ad 1, 3, 2. et 2, 41, 1. *imperatoriis* edd. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. l. 2. 3. sqq. *imperatoris* MSS. Reg. Corb. Ies. Bud. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Brot. Vox omissa in MS. Harl. — *adversa in inscitiam* edd. rec. ex emend. verissima Freinsh. et Vict. *adversa inscitiam* MS. Flor. teste Furia. *adversam inscitiam* MSS. Bud. Guelf. edd. vet. Caecina 1, 67. *reticuit de adversis* nescius, in quem eorum culpam conferret, et veritus, ne formidinem militis adhuc per-

culsi memoria istorum casuum augeret; *Freinsh.* — *multa auctoritate, quae viro militari pro facundia erat,* v. ad 1, 29, 1. Agr. 41. n. 2.

CAPUT XXVII.

Mox iter L. Lucullo quondam penetratum, apertis quae vetustas obsepserat, pergit, et venientes Tiridatis Vologesisque de pace legatos haud aspernatus adiungit iis centuriones cum mandatis non immitibus: *non enim adhuc eo ventum, ut certamine extremo opus esset. Multa Romanis secunda, quaedam Parthis evenisse documento adversus superbiam: proinde et Tiridati conducere, intactum vastationibus regnum dono accipere, et Vologesen melius societate Romana quam damnis mutuis genti Parthorum consulturum. Scire, quantum intus discordiarum quamque indomitas et praeferoces nationes regeret. Contra Imperatori suo immotam ubique pacem et unum id bellum esse.* Simul consilio terrorem adiicere et megistanas Armenios, qui primi a nobis defecerant, pellit sedibus, castella eorum exscindit, plana, edita, validos invalidosque pari metu complet.

1. *Mox iter — pergit,* v. ad 1, 28, 2. *iter L. Lucullo quondam penetratum* a. U. 685. v. Dio 35, 1—17. et Plut. Lucull. p. 508. *Lucullo* pro *a Lucullo.* Cf. Ind. III. v. *Dativus subiectivus.* — *apertis*: in MS. Agr. et ed. Spir. *apertisque,* haud inepte; *Walth.* — *quae*: in MS. Guelf. a m. sec. *quaeque.* Deinde *obsesserat* ed. Spir. et *venientis* MS. Guelf. a m. pr. et edd. Put. 1. 2. — *legatos haud aspernatus,* eorum mandata et preces. *adiungit iis*: in MS. Guelf. et ed. Spir. *a. his.* — *non enim adhuc eo ventum, ut c. e. opus esset,* v. ad 11, 26, 1. *non enim* MSS. Guelf. Bodl. a m. pr. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *nec enim* MSS. Flor. (teste Pich.) Reg. Bodl. (a m. sec.) Bud. edd. Spir. Iac. Gron. Brot. — *documento adversus superbiam,* in documentum, ut documentum essent. Cf. ad 1, 38, 1. *documenta* ed. Spir. *docimento* MS. Flor. teste Vict. — *proinde* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. *perinde* MS. Flor. teste Vict. et ed. Spir. Hoc verum est; *Walth.* Immo illud. v. ad 3, 17, 1.

2. *Scire*: „sententiam adiuveris, si scribas *sciret.*" *Lips.* Immo ad *scire* intell. *se.* v. ad 5, 5, 1. Malim *sciri*: sed Corbulo significat, haec et aliis et sibi innotuisse ac frustra tegi; *Freinsh.* — *Simul consilio terrorem adiicere, et — pellit*: „Comptiora haec Freinshemius fore putat, si sic legamus: *simul, ut consilio terrorem adiiceret, megistanas — pellit.* [Quae receperunt Lall. et Bip.] Placet: sed infinitivum tamen et verbum finitum etiam alibi iungi vidimus." *Ern.* „Recte id animadvertit Ern. Nimirum Tacitus primum in universum annotat, quid simul fecerit Corbulo, deinde singillatim quaeque refert. Utramque loci rationem egregie distinguit diversis formis. Copula *et* ante *megistanas* habet vim explicandi, *scilicet.*" *Walth.* Cf. ad 1, 33, 2. et 12, 51, 1. — *Megistanes,* μεγιστᾶνες, vocabulum e lingua Persica in Macedonicam et Alexandrinam translatum et Graecorum more formatum, quo significantur magnates, proceres, principes regni Persici, purpurati regum amici omnesque dignitate et potestate prae ceteris conspicui. v. intpp. Suet. Cal. 5. Curt. 5, 13, 3. Frontini Strat. 2, 9, 5. Sen. ep. 21. Wetsten. ad evang. Marci 6, 21. Brisson. de regno Pers. lib. 1. n. 209. p. 282. Salmas. de ling. hellenist. p. 110. Sturz. de dial. Maced. et Alex. disp. II. p. II. sqq. 180. sqq. — *pellit sedibus* edd. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *pelluit sedibus* MS. Flor. teste Furia. *pellit a sedibus*

MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. *pepulit sedibus* MSS. Reg. Corb. ed. Spir.

CAPUT XXVIII.

Non infensum nec cum hostili odio Corbulonis nomen etiam barbaris habebatur, eoque consilium eius fidum credebant. Ergo Vologeses neque atrox in summam et quibusdam praefecturis inducias petit. Tiridates locum diemque colloquio poscit. Tempus propinquum, locus, in quo nuper obsessae cum Paeto legiones erant, quum barbaris delectus esset ob memoriam laetioris sibi rei, non est a Corbulone vitatus, ut dissimilitudo fortunae gloriam augeret: neque infamia Paeti angebatur, quod eo maxime patuit, quia filio eius tribuno ducere manipulos atque operire reliquias malae pugnae imperavit. Die pacta Tiberius Alexander illustris Eques Romanus minister bello datus et Vinianus Annius gener Corbulonis, nondum senatoria aetate, sed pro legato quintae legioni impositus, in castra Tiridatis venere honore eius ac ne metueret insidias tali pignere. Viceni dehinc equites assumpti. Et viso Corbulone rex prior equo desiluit; nec cunctatus Corbulo, sed pedes uterque dexteras miscuere.

1. *nec cum hostili odio Corbulonis nomen etiam barbaris habebatur* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. „Recte. Sic 12, 48. *omne scelus externum cum laetitia habendum.*" *Walth.* Cf. Ind. II. v. *Cum.* *nec dum* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Hinc *nedum* edd. Lips. sqq. praeter Walth. *barbaris* pro *a barbaris.* Cf. Ind. III. v. *Dativus* nr. 1. — *eoque,* ideoque. — *Ergo Vologeses neque,* et non, *atrox,* ferox, durus erat, fuit, *ad summam,* quoad summam rem, de qua agebatur, admisit orationem legati, *et* tantum *inducias petit,* petiit, *quibusdam praefecturis,* quae a Corbulone affligebantur; *Ern.* *neque — et,* cf. Ind. II. et ad G. 2. n. 2. Spald. ad Quintil. 12, 6, 2. Beier. ad Cic. off. 3, 4, 20. Ramshorn. Gram. §. 179. p. 527. not. 1. Herzog. ad Caes. b. G. 4, 29. 7, 20. — *ad summam,* ut 13, 38. H. 2, 16. Cf. ad 2, 45, 2. — *praefecturis,* v. ad 11, 8, 2. — *locus, in quo nuper obsessae cum Paeto legiones erant,* fortasse inter Arsamosatam et Rhandeam; *Brot.* Cf. c. 10. et ad c. 15. n. 1. — *quum (a) barbaris delectus esset,* cf. Ind. III. v. *Dativus* nr. 1. *quum barbaris* MSS. Flor. (test. Vict. et Furia.) Reg. Corb. Agr. edd. Spir. Bekk. 2. Walth. *quum a barbaris* MS. Guelf. edd. cet. *delectus esset* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. *delectus est* MSS. Flor. Reg. Corb. Bud. ed. Spir. „Recte: nam particula *quum* hic non est causalis, sed copulativa. Germanice: wenn er (locus) von den Barbaren gewählt ward cet. Sic c. 54. *nam quum secum — reputavit.* Cf. Ramshorn. Gr. §. 189. p. 575 sqq." *Walth.* Sed *est* ortum potius a comp. script. *ēst,* vel quia in MS. Flor. syllaba a librario omissa erat. Cf. ad 2, 63, 2. Neque iteratio verbi *est* placebit. *dilectus* edd. Lips. et Grut. *tum a barbaris delectus est ob mem. l. s. rei, Corbuloni non vitatus* corr. Iac. Gron. quia in MS. Flor. et ed. Spir. est *Corbulo non vitatus* verbis *non est a* omissis, et in MS. Agr. *tum Corbuloni non vitatus.* Sed in hac lectione *tum* friget; *Ern.* Pro *non est a Corbulone vitatus* Bekker in ed. 2. et Ritter scripsere *Corbulo non vitavit.* — *neque infamia Paeti angebatur* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. a. 1574. Bern. Gron. sqq. *augebatur* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Lipsii posteriores, Gryph. Grut. Pich. „Recte:

nam Corbulo non is fuit, qui ulla re *angeretur*. Loci sensus est: quod Corbulo locum a barbaris delectum non vitavit, id non ideo fecit, ut Paeti infamiam augeret." *Kiessl.* „Sed dubito, an hic sensus verbis insit, et magis etiam an sequentia cum eo conciliari possint. Sententia potius h. l. est: Corbulo nec Paeti infamia *angebatur*, ut propterea illum locum vitaret, *quod ex eo maxime patuit, quia filio eius — imperavit:* etenim alium ad operiendas malae pugnae reliquias misisset, si voluisset Paeto parcere. *Angebatur*, ut 1, 52. et ut *anxius* 3, 21." *Walth. tangebatur* coni. Heinsius et *agebatur* vir doctus in marg. ed. Gryph. cuius exemplum habuit Ern. — *operire*, tegere scil. terra, sepelire, *reliquias malae pugnae*, insepulta cadavera et ossa eorum, qui mala pugna occubuerant, ut *cladis reliquias humo tegere* 1, 62. De *mala pugna* Paeti v. cap. 10 sqq. et de necessitate sepulturae ad cap. 67. n. 3. *operiri* edd. Lips. mediae et Grut. *opperiri* ed. Lips. 1607. *operire imperavit*, v. ad 11, 1. et Ind. III. v. *Infinitivi* nr. 7.

2. *Tiberius Alexander*, „procurator Iudaeae post Cuspium Fadum et antea Alexandriae Alabarches. v. Iosephi Ant. Iud. 20, 5." *Lips.* „Aegypto mox praefectus, (v. H. 1, 11. 2, 74. 79.) Iudaeus genere, sed religionis desertor, filius Alexandri Alabarchae Alexandriae teste Iosepho ant. Iud. 20, 3. qui Philonis Iudaei frater, teste eodem 18, 10." *Ryck.* — *illustris Eques Romanus*, v. ad 1, 73, 1. — *minister bello datus*, „adiutor, exactor et arbiter actorum consiliorumque Corbulonis, adiunctus ei a Nerone. Nam solebant Principes ducibus magnarum expeditionum et exsecutionum adiungere aliquem conditionis fere mediocris aut libertum, qui nobilium et honestorum spiritus et actiones inspiceret et quasi contineret; idque ex consilio Maecenatis ap. Dion. 52, 25. ubi de libertis praecipue hanc rationem reddit, *ἵνα σὺ μὴ ἀπορῇς, παρ' ὧν καὶ ἀκόντων τὴν ἀλήθειαν, ἄνγέ τι πλημμεληθῇ, μαθεῖν δυνήσῃ*. Cf. 11, 37. 14, 59. H. 1, 87." *Gron.* obss. 2, 20. Verba *minister bello datus* omissa sunt in MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. et adiecta a m. sec. in marg. MSS. Bodl. Guelf. — *Vinianus Annius* MSS. Flor. Corb. edd. Spir. Iac. Gron. Ern. Bekk. 2. Walth. *Vivianus An.* MSS. Reg. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. cet. omnes. *Viuanus An.* MS. Bud. *Vimanus An.* MS. Agr. *Vinicianus Annius* coni. Ryck. qui patrem eius fuisse *Vinicianum* suspicabatur, de quo v. 6, 9. — *nondum senatoria aetate* sc. *ὤν*. Cf. Ind. III. v. *Ablativi qualitatis substant.* et *Ellipses* 1. *γ*. *Senatoria aetas* (ut H. 4, 42.) sub Imperatoribus eadem quae quaestoria, annus vitae XXV. et equestris XVIII. Cf. ad 3, 29, 1. et Dio 52, 20. — *sed pro*: in ed. Spir. *et pro*. — *quintae legioni*, cf. ad cap. 6. n. 2. *legionis* MSS. Harl. Ies. Guelf. — *honore eius* MSS. edd. vet. ante Pich. (nisi quod *honor eius* ed. Spir.) et post eam Bern. Gron. Ryck. Ern. Brot. *honor eius* MS. Flor. teste Furia. *honori eius* edd. Pich. Bip. Ob. Lün. Bekk. Kiessl. ex emend. Lipsii. „Sed *honore eius* dictum ut 14, 58. *favore iuvenis* et H. 1, 44. *non honore Galbae*. Ablativus enim indicat causam et in eo casu ponitur res, qua causa continetur. Iam honor Tiridatis fuit causa, cur illi in eius castra venirent; venere igitur *ob honorem eius* vel *honore eius* h. e. honoris causa." *Walth.* Cf. ad 14, 5, 4. ad 14, 9, 1. et Ind. III. v. *Ablativi qualitatis substantivorum*. Sic et *tali pignere*, nisi haec dictio referenda ad eam, de qua cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita*. Pro vulg. *pignore* scripsi *pignere*. v. ad 6, 16, 1. *tali pignere* fidei, sc. genero praemisso. — *desiluit*: in ed. Spir. *desilivit*. — *dexteras miscuere*: „quod apud Persas sanctissimi foederis. Iosephus Ant. Iud. 18, 9. *ὁ δὲ Ἀρτάβανος τούς τε πατρῴους θεοὺς ἐπώμνυτο μηδὲν κακὸν δράσειν αὐτοὺς, καὶ τὴν δεξιὰν ἐδίδου, ὅπερ μέγιστον παρὰ πᾶσι τοῖς ἐκείνῃ βαρβάροις παράδειγμα τοῦ θαρσεῖν γίνεται τοῖς ὁμιλοῦσιν· οὐ γὰρ ἂν ψεύσαιτό τις δεξιῶν ὑπ' αὐτοῦ δόσεως γενομένης, οὐδὲ πιστεύειν*

ἐνδοιάσειν, εἰ τοιᾶσδε ἀσφαλείας δόσις γένοιτο παρὰ τῶν ἐν ὑποψίᾳ ἀδικήσεων καθεστηκότων. Idem firmat Gemistus Plethon de rebus Graec. 1, 2. *Persarum rex Mentorem, quod dextram dedisset, (maxima enim haec apud Persas fides) conservavit.*" *Lips.* *dexteras* MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. *dextras* edd. rel. Cf. ad 12, 19.

CAPUT XXIX.

Exin Romanus laudat iuvenem, omissis praecipitibus, tuta et salutaria capessentem. Ille de nobilitate generis multum praefatus cetera temperanter adiungit: *Iturum quippe Romam laturumque novum Caesari decus, non adversis Parthorum rebus supplicem Arsaciden.* Tum placuit, Tiridaten ponere apud effigiem Caesaris insigne regium nec nisi manu Neronis resumere: et colloquium osculo finitum. Dein paucis diebus interiectis magna utrimque specie inde eques compositus per turmas et insignibus patriis, hinc agmina legionum stetere, fulgentibus aquilis signisque et simulacris deum in modum templi. Medio tribunal sedem curulem et sedes effigiem Neronis sustinebat. Ad quam progressus Tiridates, caesis ex more victimis, sublatum capite diadema imagini subiecit, magnis apud cunctos animorum motibus, quos augebat insita adhuc oculis exercituum Romanorum caedes aut obsidio. At nunc versos casus: iturum Tiridaten ostentui gentibus, quanto minus quam captivum?

1. *Romanus laudat iuvenem*, Corbulo Tiridatem. — *praecipitibus*, v. ad 4, 30, 2. extr. — *de nobilitate generis*, Tiridatis, *Arsacidae*. Cf. ad 2, 1, 1. — *multum*: in MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. *militum*. Cf. ad c. 51. H. 1, 12. Agr. c. 20. *multa* MSS. Harl. Ies. Guelf. — *temperanter*, modeste. — *ponere* (deponere) *apud effigiem Caesaris insigne regium*, diadema. De *effigie Caesaris* v. ad 4, 2. extr. — *nec nisi manu Neronis resumere*, cf. cap. 24.

2. *magna utrimque specie*, cf. ad 4, 6, 1. *spẽ* MS. Guelf. a m. pr. et *spe* a m. sec. ut ed. Spir. v. ad 12, 44, 2. — *in modum templi*, quod *simulacris deorum* ornari solet. De his vero *simulacris deûm* v. ad 4, 2. extr. *et simulacris*: *deum in modum templi medio tribunalis* cet. ed. Spir. — (In) *medio tribunal* (caespiticium) *sedem curulem* (imperatoris, Corbulonis) *sustinebat*, v. ad 1, 18, 3. et 1, 75, 1. — *et sedes effigiem Neronis sustinebat*: „De ea re Dio 62, 23. ed. Reim. *ἀλλὰ καὶ βῆμα ὑψηλὸν ἠγέρθη, καὶ ἐπ' αὐτοῦ εἰκόνες τοῦ Νέρωνος ἐστάθησαν.* Similis *sedes* sive suggestus etiam Romae in castris praetoriis. v. H. 1, 36. et Plin. pan. c. 52. *iam dudum illi radiatum caput et media inter deos sedes auro staret aut ebore.*" *Lips.* — *caesis ex more victimis* — *subiecit*, cf. Xiphil. 62, 23. „De illo more v. Claudian. de laud. Stilic. 1, 59 sqq. et Sidon. paneg. Leonis (vel Anthemii bis cos.) v. 83 sqq. Cf. etiam Strabo XV. p. 732. et Catull. carm. 90. de *ἐπιπλοῷ*, omento mactatae victimae, quod diis adoleri solebat." *Lips.* — *sublatum capite* edd. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *sublati capiti* MS. Flor. teste Furia. *sublatum capiti* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Rhen. 1. — *magnis a. c. a. motibus*, cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita*. — *exercituum Rom. caedes aut obsidio*, de quibus v. cap. 10 sqq. — *iturum T. ostentui gentibus*, v. ad 1, 29. extr. *iturum* edd. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 2. 3. sqq. *iterum* MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Rhen. 1.

CAPUT XXX.

Addidit gloriae Corbulo comitatem epulasque, et rogitante rege causas, quotiens novum aliquid adverterat, ut initia vigiliarum per centurionem nuntiari, convivium buccina dimitti et structam ante augurale aram subdita face accendi, cuncta in maius attollens admiratione prisci moris affecit. Postero die spatium oravit, quo tantum itineris aditurus fratres ante matremque viseret; obsidem interea filiam tradit literasque supplices ad Neronem.

1. *Addidit gloriae*, quam consecutus erat, *comitatem* adversus eum, a quo praestitus honos; Ern. *epulas comitatemque* MS. Guelf. — *rogitante rege causas:* videtur edidisse Tacitus *rogitantem regem* — *admiratione prisci moris affecit*; *I. Fr. Gron.* „Est sane anacoluthon in vulgata scriptura, sed levissimum, pluraque eiusdem generis inveniuntur. Cf. Baumgarten-Crusii Corollar. de gen. dic. Suet. in clave Suet. sub v. *anacoluthon*. Et hoc quidem loco facilius intelliges accusativum ad verbum *affecit*, quam ut feras incommodos accusativos illos *rogitantem regem causas*. Debuisset saltem scribi *regem rogitantem causas*; sed vel sic voc. *regem* remotius est a verbo, quam ut non sit salebrosa eiusmodi structura.“ *Walth.* Cf. Ind. III. v. *Anacolutha*. Ad verbum *affecit* intellige *eum*. Cf. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 16. — *quotiens novum aliquid adverterat*, v. ad 12, 51. extr.

2. *ut initia vigiliarum per centurionem nuntiari*, qui, postquam concinuerat tuba, vigilias ordine obibat et rediens nuntiabat duci recte habere; *Lips.* Cf. H. 2, 29. Veget. 3, 8. inpr. Polyb. 6, 34. et Lips. de mil. Rom. 5, 9. De *vigiliis* v. ad 1, 28, 3. *ut*, verbi causa, e. gr. *et initia* MS. Guelf. *nuntiari* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *enunciari* MSS. Bodl. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *convivium buccina dimitti:* „de qua re est locus class. Polyb. 14, 3. ubi tradit, esse eam Romanis consuetudinem, ut convivandi tempore cuncti tubicines ac buccinatores ad tentorium ducis personent, ad hoc ut nocturnas custodias suis locis per id temporis constituant. Hinc etiam lux Livio 30, 5. ubi de eodem Scipionis astu sermo est, sed mos ille obscurius tangitur. Germanorum Principum mos nescio an originem trahat istinc: certe receptum dynastis etiam hodie, ut convivium ineant ad sonum tubae. Quod ipsum fecisse Macedonum reges docet Athenaeus 4, 2. *ἕως ἐσάλπισε τὸ εἰωθὸς τοῦ τελευταίου δείπνου σημεῖον· τοῦτο γὰρ τὸ Μακεδονικὸν οἶσθα ἔθος ἐν ταῖς πολυανθρώποις εὐωχίαις γινόμενον*, et 12, 9. de Alexandro: *ἐγίνετο δὲ τὰ δεῖπνα πρὸς σάλπιγγα, τότε μὲν ἐν τοῖς γάμοις, καὶ ἄλλως δὲ ἀεὶ, ὅτε τύχοι σπονδοποιούμενος, ὥστε πᾶν εἰδέναι τὸ στρατόπεδον.* 'At enim quia hic de fine tantum convivii et de buccina, propius haec certiusque explicavi in dial. de mil. Rom. 5, 9.“ *Lips.* Ibi suspicabatur, classicum illud omnium signorum cecinisse ante coenam et buccinam post eam. „Iuxta Polybium tubicines signum dabant ante coenam; Tacitus vero ait, *convivium buccina dimitti*, ut Athenaeus de Macedonibus. Haec explices, si distinguas tempora. Olim Romani hora XII coenabant, tuncque collocabantur nocturnae vigiliae. Postea vero coenatum est hora nona, ac proinde tunc potuit *convivium buccina dimitti.*“ *Brot.* — *structam ante augurale aram subdita face accendi* edd. Pich. Grut. sqq. ex emend. Lipsii. Ita etiam cod. Agr. idemque ex MS. Flor. vel potius e collat. Iac. Gron. enotavit Ryck. sed *structam ante auguralem aram* Pich. et Vict. quod etiam legitur in Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *structa ante auguralem aram* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. sqq. usque ad Pich. „Male. Tacitus non vult, *structa* fuisse accensam

ligna vel simile quid ante aram, (non ille mos) sed in ipsa *ara ante augurale*, locum in dextra praetorii parte, de quo v. ad 2, 13, 1. At quis iste ritus? Nisi fallor, ille ipse qui in privatorum etiam conviviis, carpendi aliquid e dapibus et libandi in honorem deorum, hoc tamen discrimine, quod vulgo in focum libamenta ea illata, sedem scilicet Larium, hic in aram, paulo augustius et pro splendore imperatoris. Et de libatione quidem varii testes; proprii ad hunc morem Hom. Jl. 9, 219. Dionys. Hal. 4, 2. (ἀπὸ τῆς ἑστίας τῶν βασιλέων, ἐφ᾽ ἧς ἄλλας τε συντελοῦσι Ῥωμαῖοι ἱερουργίας καὶ τὰς ἀπὸ τῶν δείπνων ἀπαρχὰς ἁγίζουσι) Plut. de Fort. Rom. c. 19. p. 323. (qui facit Ocrisiam ἀπάργματα καὶ λοιβὴν λαμβάνουσαν ἀπὸ βασιλικῆς τραπέζης καὶ, ὥσπερ εἰώθει, τῷ πυρὶ ἐπιβάλλουσαν) Sil. 7, 182 sqq. Liv. 39, 43. Persius in patella poni et deferri solere ostendit 3, 26. ubi vetus interpres: *quia delibatae dapes in ea positae ad focum feruntur.* Inde *patellarii dii* ap. Plaut. Cistell. 2, 1, 46. Inde Varroni scriptum *deos colere et dare in patellam* μικρὸν κρέας. Huc aspexit Tibull. 1, 1, 36. 37. Denique Horatius Sat. 2, 6, 66. Tibull. 1, 1, 36 sqq. satirice et ambiguo sensu dixit *vernasque procaces pasco libatis dapibus*, sive quia non pasceret vernas nisi prius libatis dapibus, sive quia e libatis dapibus. Et hoc postremum magis censeam ex eius mente: non enim semper comburi libamenta ea mos, saepe apponi tantum et mox edi. Hoc clare notat Artemidorus 3, 3. de sacrificulis eo cibo se sustentantibus." *Lips.* „*Aram subdita face accendebant*, sed incertum, utrum ut libatas coenae dapes diis offerrent, quod Lipsio placuit, an ut pernox arderet et ad eam vigilias obirent milites, quod vult Rutgersius var. lect. 3, 20." *Brot.*

3. *cuncta in maius attollens*, v. ad 4, 23, 2. *attollens* MSS. Flor. (teste Pich.) Bodl. Bud. Guelf. Agr. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. Ald. Ern. sqq. Brot. sqq. *extollens* edd. Rhen. 3. Lips. sqq. usque ad Ern. Utrumque Tacito in usu fuit. v. Ind. II. Sed *attollens* h. l. librorum auctoritate firmatur. — *affecit* sc. eum, regem. Cf. nota 1. — *Postero die* MSS. Flor. (teste Pich.) Reg. Corb. edd. Spir. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Pich. sqq. *Postremo die* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Rhen. 2. 3. Lips. Hoc defendebat Rhen. propter verba c. 29. *paucis diebus interiectis* et quia totum tempus designetur, quo semel iterumque congressi sint. „Sed illud praeferendum videtur: nam rex noctem eam mansit, uti ex *vigiliis nuntiatis* apparet." *Lipsius.* — *spatium oravit:* in ed. Spir. *oravit spatium.* — *fratres*, Pacorum et Vologesen.

CAPUT XXXI.

Et digressus Pacorum apud Medos, Vologesen Ecbatanis reperit non incuriosum fratris: quippe et propriis nuntiis a Corbulone petierat, ne quam imaginem servitii Tiridates perferret, neu ferrum traderet aut complexu provincias obtinentium arceretur foribusve eorum assisteret, tantusque ei Romae quantus consulibus honor esset. Scilicet externae superbiae sueto non inerat notitia nostri, apud quos vis imperii valet, inania tramittuntur.

1. *Pacorum apud Medos, Volegesen Ecbatanis reperit*: mirum, quasi Ecbatana, quae Mediae metropolis, in Medis non fuerint; *Ryck.* Fortasse scrib. *apud Mardos*, de quibus v. ad 14, 23, 2. *Ecbatana* (Ἐκβάτανα, Ἀιβάτανα et Ἀγβάτανα) oppidum quidem Syriae s. Phoenices in Carmelo monte ap. Herodot. 3, 64. Plin. 5, 19. s. 17. et Steph. aliudque Persidis

propriae ap. Plin. 6, 26. s. 29. Sed h. l. Taciti haud dubie designatur caput Mediae magnae a Deioce primo Medorum rege in leni colle conditum vel potius instauratum, ubi Persarum reges aestatem agebant, ut hiemem Susis aut Babylone, interdum Bactris, אחמתא Esr. 6, 2., hod. *Hamadan, Hamedan, Hamodan* ad montem Orontem, nunc *Alwend*. v. Plin. 6, 14. Herodot. 1, 98. 3, 92. Polyb. 10, 24. 25. Aeliani V. H. 7, 7. et de anim. 10, 6. Strab. XI. p. 524. 795. Diodor. 2, 13. Xenoph. Cyrop. 8, 1. 8, 6, 10. et exped. Cyri 3, 3, 10. Mannerti G. A. V, 2. p. 159 sqq. *Pacorum* edd. Put. 1. 2. Ber. cet. *Pacorem* MS. Flor. (test. Vict. et Furia) et ed. Spir. *Pachorum* MS. Guelf. — *quippe et*: in MS. Guelf. a m. sec. et in ed. Spir. *quippe etiam: et propriis* cet. — *imaginem servitii*, signum, indicium. — *neu ferrum traderet* Tiridates Corbuloni. Persae et Parthi *omnes promiscue vel inter epulas festosque dies gladiis cincti cernuntur*: (cf. Ioseph. Ant. Iud. 18, 3. et Brisson. de reg. Pers. p. 628.) *quem Graecorum veterum morem primos abiecisse Athenienses auctor est Thucydides* 1, 5. et 6. ubi v. Wass. et Duk. Cf. Aristot. Polit. 2, 6. Ammian. Marc. 23, 6, 75. De ritu ponendi apud magistratus gladii in Elect. 1, 23. mihi dictum; *Lips*. Hic ibidem ex Plut. in Pomp. p. 637. et Xiphilino 63, 2. docuit, Tigranem ad Pompeium et Tiridatem ad Neronem venientes iussos esse gladios ad pedes eorum ponere. De splendido modo, quo Tiridates Romae a Nerone exceptus est, v. Xiphil. 63, 1—7. nam Taciti narratio intercidit. De Tiridate accipiendo Armeniae regno adventante v. 16, 23.

2. *aut complexu provincias obtinentium* (proconsulum et legatorum) *arceretur foribusve eorum assisteret* in itinere Romam suscipiendo. „Duplicis h. l. ritus fit mentio. Priorem illustro e Spartiani Severo, de quo legato Africae c. 2. *in qua legatione quum eum quidam municipum suorum Leptitanus, praecedentibus fascibus, ut antiquum contubernalem ipse plebeius amplexus esset, fustibus eum sub elogio praeconis cecidit, legatum populi Romani homo plebeius temere amplecti noli. Ex quo factum est, ut in vehiculo etiam legati sederent, qui ante pedibus ambulabant.* Interdicti ergo provinciales complexu. Sed nec in *fores* statim illis aditus, uti eleganter Salvianus de gubernat. 3, 82. *intra ianuas non modo illustrium potestatum, sed etiam praesidum aut praepositorum, non omnes passim intrare praesumunt, nisi quos aut iudex vocaverit aut negotium traxerit aut ipsa honoris proprii dignitas introire permiserit, ita ut, si quispiam fuerit insolenter ingressus, aut caedatur aut propellatur aut aliqua verecundiae atque existimationis suae labe mulctetur.* Quod augendae dignitati usurpatum a praesidibus, uti privatim a quibusdam per superbiam Romae." *Lipsius*. Tum ob magistratuum superbiam, tum ob operosam salutantum turbam diu *foribus assistebatur* ianitoribusque notescere pro magnifico accipiebatur; *Brot*. Cf. Suet. Ner. 37. Iuvenal. 3, 37. 38. Martial. 10, 10, 5. Sen. de brev. vitae c. 2. — *tantusque ei Romae* MSS. Flor. Reg. Corb. edd. Spir. Pich. Lips. a. 1607. et sqq. *tantusque Romae* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et edd. cet. ante Pich. — *externae superbiae*, praecipue regum orientalium. Cf. ad 1, 41, 2. — *non inerat* MSS. Flor. Reg. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Spir. Iac. Gron. Ern. sqq. sed *non inherat* MS. Flor. test. Vict. et Furia, ut vitiose *non inberat* MS. Agr. Cf. ad c. 4. n. 2. *non erat* edd. Put. 1. 2. et cet. ante Gron. — *notitia nostri*, nostrorum, Romanorum, *apud quos* cet. Cf. ad G. 8. n. 5. et Ind. III. v. *Pronomen reciprocum*. — *vis imperii valet, inania tramittuntur*: „qui non, ut reguli, inanibus superbiunt. Quanta! quam Romana! quam paucis!" *Brot*. *vis imperii* MSS. Flor. Agr. edd. Berneg. I. Fr. Gron. Ryck. Iac. Gron. sqq. *ius imp.* edd. vet. et *imperii ius* MS. Guelf. In cod. Bud. dubia est lectio. *ius imperii* firmari poterit locis Cic. Phil. 15, 31. et Iustini 38, 4, 11. Sed *vis imp.* h. l. verum est, quia *inania* opponun-

tur; *Ern.* Cf. ad 3, 17, 2. — *inania tramittuntur,* v. ad 4, 55, 1. et 5, 10, 2. *tramittuntur* MS. Flor. edd. Bekk. 2. Walth. *transmittuntur* MS. Guelf. et edd. cet.

CAPUT XXXII.

Eodem anno Caesar nationes Alpium maritimarum in ius Latii transtulit. Equitum Romanorum locos sedilibus plebis anteposuit apud circum: namque ad eam diem indiscreti inibant, quia lex Roscia nihil nisi de quatuordecim ordinibus sanxit. Spectacula gladiatorum idem annus habuit pari magnificentia ac priora: sed feminarum illustrium senatorumque plures per arenam foedati sunt.

1. *nationes Alpium maritimarum,* quae Alpes a mari et ostio Vari ad montem Viso et Padi fontes porriguntur. Cf. ad H. 1, 61. et 2, 12. „Nomina *nationum* v. in Augusti tropaeo ap. Plin. 3. 20. quod tropaeum non Secusii in Cottiis, sed in maritimis Alpibus fuisse docetur in Théatre des Etats de S. A. R. le Duc de Savoye T. 1. p. 72.“ *Brot.* — *Ius Latii* s. *Latinum* et Latinitatis (*Latium* H. 3, 55. et *Latinitas* al.) medium erat inter ius Italicum et civitatis Romanae, ex foedere cum Latinis ortum, qui ex eo iure non modo in comitiis Romanis, si a magistratu Rom. vocati essent, suffragia ferre, sed cives quoque Romani fieri poterant, si magistratus gessissent in civitatibus suis aut stirpe ex sese domi relicta Romam sibi domicilio delegissent. Cicero in orat. in Calp. Pis. c. 41. distinguit *socios, foederatos, liberos et stipendiarios populos*; sed socii fere erant stipendiarii, tributarii aut vectigales, et honestum *societatis* nomen praetexebatur necessitati parendi. Cf. de dura sociorum conditione et de iure Latino, Italico et Romano Sigon. ant. ius Ital. 1, 4. 3, 1. Duk. ad Liv. 41, 8. Gruch. de com. 2, 3. Spanhem. orb. Rom. 1, 7—10. Brot. ad Tac. Ann. 11, 23. 13, 43. Lamall. et Gutm. ad Tac. H. 3, 55. Heynii Opusc. Acad. T. III. p. 145—160. T. IV. p. 536—542. in primis Zimmermann. Geschichte des Röm. Privatrechts Heidelb. 1826. 1, 2. Savigny in Zeitschrift für geschichtl. Rechtswiss. V, 5. et 6. Niebuhrs Röm. Geschichte T. II. p. 88—92. T. III. p. 620—626. ed. II.

2. *Equitum Romanorum locos sedilibus plebis anteposuit apud circum,* in circo. v. Ind. II. v. *Apud.* *Loci* et *sedilia,* e quibus spectatur vel ubi spectatores sedent, (*loci* ap. Liv. 34, 44. et Vell. 2, 32. *fori* ap. Liv. 1, 56. pr. 29, 37. 45, 1. *sedes* et *sedilia*) quae primum sibi quisque faciebat, (v. Liv. 1. 35.) a Tarquinio Superbo facta lignea et permanentia, (Liv. 1, 56.) ab aliis deinde lateritia et tandem marmorea triplici porticuum ordine sustentata. „Recte et ordine capienda haec. Ita autem in circo sedendi res fuit: nam de theatris alius mihi locus. Ad Augusti aevum senatus, Eques, plebes spectaculum id indiscreti *inibant*: nam *lex Roscia* et Iulia theatralis de scena tantum caverant, non de curulibus ludis. Qui quoniam antiquissimi religione quadam, censeo, et simul non alienandae plebi, servatus in iis mos priscus. Cornelio Cinna demum et Valerio Messala consulibus a. V. 758. mutavit Augustus. Dio 55, 22. καὶ τὰς ἱπποδρομίας χωρὶς μὲν οἱ βουλευταὶ, χωρὶς δὲ οἱ ἱππεῖς ἀπὸ τοῦ λοιποῦ πλήθους εἶδον, ὃ καὶ νῦν γίγνεται, sed ita ut saltem iuberet seorsim spectare senatum, seorsim Equitem, non tamen loca illis certa assignaret stataque. Itaque in alia atque alia regione circi spectabant, sedilibus videlicet his aut illis a plebe occupatis, donec tollendae confusioni Claudius Imperator senatui attribuit certam mansuramque sedem: *circo maximo marmoreis carceribus auratisque metis exculto, propria senatoribus constituit loca promiscue spectare solitis,* Suet. Claud. 21. Ait *promiscue:*

magis vere proprieque vage. Eam enim Suetonii mentem esse, libens concredo Dioni 60, 7. rem eam explicanti cum cura: ἑώρων μέν που καὶ πρότερον ἐν αὐτῷ (de circo praedixit) ἰδίᾳ καὶ κατὰ σφᾶς ὡς ἕκαστοι, τό τε βουλευτικὸν καὶ τὸ ἱππευτικὸν καὶ ὁ ὅμιλος, ἀφ' οὗπερ τοῦτ' ἐνομίσθη· οὐ μέντοι καὶ τεταγμένα σφίσι χωρία ἀπεδέδεικτο· ἀλλὰ τότε ὁ Κλαύδιος τήν τε ἕδραν τὴν νῦν οὖσαν τοῖς βουλευταῖς ἀπέκρινε, καὶ προσέτι τοῖς ἐθέλουσι σφῶν ἑτέρωθί που καὶ ἐν γε ἰδιωτικῇ ἐσθῆτι θεάσασθαι ἐπέτρεψε. Sed Claudius senatui tantum; Equiti ecce nunc Nero. *Circensibus loca Equiti secreta a ceteris tribuit* Suet. Ner. c. 11. Plinius H. N. 8, 7. satis ostendit nova exaedificata ea loca fuisse. *Caesar dictator*, inquit, *euripis arenam circumdedit, quos Nero Princeps sustulit Equiti loca addens.* Quod in fine verborum Dionis est, nolim negligas: nam etiam post loca divisa promiscue licuit spectare senatoribus, sed in veste, ut ait, privata, vulgari, non senatoria. Exemplum in Plin. ep. 9, 23. ubi ipse Tacitus noster in equestribus spectat, etsi senator: *narrabat* mihi Tacitus, *sedisse se in circensibus proximum Equiti Romano.*" *Lipsius.* „Idem Equitibus concessum videtur: sed Domitianus teste Suet. c. 8. *licentiam theatralem promiscue in Equite spectandi inhibuit.*" *Brot.* Cf ad 14, 14, 2. et de temporibus antiquis, quibus *promiscue* spectabantur ludi, sine discrimine ordinis generisque, Liv. 34, 44. *sedilibus* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *sedibus* MSS. Harl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *indiscreti inibant*, ut c. 39. extr. Id intelligendum de iis, quos XIV. gradus non capiebant in tantum aucto Equitum numero; *Ern.* *inibant* MSS. Flor. (teste Vict.) Corb. Bud. Guelf. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *ibant* MS. Reg. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. quae varietas e comp. *ībant* originem traxit; *Walth.* — *lex Roscia* theatralis a L. Roscio Othone tribuno plebis a. U. 687. *de quatuordecim ordinibus* sive *gradibus* (ut 14, 32.) orchestrae, in qua senatores sedebant, proximis, qua lege sancitum, *ut nemini, nisi Eques et equestri censu esset,* (quadraginta sestertia possideret: v. ad 4, 63, 1.) *in XIV gradibus sedere liceret.* v. Cic. p. Mur. c. 19. et Phil. 2, 18. Ea lex, plebi ignominiae esse visa, magnos motus excitavit in consulatu Ciceronis, quos hic composuit oratione, quae intercidit. v. Cic. ep. ad Att. 2, 1. Iuvenal. 1, 106. 2, 117. 3, 154 sqq. 14, 323 sq. Plut. vit. Cic., Plin. 7, 30. (ubi cf. Hard.) 32, 2. Ruhnk. ad Vell. 2, 32. intpp. Suet. in Ner. c. 11. in Dom. c. 8. A Caesare dictatore a. U. 705. lata lex theatralis eaque renovata est Roscia. v. Plin. 33, 2.

3. *Spectacula gladiatorum idem annus habuit*, cf. Ind. II. v. *Annus.* — *ac priora* MSS. Corb. Harl. Ies. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *ac priori* MSS. Bodl. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. quod non minus bonum est. — *sed feminarum illustrium senatorumque plures per arenam foedati sunt*, v. ad 14, 14, 3. *familiarum illustrium* frustra coni. Grut. et Freinsh. *senatorumque plures* MSS. Reg. Corb. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. Lips. Pich. sqq. *senatorumque filiorum plures* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Micylli. *per arenam* absunt a MS. Reg. et ed. Spir.

CAPUT XXXIII.

C. Lecanio, M. Licinio Coss. acriore in dies cupidine adigebatur Nero promiscuas scenas frequentandi; nam adhuc per domum aut hortos cecinerat Iuvenalibus ludis, quos ut parum celebres et tantae voci angustos spernebat. Non tamen Romae incipere ausus Neapolim quasi Graecam urbem delegit: inde initium fore, ut transgressus in Achaiam insignesque et antiquitus sacras coronas adeptus maiore fama studia civium eli-

ceret. Ergo contractum oppidanorum vulgus et quos e proximis coloniis et municipiis eius rei fama civerat quique Caesarem per honorem aut varios usus sectantur, etiam militum manipuli theatrum Neapolitanorum complent.

1. *C. Lecanio* Basso et *M. Licinio* Crasso Frugi *coss.* Ita ap. Frontin. de aquaed. lib. II. *Q. Lecanius Bassus consularis* memoratur Plin. 26, 1. s. 4. „Unde aut hic aut ibi in praenomine error. Non audiendus autem Dalecampius ad Plin. l. l. affirmans, Lecanii Bassi mentionem fieri a Dioscoride in praef. ad Areum: nam Areus iste, cui quinque suos libros de Materia Medica inscripsit, non est alius quam philosophus Alexandrinus, summus Augusti amicus. v. Suet. Oct. c. 89. et Lambecii Biblioth. Caes. Vindob. 2, 7. Praeterea ap. Dioscor. l. l. in antiquiss. MS. Caesar. legitur *Λικιννίου Βάσσου*." *Ryck.* *C. Lecanio* edd. Spir. Lips. sqq. *C. Lexanio* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Gryph. Mic. *C. Laecanio* dedit Brot. e fragm. veteris lap. ap. Murator. Nov. Thes. Inscr. T. I. p. 305. „*M. Licinius* filius M. Licinii Crassi Frugi cos. a. U. 780. (v. 4, 62.) frater Pisonis, qui a Galba adoptatus (H. 1, 14.) Scribonianus est cognominatus a Scribonia matre. Ipse a Nerone sublatus: de hoc enim capienda verba H. 1, 48. *Fratres eius Magnum Claudius, Crassum Nero interfecerant.*" *Ryck.* — *promiscuas scenas,* quae patent omnibus ad spectandum; *Ern.* — *per domum* (domi) *aut hortos cecinerat Iuvenalibus ludis,* v. 4, 15. *et hortos* MS. Bud. a m. pr. et *iuvenilibus* MS. Guelf.

2. *incipere ausus* MSS. Flor. Reg. Corb. edd. Spir. Pich. sqq. *incipere scenas ausus* MSS. Harl. Bod. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. — *Neapolim quasi Graecam urbem delegit* cet. cf. Xiphil. 63, 8—10. Suet. Ner. c. 20. 25. Neapolis a Cumanis vel Chalcidensibus condita (v. Vell. 1, 4. Liv. 8, 22. Plin. 3, 5. s. 9.) religiose servavit Graecorum ritus eorumque exemplo gymnasia, theatra, agones habuit. v. Liv. 35, 16. Sil. 8, 533. 12, 27. 31. Hinc *quasi Graecam urbem.* Cf. Iuvenal. 3, 60. sqq. ibique intpp. — *transgressus in Achaiam* MSS. Reg. Corb. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Lips. Pich. sqq. *transgressis in Ach.* MS. Flor. teste Vict. quae vitiosa scriptura peperisse videtur emendationes *transgressus scenis in A.* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. et *transgressis scenis in A.* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. — *insignesque et sacras,* cf. ad G. 1. n. 1. *antiquitus sacras coronas,* v. ad 14, 21, 3. et cf. Suet. Ner. c. 25. — *studia civium,* v. ad 14, 52, 1. — *vulgus*: in MS. Flor. (teste Furia) *volgus.* — *eius rei fama civerat* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. Lips. Pich. sqq. *acciverat* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. ex interpret. Cf. Ind. III. v. *verba simpl. pro comp.* *evenerat* MS. Reg. — *quique Caesarem per honorem* (v. Ind. II. v. *Per, α, ב*) *aut varios usus* (vel suos vel ipsius; *Ern.*) *sectantur,* sectari solent. *quisque* MS. Ies. *quaeque* ed. Spir. Paulo post *Neapolitanum* MS. Agr.

CAPUT XXXIV.

Illic, plerique ut arbitrabantur, triste, ut ipse, providum potius et secundis numinibus evenit: nam egresso qui affuerat populo, vacuum et sine ullius noxa theatrum collapsum est. Ergo per compositos cantus grates diis atque ipsam recentis casus fortunam celebrans petiturusque maris Hadriae traiectus apud Beneventum interim consedit, ubi gladiatorium munus a Vatinio celebre edebatur. Vatinius inter foedissima

eius aulae ostenta fuit, sutrinae tabernae alumnus, corpore detorto, facetiis scurrilibus: primo in contumelias assumptus, dehinc optimi cuiusque criminatione eo usque valuit, ut gratia, pecunia, vi nocendi etiam malos praemineret.

1. *plerique ut arbitrabantur* edd. Rhen. 2. 3. et dein omnes praeter Walth. *pl. ut arbitrantur* MSS. Bud. Guelf. edd. Spir. Put. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Recte: non enim sermo est de illius temporis hominibus, sed in universum auctor dicit, plerisque talem casum pro tristi haberi; *Walth.* Illud vero probabilius propter verba *ut ipse.* — *triste, providum potius,* v. ad 1, 41, 1. et 14, 29, 2. — *theatrum collapsum est,* „fortasse motu terrae, cuius meminit Suet. Ner. c. 20.“ *Ryck.* *compositos cantus,* cum arte et studio meditatos, ut *plausus compositus* 16, 4. *compositae orationes* H. 4, 4. Cf. ad 1, 1, 4. et Ind. II. v. *Componere.* — *maris Hadriae,* ut H. 3, 42. poet. pro *maris Hadriani* sive *Hadriatici,* quod quidam sic dictum putant ab *Hadria,* hod. *Atri,* ad fl. Matrinum et Vomanum, *Hadriani* patria et colonia, alii ab *Hadria,* opp. Venetorum ad Tartarum fl. inter Padum et Athesim, quod tamen a mari illo VII M. P. abest. Cf. intpp. Hor. od. 1, 3, 15. — *Beneventum* vetus opp. Samnii, prius *Maleventum* a ventorum gravitate dictum, quod mali ominis nomen commutatum a. U. 485. quo facta est colonia Rom. v. Liv. 9, 27. Plin. 3, 11. s. 16. — *gladiatorium munus* MS. Flor. edd. Spir. Pich. sqq. *gladiatorum m.* MSS. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. et cet. ante Pich.

2. *Vatinius* Beneventanus, sutor et artifex vitrearius, homo *foedissimus,* qui gratia Neronis et *optimi cuiusque criminatione* plurimum valebat et a quo dicti *calices Vatinii* s. *Vatiniani* vitrei. Cf. H. 1, 37. O. 11. Dio 63, 15. Martial. 10, 3. Iuvenalis 5, 46. *Tu Beneventani sutoris nomen habentem Siccabis calicem nasorum* (s. rostrorum) *quatuor;* ubi Schol. haec annotavit: *Vatinii, qui longum nasum habuit.* Eo etiam Turnebus Adv. 9, 24. retulit verba Martial. 14, 96. *vilia sutoris calicem monimenta Vatini accipe; sed nasus longior ille fuit.* „Verum ille non cepit argutiam epigrammatis. Ego sententiam puto, quum quatuor nasos oblongos haberet ille Vatinianus calix, tamen longiorem iis fuisse Vatinii nasum: quo callide notat eum ut acrem et sagacem inquisitorem criminatoremque. Ita enim fuit. Xiphilinus 63, 15. ait, eum adeo hostem optimatibus fuisse, ut semper in ore haberet, *μισῶ σε, Καῖσαρ, ὅτι συγκλητικὸς εἶ.*“ *Lips.* — *Vatinius inter foedissima eius aulae ostenta fuit,* cf. H. 3, 56. *praecipuum ipse Vitellius ostentum erat,* ut paulo ante *dirum omen.* — *corpore detorto,* distorto; *Ern.* Cf. ad 12, 49, 1. princ. — *in contumelias assumptus,* ut esset inter copreas, ut Suet. Tib. 61. vocat, rideretur que ab aulicis; *Ern.* *in contumelias* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *inter cont.* MS. Corb. et ed. Spir. ut voluerat Mur. Ita *contumeliae* pro copreis, quod durum puto; *Ern.* *In* consilium indicat; *Walth.* — *dehinc* MS. Flor. (test. Vict. et Furia) edd. Spir. Bekk. 2. Walth. *deinde* MS. Guelf. et edd. cet. — *malos praemineret* MS. Flor. edd. Pich. sqq. *malis praemineret* MSS. Bud. Agr. edd. Spir. Rhen. 2. 3. Lips. Grut. *aliis praeemineret* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *et in aliis praeemineret* MS. Guelf. Cf. ad 3, 56, 1.

CAPUT XXXV.

Eius munus frequentanti Neroni ne inter voluptates quidem a sceleribus cessabatur. Iisdem quippe illis diebus Torquatus Silanus mori adigitur, quia super Iuniae familiae claritudinem D. Augustum atavum ferebat. Iussi accusatores obii-

cere, *prodigum largitionibus neque aliam spem quam in rebus novis esse: quin eum nobiles habere, quos ab epistolis et libellis et rationibus appellet, nomina summae curae et meditamenta.* Tum intimus quisque libertorum vincti abreptique. Et quum damnatio instaret, brachiorum venas Torquatus interscidit, secutaque Neronis oratio ex more, quamvis sontem et defensioni merito diffisum, victurum tamen fuisse, si clementiam iudicis exspectasset.

1. *Torquatus Silanus,* cet. cf. ad 12, 58, 1. *Silanus* edd. Lips. Pich. sqq. *Sillanus* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Rhen. 2. 3. Ald. *Syllanus* MS. Guelf. edd. Spir. Put. Ber. Rhen. 1. v. ad 12, 3, 2. „De morte huius Silani cf. Dio 62, 27. Exc. Peir. p. 690." *Walth.* — *atavum* MSS. et edd. omnes praeter Ryck. et Brot. in quibus substitutum *abavum.* v. ad 12, 58, 1. — *Iussi accusatores* MSS. Reg. Corb. Bodl. Bud. Agr. edd. Spir. Ryck. Ern. sqq. *Iussi id acc.* MSS. Bodl. a m. sec. Harl. Ies. Bud. a m. sec. Guelf. edd. cet. ante Ryck. *iussis acc.* MS. Flor. test. Ryck. et Vict. „Quod coniicias corruptum ex *iussi id,* et hoc minime displicet. Nam saepissime pronomen *id* sic Tacito ponitur, ut spectet ad sententiam sequentem eamque praecipue exhibeat. Sic 1, 32. *Id militares* cet. H. 3, 64. *id Sabino convenire ut.* Cf. ad 13, 17. et Ramshorn. Gramm. §. 204. 3. b. p. 678." *Walth.* Exempla illa non plane congrua h. l. et in MS. Flor. multa vitiose scripta. — *obiicere* MSS. Guelf. Agr. edd. Spir. Ber. Gron. Ryck. sqq. *obicere* MS. Bud. edd. Put. Rhen. 1. 2. 3. Lips. Pich. Bern. quae est scriptura ant. — *in rebus novis* (v. ad 2, 78, 1.) MS. Flor. (test. Iac. Gron. et Furia) edd. Spir. Bekk. 2. Walth. *in novis rebus* MS. Guelf. et edd. cet.

2. *quin eum nobiles habere, quos ab epistolis et libellis et rationibus appellet, nomina summae curae,* imperii, principatus (ut *curae Principis* 1, 19. ubi v. nota 1. et *curae imperii* ap. Plin. pan. 86.) vel ministeriorum Principis, *et meditamenta,* quandam principatus meditationem, prolusionem, mimum; *Gron.* „Nam alii privati (servos) *a manu* habebant, non *ab epistolis, libellis, rationibus* ac talia, quae conveniunt in Principes solos. Principes autem ipsi non *nobiles* ad ea munera habebant, sed libertos; et Tacitus Ann. 16, 8. haec ipsa respiciens et quodammodo repetens: Nero, ait, *ipsum Silanum increpuit iisdem quibus patruum eius Torquatum, tanquam disponeret iam imperii curas praeficeretque rationibus et libellis et epistolis libertos.* Primus Vitellius *ministeria principatus per libertos agi solita in Equites Romanos disposuit,* H. 1, 58. Sed nec ea dispositio firma. Vix coepta abiit; eoque Spartianus in Hadr. c. 22. hunc Imperatorem quasi primum eius rei auctorem laudat: *ab epistolis, a libellis primus Equites Romanos habuit.* Locus Dionis 52, 33. non me movet, oratione Maecenatis ad Augustum, ubi suadet, *ad epistolas et ad libellos adiutores quosdam ex Equitibus assumi:* nam id Dio inseruit, ut solet, ad aevi sui morem, atque illinc sumpsit. Sub Augusto certe non sic fuit, nec ante Vitellium. Cf. Suet. Claud. 28." *Lipsius.* Hanc ob causam et quia paulo post dicitur *tum intimus quisque libertorum vincti abreptique,* vox *nobiles* suspecta viris doctis. Scriptura nunc vulgata *quin eum nobiles habere* est coniectura et emendatio Rhenani, quam in ordinem recepere Lips. Pich. Grut. Bern. Gron. Ryck. Kiessl. Bekk. Walth. et quae firmatur lectione MS. Flor. *q ne innobiles habere,* si verum est, quod Iac. Gron. testatur, (nam Vict. et Furia siluere) eam ita comparatam esse, ut literae *e inn* in voc. *eum* absorbeantur. Alii tamen alia vel ex illa eruerunt, vel substituerunt. *qui ne ignobiles habere* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. *qui ne ignobiles haberet* MS.

Agr. edd. Ber. Rhen. 1. *quin ne ignobiles* MSS. Reg. Corb. Bodl. Ies. *quin ignobiles* MS. Harl. a m. pr. et *quin ne ign.* a m. sec. *quin eum nonnullos habere* coni. Lips. *quin eum domi lib.* (libertos) *habere* I. Fr. Gron. *quin eum libertos h.* Bip. *quin eum homines h.* Ryck. quod edidere Oberl. et Lün. *quin eum ob id et h.* Iac. Gron. *quin nec ignobiles h.* Brot. *quin eum non viles h.* Heinsius. „Mihi non displicet coniectura Rhenani. *Nobiles* non accipio de iis, qui de genere ita dicebantur, sed de libertis omnino vel externis hominibus, ut *nobilis* propria sua vi nihil aliud significet quam *noscibilis, notissimus.* Sic *nobili gaudio,* h. e. notabili, manifesto, H. 3, 39. *nobile scortum* Liv. 39, 9. *qui se scelere fieri volunt nobiles* Plaut. Rud. 3, 2, 5. *neque his unquam nobilis fui* Plaut. Pseud. 4, 7, 10. *nobilis grammaticus Latinus* Suet. ill. Gram. 10. Cogita de hominibus literatis." *Walth.* *Nobiles* h. l. dicti videntur vel *noscibiles,* in vulgus noti, ut *nobilis res, inimicitia, fama* ap. Liv. 1, 24. 39, 4. 45, 5. et alios, vel famosi, *δύσφημοι,* ut *nobile scortum* H. 3, 39. *Paris est illic et adultera nobile crimen* Ovid. Am. 2, 18, 37. *qui nequaquam sunt tam genere insignes, quam vitiis nobiles* Cic. pet. cons. 3. vel superbi, arrogantes, feroces, pervicaces, ut *nobilitas* 1, 29. H. 1, 30. Liv. 38, 54. Plaut. mil. 4, 8, 14. Haec et alia exempla iam laudarunt Scheller in Lex. Lat. et Boett. in Lex. Tac. Cf. ad 1, 29, 1. Gutherius de off. dom. Aug. 3, 5. significari putabat *nobiles* ingenuos, quorum res familiaris arctior esset. „Pro *epistolis* MS. Guelf. in marg. et ed. Spir. *epulis,* quod est pro *epistulis.*" *Walth.* — *appellet* MS. Bud. edd. Spir. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 2. 3. sqq. *appellare* MS. Harl. *appellaret* MSS. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Rhen. 1. Id prope magis placet, ut referatur ad *iussi,* quod imperfectum requirit; *Ern.* Praesens pendet ex *obiicere.* — *Tum intimus quisque libertorum vincti abreptique,* cf. Ind. III. *Nomina collectiva. abrectique* MS. Flor. teste Furia. — *damnatio:* in ed. Spir. *condemnatio.* — *brachiorum venas Torquatus interscidit,* v. ad 4, 22, 2. *intercidit* ed. Spir.

CAPUT XXXVI.

Nec multo post, omissa in praesens Achaia, (causae in incerto fuere) Urbem revisit, provincias Orientis, maxime Aegyptum, secretis imaginationibus agitans. Dehinc edicto testificatus, non longam sui absentiam et cuncta in re publica perinde immota ac prospera fore, super ea profectione adiit Capitolium. Illic veneratus deos, quum Vestae quoque templum inisset, repente cunctos per artus tremens, seu numine exterrente, seu facinorum recordatione nunquam timore vacuus, deseruit inceptum, cunctas sibi curas amore patriae leviores dictitans. *Vidisse maestos civium vultus, audire secretas querimonias, quod tantum iter aditurus esset, cuius ne modicos quidem egressus tolerarent sueti adversum fortuita aspectu Principis refoveri. Ergo ut in privatis necessitudinibus proxima pignera praevalerent, ita populum Romanum vim plurimam habere parendumque retinenti.* Haec atque talia plebi volentia fuere voluptatum cupidine et, quae praecipua cura est, rei frumentariae angustias, si abesset, metuenti. Senatus et primores in incerto erant, procul an coram atrocior haberetur: dehinc, quae natura magnis timoribus, deterius credebant, quod evenerat.

1. *omissa in praesens* (v. ad 1, 1, 2.) *Achaia,* consilio eo proficiscendi

mutato; *Ern.* Cf. ad 3, 47, 1. „In Achaiam postea cantandi causa ivit et libertate eam donavit. v. Suet. Ner. 19. 22. 24. et Xiphil. 63, 8 sqq. Mirum illud Pausan. 7, 17. Neronem cum populo permutasse Sardiniam: *καὶ ἐλεύθερον ὁ Νέρων τὴν Ἑλλάδα ἀφίησιν ἁπάντων, ἀλλαγὴν πρὸς δῆμον ποιησάμενος τὸν Ῥωμαίων. Σαρδὼ γὰρ τὴν νῆσον, ἐς τὰ μάλιστα εὐδαίμονα, ἀντὶ Ἑλλάδος σφίσιν ἀντέδωκεν.* Hoc tamen an vere? Ambigas iure, quia Strabo libro ultimo et Dio 53, 12. Sardiniam una cum Sicilia iam inde a prima divisione Augusti collocant inter provincias populares. Quod si mutatum a mediis Principibus, Dionem id non monuisse profecto mirum est.“ *Lips.* — *in incerto:* in ed. Spir. *incertae*, in MS. Guelf. *incerto* sine *in*, ut in fine cap. — *provincias Orientis, maxime Aegyptum secretis imaginationibus*, cogitationibus, *agitans* mente, animo clam meditans iter eo suscipiendum et imaginans laetitiam ex ostentatione artis suae et divinae vocis a se et auditoribus percipiendam. Ita *imaginari pavorem* c. 69. *libidinum imaginationes* Plin. 20, 26. et similia alibi. *imaginationibus* MS. Guelf. et omnes edd., neque aliud enotatum e MS. Flor. *ymaginationibus* MS. Bud. *imaginibus* MS. Ies. *machinationibus* MS. Reg. sed cum obelo. Ita Ursinus et Muretus volebant. Male: nam in illius itineris cogitatione nullis machinationibus opus erat.“ *Ern.* — *Dehinc* MSS. Flor. Bud. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Rhen. 1. Ern. sqq. *deinde* ed. Ber. *dein* edd. Rhen. 2. 3. sqq. ad Ern. — *edicto* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *dicto* MSS. Flor. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et primae edd. Cf. ad 3, 6, 1. et 14, 63, 1. — *sui absentiam*, v. ad 4, 24, 2. — *in re publica perinde* edd. rec. ex emend. Pich. *in repperiende* MS. Flor. teste Furia. *in reperiende* ed. Spir. *in reperiendi* MS. Bud. *in re p. exinde* MS. Bud. a m. sec. et Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Gryph. Mic. Lips. *perinde immota ac prospera fore*, bene se habitura non minus quam si ipse Romae esset; *Ern.* *perinde*, cf. Ind. II. *prospere* MS. Flor. teste Furia.

2. *Illic veneratus deos* MSS. Flor. Corb. edd. Spir. Pich. Lips. post. sqq. *adiit Capitolium illic veneraturus deos. Quum* cet. MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. (in quo omissum *illic*) Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. *deos tres*, Iovem, Iunonem, Minervam in tribus cellis. Cf. ad H. 4, 53. — *quum Vestae quoque templum inisset — deseruit inceptum*, cf. Suet. Ner. c. 19. *ivisset* MS. Reg. *Vesta* sanctissime olim et ante omnes deos colebatur, potissimum libationibus, unde ortum proverbium *ἀφ' Ἑστίας ἀρχόμενος*, et *ἀνέστιος* impius dictus. *Vestae vis ad aras et focos pertinet: itaque in ea dea, quae est rerum custos intimarum, omnis et precatio et sacrificatio extrema est* Cic. N. D. 2, 67. Cf. Pausan. 5, 14. Spanh. ad Callim. H. in Cer. v. 129. Lips. de Vesta c. 2. Creuzer's Symbolik T. II. p. 152. 418. sq. 489. T. III. p. 225. 278. 448 sqq. 493. edit. 1. — *ceu facinorum recordatione nunquam timore vacuus*, cf. 16, 15. et de hac vi malae conscientiae 1, 39. 4, 33. 6, 6. H. 4, 41. *recordatione*, cf. Ind. III. v. *Ablativi substantivorum absoluti*, — *vidisse*: in MS. Reg. *videre*. — *maestos civium vultus* MSS. Flor. (teste Furia, sed *mestos*) Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Brot. Bekk. 2. Walth. *civium maestos vultus* edd. cet. — *quod tantum iter aditurus esset* (is, Princeps) *cuius* cet. MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Walth. *quod tantum aditurus esset iter* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *quod tantum auditurus esset cuius* MS. Flor. teste Furia et ed. Spir. — *modicos:* in ed. Spir. *medios*. — *in privatis* (privatorum hominum) *necessitudinibus*, v. ad 1, 9, 3. *necessitatibus* MS. Agr. — *proxima pignera praevalerent*, v. ad 6, 16, 1. et G. 7. n. 7. — *vim plurimam habere* apud Imperatorem. *publicam* pro *plurimam* MS. Guelf. et *aut plurimam* in marg. *ita populum vim romanum plurium habere* ed. Spir. — *parendumque* edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *parendum* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1.

3. *Haec atque talia plebi volentia fuere* MSS. Flor. (teste Pich. non Vict. aut Furia). Bud. a m. 2. Guelf. edd. Spir. Pich. sqq. *valentia* MS. Bud. a m. sec. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *volenti* edd. Rhen. 2. 3. Lips. Grut. *violentiora* MS. Agr. a m. pr. et *valentiora* a m. sec. Cf ad 1, 59, 1. — *quae praecipua cura est:* nam populus Rom. *duas tantum res anxius optat, Panem et Circenses,* Iuvenal. 10, 80. Hinc *res frumentaria* etiam *praecipua cura* Principum. Cf. 1, 2. 3, 54. 4, 6. H. 4, 38. et supra ad c. 18. n. 1. — *angustias:* in ed. Spir. *angustiam.* — *quod evenerat,* quod Nero elegerat; *Brot.* Ille proficiscendi consilium mutaverat.

CAPUT XXXVII.

Ipse quo fidem acquireret, nihil usquam perinde laetum sibi, publicis locis struere convivia totaque urbe quasi domo uti. Et celeberrimae luxu famaque epulae fuere, quas a Tigellino paratas ut exemplar referam, ne saepius eadem prodigentia narranda sit. Igitur in stagno Agrippae fabricatus est ratem, cui superpositum convivium navium aliarum tractu moveretur. Naves auro et ebore distinctae, remigesque exoleti per aetates et scientiam libidinum componebantur. Volucres et feras diversis e terris et animalia maris Oceano abusque petiverat. Crepidinibus stagni lupanaria adstabant illustribus feminis completa, et contra scorta visebantur nudis corporibus. Iam gestus motusque obscoeni; et postquam tenebrae incedebant, quantum iuxta nemoris et circumiecta tecta consonare cantu et luminibus clarescere. Ipse per licita atque illicita foedatus nihil flagitii reliquerat, quo corruptior ageret, nisi paucos post dies uni ex illo contaminatorum grege (nomen *Pythagorae* fuit) in modum sollennium coniugiorum denupsisset. Inditum Imperatori flammeum; visi auspices, dos et genialis torus et faces nuptiales; cuncta denique spectata, quae etiam in femina nox operit.

1. *Ipse quo fidem acquireret,* ut re ipsa ostenderet, *nihil usquam perinde laetum sibi esse,* nullum sibi locum prae Roma esse; *Lips.* Cf. Ind. II. v. *Perinde.* In MS. Bud. *perinne locum sibi laetum publ. locis;* unde Rhen. coni. *nihil usquam periculosum sibi, laetus publ. locis* cet. E MS. Flor. *locum locis* solus enotavit Heinsius, cui tamen codex ille non ad manus fuit. Ante *publicis* additum *quam* in MSS. Bodl. Guelf. — *publicis locis struere convivia,* cf. ad 12, 67, 2. et Suet. Ner. c. 27. *statuere* pro *struere* MS. Ies. — *totaque urbe quasi domo uti:* „sic H. 1, 22. *ut sua ostentantes,* et ap. Plut. Alcib. c. 13. τῆς πόλεως πολλὰ πομπεῖα κεκτημένης Ἀλκιβιάδης ἐχρῆτο πᾶσιν αὐτοῖς ὥσπερ ἰδίοις πρὸς τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν." *Walch.* emend. Liv. p. 103. — *et celeberrimae luxu famaque epulae fuere, quas a Tigellino paratas* cet. Cf. Xiphil. 62, 15. *luxu infamiaque* MS. Agr. De *Tigellino* v. ad 14, 51, 2. et Ind. I. *quas a Tigellino paratas* MSS. Flor. (teste Pich. non Vict. aut Furia) Reg. Corb. Bodl. in marg. edd. Spir. Pich. sqq. *quasi Tig. paratae* MSS. Bodl. Ies. Bud. a m. pr. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *quas Tig. paratas* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. Grut. — *ut exemplar referam* MS. Flor. (teste Pich.) edd. Bern. Gron. Ryck. „Quam scripturam revoco: nam *exemplum* est quod datur ad hortationem aut dehortationem; *exemplar* est ἀρχέτυπον, quod genuinam veramque rei imaginem refert, quod est

instar omnium eiusdem generis rerum: idque h. l. sibi vult Tacitus. (Cf. ad 1, 38, 1.) Mirum autem est, recentiores interpretes omnes affirmare, in MS. Flor. esse *ut exemplum referam*. In MSS. Reg. Corb. Agr. edd. Spir. Ber. (c. silent. Vict.) Rhen. 1. *ut exempla referam;* quia *r* initiale absorpsit literam *r* finalem, quo vitio in vett. libris nil est frequentius. Contra MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. *ut exemplum feram*. Inde Rhenanus fecit *ut exemplum referam*, quem imitati sunt Lipsius, Pich. Ern. Brot. Ob. Lün. Bekk. Kiessl.“ *Walth.* — *prodigentia*, v. ad 6, 14, 1.

2. *in stagno Agrippae*, quod in ipsis Agrippae hortis erat prope Pantheon et locum, qui nunc Palazzo della Academia Ecclesiastica dicitur; *Brot.* „Huius *stagni* itemque *nemoris* mentio Straboni l. XIII. p. 590. *ἐντεῦθεν δὲ μετήνεγκεν Ἀγρίππας τὸν πεπτωκότα λέοντα, Λυσίππου ἔργον· ἀνέθηκε δὲ ἐν τῷ ἄλσει τῷ μεταξὺ τῆς λίμνης καὶ τοῦ εὐρίπου.* Ammianus, puto, idem intellexit 29, 6, 19. *inter quae porticum excitavit ingentem lavacro Agrippae contiguam, Boni Eventus cognomine.*“ *Lips.* Cf. Donat. de urbe Roma 3, 23. et Sachse Gesch. d. St. Rom. — *ratem*, „h. l. non navem. sed Gall. *un radeau*. Bene Festus: *Rates vocantur tigna inter se colligata, quae per aquam aguntur*. Haec illustrantur loco Lucani 4, 17 sqq. ubi ratis, cui superposita turris ardua, refluo mari defertur. Contra h. l. Taciti in *stagno*, cuius ferme immotae erant aquae, *ratis* et *superpositum convivium* (v. ad 12, 57.) *navium aliarum tractu moventur.*“ *Brot.* — *navium aliarum tractu* MS. Flor. (teste Pich. et Vict.) edd. Pich. Lips. Bekk. Walth. „*navium* omissum in MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. a m. pr. absorptum a voce *convivium* ob similitudinem literarum. *aliarum tractu navium* MSS. Reg. Corb. edd. Spir. Ern. Brot. Ob. Lün. Kiessl. Sed *navium* iure meritoque hic praeponi quivis latinis auribus praeditus intelligit.“ *Walth.* Ernestio iudice ille verborum ordo haud dubie suavior. Cf. Ind. III. v. *Homoeoteleuta*. — *animalia maris Oceano abusque*, usque ab O. (cf. Ind. III. v. *Anastrophe* nr. 4. et *Praepositiones* nr. 1.) *petiverat* sc. Tigellinus. *petiverant* ed. Spir. *mari Oceano abusque* malebat Heins. Cf. ad 1, 9, 4. „Id verum puto. Non animalia marina petiverat, sed terrestria. Si marinas ex Oceano belluas, quae stagno innarent, dixisset *animalia maris Oceani* sive *e mari Oceano*, non *Oceano ab usque*.“ *Ern.* Immo *animalia maris* petivit non solum e mari mediterraneo, sed miraculi causa e diversis etiam maribus et Oceano abusque; *Walth.* — *Crepidinibus stagni lupanaria adstabant* cet. cf. Suet. Ner. c. 27. — *et contra scorta visebantur nudis corporibus:* „Ita receptum in prostitutis. v. Iuvenal. 6, 122. 11, 170. et Lamprid. Eligab. c. 26. Optime omnium in eodem monstro Xiphil. 79, 13. *γυμνός τε ἀεὶ ἐπὶ τῆς θύρας αὐτοῦ ἑστὼς ὥσπερ αἱ πόρναι, καὶ τὸ σινδόνιον χρυσοῖς κρίκοις ἐξηρτημένον διασείων, τούς τε παριόντας ἁβρᾷ τε καὶ κεκλασμένῃ τῇ φωνῇ προσεταιριζόμενος.*“ *Lips.* *et* ante *contra* omissum in MS. Bud. et deletum ab Oberl. Bekk. 1. Lün. Kiessl. Quod cur displiceat, non video; *Walth.* — *gestus motusque obscoeni*, cf. ad 14, 15, 1. *obscoeni* edd. Put. 1. 2. sqq. *obsceni* edd. Spir. et recentt. Illa scriptura huic praeferenda, si vox formata est ex *obs* et *κοινός* aut *coenum*. Cf. Grotef. (sen.) Gramm. T. II. §. 175. 178. et Beier. ad Cic. off. 1, 29, 104. — *tenebrae incedebant* omnes MSS. et edd. *incidebant* coni. Rhen. et Heins. Sed *incedere* de tenebris dictum exacte est nostrum e i n t r e t e n; *Walth.* Cf. ad 1, 5, 1. 1, 35, 3. et 3, 26, 1.

3. *Ipse per licita atque illicita foedatus:* „Nimirum *per licita* quidem non est *foedatus*, sed foedatus est eo, quod sibi permitteret omnia seu licita sive illicita essent. Sic H. 2, 56. *in omne fas nefasque avidi*, i. e. avidi in omne, sive esset fas sive nefas, non curantes, utrum esset fas an nefas, quod cupiebant. H. 3, 51. *tantam victoribus adversus fas nefas-*

que irreverentiam fuisse, tantam irreverentiam, ut non vererentur, seu fas sive nefas esset. v. Langii Parerga ad Vindicias trag. Rom. p. 49.“ *Walth.* Cf. ad Agr. 17. n. 4. Per *licita* indicatur Neronis cum feminis consuetudo, sive illustres erant sive scorta, per *illicita* aut eiusdem cum viris complexus aut concubitus cum feminis nefando more institutus; *Ritter.* — *nihil flagitii reliquerat,* praetermiserat; ut *nihil reliqui faciunt* 1, 21, 2. — *quo corruptior ageret,* cf. ad 1, 68, 1. — *paucos post dies,* v. ad 11, 2. — *uni ex illo grege contaminatorum* foeda libidine, *καθικῶν*. Cf. Hor. od. 1, 37, 9. ibique Mitscherl. *uni ex illo cont. grege* (Pythagorae nomen fuit) — *denupsisset,* ut Sporo. v. Dio 62, 28. 63, 13. Suet. Ner. 28. 29. *grege* (*Pythagorae nomen fuit*) MS. Flor. (teste Vict. et Furia) edd. Spir. Bekk. 2. Walth. *grege, cui nomen Pyth. fuit* MS. Guelf. et edd. rel. *Pithagorae* ed. Spir. „*Doryphorum* vocat Suet. Ner. 29. facitque eum Neronis libertum. Sed is ante mortuus. v. 14, 65. A Tacito etiam Dio stat 62, 28.“ *Lips.* Suetonius in alia re Doryphorum memorat, et potuit alius hoc nomine esse; *Ern.* Cf. Baumgarten-Crusius ad Suet. Ner. 29. *denupsisset,* v. ad 6, 27, 1. et cf. Iuvenal. 1, 62. 78. 2, 117 sqq. *Inditum Imperatori flammeum, visi auspices, dos et genialis torus et faces nuptiales,* cf. Suet. Ner. 28. Iuvenal. 2, 117 sqq. 4, 66. 6, 22. 10, 333 sqq. *Flammeum* aut *flameum* velum croceum sive luteum, pannus bombycinus vel rica, tegmen capitis rutilum lutei vel ignei coloris, *φλογερόν*, (unde *flammeum,* non *flameum* scribendum videtur) quo nupta, velata sponsa tradebatur sponso, ut virginis pudori parceretur; unde orta dictio *nubere alicui.* Si tamen Festo et Verrio Flacco fides habenda: *Flameum nuptae amiculum vocabant non a flammae colore, sed quia Flaminica, cui divortium facere non licebat, eo perpetuo utebatur.* Cf. Plin. 21, 8. Ferrar. de re vest. 3, 17. et Forcellini Lex. — *visi auspices,* v. ad 11, 27, 1. *visi auspicee* edd. Pich. Bern. Gron. sqq. e coni. Rhenani, et *dos* a Lipsio insertum, quia non modo mentio *dotis* ap. Suet. Ner. 28. neque omitti debuit in his legitimis nuptiis, sed etiam Sulpicius Severus in hist. sacra 2, 28. verba Taciti transscripsit: *inditum Imperatori flammeum, dos et genialis torus et faces nuptiales, cuncta denique, quae vel in feminis non sine verecundia conspiciuntur.* Idem voc. firmatur auctoritate MS. Flor. ex quo Pichena et Iac. Gron. (non Vict. et Furia, qui siluere) enotarunt *misit auspices d'os*; sed ille ultimum vocab. ita scriptum dicit, ut *duos* legi possit: unde *misit auspices duos* MSS. Bod. Ies. Guelf. (a m. sec. nam literae *uo* sunt in litura) Agr. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. *misit auspices deos* MS. Bud. Hinc *missi auspices duo* edd. Lips. et Grut. *institia, auspices, dos — spectata* coni. Iac. Gron. Verba *visi auspices* plane delenda censebant Hiller. racem. 21. Oberl. et Walth. quia omissa sunt a Sulp. Severo. „Potuit aliquis in marg. codicis vel inter versus notare *omisit auspices,* et inde ab imperito librario contextui addi, quod MSS. et edd. vet. exhibent.“ *Walth.* — *genialis torus,* nuptialis lectus, ita dictus, quia non modo Iunoni, sed etiam Geniis sacer erat, qui genitos tuentur iisque adsunt ut perpetui custodes, vel ominis causa a *genendo,* gignendo. Idem lectus religiose servabatur tanquam connubii foederisque sanctissimi monimentum et pignus. Cf. Ovid. Am. 1, 8, 19. et ep. Her. 5, 101. intpp. Hor. od. 3, 17, 14 sqq. Heyne ad Tibull. 1, 7, 49 sqq. Lips. Elect. 1, 17. Creuzer's Symbolik T. III. p. 4 sq. 36 sq. 50. 432 sq. edit. 1. Praeterea *genialis* (v. c. *dies*) est laetus et festus: nam qui laetitiae voluptatique se dat, *Genio indulgere* et *obsequi,* vel eum *curare, placare, propitiare* dicitur, ut e contrario *Genium defraudare.* v. ad O. 9. n. 6. — *cuncta denique spectata:* in MS. Bud. et vet. cod. Danesii *cuncta aspectata* prob. Rhen. — *in femina,* in feminarum concubitu; *Ern.*

CAPUT XXXVIII.

Sequitur clades, forte an dolo Principis incertum, (nam utrumque auctores prodidere) sed omnibus, quae huic urbi per violentiam ignium acciderunt, gravior atque atrocior. Initium in ea parte Circi ortum, quae Palatino Caelioque montibus contigua est; ubi per tabernas, quibus id mercimonium inerat, quo flamma alitur, simul coeptus ignis et statim validus ac vento citus longitudinem Circi corripuit: neque enim domus munimentis septae vel templa muris cincta aut quid aliud morae interiacebat. Impetu pervagatum incendium plana primum, deinde in edita assurgens et rursus inferiora populando anteiit remedia velocitate mali et obnoxia urbe arctis itineribus hucque et illuc flexis atque enormibus vicis, qualis vetus Roma fuit. Ad hoc lamenta paventium feminarum, fessa [aetate] aut rudis pueritiae aetas, quique sibi quique aliis consulebant, dum trahunt invalidos aut opperiuntur, pars mora, pars festinans cuncta impediebant: et saepe, dum in tergum respectant, lateribus aut fronte circumveniebantur, vel, si in proxima evaserant, illis quoque igni correptis, etiam, quae longinqua crediderant, in eodem casu reperiebantur. Postremo, quid vitarent, quid peterent ambigui, complere vias, sterni per agros; quidam amissis omnibus fortunis, diurni quoque victus, alii caritate suorum, quos eripere nequiverant, quamvis patente effugio, interiere. Nec quisquam defendere audebat, crebris multorum minis restinguere prohibentium, et quia alii palam faces iaciebant atque sibi esse auctorem vociferabantur, sive ut raptus licentius exercerent, seu iussu.

1. *clades*, ut paulo post *malum* (*velocitate mali*) et al. *labes, pestis, pernicies, λύμη, λοιμός, ὄλεθρος*, h. l. incendium. — *utrumque auctores prodidere*, posterius paene omnes, saltem Xiphil. 62, 16—18. Suet. Ner. c. 38. Oros. 7, 7. Sulp. Severus hist. sacra 2, 29. — *sed omnibus* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *sed* omissum in edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *omnibus, quae huic urbi per v. i. acciderunt*, variis temporibus. Cf. Liv. 5, 41. 24, 47. 26, 27. 35, 40. Tac. Ann. 4, 64. 6, 45. ubi v. nota 1. *per violentiam ignium acciderunt, gravior atque atrocior* edd. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *per viol. acciderunt ignium gravior a. a.* ed. Spir. *gravius atque atrocius* MSS. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. — *in ea parte circi* maximi, *quae Palatino Caelioque montibus contigua est*, ubi Velabrum erat; *Brot.* Cf. de circo maximo in valle Murcia inter Aventinum et Palatinum montes 2, 49. 6, 45. Liv. 1, 35. Dionys. Hal. 3, 68. Suet. in Caes. 39. in Dom. 5. Sachse Gesch. d. alt. St. Rom. T. I. „Lipsius videtur *tabernas* intelligere extra circum in Thusco et Thurario vico et in Velabro, ubi olearii, purpura, serica aliaeque merces in tabernis. Sed in ipso potius circo coeptum incendium et quidem in parte eius externa, in qua porticus et *tabernae, quibus id mercimonium* (eae merces) *inerat, quo flamma alitur*. *Ἔξωθεν περὶ τὸν ἱππόδρομον ἑτέρα στοὰ μονόστεγος, ἐργαστήρια ἔχουσα ἐν αὐτῇ καὶ οἰκήσεις ὑπὲρ αὐτά* Dionys. Hal. 3, 68." *Ern.* Cf. Sachse l. l. Rom und Latium von Burton und Sickler T. I. p. 317. *Caelioque*, v. ad 4, 64, 2. — *coeptus ignis*, cf. ad 1, 65, 1. — *vento citus*, ut *citae re-*

mis naves 2, 6. Cf. Ind. III. v. *Verba simpl. pro comp.* — *quid aliud morae,* quod vim ignis moraretur. — *Impetu,* v. ad 14, 9, 1. — *plana* Urbis et circi loca. — *et rursus* MSS. Flor. (teste Pich.) Guelf. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Lipsii posteriores, Walth. *rursus* sine *et* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lipsii priores, Gryph. Grut. *et rursum* edd. Pich. sqq. Paulo post *depopulando anteit* ed. Spir. — *obnoxia urbe* sc. igni, incendio; *Ern.* Cf. ad 3, 58, 3. — *arctis itineribus* (cf. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 1. γ.) *hucque et illuc flexis atque enormibus vicis,* non ad normam lineamve rectam factis, (Germ. unregelmässige) *qualis vetus Roma fuit* post incendium Gallicum. Cf. cap. 43 pr. Liv. 5, 55. (*Festinatio curam exemit vicos dirigendi, dum omisso sui alienique discrimine in vacuo aedificant. Ea est causa, ut veteres cloacae, primo per publicum ductae, nunc privata passim subeant tecta formaque urbis sit occupatae magis quam divisae similis.*) Flor. 1, 13. Diodor. 14, 116. Donati Roma vetus 1, 25. *hicque et illuc* ed. Spir. *hucque illuc* MS. Bud. *huc illuc* coni. Rhen.

2. *Ad hoc* MSS. Flor. (teste Vict.) Harl. a m. sec. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *Ad haec* MSS. Harl. a m. pr. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Cf. ad 12, 20, 1. — *fessa aut* (v. ad I, 16, 1.) *rudis pueritiae aetas,* ut saepissime *fessa aetas* dicitur senilis, (v. Ind. II.) et *rudis pueritiae annus,* ut 4, 8. *rudem adhuc nepotum et vergentem aetatem suam. fessa aetate aut r. p. aetas* MSS. Flor. Harl. Bodl. Bud. (*fexa,* ut solet) Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Ryck. Sed vel *aetate* vel *aetas* delendum videtur et illud uncinis a nobis inclusum est, ut in ed. Bekk. 2. „Fortasse defendi potest, ut intelligantur τὰ *fessa aetate,* h. e. ea pars hominum, quae fessa est aetate.“ *Walth. fessa erant: aut r. p. aetas* MS. Reg. ed. Spir. *fessa senum ac rudis p. aetas* MS. Agr. edd. Ryck. Brot. Oberl. Lün. Bekk. 1. Kiessl. Walth. Haec emendationem redolent, ut innumera alia in MS. Agr. *fessa aetate senes* vetus cod. Ursini et ed. Bip. *fessa annis aut r. p. aetas* coni. Pich. *fessa aetas aut rudis pueritia* Freinsh. *fessae aetatis aut rudis p.* Hiller. racem. 20. *fessae senectae aut r. p. aetas* Musgrav. — *quique sibi quique*: in MS. Guelf. *quisque s. quisqué.* — *pars mora* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Reg. ed. Bip. Cf. Ind. III. v. *Constructio verborum variata. pars morans* MSS. et edd. cet. — *si in proxima evaserant* pro *si evasissent; Ern.* Cf. Zumptii Gram. §. 76. et Stallb. ad Ruddim. inst. gram. T. II. p. 378 sqq. — *etiam quae longinqua crediderant* remota a casu incendii, ab igne; *Ern.* „Aut delendum est *etiam,* aut scribendum *reperiebant.*“ *I. Fr. Gron.* „Decepit virum brevitas scriptoris, qui elliptice loqui solet. Plena sententia est: *si in proxima evaserant, illis quoque igni correptis,* in longinqua fugientibus, *etiam — reperiebantur.* Omissum illud membrum, quod e contextu satis intelligitur.“ *Walth.* Tacitus amat ellipses: sed integras sententias in affectu tantum aut ante *nam* et *enim* omittere solet. *illic quoque igni correpti* coni. Pabst in Ecl. Tac. Mihi aut nihil mutandum videtur aut recipienda alterutra Gronovii emendatio.

3. *amissis omnibus fortunis, diurni quoque* (adeo) *victus: nam fortunae* sunt facultates omnis generis adeoque et victus; *Hiller. diurni inopia victus* malebat Ern. *diurno quoque victu* Brot. *diurni inopes victus* Bip. — *caritate suorum,* cf. Ind. III. v. *Ablativi substantivorum absoluti.* Paulo post *nequirant* MSS. Bodl. Bud. *nequierant* MSS. Harl. Ies. Guelf. Deinde *interire* MSS. Reg. Corb. Ies. — *defendere,* v. ad 13, 56, 2. — *crebris multorum minis,* cf. Ind. III. v. *Adiectiva in tertio casu absolute posita.* — *sibi esse* MSS. Reg. Corb. ed. Spir. quod restitui. *esse sibi* edd. cet. — *vociferabantur* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *vociferantur* MS. Bud. a m. pr. *vociferebant* MS. Guelf. a m. sec. erasis siglis *ur* significantibus. *vociferabant* MSS. Reg.

Corb. ed. Spir. Sic *vociferant* ap. Varr. R. R. 3, 9. Cf. Drak. ad Liv. 7, 12. 8, 38. — *iussu* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. „*iussum* MSS. Reg. Guelf. ed. Spir. quod non spernendum. Melius tamen videtur *iussi*, ut Huetius corrigebat." *Ern.* „Parum interest. Vulgatum tamen optime Tacito convenit." *Walth.*

CAPUT XXXIX.

Eo in tempore Nero Antii agens non ante in Urbem regressus est quam domui eius, qua palatium et Maecenatis hortos continuaverat, ignis propinquaret. Neque tamen sisti potuit, quin et palatium et domus et cuncta circum haurirentur. Sed solatium populo exturbato et profugo campum Martis ac monimenta Agrippae, hortos quin etiam suos patefecit et subitaria aedificia exstruxit, quae multitudinem inopem acciperent; subvectaque utensilia ab Ostia et propinquis municipiis, pretiumque frumenti minutum usque ad ternos numos. Quae quanquam popularia in irritum cadebant, quia pervaserat rumor, ipso tempore flagrantis urbis inisse eum domesticam scenam et cecinisse Troianum excidium praesentia mala vetustis cladibus assimilantem.

1. *Eo in tempore*, cf. ad 11, 29, 1. 13, 47. 16, 26. *Eo enim tempore* fustra coni. Grotius et Brot. — *Nero Antii agens*, cf. ad 1, 68, 1. et 14, 3, 1. — *regressus est*: in ed. Spir. omissum *est*. — *domui eius, qua palatium et Maecenatis hortos continuaverat*, quam a palatio, Augusti domo, et via sacra produxerat ad Esquilias, in quibus *Maecenatis* domus s. turris et *horti*, sed olim sepulcra plebis et servorum. *Nero domum a palatio Esquilias usque fecit, quam primo transitoriam, mox, incendio absumptam restitutamque, auream nominavit*, Suet. Ner. 31. Cf. ad cap. 42 pr. et de *Maecenatis hortis* ac turri ad H. 3, 38, 1. Suet. in Tib. 15. in Ner. 38. „Horum hortorum partem nunc occupant rudera thermarum Titi. v. Piranese Antichita Romane T. I. p. 28." *Brot.* — *neque tamen sisti potuit* ignis, v. ad 3, 52, 3. *neque sisti tamen potuit* MS. Guelf. — *domus* Neronis. — *haurirentur*, corriperentur et absumerentur igni, incendio, ut 3, 72. et 12, 58. — *populo exturbato* ex aedibus. — *et profugo* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *ac profugo* MS. Guelf. et primae edd. — *monimenta* M. Vipstani *Agrippae*, multa et magnifica in campo Martio, sepulcrum, campus, porticus, thermae, Pantheon, horti, septa, templum Neptuni, diribitorium et alia. v. Dio 54, 28. 29. 55. Suet. Oct. c. 29. extr. — *subitaria aedificia*, v. ad 1, 56, 1. *subitar.* ed. Spir. — *utensilia*, v. ad 1, 70, 3. — *municipiis*: in MS. Bud. *beneficiis*. — *pretiumque frumenti minutum usque ad ternos numos* pro singulo modio. Ut gratia plebis captaretur, ei et quidem definito plerumque civium numero frumentum vel gratis, ut olim a P. Clodio et deinde ab Imperatoribus, vel semisse ac triente, ut a. C. Graccho e lege Sempronia, saltem minimo pretio, distribuebatur datis a curatoribus praefectisve annonae tesseris frumentariis, tabulis ceratis aeneisve, quibus et nomina civium qui tesseram accepissent, et quantum frumenti iis dandum esset, inscripta erant quibusque traditis frumentum ab his petebatur ex horreis publicis. Tales tesserae ab Imperatoribus plebi non in ludis tantum muneribusque, sed quotannis etiam ac potissimum Nonis cuiusque mensis distribui solebant. Interdum gratis quoque datum frumentum et plebi et militibus modusve eius auctus. Cf. c. 18. et 72. ad 12, 41. Dio

43, 21. Suet. in Caes. 41. in Oct. 40—42. in Ner. 10. 11. Herodian. 3, 25. 4, 9. Lucan. 3, 54 sqq. Iuvenal. 7, 174. 10, 80. Lips. Elect. 1, 8.

2. *pervaserat rumor* sc. Urbem. Cf. ad 1, 69, 1. *pervaserat rumor* MS. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit. Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *pervaserat rumore* MSS. Harl. Ies. Guelf. *persuaserat rumori* ed. Spir. „Rumorem illum fabulam esse confidentius asseverat Reimar. ad Dion. 62, 18. Cf. Suet. Ner. 38. qui Neronem prospectasse incendium tradit e turri Maecenatiana, non, ut perperam Dio dicit, e summo palatii.' *Brot.* — *inisse eum domesticam scenam*, v. ad c. 32. n. 2. *iniisse* ed. Spir. — *et cecinisse Troianum excidium*, cf. ad 14, 15, 1. Xiphil. 62, 18. et 29. Suet. Ner. c. 38. Iuvenal. 8, 220. et Wernsdorf. poet. lat. min. T. IV. p. 586. — *assimilantem* MS. Guelf. *assimulantem* et *adsimulantem* edd. et vet. et rec. Cf. ad 1, 28, 2. et G. 9. n. 6.

CAPUT XL.

Sexto demum die apud imas Esquilias finis incendio factus prorutis per immensum aedificiis, ut continuae violentiae campus et velut vacuum coelum occurreret. Nec diu post metus haud redibat levis et rursum grassatus ignis patulis magis urbis locis, eoque strages hominum minor; delubra deum et porticus amoenitati dicatae latius procidere. Plusque infamiae id incendium habuit, quia praediis Tigellini Aemilianis proruperat; videbaturque Nero condendae urbis novae et cognomento suo appellandae gloriam quaerere. Quippe in regiones quatuordecim Roma dividitur, quarum quatuor integrae manebant, tres solo tenus deiectae: septem reliquis pauca tectorum vestigia supererant lacera et semusta.

1. *Sexto demum die — finis incendio factus:* „at Suetonius in Ner. c. 38. ait, sex dies septemque noctes ea clade saevitum. Uterque longe abit a lapide prisco Romae ad basilicam Petri ap. Gruter. 61, 3. *ex voto suscepto, quod diu erat neglectum nec redditum, incendiorum arcendorum causa, quando urbs per novem dies arsit Neronis temporibus: et hac lege dedicata est, ne cui liceat intra hos terminos aedificium exstruere.* Conciliari facile Tacitus potest, quia mox addit *ignem rediisse*, primum ut incendium sex dierum fuerit, alterum trium. Suetonium aut lapidem certe non excuso.“ *Lips.* — *apud imas Esquilias*, apud imas partes montis Esquilini. *exquilias* MS. Guelf. et ed. Spir. Cf. ad 2, 32, 3. — *prorutis per immensum aedificiis* edd. Brot. Ern. sqq. ex emend. I. Fr. Gronovii. *proruptis* MSS. et edd. vet. „Aedificia possunt et *rumpi* et *rui*. *Rumpi* autem potissimum dicuntur, quae vinculis cohaerent; quare aptissime *aedificia*. Tum ex analogia aliorum verborum *prorumpi* (hinwegreifsen) non minus erit latinum quam *prorui*, neque in Taciti libris omnia sunt respuenda, quae ab aliorum scriptorum usu sunt aliena. Accedit quod H. 1, 86. iterum MSS. et vett. edd. omnes ferunt *prorupto ponte* et Ann. 1, 63. est *ruptos vetustate pontes*. Sed quia verbum *rumpi* in tali contextu videtur ruinam indicare per hominum manus factam, hic vero sermo est de aedificiis vi incendii prostratis, aptius haud dubie *prorutis*.“ *Walth.* Cf. ad 1, 61, 2. 1, 68, 1. 12, 43, 1. Davisius, Oudend. et Herzog. ad Caes. B. G. 3, 26. Drak. ad Liv. 4, 29. Cort. ad Lucan. 6, 35. — *continuae violentiae* incendii, ignis.

2. *Nec diu post metus haud redibat levis et rursum grassatus ignis patulis magis urbis locis:* ita h. l. recte, opinor, emendavit Walther ex optimis MSS. E MS. Flor. Pichena enotavit *nec dum p' metus aut redic-*

bat libis, ι sum grassatus ignis, Iac. Gronovius *nec dum p' metus aut rediebat lebis. i. rursum g. i.,* Victorius *nec dum p' metus aut rediebat lebis . l . . rursusque g. i.,* Furia *nec dum post metus a. r. lebis rursum g. i.* Duo alii MSS. Flor. a Iac. Gron. consulti *nec dum post metus aut rediebat levis et rursum g. i.* Ita et MS. Corb. sed *haud* pro *aut.* Saepissime autem tum in MSS. *aut* et *haud, diu* et *dum* confunduntur, tum in MS. Flor. *p'* pro *post* (v. Pich. ad H. 3, 7.) et *b.* pro *v.* (*lebis* pro *levis*) scriptum. v. ad 11, 6, 1. *necdum post metus redibat levis rursus gr. i.* MS. Bud. a m. pr. *necdum metus post: aut redibat leuis: et rursum gr. i.* ed. Spir. *necdum post metus aut residebat levis: necdum posito metu satis credebatur, cum levis rursum gr. i.* Hae sunt duae lectiones e diversis MSS. ductae, et posterior est in MS. Bodl. edd. Put. 1. 2. (in qua *ne dum* pro *necdum*) et Ber. *nec dum posito, metus redibat non levis et rursum gr. i.* MS. Agr. et ed. Ryck. *necdum posito metu redibat. Levis rursum gr. i.* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Mic. Lips. *Necdum posito metu redibat levis rursum gr. i.* edd. Pich. Grut. Bern. Boxh. Gron. *Necdum posito metu redibat haud levis et r. gr. i.* ed. Brot. *Necdum posito metu redibat levius r. gr. i.* edd. Oberl. Lün. Bekk. Kiessl. Ritt. ex emend. Hilleri racem. 20. Sed ita *grassans* vel *grassaturus* dicendum erat; *Walth. Necdum posito metu rediit, at levius rursum grassaturus ignis* coni. Lipsius, *nec dum posito* (sedato sc. incendio) *metus redibat haud levis* Croll. et *nec dum posito metu, qui residebat levis rursum gr. ignis* Pabst in Ecl. Tac. p. 170. — *eoque* (ideoque) *strages hominum minor* fuit, sed *delubra deûm* cet. — *praediis Tigellini Aemilianis,* de quo Tigellino v. ad 14, 51, 2. *aemyliani* MS. Guelf. erasa litera ultima. „Puto legendum *in Aemilianis:* nam *Aemiliana* locus extra Urbem ad campum Martium, coniunctus tamen continensque Urbi; quod colligo ex Varr. R. R. 3, 2. *eorum aedificia, qui habitant extra portam Flumentanam aut in Aemilianis.* Suetonius Claud. 18. pr. *quum Aemiliana pertinacius arderent.*" *Lips.* „At nonne *praedia Tigellini Aemiliana* dici possunt, quae habentur in Aemilianis?" *Walth.* „Nardinus in Roma vet. 4, 10. illum loci situm refelli putat ipsa Taciti narratione, quia campum Martis plane intactum fuisse ab incendio pateat e cap. 39. Sed duo incendia commemorantur, prius c. 38. 39. posterius c. 40." *Ryck.* „Immo h. l. designatur vicus Aemilianus in VII. reg. Urbis ap. Sex. Rufum, in quo vico aedes, tabernas, horrea ceteraque praedia Tigellini urbana fuisse suspicatur Nardinus l. l." *Brot.* — *in regiones XIV Roma dividitur,* cf. ad 14, 12. — „*quatuor integrae manebant,* VI. VII. IX. XIV, *tres solo tenus deiectae,* II. III. et IV." *Brot.* Sed si h. l. vicus Aemilianus designatur, is fuit in reg. VII. et ex illo *prorupit incendium.* — *semusta* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Bekk. 2. Walth. Sic *semusti* 2, 69. *semermi* 1, 68. 3, 39. 45. *semiusta* MS. Guelf. et edd. cet.

CAPUT XLI.

Domuum et insularum et templorum, quae amissa sunt, numerum inire haud promptum fuerit: sed vetustissima religione, quod Servius Tullius Lunae, et Magna ara fanumque, quae praesenti Herculi Arcas Evander sacraverat, aedesque Statoris Iovis vota Romulo, Numaeque regia et delubrum Vestae cum Penatibus populi Romani exusta; iam opes tot victoriis quaesitae et Graecarum artium decora, exin monimenta ingeniorum antiqua et incorrupta. Quamvis in tanta resurgentis urbis pulchritudine, multa seniores meminerint, quae repa-

rari nequibant. Fuere qui annotarent, XIV. Kalendas Sextiles principium incendii huius ortum, et quo Senones captam Urbem inflammaverint. Alii eo usque cura progressi sunt, ut totidem annos mensesque et dies inter utraque incendia numerent.

1. *Domuum et insularum*; v. ad 6, 45, 1. et ad rem cf. Suet. Ner. 38. — *haud promptum fuerit*, v. ad 4, 5, 3. et Index III. v. *Verborum tempora* N. III. p. 847. — *sed templa vetustissima religione* — *exusta* sunt. Cf. ad 3, 52, 2. — *quod Servius Tullius Lunae* — *sacraverat* in Aventino monte et XIII regione Urbis v. Liv. 40, 2. Ovid. Fast. 3, 884. S. Aurel. Vict. de viris ill. c. 65. Vitruv. 5, s. Marlian. Urbis Romae topogr. 4, 4, 5. Alia Lunae templa fuere in Urbis reg. IV. V. et X. v. Onuphr. Panvin. ap. Rosin. Ant. Rom. 1, 13. *Lucinae* MS. Agr. — *magna ara fanumque, quae praesenti Herculi Arcas Evander sacraverat*, v. ad 12, 24, 1. et Varro de L. L. p. 9. et 54. *Fanum* proprie dicitur locus quicumque sacer et diis *effatus* s. *fando* consecratus; (nam pontifices et augures talem locum sacrantes verba sollennia *fantur* sive *effantur*; v. Liv. 10, 37 extr. et Festus) deinde parva aedes deo alicui sacra, ut *sacellum*. Cf. Liv. 5, 50 pr. Cic. pro domo c. 45 — 54. Ottfr. Müller: die Etrusker T. II. p. 138. — *aedes Statoris Iovis*, sic dicti a *sistendo* fugam, *στῆναι, στῆσαι τὴν στρατιὰν φυγοῦσαν* vel a *stando* vel *statuendo*, *Ζεὺς Ὀρθώσιος, Στήσιος, Στάτωρ*, ut *Iupiter Servator, Conservator*. Cf. Liv. 1, 12. 10, 36. Dionys. Hal. 2, 50. Plut. Rom. c. 18. Plut. Cic. p. 868. D. Cic. Cat. 1, 12. Sen. de ben. 4, 7. intpp. Vell. 2, 131 pr. Gron. obss. 4, 14. Schweigh. ad Appian. B. C. 2, 11. Templum, cuius tres columnae etiam nunc supersunt, aliud fuit conditumque demum a. U. 458. haud procul a Foro Rom. ad Palatini montis radicem et in X reg. Urbis. v. Liv. 10, 37. Ovid. Fast. 6, 793. Nardini Roma ant. 6, 14. Begeri Thes. Brand. T. II. p. 663. 756. — *vota* a *Romulo*, v. ad G. 3. n. 7. et de ipsa re Liv. 1, 12. — *Numae regia*, ad radicem montis Palatini et prope templum Vestae. Cf. Ovid. Trist. 3, 1, 30. Fast. 6, 263. Plut. in Numa p. 69. B. C. *ἐδείματο πλησίον τοῦ τῆς Ἑστίας ἱεροῦ τὴν καλουμένην Ῥηγίαν, οἷόν τι βασίλειον οἴκημα, καὶ τὸ πλεῖστον αὐτόθι τοῦ χρόνου διέτριβεν ἱερουργῶν ἢ διδάσκων τοὺς ἱερεῖς ἢ πρὸς εὐνοίᾳ τινὶ τῶν θείων πρὸς αὐτοὺς σχολάζων. οἰκίαν δ' εἶχεν ἑτέραν περὶ τὸν Κυρίνου λόφον, ἧς ἔτι νῦν τὸν τόπον ἐπιδεικνύουσιν.* — *delubrum Vestae cum penatibus populi Romani*: „potest intelligi de diis patriis, quorum simulacra Troia ab Aenea in Italiam allata et in aede Vestae servari credebantur: atque etiam est numus apud Lipsium de Vesta c. 9. in quo inscriptio *Vesta penates P. R.* nisi malis intelligere aedem deorum Penatium, quam cum regia Numae et templo Vestae coniungit et in regione Urbis VIII ponit S. Rufus.“ *Ern.* Festus: *Rotundam aedem Vestae Numa consecrasse videtur, quod eandem esse terram, qua vita hominum sustentaretur, crediderit, eamque in pilae formam esse, ut sui simili templo dea coleretur.* Cf. de *penatibus* ad 2, 10, 2. et de templo Vestae Plut. Rom. c. 11. Ovid. Trist. 3, 1, 27 sqq. et Fast. 6, 259 — 300. Dionys. Hal. 1, 7, 67. 68. Lips. de Vesta c. 9. Oudend. ad Suet. Oct. c. 76. — *iam opes tot victoriis quaesitae* — *incorrupta* scil. *amissa sunt* et *exusta*. „Vulgo locum hunc distinguunt ita: *exusta. Iam opes* — *incorrupta, quamvis* cet. Miror: nam idoneus nexus deest, quo verba priora *iam* — *incorrupta* cum seqq. coniungantur. Particulae *iam* et *exin* inserviunt ordinandis nectendisque membris. Sic *iam* c. 43. *exin* 2, 16, [Cf. ad 14, 12, 3.] Inde a voc. *quamvis* nova incipit series verborum et *quamvis* non pertinet ad *meminerint*, sed coniungenda sunt *quamvis in t. r. u. pulchritudine.*“ *Walth.* Recte: neque probanda est coniectura Lall. et Ern. qui corrigunt *quaesitas*, vel Kiesslingii, qui vocabula *quamvis* et *quae* sic transponenda putat: *quae in tanta res. urbis*

pulchritudine, quamvis multa seniores meminerant, reparari nequibant. — „*Graecarum artium decora* sunt statuae et tabulae magnorum artificum, et *monimenta ingeniorum antiqua* libri veterum scripti, multi ab ipsis auctoribus, qui in privatis aut publicis bibliothecis perierunt. O iustam querelam! et si tunc, quid nunc post barbaros dicam? Iure laboramus in restituendis.“ *Lips. decora*, cf. ad 12, 49, 1. et 14, 53, 2. *monimenta* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. Pich. al. *monumenta* MSS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Ber. al. Cf. ad 3, 23, 1. et G. 3. n. 7. *munimenta* ed. Spir. — *antiqua et incorrupta* tam illa *decora*, quam haec *monimenta*. — *Quamvis in tanta* cet. pro: quamvis tanta nunc sit resurgentis urbis pulchritudo, multa tamen seniores cet. — *meminerint* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Pich. Bip. Oberl. Walth. *meminerant* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Lips. Bern. Gron. Ryck. Brot. Ern. Bekk. Kiessl. Illud rectius: nam de suo tempore Tacitus loquitur et de senioribus, qui tunc vivebant viderantque Romam ante Neronis incendium; *Pich.* Cf. Ind. III. v. *Verborum* tempora N. III. p. 847.

4. *XIV.* (die ante) *Kal. Sextiles principium incendii huius ortum*, (v. ad 13, 10, 2.) *quo et Senones Galli captam urbem inflammaverint*, quod incendium Gallicum vel tironibus notum e Liv. 5, 41. 6, 1. „Satis mirus ille dierum concursus et convenientia et ab arcanis providentiae causis; sicut et Iosephus B. Iud. 6, 4. notat, templum Hierosolymitanum eodem mense et die a Tito incensum, quo olim a Babylonio rege fuisset. Quis autem proprie ille dies Romani incendii? Scaliger in emend. temp. l. V. p. 472. *omnes veteres*, inquit, *incendium illud evenisse non XIV. sed XVI. Kal. Sextiles tradunt.* Sed v. Exc. I. ad Tac. Ann. XV.“ *Lips.* Scaliger diem cladis Alliensis in animo habuit eumque confudit cum die occupatae et incensae urbis, sed ipse in tertia libri sui editione errorem correxit, ut iam notavit Ryckius; *Ern.* Cf. Lachmann. de die Alliensi aliisque diebus religiosis veterum Romanorum, Goett. 1822. *Sextilium* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2 *huius* omissum in MS. Guelf. *et quo* MSS. Flor. (teste Furia) Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) quod verum videbatur Ursino et Walthero. *e quo* ed. Spir. *ex quo* MS. Corb. ed. Rhen. 1. *quo et* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *inflammaverint* MSS. Flor. (test. Vict. et Furia) Reg. Agr. edd. Spir. Bekk. 2. Walth. *inflammaverant* MSS. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. et cet. — *eo usque cura progressi sunt*: „alibi, nisi fallor, in tali contextu Noster scribit *eo usque curae*. Sic *eo audaciae* 4, 10. *eo flagitiorum* 4, 14. Cf. Ramshorn. Gramm. §. 115. p. 197. 2.“ *Walth.* Plura exempla v. in Ind. II. v. *Is.* In his etiam est *eo usque corruptionis provectus est* 2, 55. — *ut totidem annos mensesque et dies inter utraque incendia numerent*: „tricae curiosorum hominum, quas non extrico. Computem ab Urbe condita? dispar ratio. A Troia incensa? aeque dispar. Facile collectu tibi ex Fastis. Ut mihi nunc videntur, tenebrae sunt, quas non illustret ipse Phoebus.“ *Lips.* „Inanes sunt emendationes Scalig. de emend. temp. l. V. p. 472. *ut tot annos - numerent* et Sam. Petiti obss. 2, 13. ut *Thoth iidem annos — numeraret.* Quum opiniosi homines non tam obviam veritatem quam abstrusas sententias sectentur, arbitror, otiosos illos Romanos non a vulgata Urbis cond. aera, sed ab alia remotiore et abstrusiore, Romanis vulgo incomperta, computationis suae primordia repetiisse. Sic Timaeus Siculus ap. Dionys. Hal. Romam eodem quo Carthaginem anno, scil. XXXVIII ante Olymp. I., conditam vult ac proinde plus quam LX annis ante vulgarem U. c. aeram. Antiquariorum aliae adhuc potuerunt esse sententiae. Id enim genus hominum est sententiosum.“ *Brot.* „MS. Agr. *inter conditam urbem et utraque incendia* ex infelici emendandi studio. Nam satis patet, haec ita intelligenda esse, ut priora computentur spatia ab Urbe cond. ad Gallos et a Gallis ad

Neronis incendium. Rationem vero non constare vidit Lipsius: scilicet ex nostro haec computandi modo. At illi a nostra alienam haud dubie inierunt rationem, sive Gallorum irruptionem ad aliud tempus distulerint, sive Urbis originem in altiorem antiquitatem reduxerint. Tacitus istam *curam* ridet ut vanam. Nec dubium, illos, uti fit, in talibus curis res ad suum arbitrium ordinasse, ut ratio constaret, neglecta paulum veritate." *Walth.* „Acidalius corrigi voluit *numerarent* et verum vidit, si Tacitus loquitur de iis, qui tempore incendii vixere. Si de scriptoribus, *numerent* quoque rectum est. Sed illud probo." *Ern.* Immo de scriptoribus loquitur, quorum scripta ei ante oculos erant; *Walth.*

CAPUT XLII.

Ceterum Nero usus est patriae ruinis exstruxitque domum, in qua haud perinde gemmae et aurum miraculo essent, solita pridem et luxu vulgata, quam arva et stagna et in modum solitudinum hinc silvae, inde aperta spatia et prospectus, magistris et machinatoribus Severo et Celere, quibus ingenium et audacia erat, etiam quae natura denegavisset, per artem tentare et viribus Principis illudere. Namque ab lacu Averno navigabilem fossam usque ad ostia Tiberina depressuros promiserant squalenti litore aut per montes adversos. Neque enim aliud humidum gignendis aquis occurrit quam Pomptinae paludes: cetera abrupta aut arentia, ac si perrumpi possent, intolerandus labor, nec satis causae. Nero tamen, ut erat incredibilium cupitor, effodere proxima Averno iuga connisus est, manentque vestigia irritae spei.

1. *Nero usus est patriae ruinis et exstruxit* h. e. ita ut exstrueret *domum*. „Non praecipuus h. l. sensus est, eum ad usum novae domus vertisse materiam et lapides privatarum aedium, quae dirutae erant, sed super ipsas urbis ruinas spatiosius solum complexum, ut longe ampliorem domum aedificaret, in qua et arva, stagna, silvae continerentur." *Pich.* „Obscurius dictum. De spatio intelligit Pichena, quod sequentibus maxime convenit. Videndum tamen, an etiam respiciat quod ipse dixit c. 52. *domum spoliis civium exstructam* et quod tradit Suet. Ner. 38. extr. *pollicitus cadaverum et ruderum gratuitam egestionem nemini ad reliquias rerum suarum adire permisit.*" *Ern.* Cf. ad c. 45. princ. Haec est Neronis domus *aurea*, amplissima et magnificentissima, in cuius *arvis et stagnis* Titus postea exstruxit amphitheatrum et thermas. Cf. ad c. 39. n. 1. Suet. Ner. 31. 38. 39. Martial. 1, 1. et 2. Plin. 8, 48. 31, 2. 33, 3. 34, 8. 36, 15. 22. 37, 2. Oros. 7, 7. Dio Chrysost. orat. 47. quique rudera eius et ichnographiam adumbrarunt Piranesi Antichita Romane T. I. p. 28, et tab. 33. 43. Burton et Sickler: Rom und Latium T. I. p. 98. — *in qua:* in ed. Spir. *qua*, omissa praepositione, quam praecedens vocabulum absorpsit; *Walth.* — *haud perinde* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *haud proinde* ed. Spir. Cf. Ind. II. v. *Perinde.* — *hinc silvae inde aperta spatia:* in MS. Bud. *hinc silvae hinc ap. sp.* Cf. ad c. 11. pr. — *per artem tentare* MS. Guelf. edd. Rhen. 2. 3. sq. *p. a. temperare* MSS. Flor. (test. Vict. et Furia) Agr. ed. Spir. haud inepte; *Walth.* *p. a. temptare* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Cf. ad G. 34. n. 9. — *viribus Principis illudere,* ut H. 2, 94. extr. *pecuniae illudere.*

2. *ab lacu Averno navigabilem fossam usque ad ostia Tiberina* (v. ad

2, 40, 1.) *se depressuros promiserant*, cf. Plin. 14, 6. s. 8. et Suet. Ner. 31. *Lacus Avernus*, hod. *lago di Averno*, in Campania pestilens et adiacens Lucrino. De eo v. Diodor. 4, 22. Strab. V. p. 169. (244. B.) Voss. ad Virg. Ge. IV, 493. et inpr. Heyne Exc. II. ad Virg. Aen. VI. *hostia tyberina* MS. Flor. teste Furia. *defossuros promiserant* MS. Guelf. in marg. „Quae est glossa, èt illud elegans. Sic *saxum in mirandam altitudinem depressum* ap. Cic. Verr. 5, 27.“ *Ern.* Ita et *vallis in altitudinem depressa* (profunda) et *fossam deprimere* (profundam fodere) dixit Caesar B. G. 8, 9. et 40. *deprimere puteum* Vitruv. 8, 1. et similia alii. — *squalenti litore*, arido, sine arboribus aut frondibus aut herbis, et sine omni humiditate; *Pich.* „Bene. Est autem Graecum (ex αὐχμηρόν) et poeticum, ut *squalentes campi* et *arenae*, *squalida arva*. v. Drak. ad Sil. 12, 373. *sequenti litore* MS. Guelf. a m. sec. et ed. Spir. *Sequens litus* eleganter diceretur quod est in locis mollibus et planis, ubi nulla saxa montesve occurrunt nec difficilis fodientium labor, (ut *cera sequi* ap. Plin. ep. 7, 9.) ac praeferrem, si oppositio esset inter *litus sequens* et quod per montes duceretur: sed non est oppositio talis et sequentia sane *squalenti* desiderant.“ *Ern.* — *paludes Pomptinae* seu *Pomtinae*, *Pomtiae*, *Pontinae*, *Pontiae*, sic dictae, si Festo fides habenda, a Pontia urbe, si aliis, ab agro Pometino vel Suessa Pometia, vicino oppido Volscorum, (Πωμέτια s. Πωμέντια, τὸ Πωμέντιον s. Πωμεντίνων πεδίον) olim occuparunt locum XXXIII urbium intra Nymphaeum et Ufentem fl. ab Astura ad Terracinam. v. Plin. 3, 5. Postea crevere in dies ex aquis, quae ex montibus in planitiem confluunt aëremque pestiferis inficiunt vaporibus, qui vel Romae sentiuntur. Ingentes sumptus a Corn. Cethego cos. a. U. 590. (v. Liv. Epit. XLVI.) a Iulio Caesare, (Suet. c. 44. et Dio 44, 5. 45, 9.) Augusto, (Hor. A. P. v. 65.) Traiano, (Dio 68, 15.) Theodorico (Cassiod. var. ep. 2, 32, 3.) nostroque aevo a Papis Sixto V. et Pio VI. in paludes siccandas impensi nondum operi perficiendo suffecere. v. Adler's Nachr. von den Pomtinischen Sümpfen, Manso's Gesch. des Ostgoth. Reichs p. 118. 392. Meyer's Darstell. von Italien p. 16. *pontianae* MS. Guelf. *pontinae* ed. Spir. ut τὰ Πόντινα ἕλη ap. Dion. 11. 11. Scriptura *Pomtinae* praefertur a Cort. ad Sall. Cat. 45, 1. *Pomptinae* a Drak. ad Liv. 2, 34, 4. et Spald. ad Quintil. 3, 8, 16. — *cupitor*, ut 12, 7. Cf. Ind. III. p. 839. *concupitor* MS. Agr. — *Averno* lacui. — *connisus* MS. Harl. a m. sec. et ed. Bekk. 2. quia in MS. Flor. teste Furia scriptum *conisus*, ut *conisa* c. 51. 57. et *conisis* c. 66. *connixus* MS. Guelf. a m. rec. et omnes edd. *connissus* MSS. Guelf. a m. pr. Harl. Bodl. Ies. *enixus* MS. Bud. *annisus* coni. Rhen. — *vestigia irritae spei*, et quidem teste Plin. 14, 6. s. 8. funesta; *Brot.* Cf. ad 14, 63, 1. *irrita* e MS. Flor. enotavit Furia.

CAPUT XLIII.

Ceterum urbis quae domus supererant non, ut post Gallica incendia, nulla distinctione nec passim erectae, sed dimensis vicorum ordinibus et latis viarum spatiis cohibitaque aedificiorum altitudine ac patefactis areis additisque porticibus, quae frontem insularum protegerent. Eas porticus Nero sua pecunia exstructurum purgatasque areas dominis traditurum pollicitus est. Addidit praemia pro cuiusque ordine et rei familiaris copiis, finivitque tempus, intra quod, effectis domibus aut insulis, apiscerentur. Ruderi accipiendo Ostienses paludes destinabat, utique naves, quae frumentum Tiberi subvectassent, onustae rudere decurrerent, aedificiaque ipsa certa sui parte,

sine trabibus, saxo Gabino Albanove solidarentur, quod is lapis ignibus impervius est: iam aqua privatorum licentia intercepta, quo largior et pluribus locis in publicum flueret, custodes et subsidia reprimendis ignibus in propatulo quisque haberet, nec communione parietum, sed propriis quaeque muris ambirentur. Ea ex utilitate accepta decorem quoque novae urbi attulere. Erant tamen qui crederent, veterem illam formam salubritati magis conduxisse, quoniam angustiae itinerum et altitudo tectorum non perinde solis vapore perrumperentur; at nunc patulam latitudinem et nulla umbra defensam graviore aestu ardescere.

1. *urbis quae domus supererant non — erectae* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. usque ad Ern. *urbis quae domus s. non — erecta* MS. Bud. et ed. Spir. *urbis quae domuum s. non — erecta* MSS. Bud. in marg. a m. sec. Harl. Bodl. Ies. Guelf. ed. Bip. *domui* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Reg. Hinc *quae* (loca) *domui* (Neronis) *supererant* (praeter eam reliqua erant) *erecta* (aedificiis occupata, in iis domus erectae) edd. Ern. Brot. Lall. Oberl. Lün. Bekk. Nihil horum satis placere poterit, neque ulla vulgatae lectionis explicatio. I. Fr. Gronovius interpretatur: domus in locis, quae urbi post tantum spatii detractum et regia sua immensa occupatum reliqua fecerat Nero, *non erectae*, aedificatae sunt. Walther: *quae urbis domus supererant*, domus urbis *quae supererant* sc. praeter Neronis domum, ceterae urbis domus. Kiesslingius: quae urbis domus super, praeter Neronis domum erigebantur, non erectae sunt. „Pugnat in se sententia: si enim *supererant*, quomodo *erectae?* quod in dirutas incensasque convenit. Putarim legendum: *quae domus perierant*.“ *Lips.* De re ipsa cf. Suet. Ner. 16. — *non, ut post Gallica incendia, nulla distinctione nec passim erectae*, v. ad c. 38. n. 1. — *cohibitaque aedificiorum altitudine:* „ad incendia arcenda et maxime ruinas. Hinc Augustus aedificia pedes LXX tollere permisit, Traianus duntaxat LX, qui modus fortasse et Neronianus fuit. v. Strab. V, 3. 7. extr. p. 235. Suet. Oct. c. 89. Aur. Victor epit. 13.“ *Lipsius.* Cf. ad 6, 45, 1. *cohibitaque* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Agr. edd. Spir. Ryck. sqq. *cohibita* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et edd. rel. — *patefactis* inter aedificia et vicos *areis*, amplis spatiis s. intervallis. Fabiani verba ap. Sen. controv. CCXIX sunt: *Tanta altitudo aedificiorum est tantaeque viarum angustiae, ut neque adversus ignem praesidium, neque ex ruinis ullam in partem effugium sit.* — *additisque porticibus — pollicitus est*, cf. Suet. Ner. 16. Mallem *additis quoque*, quia *et*, *ac*, *que* iam dictum; *Brot.* Sed v. ad G. 1. n. 1. — *quae frontem insularum protegerent*, v. ad 2, 56, 1. et 6, 45, 1. — *Eas porticus Nero* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ryck. sqq. *Nero eas porticus* MS. Agr. ed. Spir. *Easque porticus Nero* edd. Lips. Pich. Grut. Bern. Gron. Verba *purgatasque areas dominis traditurum* omissa in ed. Spir. — *copiis*, v. ad 12, 49, 1. — *apiscerentur* MS. Flor. edd. Ryck. Iac. Gron. Bekk. Walth. *adipiscerentur* MS. Guelf. et edd. vet. Cf. Ind. II. v. *Apisci*.

2. *Ruderi accipiendo Ostienses paludes destinabat*, cf. Ind. III. v. *Gerundia et Gerundiva in Dativo.* — *destinabat, utique*, edicebatque ut, *naves — impervius est: iam*, praeterea edicebat, *aqua priv. lic. int. quo largior* (ut eo largius) — *flueret*, ut *custodes — quisque haberet.* Cf. Ind. III. v. *Syllepsis* N. 2. *utique naves* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Bodl. a m. pr. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Iac. Gron. sqq. *utque naves* MSS. Bodl. a m. sec. Bud. edd. Rhen. 2. 3.

et sqq. ad Iac. Gron. *utique* pro *utque*. Sic *uti* pro *ut* cap. 60. et 1, 3. Cf. Orell. ad Cic. Brut. §. 156. — *subvectassent* MSS. Corb. Harl. Bodl. les. Bud. Guelf. Agr. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *subvecta essent* MS. Flor. (teste Iac. Gron.) ed. Spir. *subvectae essent* MS. Flor. (si verum vidit Pich.) edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. Vitiose. Sic cap. 45. *secessu moratus esset* ed. Spir. pro *secessum oravisse*, et contra 14, 62. princ. *eluserat* MSS. pro *elusa erat*. — *saxo Gabino Albanove* concamerata *solidarentur, quod is lapis ignibus impervius est*: „Eadem vis Sabino lapidi tributa ab Isidoro 16, 4. *Sabinus lapis*, inquit, *fuscus addito oleo etiam lucere fertur. Est et quidam viridis lapis vehementer igni resistens*. Sed corrigo *Gabinus* e Strab. 5, 10. p. 238. Γάβιοι μὲν ἐν τῇ Πραινεστίνῃ ὁδῷ κειμένη, λατόμιον ἔχουσα ὑπουργὸν τῇ Ῥώμῃ μάλιστα τῶν ἄλλων. De his similibusque lapidibus imperviis igni v. Vitruv. 2, 7." *Lips.* „Confundit cum saxo e lautumiis Gabinis lapidem Sabinum, qui e silicum genere fuit et propterea non sic aptus aedificiis. Isidorus priora verba transscripsit e Plin. 36, 18. s. 29. et posteriora ex eodem 36, 22. s. 49." *Reinesius.* „Praeterquam quod hae lapidicinae Urbi proximae, mollibus adhuc earum lapidibus ignis nocere non poterat. Contra vero duriores Tiburtini lapides, sed igne tacti dissiliunt et dissipantur." *Brot.* „*Albanum saxum* sive lapis Albanus, qui *tophus* (vulcanischer Tuf) dicitur Vitruv. 2, 7. nunc *Peperino*. v. Rom und Latium von Burton und Sickler T. I. p. 33. Ottfr. Müller: die Etrusker T. I. p. 244." *Pabst.* *Albanove* MSS. Flor. Bud. Guelf. Agr. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Ryck. Iac. Gron. cet. *Albanoque* edd. Rhen. 2. 3. sqq. ad Ryck. Cf. ad 3, 57, 1. G. 4. n. 6. Agr. 12. n. 3. *ignibus* MSS. Flor. Reg. Bodl. les. Bud. Guelf. Agr. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Ryck. sqq. *igni* edd. Rhen. 2. 3. sqq. ad Ryck.

3. *Iam aqua — haberet*: „In MS. Bud. a m. sec. post *custodes* additum est *imposuit* et *statuit* post *ambirentur* ex emendandi studio. At *haberet* et *ambirentur* pendent e praecedentis loci constructione. Converte: es sollte ein Jeder haben. Freinshemius contra omnem loci rationem censebat *quo* ante *largior* delendum esse." *Walth.* Cf. nota 2. „*Iam aqua* — ut *custodes haberet*, h. e. ut constituerentur ac praeessent castellis et salientibus passim in publico *custodes*, ἐπίσκοποι, procuratores, (*curatores aquarum* ap. Gruter. p. 381. 483.) qui aquas publicas *privatorum licentia intercipi* prohiberent et eas uberiores crebrioresque praestarent, qui operam darent, ne tantum inde ducerent derivarentque in suum privati, ut partim siccarentur, alibi parum humoris eiacularentur: praeterea, ut *quisque* paterfamilias *in propatulo* sive in vestibulis aedium *subsidia reprimendis ignibus haberet*, h. e. quodvis instrumentum incendiis compescendis, si non omnia singuli, at nemo non aliqua et fere complura." *Gron.* „*Custodes* sunt qui *castellarii* et *castellarii aquarum* appellantur ap. Gruter. p. 601. n. 7. 9. et Frontin. de aquaed. 117. praefecti *castellis* aquarum sive *dividiculis*, in quae colliguntur aquae et unde in urbem dividuntur. v. Vitruv. 8, 7. Plin. 36, 15. 5. 24, 9. Hesych. et Festus." *Lips.* „Sunt servi, qui in inscriptt. appellantur *aquarii*. v. Burm. de vect. pop. Rom. diss. XII. p. 241." *Brot.* — *subsidia reprimendis ignibus* sunt σίφωνες, siphones, (ὄργανόν τι εἰς πρόεσιν ὑδάτων ἐν τοῖς ἐμπρήσμοις Hesych., Germ. Feuerspritzen; v. Hero Spirit. p. 180.) ἄμη, hamae, σκάφαι, scalae, dolabrae, cupae, unci ferrei et alia. Cf. intpp. Plin. ep. 10, 42. Cramer ad Schol. Iuvenal. 14, 305. Heubach. de politia Rom. Goett. 1791. §. 46—51. — *nec communione parietum*: „qua sublata minus erat incendiorum periculum. Olim lege XII tabularum spatium inter domos insulasve in latitudinem duos pedes et semissem patebat ad liberiorem circumeundi facultatem; quod observari iam pridem desierat." *Brot.* „Ad haec verba per syllepsin intelligendum est *haberentur* vel

simile quid: nam *ambirentur* de *propriis* tantum *muris* valet." *Walth.* Immo haec dicta pro: ne aedificium aliquod cum duobus aliis ita cohaereret, ut alteri a dextra, alteri a sinistra parte iungeretur communibus vel iisdem parietibus, et non his, sed *propriis quaeque muris* sive parietibus *ambirentur* ab utraque parte. — *Ea ex utilitate*, propter utilitatem, *accepta* et instituta; *Ern.* Cf. ad G. 7. n. 1. — *attulere:* in ed. Spir. *attulerunt.* — *veterem illam formam* urbis (cuius aedificia cum aliis ab utraque parte cohaerebant per communionem parietum) *salubritati magis conduxisse*: „unde constat adhuc medicorum experientia, Romae plures esse aegros aestate in latiore novi quam in angustiore veteris suburbii via. Scilicet *patula latitudo*, quae *nulla umbra defenditur, graviore aestu ardescit.*" *Brot.* „Ita et iudicat Niemann in Blättern für Polizei, Jahrg. 1801. St. 2." *Pabst.* Cf. Niebuhrii hist. Rom. T. II. p. 646. ed. 2. — *angustiae itinerum* cet. pro: *angusta itinera et alta tecta non perinde* (v. Ind. II.) *solis vapore perrumperentur.* Non aptius verbum est *perfunderentur*, quod substituendum censebat Wakef. ad Lucret. 5, 505. — *graviore aestu*, cf. ad 2, 85, 2.

CAPUT XLIV.

Et haec quidem humanis consiliis providebantur. Mox petita a diis piacula aditique Sibyllae libri, ex quibus supplicatum Vulcano et Cereri Proserpinaeque ac propitiata Iuno per matronas primum in Capitolio, deinde apud proximum mare, unde hausta aqua templum et simulacrum deae perspersum est: et sellisternia ac pervigilia celebravere feminae, quibus mariti erant. Sed non ope humana, non largitionibus Principis aut deum placamentis decedebat infamia, quin iussum incendium crederetur. Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos et quaesitissimis poenis affecit, quos per flagitia invisos vulgus *Christianos* appellabat. Auctor nominis eius Christus Tiberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat: repressaque in praesens exitiabilis superstitio rursum erumpebat non modo per Iudaeam, originem eius mali, sed per Urbem etiam, quo cuncta undique atrocia aut pudenda confluunt celebranturque. Igitur primum correpti, qui fatebantur, deinde indicio eorum multitudo ingens haud perinde in crimine incendii quam odio humani generis convicti sunt: et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent aut crucibus affixi aut flammandi atque, ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur. Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat, et Circense ludicrum edebat habitu aurigae permixtus plebi vel curriculo insistens. Unde, quanquam adversus sontes et novissima exempla meritos, miseratio oriebatur, tanquam non utilitate publica, sed in saevitiam unius absumerentur.

1. *Et haec quidem humanis consiliis providebantur*, ut simile infortunium arceretur. Talia autem irae deorum tribui solebant; et hinc animi hominum ad *deum placamenta* conversi sunt. — *Mox petita a diis piacula* omnes MSS. et edd. vet. sed praepositionem expunxerunt Ern. Bip. Oberl. Bekk. Lünem. Ritter. „Deleo praepositionem: vult enim Tacitus, *petita*, quaesita vel conquisita, *piacula* sive sacrificia piacularia

et sacra, quae diis fierent." *I. Fr. Gron.* *Petita* sunt piacula e Sibyllinis libris, non *a diis*, sed ea facta diis, ut statim traditur; *Ern.* Immo *piacula*, quae fierent diis, *petita* sunt *a diis*, i. e. a *libris Sibyllinis*, quae oracula divina continerent; *Kiessl.* „*Piacula a diis petita* hic ut divina consilia opponuntur *humanis consiliis*. Nam *piacula* antiquitus *a diis petita* esse, h. e. deos esse interrogatos de placamentis, quae fieri vellent, quis nescit? Dii autem respondebant per oracula, apud Romanos per libros Sibyllae: quare explicandi causa additur *aditique Sibyllae libri*." *Walth.* Haec sententia probabilior est quam Gronoviana, neque refellitur argumentis Pabstii, qui putat, ab h. l. aliena esse, saltem nimis languere verba *petita a diis piacula*, quia per se intelligatur, haec ab ipsis tantum diis vel ex iis exquiri potuisse, illa autem *aditi Sibyllae libri* adiecta esse, quia alio quoque modo et saepius Romani exploraverint deorum voluntatem, scil. per haruspicinam. v. 11, 15. — *aditique Sibyllae* Cumanae *libri*, cf. ad 6, 12, 1. — *ex quibus*, ex quorum praeceptis, secundum quos. *Sibyllae* MSS. Guelf. edd. Ber. sqq. *Sybillae* edd. Spir. Put. 1. 2. Cf. ad 1, 1, 2. et 3, 64, 2. *additique Sybillae* ed. Spir. omissa voce *libri*. — *Vulcano*: in MS. Flor. teste Vict. *Volcano*. — *apud proximum mare, unde hausta aqua templum et simulacrum deae perspersum est* pro *et aqua inde hausta t. et s. d. p. est.* Deorum autem et templa et simulacra vel marina vel fluviali aqua perspergi aut lavari solebant, v. c. Vestae aquis ex fonte Camenarum haustis, (v. Ovid. Fast. 3, 12. Lips. de Vesta c. 10.) Isidis aqua Nili vel vera vel simulata. v. Cerda ad Virg. Aen. 4, 512. intpp. ad Iuvenal. 6, 526 sqq. Böttigeri Sabina p. 184. 211. 212. ed. pr. Notissima autem lavatio (simulacrorum) Veneris Verticordiae et Matris Deum vel ex Ovid. Fast. 4, 136 sqq. 337 sqq. ut lavacrum Palladis ex hymno Callimachi, ad quem v. Spanhem. *in proximum mare, unde exhausta* ed. Spir. *perspersum* MSS. Harl. a m. sec. Agr. ed. Bekk. 2. *prosperum* MS. Guelf. *prospersum* libri cet. Sed hoc verbum non alibi legitur et a librariis e simili scripturae compendio effictum videtur. — *sellisternia* MSS. Flor. Guelf. a m. pr. Bud. edd. Ryck. Iac. Gron. sqq. *selisternia* MS. Bodl. *lectisternia* MSS. Reg. Guelf. a m. sec. Bud. in marg. Agr. et edd. vet. ante Ryck. „Non nefas suspicari *solisternia*, ut feminae receptissimo tunc ritu corpora abiecerint in humum et ad aras deorum repserint. v. Lucan. 2, 30. Stat. Silv. 5, 1, 162. Iuvenal. 6, 526. Tibull. 1, 2, 85. Sen. de vita beata c. 27." *Lips.* Sed v. ad 14, 12, 1. — *pervigilia*, in honorem Cereris? an Iunonis pluriumve dearum? „*Pervigilia* sive *vigiliae* et *nocturnae pervigilationes*, Gr. παννυχίδες, παννύχια, παννυχισμοὶ, διαπαννυχισμοὶ, primitus et proprie Graecorum erant. Romani non nisi raro et sero receperunt. Quum enim per eorum occasionem multa fierent flagitia et stupra, (v. Cic. de leg. 2, 9, 15. Gell. 2, 23. al.) Romani vigilias nocturnas virorum cum mulieribus mixtorum in templis, Bacchanalia et mysteria occulta abhorrebant, (Dionys. Hal. 2, 19. Iuvenal. 6, 314—345.) legesque sacrificia nocturna mulierum vetabant praeter illa, quae pro populo rite fierent. (Cic. de leg. 2, 9, 15. Liv. 39, 8. 15.) Quae autem permissa erant Romae, per solas matronas (*feminas, quibus mariti erant*) viris non admissis fiebant et tantum deabus quibusdam, ut sacra Bonae Deae et al. Pervigilia aut publica erant aut privata a singulis peculiari deo instituta, anniversaria vel fortuita, non tam sacri quam hilaritatis et nequitiae causa, vix aliud quam pergraecationes et compotationes, ut ap. Petron. 21. Suet. in Galba c. 4. in Vit. c. 10. Et publica etiam sub Imperatoribus demum introducta (nam illud ap. Liv. 23, 35. ad peregrinos Campanorum ritus pertinet) non videntur alia fuisse quam sollennia hilaritatis et luxuriae tempora, sive partes eae sacri publici, quae cantu, saltatione et ludis palam peragebantur. Cf. Suet. Calig. c. 54. Hinc eti-

sollenni et publico *Veneris* sacro sub Imperatoribus *pervigilium* additum videtur." *Wernsdorf.* poet. lat. min. T. III. p. 426 sqq. Cf. Lips. Elect. 1, 5. Ea vox h. l. et apud reliquos scriptores, qui pervigiliorum mentionem faciunt, rem seriam et religiosam indicat, sed vilem atque abiectam ap. Tac. H. 2, 68. ubi agitur de *pervigiliis ac Bacchanalibus* h. e. pervigiliis Bacchanalium sive Bacchanalium causa actis; *Roth.* de synon. ap. Tac. p. 36. Cf. Ind. III. v. *Hendiadyoin.*

2. *abolendo rumori Nero subdidit reos,* v. ad 1, 6, 6. et Ind. III. v. *Gerundia et Gerundiva in Dativo. abolendo vero rumori* MS. Reg. Additamentum librarii alicuius christiani; *Brot.* — *quaesitissimis poenis* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. edd. Lips. Pich. sqq. *exquisitissimis* edd. vet. Cf. ad 3, 26, 2. — *invisos per flagitia,* quorum insimulabantur, et per *exitiabilem* superstitionem. Cf. ad 13, 32. Minuc. Felix. c. 9. inpr. Plin. ep. 10, 97. 98. ibique intpp. et Boehmeri diss. iuris eccles. ant. ad has epistolas Lips. 1711. 8. — *Christianos,* „quod nomen ortum demum imperio Claudii extremo tradit Suidas: ἐπὶ Κλαυδίου βασιλέως Ῥωμαίων, Πέτρου τοῦ ἀποστόλου χειροτονήσαντος Εὐόδιον ἐν Ἀντιοχείᾳ, μετωνομάσθησαν οἱ πάλαι λεγόμενοι Ναζαραῖοι καὶ Γαλιλαῖοι Χριστιανοί. Iidem per inscitiam appellati *Chrestiani,* sed et antea *Iudaei.* Suetonius Claud. 25. *Iudaeos impulsore Chresto assidue tumultuantes Roma expulit.* Arrianus 2, 9. ὅταν τινὰ ἐπαμφοτερίζοντα ἴδωμεν, εἰώθαμεν λέγειν, οὐκ ἔστιν Ἰουδαῖος, ἀλλ' ὑποκρίνεται. ὅταν δ' ἀναλάβῃ τὸ πάθος τὸ τοῦ βεβαμμένου (baptizati, Christiani) καὶ ᾑρημένου, τότε καὶ ἔστι τῷ ὄντι καὶ καλεῖται Ἰουδαῖος." *Lips.* Sic quoque Tertullianus apol. adv. gentes c. 3. et Lactantius inst. 1, 4, 7. 4, 7, 5. tradunt, *Christum* et *Christianos* Graecis Romanisque nomine illis usitatiori *Chrestum* (qs. χρηστόν, benignum s. probum) et *Chrestianos* fuisse dictos. Constat etiam, plurimos Christianorum tunc temporis viventes antea fuisse Iudaeos. Sed Broterius ad h. l. et Ernestius ad Suet. Claud. 25. iam recte notarunt errores eorum, qui verba Arriani 1, 22. 2, 9. et edicta Imp. Claudii, tum prius de conventiculis et synagogis ap. Dion. 60, 6. tum posterius de expulsione Iudaeorum ap. Suet. Claud. 25. et Lucam in Actis Apost. 18, 2. ad Christianos potius quam ad Iudaeos referunt, et *Chrestum* (hominem Graeculum seu peregrinum seu libertinum) ap. Suet. l. l. *Christum* fuisse opinantur, quippe qui dudum ex his terris eo tempore discesserat. *xp̄ianos* et paulo post *xp̄us* ed. Spir. pro *Christianos* et *Christus.* — *nominis eius:* in MS. Guelf. *eius nominis.* — *Tiberio imperitante* MSS. Flor. Corb. edd. Spir. Iac. Gron. sqq. *qui Tib. imp.* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et edd. cet. „Illud *qui* saepius male additur in vett. libris. Cf. ad H. 1, 77. 3, 47. 4, 5." *Walth.* — *per procuratorem* (v. ad 4, 15, 2.) Iudaeae (non Syriae, ut dicit Tertull. apol. 21.) et quidem quintum: nam quatuor priores fuerant Coponius, M. Ambivius, Annius Rufus et Valerius Gratus. *Pilatus* missus a Tiberio anno imperii XIII. post exactos muneris sui male gesti decem annos a Vitellio Syriae praeside motus est officio et Romam purgandi sui causa ire iussus, deinde a Caligula in exsilium pulsus. Cf. Ioseph. A. I. 18, 2 sqq. Euseb. hist. eccl. 2, 7. 8. — *exitiabilis superstitio,* cf. 13, 32. et Plin. ep. 10, 97. *exitialis* MSS. Vat. Corb. — *rursum* MSS. Flor. (teste Vict.) Corb. edd. Spir. Walth. *rursus* MS. Guelf. et edd. rel. — *undique:* in MS. Guelf. *ubique.* — *celebrantur,* a multis perpetrantur.

3. *Igitur primum* MSS. Flor. Bud. edd. Spir. Walth. *Igitur primo* MS. Guelf. et edd. cet. — *deinde:* in MS. Corb. *dein.* — *haud perinde* MS. Guelf. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *haud proinde* edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Walth. quod ab h. l. alienum est, ubi iungitur cum *quam.* v. ad 3, 17, 1. sed cf. ad G. 5. n. 8. et ad Agr. 10.

n. 6. *multitudo ingens — convicti sunt*, cf. Ind. III. v. *Nomina collectiva.* — *haud perinde in crimine incendii quam* (in) *odio humani generis convicti sunt*, v. ad 11, 2, 1. *in* ante *crimine* abest a MS. Corb. *convicti* MSS. et edd. vet. *coniuncti* e MS. Flor. enotarunt ac receperunt Pich. et Iac. Gron. quod dictum putabant pro: confessis adiuncti, simul cum iis cruciati. Id defendi posse arbitratur Walther, si ad verba *in crimine incendii* intelligatur ὄντες, ut *in* indicet causam, in qua deprehensi coniuncti dicantur: vulgatum tamen praeferendum censet. Idem *odio* dictum putat pro *ob odium*. Sed huic rationi non convenit *convicti sunt* nec *perinde — quam*. — *odio humani generis*, v. ad H. 5, 4, 1. et 5, 5, 2. — *et pereuntibus* edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. Lips. Pich. sqq. *ea pereuntibus* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Rhen. 2. 3. Ald. — *aut flammandi*: „destinati ad flammam, reservati ad flammam scil. *interirent*. Ita non molestum *atque*, ut Ernestio videbatur: nam verbum *flammandi* accuratius explicatur per verba *atque — urerentur*.“ *Walth.* Quae ratio non plane satisfacit; et e MS. Agr. substituendum videtur *flammati* scil. *interirent*. Sulpicius Severus hist. eccl. 2, 29. haec ita transscripsit: *multi crucibus affixi aut flamma usti: plerique in id reservati, ut, quum defecisset — urerentur.* Hinc Hillerus racem. 20. non male corr. *aut* vel *et flammati plerique, ubi defecisset — urerentur.* Alii alia coniecere: *et flammae uncti escis* aut *alimentis* aut *materia* I. Fr. Gron. *aut flamma usti utque* cet. Meursius; *aut flammis destinati, ubi defecisset — urerentur* Boetticher. Qui incendia moliti erant, olim induti tunica spartea s. chartea (quae *molesta* dicebatur et stuppa, cannabe, pice, cera et bitumine, *alimentis ignium et illita et intexta erat*, Sen. ep. 14.) incendebantur taedis et *in usum nocturni luminis* urebantur, vivi cremabantur. Cf. Iuvenal. 1, 155 sqq. 8, 235. Suet. Cal. 27. Scalig. emend. temp. p. 471. Sigon. de iud. 3, 18. „Haec est prima in Christianos exercita crudelitas, sanguinis dico: nam Claudius eos tantum expulerat. Cf. Tertull. apol. c. 5. et Suet. Claud. 25.“ *Lips.* Sed de loco Suet. v. sup. notam 2. *in usum* edd. Put. 1. 2. Ber. sqq. *in usu* MSS. Flor. (teste Iac. Gron. non Vict. aut Furia) Reg. Corb. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. ed. Spir. Sed *m* per seq. *n*. absorberi potuit; *Walth.* Lineola potius super *u* a librariis omissa.

4. *habitu aurigae* vel *permixtus plebi* quasi spectator, *vel curriculo insistens* ut *aurigator*; *Lips.* *curriculo insistens* (ut 14, 14 pr. et ap. Plin. ep. 9, 6.) MS. Agr. edd. Ryck. Ern. sqq. *circulo insistens* alii MSS. et edd. vet. — „Vignolius in hist. crit. de la républ. de lettres T. VIII. p. 81 sqq. ubi hoc caput parum feliciter illustravit, e verbis *permixtus plebi* male colligit, sermonem esse de ludis plebeiis d. XV. Nov. λῆροι et eo die coepisse afflictionem Christianorum Neronianam: nam ludi plebeii ab aedilibus curulibus editi sunt, (v. Cic. Verr. 5, 14.) et *circense ludicrum* a Nerone editum fuit extraordinarium.“ *Ern.* — *novissima exempla meritos*, v. ad 12, 20, 2. — *non utilitate publica*, non propter utilitatem publicam, (cf. Ind. III. v. *Ablativi Substantivorum absoluti*) *sed in saevitiam unius absumerentur*, eius satiandae causa. *adsumerentur* sola ed. Rhen. 1. vitiose.

CAPUT XLV.

Interea conferendis pecuniis pervastata Italia, provinciae eversae sociique populi et quae civitatum *liberae* vocantur: inque eam praedam etiam dii cessere, spoliatis in Urbe templis egestoque auro, quod triumphis, quod votis omnis populi Romani aetas prospere aut in metu sacraverat. Enimvero per

Asiam atque Achaiam non dona tantum, sed simulacra numinum abripiebantur, missis in eas provincias Acrato et Secundo Carinate. Ille libertus cuicunque flagitio promptus, hic Graeca doctrina ore tenus exercitus, animum bonis artibus non induerat. Ferebatur Seneca, quo invidiam sacrilegii a semet averteret, longinqui ruris secessum oravisse et, postquam non concedebatur, ficta valetudine, quasi aeger nervis, cubiculum non egressus. Tradidere quidam, venenum ei per libertum ipsius, cui nomen Cleonicus, paratum iussu Neronis, vitatumque a Seneca proditione liberti seu propria formidine, dum persimplici victu et agrestibus pomis ac, si sitis admoneret, profluente aqua vitam tolerat.

1. *conferendis pecuniis,* quibus aurea Neronis domus exstrueretur. Cf. c. 42. pr. Suet. Ner. 38. Xiphil. 62, 18. extr. — *quae civitatum liberae vocantur:* his non plena libertas, iuris tamen exsequendi et proprii magistratus erant suarumque legum arbitrium, ac interdum etiam a pendendis tributis et vectigalibus immunitatem habebant, sed tamen tenebantur in fide populi Romani; *Spanhem.* de usu et pr. num. diss. IX. et XIII. Cf. ad c. 32. n. 1. — *inque eam praedam etiam dii cessere spoliatis in urbe templis,* cf. ad Agr. 6. n. 8. et Suet. Ner. 32. *in eamque praedam* MS. Bud. „*inque,* ut ap. Plin. pan. 17, 1. obsoletum teste Servio ad Virg. Aen. 1, 160. ut *adque, aque, eque, sineque.*" *Ramshorn.* Gram. p. 517. — *egestoque auro — sacraverat:* „egestis ex templis donis aureis, quae diis ob prosperas adversasque res sacrata erant. Quot quantaque essent, docet Monim. Ancyr., Suet. Aug. 30. Petron. T. I. p. 366." *Brot.* „Aurum e *votis* est, quod senatus in re trepida Iovi aliisque diis voverat, (cf. Petron. 88.) aut ipsi consules praetoresve in provincias et ad bellum ituri. v. Liv. 31, 9. 14. al. Aurum *e triumphis* coronarium capio, sive etiam quod templis a triumphantibus illatum." *Lips.* „Posterior ratio vera. Saepe apud Livium, Plinium aliosque commemorantur illatae templis a triumphantibus res pretiosae ex auro, quas domi habere religio erat, malebantque ad ornanda deorum templa quam suas domos conferre, ut Cicero etiam in Verrinis docet. Male Querneus Egreg. c. 14. p. 60. intelligit manubias sive pecuniam e praeda divendita, cuius pars templis illata sit: nam ea pecunia in aerarium illata est." *Ern.* — *prospere,* rebus prospere gestis. cf. ad 1, 10, 3. et 14, 54, 2. *prospera re* coni. Acid. quod probarunt Heins. Ern. Kiessl. *prospere* ad *triumphos,* et *in metu* ad *vota* refer. *metu* pro *in metu* MS. Guelf.

2. *non dona tantum, sed* (cf. ad 1, 60, 1.) *simulacra numinum* et hominum *abripiebantur.* „Cf. 16, 23. Pausan. 10, 7. Plin. 34, 8. s. 19, 23. 24. et de Acrato Dio Chrysost. in orat. Rhodiaca, in qua leg. *ἴστε γὰρ* (nostis enim) *Ἄκρατος ἐκεῖνος τὴν οἰκουμένην σχεδὸν ἅπασαν περιελθὼν τούτου χάριν,* (illius rei gratia, ut statuas auferret et talia ornamenta) *καὶ μηδὲ κώμην παρεὶς μηδεμίαν, ὡς κἀνθάδε ἧκε.*" *Lips.* Cf. Vales. emend. p. 59. In ed. Morelli Paris. 1623. fol. *Κράτων* dicitur is homo; *Oberl.* — *Acrato et Secundo Carinate* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Acrato ac Secundo Carinate* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *Acco ac Secundo,* omisso *Carinate,* ed. Spir. In MS. Flor. *Caprenate* legit Pichena. *Capnate, i* super *p* adscripto, Iac. Gronovius et *Crapinate* Victorius. *Caprinate* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. *Crapinate* MS. Corb. *Καρίνας Σεκοῦνδος* fuit rhetor, qui ad incitas redactus Athenis Romam migravit et in exsilium missus est a Caligula, *ὅτι λόγον τινὰ ἐν γυμνασίᾳ κατὰ τυράννων εἶπεν,* Dio 59, 20. et Iuvenal. 7, 204 sqq. — *cuicunque flagitio promptus,*

cf. Ind. II. v. *Promptus*. *cuique* ed. Spir. — *ore tenus* omissa in MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. „Sed oppositio desiderat haec verba et commodè sic dicitur de homine, qui *Graeca doctrina* se *exercuerat ore tenus* h. e. hactenus ut ore ac lingua se philosophum probaret et posset de philosophia, virtutibus vitiisque more Graecorum disserere; sed *animum bonis artibus non induerat*. Locus simill. est 16, 32. *habitu et ore ad exprimendam imaginem honesti exercitus, ceterum animo perfidiosus* cet." *Ern.* Tacitus Graeca illa ἀπὸ γλώσσης ῥήματα explicare voluisse videtur; *Iac. Gron.* — *animum bonis artibus non induerat:* „tentabam *imbuerat:* nunc perplacet metaphorae honestas." *Lips.* *Induere* est Gr. ἐνδύσασθαι, quod Gatak. Advers. 1, 9. copiose illustrat; *Ern.* „Cf. intpp. Gell. 2, 29. et Plin. pan. c. 81. Barth. ad Claud. cons. Stil. 2, 121. Burm. ad Petron. c. 4." *Oberl.*

3. *Ferebatur Seneca — oravisse* MSS. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *Ferebant Senecam — oravisse* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. „Sane commodius est *ferebatur* ob sequens *egressus*." *Walth.* — *longinqui ruris secessum oravisse,* cf. ad H. 3, 63. „*ruris* in MS. Guelf. est in litura. *secessu moratus esset* ed. Spir. non *oratus esse,* uti prodidit Oberl." *Walth.* Cf. ad c. 43. n. 2. — *ficta valetudine* cet. cf. Xiphil. 62, 25. — *persimplici victu,* ut *peridoneus* et similia. v. ad 4, 12, 3. *parvo victu* inf. c. 63. Ad rem cf. Sen. ep. 83. (84.) *persimplici* MS. Flor. (teste Pich.) edd. Pich. sqq. ad Oberl. *pro simplici* edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *simplici* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Lips. Oberl. Lün. Bekk. Kiessl. — *tolerat:* in MS. Bud. *tolerabat.* Ernestius coni. *toleraret* contra omnem Taciti usum; *Walth.* Cf. ad 1, 64, 3. et Ind. II. v. *Dum.*

CAPUT XLVI.

Per idem tempus gladiatores apud oppidum Praeneste, tentata eruptione, praesidio militis, qui custos adesset, coerciti sunt, iam Spartacum et vetera mala rumoribus ferente populo, ut est novarum rerum cupiens pavidusque. Nec multo post clades rei navalis accipitur, non bello: (quippe haud alias tam immota pax) sed certum ad diem in Campaniam redire classem Nero iusserat, non exceptis maris casibus. Ergo gubernatores, quamvis saeviente pelago, a Formiis movere, et gravi Africo, dum promontorium Miseni superare contendunt, Cumanis litoribus impacti triremium plerasque et minora navigia passim amiserunt.

1. *apud oppidum Praeneste,* cf. Ind. II. v. *Apud.* — *eruptione:* in MS. Guelf. a m. sec. et ed. Spir. *ne eruptione,* iterata syllaba praec. — *praesidio militis, qui custos adesset, coerciti sunt,* nam et ludis et muneribus gladiatoriis cohors militum assidere solita. Cf. ad 1, 77, 1. *qui custos adesset* plurimi MSS. et edd. vet. *qui custos aderat* MSS. Corb. Agr. edd. Oberl. Bip. Bekk. Lün. Kiessl. Sed de usu pronominis relativi v. ad 14, 1, 1. Ind. III. v. Verborum Modi II, 1. p. 844. Ruhnk. ad Rutil. p. 98. Kritz. ad Sall. Cat. c. 14, 7. Beier ad Cic. off. 2, 19, 68. 3, 14, 58. Matthiae ad Cic. p. Rosc. Am. 1, 4. — *Spartacum,* v. ad 3, 73, 2. — *vetera mala rumoribus ferente populo,* ut *aliud fama tulere* 16, 2. *omnium sermonibus ferri* O. 10. *sermonibus, fama* et *rumoribus ferre* ap. Liv. 4, 5. 23, 31. 34, 36 pr. Cf. ad 6, 49, 2. *serente* coni. Heinsius.

2. *non exceptis maris casibus,* etiam turbido mari navigare iusserat; *Ern.* — *a Formiis movere* scil. classem, naves, (ut *movere exercitum,*

arma, castra) vel se, h. e. profecti sunt. v. ad 4, 41, 2. — *promontorium Miseni*: „infame naufragiis. v. Sen. ep. 78. (77.) et Stat. Silv. 3, 2, 23. Classis Romana in portu Misenensi ordinariam stationem habebat, uti Alexandrina Puteolis. v. Strab. XVII. p. 793.“ *Lips*. Cf. ad 4, 5, 1. *premuntorium* ed. Spir. *promunturium* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. quam scripturam probarunt Drak. ad Liv. 10, 2, 4. Gron. ad Liv. 21, 35. 28, 5. Voss. ad Mel. 1, 13. — *Cumanis litoribus impacti*, v. ad H. 2, 41.

CAPUT XLVII.

Fine anni vulgantur prodigia, imminentium malorum nuntia. Vis fulgurum non alias crebrior, et sidus cometes sanguine illustri semper Neroni expiatum. Bicipites hominum aliorumve animalium partus abiecti in publicum aut in sacrificiis, quibus gravidas hostias immolare mos est, reperti: et in agro Placentino viam propter natus vitulus, cui caput in crure esset. Secutaque haruspicum interpretatio: parari rerum humanarum aliud caput, sed non fore validum neque occultum, quia in utero repressum aut iter iuxta editum sit.

1. *vulgantur prodigia* cet. v. ad 12, 64, 1. Talia a Tacito enarrata sunt, ut annalium prioris aevi χαρακτὴρ etiam suis quodammodo conciliaretur; *Ritter*. — *sidus cometes sanguine illustri semper Neroni*, a Nerone, *expiatum*, v. ad 14, 22, 1. 2. et Ind. III. v. *Dativus subiectivus*. Nero *ex Babilo astrologo didicit, solere reges talia ostenta caede aliqua illustri expiare atque a semet in capita procerum depellere, et nobilissimo cuique exitium destinavit*, Suet. Ner. c. 36. Grotius *semper* eiiciendum censebat, quia raro appareat cometes nec nisi semel ante apparuerit sub Nerone. v. 14, 22. „At *semper* est Germ. jedesmal, nec quaeritur, utrum bis an ter an saepius cometes sub Nerone apparuerit, nec de praeterito solum tempore, sed de omni Neronis tempore accipiendum est. Ernestius ob locum Suet. Ner. c. 36. mavult deleri *Neroni*, aut pro eo legi *tyrannis*. Sed *sanguine* spectat ad caedem, nec verum est, cometas semper (e. c. sub Augusto) sic esse expiatos.“ *Walth*. „Ernestius frustra provocat ad illum Suetonii locum, ex quo, quum de altero tantum comete sermo sit, nihil conficias. Contra Plin. 2, 25. (23.) *Cometes terrificum magna ex parte sidus ac non leviter piatum, ut civili motu Octavio consule iterumque Pompeii et Caesaris bello. In nostro vero aevo circa veneficium, quo Claudius Caesar imperium reliquit Domitio Neroni, ac deinde principatu eius assiduum prope ac saevum*. Igitur saepius quum apparuisset, assiduum prope in coelo, *semper Neroni* illustri sanguine expiatum est. Ceterum de priori intellige Sen. nat. quaest. 7, 17. et 21. (*Cometes, quem nos Neronis principatu vidimus, sex mensibus spectandum se praebuit* cet.) et Xiphil. 61, 18. τεράτων δέ τινων γεγονότων τότε οἱ μάντεις ὄλεθρον αὐτῷ ταῦτα φέρειν εἶπον, καὶ συνεβούλευσαν ἐς ἑτέρους τὸ δεινὸν ἀποτρέψασθαι. κἂν συχνοὺς εὐθὺς κατεχρήσατο, εἰ μὴ ὁ Σενέκας ἔφη αὐτῷ ὅτι, Ὅσους ἂν ἀποσφάξῃς, οὐ δύνασαι τὸν διάδοχόν σου ἀποκτεῖναι.“ *Baumgarten-Crusius* ad Suet. Ner. c. 36. Herelius in Magazin für Philologen Brem. 1797. T. II. p. 220 sqq. coni. *semper orbi* vel *ter. orbi expiatum*, vel *sanguine illustri semper, Neronis* (sc. sanguine, caede) *mox* (postea, deinde, ἐντεῦθεν) *piatum*. Sed nulla correctione opus erit.

2. *abiecti in publicum*, v. ad 1, 22, 3. et 3, 3, 1. — *in sacrificiis, quibus gravidas hostias immolare mos est*: „Pauca super eo sacrorum ritu. Trahere huc possis illud Festi: *confeta sus, quae cum omni fetu adhibetur ad sacrificium*.“ *Lips*. „Addantur eiusdem Festi verba: *Hor-*

da, praegnans: unde dies, quo gravidae hostiae immolabantur, hordicidia." *Ryck.* Cf. Varr. R. R. 2, 5, 6. *Quae sterilis vacca, taura appellatur, quae praegnans, horda: unde hordicalia,* (sacra festa) *in quibus hordae boves mactantur.* Locus autem class. de re et sacro festoque isto est Ovid. Fast. 4, 629—672. ex quo etiam patet, *forda, fordicidium* et *fordicalia* rectius scribi: (nam literas *h* et *f* saepius permutari docet Gesnerus in Thes. lit. *F* et v. *Digamma*) *Tertia post Veneris quum lux surrexerit Idus,* (XV April.) *Pontifices forda sacra litate bove. Forda ferens bos est fecundaque, dicta ferendo: Hinc etiam fetus nomen habere putant. Nunc gravidum pecus est, gravidae nunc semine terrae. Telluri plenae victima plena datur. — Exta bovis dantur gravidae: felicior annus Provenit et fructum terra pecusque ferunt.* In ed. Spir. *gravissimas hostias.* Male. — *viam propter,* ut paulo post *iter iuxta.* Cf. Ind. III. v. *Praepositiones* nr. 1. — *cui caput in crure esset:* „Subiunctivus positus est, ut relatio ac persuasio eorum, qui prodigium vulgabant, declaretur. Germanice convertas: das den Kopf am Beine haben sollte." *Ritter.* — *Secutaque:* in MS. Harl. *Secuta.* — *quia in utero repressum sit:* „quia caput iam in utero loco suo motum et retro versum sit, ut cum crure demum prodierit; brevius, quia caput corruptum ac vitiatum sit. *Omnis fetus repressus exustusque flos siti veteris ubertatis exaruit* Cic. Brut. c. 4." *Ern.* — *aut iter iuxta editum sit:* „Vel *et* legendum vel *aut* pro *et* accipiendum. Muretus vel *at* vel *quia non in utero repressum* scribendum censebat. Illud et ipsum rectum, non hoc, quod Broterius adeo in textum recepit: nam *iter iuxta editum* refertur necessario ad alterum membrum *neque occultum;* prius igitur ad *non validum,* ad imbecillitatem; quare negatio locum non habet." *Ern.* „Immo *aut* distinguit duo momenta eiusdem rei inter se diversa: *quia in utero repressum aut iter iuxta editum sit,* h. e. quia et in utero repressum et iter iuxta editum sit. v. ad 1, 16, 1. Ceterum prius membrum respicit ad verbà *non fore validum,* posterius ad *neque occultum.* Verbum autem *repressum* intellige de *capite in crure,* quod erat indicium irriti conatus. Cf. 1, 38. *praesenti duorum militum supplicio paulum repressi sunt.* (!)" *Walth.* „Nullam video necessitatem, cur membrum *iter iuxta editum sit* verba *neque occultum* solummodo respiciat. Intelligo locum: *non fore validum neque occultum* propterea, quod iam in utero motum loco suo (sic recte Ernestius) lucem viderit, aut etiam, quod iuxta viam editum sit. Cf. ad Agr. 18. n. 2." *Walch.* emend. Liv. p. 189.

CAPUT XLVIII.

Ineunt deinde consulatum Silius Nerva et Atticus Vestinus, coepta simul et aucta coniuratione, in quam certatim nomina dederant senatores, Eques, miles, feminae etiam, cum odio Neronis, tum favore in C. Pisonem. Is Calpurnio genere ortus ac multas insignesque familias paterna nobilitate complexus claro apud vulgum rumore erat per virtutem aut species virtutibus similes. Namque facundiam tuendis civibus exercebat, largitionem adversus amicos, et ignotis quoque comi sermone et congressu. Aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies. Sed procul gravitas morum aut voluptatum parcimonia: lenitati ac magnificentiae et aliquando luxu indulgebat. Idque pluribus probabatur, qui in tanta vitiorum dulcedine summum imperium non restrictum nec perseverum volunt.

1. A. *Silius Nerva et* M. *Atticus Vestinus:* „ita ap. Phlegont. de mi-

rab. c. 23. ubi legendum: *ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Αὔλου Λικινίου Νερούα Σιλιανοῦ καὶ Μάρκου Οὐεστίνου Ἀττικοῦ* pro *Λουκιννίου Νερούα. Σιλανιανοῦ.*" *Ryck.* Cf. ad 4, 68, 1. — *coniuratione* Pisoniana, de qua cf. ad c. 54. n. 1. et Xiphil. 62, 24 sqq. ut de hac rei narratione *Süvern* in libello laudato in Praef. (ad Vol. I. p. CXXXIX.) p. 110. — *in quam certatim nomina dederant senatores,* cf. ad 14, 15 pr. — C. Calpurnium *Pisonem,* de cuius genere, eloquentia, moribus, divitiis et coniuratione v. Paneg. ad Pisonem in Wernsdorf. poet. lat. min. T. IV. p. 36 sqq. 236 sqq. (qui auctorem eius non Lucanum, sed Saleium Bassum fuisse suspicatur) Schol. Iuvenal. 5, 109. ibique Cramer. p. 173 sqq. ubi praeter alia docet, consulatus Pisoniani non nisi in his scholiis et in illo paneg. v. 70 sqq. mentionem fieri et a Lipsio ad Tac. Ann. 14, 14. L. Pisonem confundi cum Caio. Scholia sunt: *Piso Calpurnius, antiqua familia, scenico habitu tragoedias actitavit; in latrunculorum lusu tam perfectus et callidus, ut ad eum ludentem curreretur. Ob haec insinuatus C. Caesari, repente etiam relegatus est, quod consuetudinem pristinae uxoris abductae sibi ab ipso, deinde remissae, repetiisse existimabatur.* (Cf. Suet. Cal. c. 25. et Dio 59, 8. qui non eadem tradunt.) *Mox sub Claudio restitutus et post consulatum materna hereditate donatus magnificentissimus vixit, meritis* (beneficiis) *sublevare inopes ex utroque ordine solitus: de plebe autem certos quotannis ad equestrem censum dignitatemque provehere.* De secundis nuptiis et morte Pisonis v. inf. cap. 59.

2. *Calpurnio genere* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Lips. Pich. sqq. *Calphurnio g.* MS. Guelf. et edd. vet. — *virtutibus similes:* in MS. Corb. *virtutis s.* — *largitionem adversus amicos* scil. exercebat. *largitiones,* MS. Reg. non male; *Ern.* Cf. ad 12, 49, 1. *adversum* MS. Flor. (h. l. et c. 52 extr. teste Furia) et ed. Bekk. 2. Sed ante vocalem *adversus* poni solet. — *et ignotis* (adversus ignotos) *quoque comi sermoni et congressu* sc. erat. Cf. Ind. III. v. *Ablativi qualitatis Substantivorum* et *Ellipses* nr. 1. *a. ignoti* ed. Spir. *comis* malebat Ern. et *communis* Bip. et Oberl. coll. Nep. Att. 3. et Cic. ep. ad div. 4, 9. — *fortuita,* ut bona corporis, quae facundiae, largitioni, comitati opponuntur; *Ern.* — *lenitati:* „immo *levitati* scil. in sumptibus ad capiendam gratiam aut ad speciem maiorem induendam: quam *gravitas* requirere videtur." *Ern.* Sed *lenitati* h. l. aptius propter verba seqq. et extrema huius cap. — *ac magnificentiae:* in MS. Guelf. *et magnif.* — *luxu* MS. Flor. (test. Vict. et Furia) ed. Walth. Cf. ad 3, 30, 2. *luxui* MS. Guelf. et edd. rel. — *pluribus* ut Gr. *οἱ πολλοὶ* et *πλείονες* de populo; *Ern.* *Plures* h. l. iidem qui *plerique,* de quo v. ad 3, 28, 4. — *imperium non restrictum,* ut *adstrictum* de quo v. ad O. 2. n. 3. — *perseverum,* v. ad 4, 12, 3.

CAPUT XLIX.

Initium coniurationi non a cupidine ipsius fuit: nec tamen facile memoraverim, quis primus auctor, cuius instinctu concitum sit, quod tam multi sumpserunt. Promptissimos Subrium Flavium tribunum praetoriae cohortis et Sulpicium Asprum centurionem exstitisse, constantia exitus docuit. Et Lucanus Annaeus Plautiusque Lateranus consul designatus vivida odia intulere. Lucanum propriae causae accendebant, quod famam carminum eius premebat Nero prohibueratque ostentare vanus assimilatione. Lateranum consulem designatum nulla iniuria, sed amor rei publicae sociavit. At Flavius Scaevinus et Afranius Quintianus, uterque senatorii ordinis, contra

famam sui principium tanti facinoris capessivere. Nam Scaevino dissoluta luxu mens et proinde vita somno languida; Quintianus mollitia corporis infamis et a Nerone probroso carmine diffamatus contumelias ultum ibat.

1. *Initium coniurationi — fuit* MSS. Harl. a m. sec. Ies. a m. pr. Guelf. a m. pr. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. Cf. Ind. III. v. *Dativus obiectivus. coniurationis* MSS. Harl. et Ies. a m. pr. Guelf. a m. sec. Reg. Corb. Agr. ed. Spir. — *non a cupidine ipsius* Pisonis, sed a timore, de quo v. 14, 65. *cupidine* MSS. Flor. (test. Iac. Gron. et Vict.) Bud. Guelf. Agr. edd. Spir. Iac. Gron. Ern. sqq. *cupiditate* edd. rel. „*Cupiditas* fere de minoribus et privatis, ut H. 1, 83. *cupido* de potentia et imperio, ut 1, 10. 15, 53. Id optime patet ex divino illo H. 2, 38.“ *Iac. Gron.* Eodem plerumque sensu usurpantur. — *primus:* in MS. Guelf. *proximus.* — *Subrium Flavium et Sulpicium Asprum,* corrupte ap. Xiphil. 62, 24. Σούβριος Φλάβιος et Σουλπίκιος Ἄπρος. MS. Flor. teste Furia h. l. *Flavium,* sed c. 50. *Flaus,* c. 58. *Flavo,* c. 67. *Flavus* et *Flavi.* — *constantia exitus,* v. ad 1, 53, 3. et 2, 71, 1. *constantiae exitus* ed. Spir. — *vivida odia intulere,* ad coniurationem attulere; *Ern.* — *famam carminum eius premebat Nero prohibueratque ostentare vanus assimulatione* vel potius *assimilatione,* v. ad 1, 28, 2. „Quinquennali ludicro, quum Orpheum Nero et Lucanus recitassent, hic coronatus est. v. Stat. Silv. 2, 7, 58 sqq. Id aegre tulit Princeps, qui carminum affectabat studium. v. 13, 3. 14, 16. 16, 4. Idem tamen Lucano post mortem famam non invidit, h. e. carmina eius legi et edi permisit. Hoc vult inscriptio vetus ap. Gruter. p. 354, 2. *M. Annaeo Lucano Cordubensi poetae beneficio Neronis fama servata.*“ *Lips.* — *ostentare,* ostendere, i. e. recitare, edere; *Ern.* — *vanus assimilatione* MSS. et edd. vet. nisi quod *vana assimulatione* est in MS. Farn. *vanus a simulatione* in MS. Reg. et *vanitatis insimulatione* in MS. Agr. *vanus aemulatione* in edd. Bip. Oberl. Lün. Bekk. Kiessl. Ritt. ex emend. Lipsii. „Id interpretantur aus eitler vel fruchtloser Eifersucht. At tum debuisset scribi *vana aemulatione,* quod placebat Ursino et Freinsh. sed ab h. l. alienum est. Vetus scriptura bono sensu gaudet. *Vanus* dicitur, qui levia et inania pro gravibus et veris sectatur. (Cf. ad 13, 23, 1.) *Assimilatio* est studium vel actio assimilandi. *Assimilare aliquid* est affectare, studiose imitari. Cf. 4, 59. 16, 17. Iam *vanus assimilatione* Nero dicitur, qui ea vanitate uteretur, ut Lucani carmina assimilare vellet. Nimirum uterque poeta eiusdem generis et materiae carmina componebat, Orpheum illum, de quo v. Stat. l. l. *Vanus* autem propterea audit, quia vanum irritumque illud studium fuit.“ *Walth.* Eadem interpretatio Lipsio in mentem venit, sed non placuit. „Vanus in eo, quod similitudinem suis esse credebat Lucanique carminibus.“ *Ferret.* — *consulem designatum:* „verba a Bekkero uncinis inclusa ut suspecta, quia proxime praecedunt. Attamen potuit ea Tacitus repetere, non ut doceret, Lateranum fuisse consulem designatum, quam potius, ut rationem redderet de eo, quod dicit: *Lateranum nulla iniuria,* (tanquam *propria causa*) *sed amor rei publicae sociavit.* Nam si consul designatus fuit, debuit Neronis gratia potius pollere, quippe qui consulem non designavisset sibi invisum. Quae si tibi vera videantur, *consulem designatum* accipe pro *quippe cons. des.* Sed alibi quoque eius generis repetitiones sunt et infra c. 60. iterum est *Plautius Lateranus consul designatus.*“ *Walth.* Cf. ad 12, 49, 2. et Ind. III. v. *Verba repetita* p. 837. *Lateranum consulem designatum amore r. p. sociavit* ed. Spir. *amore* etiam MS. Flor. teste Furia, qui tamen non dixit, utrum in hoc cod., ut in ed. Spir., omissa sint verba *nulla iniuria sed* nec ne.

2. *Flavius Scaevinus* ed. Bekk. 2. ubique, quia in MS. Flor. teste Furia *Scaevinus* scriptum cap. 53. 54. 55. 66. 70." Recte: nam a *scaevo* fit *Scaevinus*, quemadmodum a *iusto Iustinus*." *Ritter*. *Scevinus* h. l. MSS. Flor. Guelf. (ut c. 53. 54. sed *sevino* c. 55.) edd. Put. 1. 2. sqq. *Sceuius* et paulo post *Scenio*, sed c. 53. *Scevino*, c. 54. *Scevini*, c. 55. *seuino*, c. 74. *scevenius* et c. 66. *sceuinius* (ut MS. Guelf. c. 74.) ed. Spir. — *Quintianus* MSS. Flor. (teste Furia) Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Iac. Gron. Brot. Bekk. 2. Walth. *Quinctianus* edd. Lips. Pich. ad illam Iac. Gron.: ut et Oberl. Lün. Kiessl. ut c. 56. *Quintilianus* edd. Rhen. 2. 3. Ald. ut *Quintilianusque* MSS. Bud. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. cap. 56. ubi *Quintilienusque* MS. Flor. test. Vict. et Furia. Similis varietas c. 70. extr. — *contra famam sui*, quod ab iis non exspectatum erat; *Ern*. Cf. ad 4, 24, 2. — *proinde*, v. ad 3, 17, 1. — *mollitia corporis* MS. Flor. (test. Pich. et Vict.) edd. Pich. sqq. *mollitie* c. MSS. Farn. Reg. Corb. ed. Spir. „Ita Latinis dicta ἡ θήλεια νόσος." *Lips*. Cf. ad 11, 2, 1. *molli corpore* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. — *probroso carmine*, v. ad 13, 3. — *ultum ibat*, cf. Ind. II. v. *Ire* et Ramshorn. Gram. p. 450. *multum ibat* MS. Flor. teste Furia.

CAPUT L.

Ergo dum scelera Principis et finem adesse imperio deligendumque, qui fessis rebus succurreret, inter se aut inter amicos iaciunt, aggregavere Tullium Senecionem, Cervarium Proculum, Vulcatium Araricum, Iulium Augurinum, Munatium Gratum, Antonium Natalem, Marcium Festum, Equites Romanos: ex quibus Senecio, e praecipua familiaritate Neronis, speciem amicitiae etiam tum retinens eo pluribus periculis conflictabatur. Natalis particeps ad omne secretum Pisoni erat. Ceteris spes ex novis rebus petebatur. Ascitae sunt super Subrium et Sulpicium, de quibus retuli, militares manus, Gavius Silanus et Statius Proximus tribuni cohortium praetoriarum, Maximus Scaurus et Venetus Paulus centuriones. Sed summum robur in Fenio Rufo praefecto videbatur, quem vita famaque laudatum per saevitiam impudicitiamque Tigellinus in animo Principis anteibat fatigabatque criminationibus ac saepe in metum adduxerat, quasi adulterum Agrippinae et desiderio eius ultioni intentum. Igitur ubi coniuratis praefectum quoque praetorii in partes descendisse, crebro ipsius sermonibus facta fides, promptius iam de tempore ac loco caedis agitabant. Et cepisse impetum Subrius Flavius ferebatur in scena canentem Neronem aggrediendi, aut quum ardente domo per noctem huc illuc cursaret incustoditus. Hic occasio solitudinis, ibi ipsa frequentia, tanti decoris testis, pulcherrimum animum exstimulaverant, nisi impunitatis cupido retinuisset magnis semper conatibus adversa.

1. *finem adesse imperio* MSS. Reg. Corb. Agr. edd. Spir. Bekk. 2. *imperii* MSS. Bud. Guelf. et edd. rel. *imperia deligendum quoque fessis* MS. Flor. teste Furia. *imperio delegendum: quisque fessis* ed. Spir. *imperii deligendum quisque fessis* MS. Guelf. *deligendumque* edd. Put. 1. 2.

Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Pich. et dein paene omnes. *diligendumque* edd. Lips. Oberl. — *fessis rebus succurreret*, cf. ad 11, 24, 1. et Ind. II. v. *Fessus*. — *iaciunt*, v. ad 11, 9, 2. — *Senecionem* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Ald. Lips. Pich. sqq. *Senetionem* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. *Senectionem* MS. Guelf. ed. Spir. sed paulo post ille *Senetio*, haec *Senecio*. Cf. ad 13, 12, 1. — *Cervarium*, in ed. Spir. *Cernarium*. — *Vulcatium*, ut 4, 43. 16, 8. H. 4, 9. *Vulgacium* MSS. Flor. (teste Furia) Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *Araricum* MS. Flor. (t. Vict.) edd. Spir. Lips. sqq. *Traricum* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. — *Augurinum* MS. Flor. teste Furia, quod in textum recepi. *Aurinum* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. *Tugurinum* edd. Spir. Lips. sqq. — *Munatium* MS. Flor. (t. Vict.) edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *Numatium* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *Antonium Natalem*: „non arbitror illum esse, quem Seneca cum probro describit ep. 87. *nuper Natalis tam improbae linguae quam impurae, in cuius ore feminae purgabantur.*“ *Lips.* — *Marcium* MS. Flor. (teste Furia) et ed. Bekk. 2. *Mertium* ed. Spir. *Martium* edd. rel. — *familiaritate*, familiaribus. Cf. Ind. III. v. *Abstracta nomina pro concretis*. — *eo pluribus* MSS. Flor. (t. Vict.) Guelf. a. m. sec. et edd. Spir. Lips. sqq. *eo propriis* MS. Guelf. a m. pr. et edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. — *ex novis rebus*, v. ad 2, 78, 1. — *super Subrium* MS. Guelf. et omnes edd. ante illas Lipsii, qui tamen *per Subrium* in libris suis exstare dixit. Cf. Ind. II. v. *Super*. — *de quibus retuli* cap. 49. — *militares manus* h. l. singuli et pauci *homines*; *Ern.* — *Gavius Silanus* MS. Flor. teste Furia et h. l. et cap. 71. unde recepi. *Gavius Silvanus* ed. Bekk. 2. et sic MS. Guelf. c. 71. *Gaius Silanus* MS. Bud. ut c. 71. et MS. Corb. c. 71. *Gaius Silvanus* ed. Spir. ut c. 71. edd. Put. 1. 2. *C. Syllanus* MS. Guelf. edd. Put. Ber. Rhen. 1. *Granius Sylvanus* edd. Rhen. 2. 3. Ald. *Sillanus* MS. Corb. c. 60. *G. Sallanus* ed. Spir. c. 71. *Gravius Silvanus* c. 60. MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. ut c. 71. ed. Ber. *Granius Silvanus* edd. Lips. Pich. sqq. omnibus locis et edd. Rhen. 2. 3. Ald. cap. 60. *Cranius Silvanus* vitiose ed. Oberl. c. 60. — *Maximus Scaurus*: „Spanhemius de usu et pr. num. T. II. p. 37. corrigit *Mamercus S.*, quod nuspiam Scauris illud cognomen tribuatur. De antiquioribus temporibus concedo: at his temporibus cognomina multiplicata; unde nihil certi sine libris dici posse arbitror.“ *Ern.* Cf. ad 6, 10, 1.

2. *Sed summum robur* coniuratorum (*ut robur militum, partium* cet. v. Ind. II.) *in Fenio Rufo praefecto* praetorii *videbatur, quem — intentum*, cf. 14, 51. 57. et de *Tigellino* ad 14, 48. et c. 51. ubi Tigellinus *validior in animo Principis* fuisse dicitur et Rufo *segnis innocentia* tribuitur. *Faenio* MS. Flor. teste Furia h. l. et infra c. 53. 61. 66. 68. — *ipsius sermonibus*: „Sic ed. Spir. quod recipio, quia in MS. Flor. teste Vict. est *sermonis*, fortasse ortum a *sermonibus*. (cf. ad 3, 63, 2.) *sermone* MS. Guelf. et edd. cet. Sed hanc scripturam creavit voc. *crebro*, et numerus plur. in tali contextu crebrior. Cf. 1, 13. 16. 47. 3, 52. 13, 6. H. 2, 52. et al.“ *Walth.* quem secutus sum. — *cepisse impetum* MS. Guelf. edd. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 2. 3. sqq. *coepisse* i. edd. Spir. Put. 1. 2. Rhen. 1. Paulo post *in* ante *scena* abest ab ed. Spir. Fortasse non a Tacito, sed a librariis additum. Cf. Ind. II. v. *In* et Ind. III. v. *Ablativi pendentes ex omissa praep.* in. — *ardente domo* aurea Neronis, non lucente, sed incensa: nam haec verba male a Pichena et Acid. relata ad lumina et faces in scenis vel bacchanalibus noctu incensas, recte ab Huetio, Brot. Oberl. Walth. ad incendium domus et amplissimae et invisae spoliisque civium exstructae, quod meditati sint coniurati cuiusque exemplum ipse Nero dederit. Cf. c. 42. et impr. cap. 52. *aurea e domo*

coni. Mur. *aurea in domo* Mullerus et Ern. *madens vino* I. Fr. Gron. *madens homo* (cf. 13, 25.) Bip. *quum sordente domo* (taedio spreta, fastidita) *per noctem huc illuc cursaret* (grassaretur) *incustoditus* (solus, militibus tribunisque procul et occulte subsequentibus) Herelius in: Magazin für Philologen Brem. 1797. T. II. p. 223 sqq. coll. 13, 25. et Suet. Ner. 26. *marcente domo* (marcentibus domesticis; cf. ad 6, 4. extr.) Heinsius. Sed nulla emendatione opus est. — *Hic*, in aurea Neronis domo, *occasio solitudinis*, opportunitas rei prospere gerendae, quam solitudo oblatura esset, (ut *occasio* et *per occasionem* ap. Liv. 1, 11. 2, 17. 4, 31. 58 pr. et al.) *ibi*, in scena. *haec occasio* ed. Spir. — *animum exstimulaverant, nisi impunitatis cupido retinuisset eos.* Cf. Ind' III. v. *Verborum Modi* I, 1.

CAPUT LI.

Interim cunctantibus prolatantibusque spem ac metum, Epicharis quaedam, incertum quonam modo sciscitata, (neque illi ante ulla rerum honestarum cura fuerat) accendere et arguere coniuratos; ac postremum lentitudinis eorum pertaesa et in Campania agens primores classiariorum Misenensium labefacere et conscientia illigare connisa est tali initio. Erat chiliarchus in ea classe Volusius Proculus, occidendae matris Neronis inter ministros non ex magnitudine sceleris provectus, ut rebatur. Is mulieri olim cognitus seu recens orta amicitia, dum merita erga Neronem sua et quam in irritum cecidissent aperit adiicitque questus et destinationem vindictae, si facultas oriretur, spem dedit, posse impelli et plures conciliare. Nec leve auxilium in classe, crebras occasiones, quia Nero multo apud Puteolos et Misenum maris usu laetabatur. Ergo Epicharis plura, et omnia scelera Principis orditur: *neque senatui quid manere, sed provisum, quonam modo poenas eversae rei publicae daret: accingeretur modo navare operam et militum acerrimos ducere in partes, ac digna pretia exspectaret.* Nomina tamen coniuratorum reticuit: unde Proculi indicium irritum fuit, quamvis ea, quae audierat, ad Neronem detulisset. Accita quippe Epicharis et cum indice composita nullis testibus innisum facile confutavit. Sed ipsa in custodia retenta est, suspectante Nerone, haud falsa esse etiam quae vera non probabantur.

1. *prolatantibus spem ac metum*, conatum spe ac metu retentum, cum spe ac metu coniunctum; *Ern.* exsecutionem rei meditatae eo effectu, ut et spem et metum simul differrent; *Walth.* Frustra *spe ac metu* coni. Lipsius, et *spem inter ac metum* Acid. — *Epicharis*, de qua cf. c. 57. et Xiphil. 62, 27. — *quonam modo sciscitata:* „i. e. unde aut per quem odorata de coniuratione. Sperne Vertranii *suscitata.*" *Lips.* Infra c. 57. pr. *apichari* MS. Flor. teste Furia. — *accendere et arguere coniuratos*, accendere arguendo, velut ignavos esse eos ac tardos; *Ern.* Cf. ad 3, 72, 2. — *postremum* MS. Flor. (teste Furia) edd. Spir. Bekk. 2. *postremo* edd. cet. — *lentitudinis eorum pertaesa* Graece dictum videri potest. Poetae et serioris aevi scriptores participia *osus*, *exosus*, *perosus*, *pertaesus* accusativis iungere solent; Cicero nonnisi *pertaesum est aliquem alicuius* rei dixit. v. Ramshorn. Gramm. p. 223. — *primores classiariorum Mise-*

nensium labefacere, v. ad 4, 6, 1. et 13, 21, 3. pr. *clarissimorum M. l.* MS. Guelf. — *conscientia illigare,* ut *implexa luctu continuo* 16, 10. *angoribus et molestiis implicati animi* ap. Cic. Tusc. qu. 5, 1. Cf. ad 3, 10, 2. *alligare* MS. Corb. — *connisa,* v. ad c. 42 extr. *connixa* edd. paene omnes. — *tali initio,* v. ad 4, 52, 2.

2. *Erat chiliarchus* bene pro tribuno, sicut et centuriones reperies plus semel in classe; *Lips.* *chiliarchus* MSS. Reg. Corb. edd. Spir. Lips. (e libris suis) Pich. sqq. *nauarchus* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Gryph. Mic. *erant varchus* MS. Flor. teste Furia. Quaeritur, an iure Lipsius scripturam *nauarchus* expulerit; *Walth.* Frequenter *nauarchi* memorantur, rarissime *chiliarchi,* nec scio, utrum ulla de his exstet inscriptio; *Brot.* — *si facultas oriretur:* in MSS. Flor. (teste Vict.) Harl. Bodl. Ies. et Guelf. a m. pr. *oreretur,* ut fere ubivis. De utraque verbi forma v. intpp. Suet. Tib. 37. — *crebras occasiones* rei perficiendae fore; *Brot.* *et crebras occasiones* MS. Agr. ex emend. Sed cf. Ind. III. v. *Asyndeta.*

3. *Ergo Epicharis plura* scil. dixit, vel prompsit. Cf. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 5. — *neque senatui quid manere,* aliquid potentiae aut auctoritatis superesse, (ut *manere* 1, 74. 4, 43 al.) *Lall.* et *Kiessl.* quicquam fidei erga Neronem; *Brot.* „*neque senatui quid,* diutius, *manere,* perdurare, amplius exspectare et tyrannidem Neronis tolerare, *μένειν,* scil. destinatum, quod e *provisum* per *σύλληψιν* intelligendum. *Quid* positum ut *ne quid gestientes vota reddere morarentur* ap. Suet. Cal. c. 6. (ubi Wolfius *quid* dictum putat pro *aliqua in re* s. *parte,* ut Hor. Serm. 2, 1, 78.) Germanice: und der Senat sei nicht gesonnen, irgend länger auszuhalten, sondern habe Vorsicht getroffen cet.“ *Walth.* Sed tales vulgatae scripturae explicationes non magis satis facient rigido censori, quam vel aliae librorum lectiones vel virorum doctorum coniecturae. *neque senatui quid manere* MSS. Flor. (teste Ryckio) Vat. (Lipsii) Reg. Agr. edd. Lips. Pich. et deinceps paene omnes. *neque s. quod manere* MSS. Flor. (si verum vidit Vict.) Farn. Corb. Bud. ed. Spir. *neque s. quod manere esset* MS. Guelf. sed *esset* punctis censoriis notatum. *neque senatui. quod inane esset: sed provisum* MS. Bodl. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *neque s. quod inane esset provisum* edd. Rhen. 2. 3. Ald. *neque s. quod in manus esset provisum* cod. Urs. *neque se iactare quod inane esset: provisum* cet. edd. Bip. Oberl. Bekk. 1. Lün. *neque se nautam quidem manere* corr. Lipsius; *neque senatui fidem* (in Neronem) *manere* Grotius; *neque salvi quid manere* Ernestius; *neque se novi quid monere* Agricola; *ne senatum quidem manere* (in fide, ut H. 1, 76.) Huetius et Hiller. racem. 19. Nos olim coniecimus, veram scripturam esse *neque se fatui* vel *vani quid monere* et natam inde illam *quod inane esset,* scil. e glossa margini adscripta. — *eversae rei publicae* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Pich. sqq. *versae rei p.* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Lips. prob. Gron. ad Sen. de ben. 5, 16. Cf. ad 3, 54, 1. — *accingeretur modo* (se accingeret, expediret, pararet) *navare* (ad navandam) *operam,* ut *accingar dicere* ap. Virg. Ge. 3, 46. *navare — ducere* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Ryck. sqq. *navaret — duceret* MSS. Reg. Corb. et edd. ante Ryck. — *militum acerrimos* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *multum a.* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. *multum acerrimo* ed. Spir. *multos acerrimos* MS. Corb. Cf. ad c. 29. princ. — *cum indice composita,* v. ad 1, 1, 4. et G. 10. n. 7. — *innisum* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Put. 1. Bekk. 2. Ritt. *inuisum* edd. Put. 2. Ber. Rhen. 1. *innixum* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *i missum* MS. Guelf. — *quae vera non probabantur,* quorum veritas nondum patebat ob testium defectum;

Ern. *probabantur* MSS. Harl. a m. sec. Bud. et omnes edd. *probantur* MSS. Reg. Harl. a m. pr. Ies. Guelf.

CAPUT LII.

Coniuratis tamen metu proditionis permotis placitum maturare caedem apud Baias in villa Pisonis, cuius amoenitate captus Caesar crebro ventitabat balneasque et epulas inibat, omissis excubiis et fortunae suae mole. Sed abnuit Piso invidiam praetendens, si sacra mensae diique hospitales caede qualiscunque Principis cruentarentur: melius apud Urbem in illa invisa et spoliis civium exstructa domo vel in publico patraturos, quod pro re publica suscepissent. Haec in commune, ceterum timore occulto, ne L. Silanus eximia nobilitate disciplinaque C. Cassii, apud quem educatus erat, ad omnem claritudinem sublatus imperium invaderet, prompte daturis operam, qui a coniuratione integri essent quique miserarentur Neronem tanquam per scelus interfectum. Plerique Vestini quoque consulis acre ingenium vitavisse Pisonem crediderunt, ne ad libertatem oriretur vel, delecto Imperatore alio, sui muneris rem publicam faceret. Etenim expers coniurationis erat, quamvis super eo crimine Nero vetus adversus insontem odium expleverit.

1. *permotis* omissum in MS. Corb. edd. Lips. prior. et Grut. sed exstat in MSS. Flor. Reg. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et edd. rel. — *placitum:* in MS. Bud. *placuit.* — *crebro ventitabat,* cf. Ind. III. v. *Verba vulgo dicta frequentativa.* Sic MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. I. 2. 3. sqq. ad Bip. *crebro eo ventitabat* coni. Lipsius; *creber eo vent.* Heinsius, quod recepere Bip. Oberl. Lün. Kiessl. *quo, eius amoenitate captus, Caesar crebro vent.* corr. Pich. quia *quoius* pro *cuius* olim scriptum. Sed *eo* satis e contextu intelligitur; *Walth.* — *balneasque* edd. Put. 1. 2. sqq. *balneaque* MSS. Corb. Ies. Bud. ed. Spir. *balineasque* ubivis scripsit Walth. — *omissis excubiis et fortunae suae mole,* solito apparatu, imperatorio comitatu, ut ὄγκος πραγμάτων ap. Ioseph. A. I. 18, 6, 9. de imperio; *Ern.* Cf. ad 6, 36, 1. et ad Agr. 17. n. 3. Egregie haec dicta: *excubiae* enim sunt pariter *fortunae moles* et praesidium; Brot. — *si sacra mensae diique hospitales caede qualiscunque,* quamvis pessimi, *Principis cruentarentur,* v. ad 2, 65, 2. *hospitiales* MS. Flor. teste Furia. — *apud Urbem,* v. ad 3, 46, 2. — *in illa invisa et* e *spoliis civium exstructa domo,* cf. cap. 45.

2. *Haec in commune* scil. dixit, disseruit, ut c. 63. pr. Cf. Ind. II. v. *In* et Ind. III. v. *Ellipses* nr. 5. *Hoc in c.* MSS. Harl. Ies. Guelf. *in communi* MS. Corb. — *L. Silanus,* Augusti atnepos, filius M. Iunii Silani, qui natus ex Aemilia Paula et C. Appio Iunio Silano, (de quo v. 13, 1. et 16, 7 sqq.) non filius Lucii, qui fuit Marci frater, quoniam hic ante perfectum matrimonium ad necem compulsus est, (v. 12, 4. et 8.) et Iunius Torquatus, qui tertius frater, infra 16, 8. eius dicitur patruus; *Ryck.* Ad eundem Silanum a Lipsio non modo refertur locus Tac. Ann. 16, 7 sqq. sed etiam Plin. ep. 1, 17. et Schol. Iuvenal. 1, 33. cuius verba sunt: *Heliodorus Stoicus philosophus Licinium* (leg. *L. Iunium*) *Silanum discipulum suum, quum argueretur coniurationis, inficiantem praeter domesticam delatioaem etiam testimonio oppressit.* „Silano tamen 16, 7. obiecta alia crimina. Videtur ergo diversus.“ *Brot.* *Silanus* edd. Lips.

sqq. *Syllanus* MSS. Guelf. et edd. vet. Cf. ad 13, 1, 1. 16, 7, 1. et ad Agr. 4. n. 3. — *disciplina C. Cassii,* qui maritus fuit Lepidae, L. Silani amitae, *apud quem educatus erat* interfecto patre; *Brot.* De *C. Cassio* Longino v. ad 6, 15, 1. et Ind. I. — *ad omnem claritudinem* scil. appetendam et capessendam; *Ern.* — *sublatus,* v. ad 4, 8, 2. — *prompte daturis operam, qui a coniuratione integri essent* edd. Put. 1. 2. sqq. *daturus* MS. Guelf. *pr. daturis qui coni. i. essent* ed. Spir. *operam* omissum etiam in MS. Flor. teste Furia. *pr. daturis operam, qui coniuratioñ. i. e.* MS. Bud. Hinc *qui coniuratione* aut *coniurationis integri essent* scribendum censebat Rhenanus.

3. *Plerique,* v. ad 3, 28, 4. — *Vestini consulis,* v. cap. 48. — *acre ingenium vitavisse,* sibi ab eo cavisse; *Ern. iuravisse* ed. Spir. — *ne ad libertatem oriretur:* „Sic locum lego e coniectura Pichenae et vestigiis MS. Flor. in quo esse *ne ad libertate moreretur* (pro *ne ad libertatem oreretur*) testantur Pich. et Vict. (et Furia.) Sententia est: *ne ad libertatem* restituendam vel tuendam *oriretur,* (exsisteret, insurgeret; cf. c. 51. 12, 35.) quod verbum fortasse hic exquisite posuit Tacitus de consule memor formulae: *oriens consul magistrum populi dicat.* Cf. Velius Longus lib. I. de orthogr. p. 2234. ed. Putsch." *Walth. ne ad libertatem oreretur* scripsit Ritter; de qua verbi forma v. ad cap. 51. n. 2. *ne ad libertatem* (populo Rom. restituendam) *moveretur* edd. Iac. Gron. (qui e MS. Flor. idem enotavit) Brot. Bip. Oberl. Lün. Bekk. Kiessl. ex emend. Pich. et Mur. *ne ad libertatem moraretur* MSS. Vat. Reg. Agr. ed. Spir. *ne a libertate moveretur* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. ad Brot. prob. Ryck. qui exponit: ne revocatus in memoriam libertatis senatui ac populo rem publ. vindicaret. „Id verum puto. *Libertate moveri* dicuntur, qui dulcedine eius capti eius maxime rationem habent, ut *pecunia moveri* amantes pecuniae, qui eius spem in omnibus sequuntur. Si *a* displiceat, possis corrigere *aut,* praesertim quum libri quidam habeant *ad.*" *Ern.* „Ducit me sententia, ut legam *ne aut libertatem moliretur.* Duplex videlicet a Vestino metus, ne aut homo acer ad libertatem populum vocaret, aut alium a Pisone Principem deligeret." *Lips.* Sed eadem sententia nostrae lectioni inest. *ne a libertate moneretur* (ut ap. Iustin. 2, 9. *huius virtute quum admonita civitas libertatis esset*) coni. I. Fr. Gron. *ne ad libertatem ferretur* vel *hortaretur* Heinsius et *ne a Libertate* (dea) *moveretur* Gruterus. Cf. huius inscriptt. p. 99, 2, 102. 113, 2. Verum revocasse videtur Walther. — *vel delecto Imperatore — faceret,* si Imperatorem deligere teneretur, eum crearet, quem sibi tanto munere magis devinctum sciret; *Brot.* — *super eo crimine:* „non aufser dieser Anschuldigung, uti interpretatus est Ricklefsius, sed bei, über dieser Anschuldigung. Namque crimen coniurationis argumentum praebuit, ut vetus odium expleret." *Walth.* Cf. ad 3, 17, 2. — *vetus odium,* de quo eiusque causis v. cap. 68. 69.

CAPUT LIII.

Tandem statuere, circensium ludorum die, qui Cereri celebratur, exsequi destinata, quia Caesar rarus egressu domoque aut hortis clausus ad ludicra circi ventitabat promptioresque aditus erant laetitia spectaculi. Ordinem insidiis composuerant, ut Lateranus, quasi subsidium rei familiari oraret, deprecabundus et genibus Principis accidens prosterneret incautum premeretque animi validus et corpore ingens; tum iacentem et impeditum tribuni et centuriones, et ceterorum ut quisque audentiae plus habuisset, accurrerent trucidarentque, primas

sibi partes expostulante Scaevino, qui pugionem templo Salutis [in Etruria] sive, ut alii tradidere, Fortunae Ferentino in oppido detraxerat gestabatque velut magno operi sacrum. Interim Piso apud aedem Cereris opperiretur, unde eum praefectus Fenius et ceteri accitum ferrent in castra, comitante Antonia Claudii Caesaris filia, ad eliciendum vulgi favorem; quod C. Plinius memorat. Nobis quoquo modo traditum non occultare in animo fuit, quamvis absurdum videretur, aut inanem ad spem Antoniam nomen et periculum commodavisse, aut Pisonem notum amore uxoris alii matrimonio se obstrinxisse, nisi si cupido dominandi cunctis affectibus flagrantior est.

1. *statuere, circensium ludorum die, qui Cereri* (in eius honorem) *celebratur, exsequi destinata:* „qui dies pridie idus Apriles, ita notatus calendario veteri: *ludi Cereri*, et biduo ante: *ludi in circo*. Cf. cap. 74. H. 2, 55. Dio 47, 40. (qui inter prodigia refert, quod aediles Cereri loco circensium et equestrium ludorum gladiatorios exhibuerint) Ovid. Fast. 4, 389 sqq. et numum veterem: *Memmius aed. Cerealia primus fecit*; quod Caesaris et Ciceronis aevo factum. v. Politiani Miscell. c. 85. (et de hoc numo Eckhel. in doctr. NN. vet. T. V. p. 252. *Oberl.*)" *Lipsius.* „In Kalendario vet. ad pridie Idus Apr. legitur: *Ludi Cerealici CM. XXIV.* rursus ad XIII. Kal. Mai. *Cerealici.* CM. XXIV. *dies Aegyptiacus.* Unde patet, quae hic narrantur, mense Aprili huius anni gesta. Quod firmat Anonymus vetus auctor vitae Lucani: *Sua sponte coactus vita excedere venas sibi praecidit periitque pridie Kal. Maias Attico Vestino et Nerva Siliano Coss.*" *Ryck.* „Pars magna Aprilis mensis Cereri sacra et pridie Idus Apr. initium fuit ludis Cerealicis, qui per octo dies celebrabantur. Ex his diem XIII Kal. Mai. seu XIX April. a coniuratis statutum existimo. In Kalendariis Hervartiano et Mapheiano *prid. Id. Apr. ludi Cerealici* et *Cereri.* Sed nec notantur *circenses*, nec ita sollennis hic dies. Contra vero in Kalend. Hervart. et laterculo Ptolemaei Silvii *XIII Kal. Maii Cerealici, Circenses, consulis tertiae mappae*, in Kalend. Maph. *CER. N.* (nefastus) *LUDI IN CIR.*" *Brot.* In ed. Spir. *statuerunt.* In eadem et MS. Guelf. *ludorum diem;* in MS. Agr. *celebrantur*, quod praeferendum censebant Acid. et Heins. — *Caesar rarus egressu*, raro egrediens domo. „Supina in *um* rarissime passive, in *u* saepius active accipi, observarunt viri docti: sed quum Supina eiusdem plane naturae sint, cuius sunt verbalia in *io* et utraque agendi potius quam patiendi notione praedita, possunt et haec et illa vel active vel passive exponi." *Ruddim.* inst. Gram. T. I. p. 308. Cf. ad 12, 44, 1. ad Agr. 32. n. 2. Ind. III. v. *Supina* nr. 2. Ramshorn. Gram. p. 451. 452. — *domoque* MS. Flor. (teste Pich.) edd. Spir. Pich. sqq. *domo* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. ad Pich. Paulo post *erant aditus* ed. Spir. — *laetitia spectaculi*, cf. Ind. III. v. *Ablativi Substantivorum absoluti.*

2. *deprecabundus*, supplex, beneficium rogans; *Ern.* Cf. ad 3, 22, 2. — *genibus Principis accidens* (ut H. 3, 38.) edd. Rhen. 2. 3. sqq. *accedens* MSS. Bud. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. — *corpore ingens* (ut H. 1, 53.) MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *corpore vigens* MSS. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Cf. ad H. 4, 66. — *ut quisque audentiae* (ut G. 31. 34. Plin. ep. 8, 4. 9, 26.) *plus habuisset* MS. Flor. (teste Victorio, nisi quod vitiose scriptum *audientiae*, ut aliis locis; v. ad 14, 58. extr.) et ed. Ritt. *ut quisque audentiae habuisset* MS. Vat. edd. Spir. Lips. Pich. sqq. „Quae lectio si genuina est, ad genitivum *audentiae* nullo modo

suppleri poterit *plurimum*, potius *ut audentiae* comparandum erit cum structura particularum ὡς et ὅπως dum genitivo. Ceterum plusquamperfecto simili ratione noster utitur 16, 24." *Kiessl.* Cf. ad G. 15. n. 4. et Ind. III. v. *Verborum Tempora* nr. IV. *ut quisque audaciae plus habuisset* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Riv. Rhen. 1. *ut q. audaciae habuisset* MSS. Farn. Corb. Agr. *ut quisque audivisset* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. — *qui pugionem templo Salutis* [*in Etruria*] *sive, ut alii tradidere, Fortunae Ferentino in oppido detraxerat:* „ut enim denaria in templis, quum consecrantur, *reponi*, sic, quum auferuntur, *detrahi* proprie dicuntur. Sic ap. Suet. Ner. 32. et Vit. 8. *Detrahi* etiam clypei, imagines dicuntur suspensae in templis aut curiis. Verba *templo Salutis in Etruria*, quantum intelligere potui, sic plerique capiunt, ut templum sive Salutis sive Fortunae fuerit *in Ferentino oppido Etruriae*. Sed dubium esse potest, an verba *in Etruria* etiam ad illa *Ferentino in oppido* referenda sint: saltem modus loquendi id vix pati videtur. Si porro *in Etruria* proprie ad *templum Salutis* refertur, nimis indefinite locus templi indicatur. Itaque putem, *in Etruria* esse e nota addita verbis *Ferentino in oppido*, quae postea in textum irrepsit. Atque sic definitio illa loci *Ferentino in oppido* erit communis utrique, aut *templum Salutis* Romanum intelligetur, quod in monte Quirinali fuit votum a Iunio Bubulco et pictum a Q. Fabio, ut ap. Obseq. c. 71. et 103. Sed illud verius: nam c. 55. inducitur ipse Scaevinus dicens illud *ferrum olim regione patria cultum.* „*Ern.* Bene; et hinc verba *in Etruria* uncinis inclusa in edd. Bip. Oberl. Lün. Bekk. Kiessl. Walth. Ritt. neque argumentis vis infringitur eo quod c. 55. *regione* non nisi in edd. Gron. et Ern. ac vitiose scriptum pro *religione*. Cf. Ottfr. Müller: die Etrusker T. II. p. 54. *Ferentino* edd. rec. ex emend. Cluverii Ital. ant. 2, 3. T. I. p. 563. *Ferentano* MSS. et edd. vet. ante Brot. praeter Spir. in qua est *frētano*. Noti quidem sunt *Ferentini* in Etruria et *Frentani* gens Samnitica et *Forentani* in Apulia, non vero *Ferentani*; neque contrarium probavit Ernestius e Strab. V. p. 226. ubi Φερεντινόν Etruriae in omnibus libris, non Φερεντανόν legitur. Cf. Gron. ad Liv. 9, 16. intpp. Hor. od. 3, 4, 16. Cellar. G. A. T. I. p. 590. 702. 714. *deae traxerat* pro *detraxerat* MS. Flor. teste Furia. — *gestabatque velut magno operi sacrum*: „gestabatne pugionem? Non is mos Romae, et per hanc vanitatem homo se palam retexisset. Aliud omnino verbi fuisse suspicor, *servabatque*, *iactabatque* aut tale." *Lips.* Bipontini interpretantur: amabat, maxime colebat. *ostentabatque* coni. Heinsius et *custodibatque* Acid. „Frustra: nam quod attinet ad morem Romanum, hic non impedit, quo minus coniuratus aliquis et caedem patraturus pugionem gestet praeter morem Romanum. Ceterum puta pugionem occulte illi gestatum et coniurationis sociis tantum cognitum." *Walth.* — *magno operi sacrum* (sacratum, destinatum) edd. rec. ex emend. Pich. *magno operis* MSS. Flor. (teste Pich.) Reg. *magnoperis* MS. Agr. et ed. Spir. *magni operis* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. Hoc male defendunt I. Fr. Gron. et Ern. coll. Apollon. Rhod. 2, 686. εἰ νῆσον μὲν ἱερὸν Ἀπόλλωνος τήνδ᾽ ἱερὴν κλείομεν, Strab. XIV. p. 682. λόφος ἱερὸς Ἀφροδίτης, Lucian. Hermot. 40. κάλπις - ἱερὰ τοῦ θεοῦ, Cic. Verr. 1, 18. *insula horum deorum sacra putatur.* „Aliud est *insula deorum sacra*, aliud *pugio magni operis sacer*. Litera *s* e voc. *sacrum* adhaesit praecedenti *operi*, et *operis* dein traxit *magni* pro *magno*. Lipsius frustra coni. *magnis operis* et Croll. *magnopere*." *Walth.* — *Cereris:* in MS. Guelf. *Caesaris*, in eius marg. *Cereris*. — *Antonia Claudii Caesaris filia*, cf. 12, 2. 68. 13, 23. — *quod C. Plinius memorat*, cf. ad 1, 69, 2. *quod etiam Plinius m.* MS. Guelf. a m. sec. et ed. Spir.

3. *aut inanem ad spem* edd. rec. ex emend. Pich. *aut inane aut spem*

MSS. Flor. Reg. Corb. ed. Spir. In margine MS. Flor. eadem manu et atramento scriptum *at ad*, h. e. *ad* pro *aut* ante *spem* ponendum. *aut inane aut ipsi* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. *et inane aut ipsi* edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. *quamvis absurdum videtur, aut inani spei Antoniam* cet. MS. Agr. et ed. Ryck. — *commodavisse:* in MS. Agr. et ed. Spir. *commendavisse*. Cf. ad Agr. 19. n. 2. et c. 32. n. 2. — *alii matrimonio se obstrinxisse*, scil. Antoniae, dimissa priore uxore; *Brot.* — *nisi si*, v. ad 2, 63, 2. et ad Agr. 32. n. 2. In MS. Reg. et ed. Spir. omissum *si*.

CAPUT LIV.

Sed mirum quam inter diversi generis, ordinis, aetatis, sexus, dites, pauperes taciturnitate omnia cohibita sint, donec proditio coepit e domo Scaevini: qui pridie insidiarum multo sermone cum Antonio Natale, dein regressus domum testamentum obsignavit, promptum vagina pugionem, de quo supra retuli, vetustate obtusum increpans, asperari saxo et in mucronem ardescere iussit eamque curam liberto Milicho mandavit. Simul affluentius solito convivium initum: servorum carissimi libertate et alii pecunia donati, atque ipse maestus et magnae cogitationis manifestus erat, quamvis laetitiam vagis sermonibus simularet. Postremo vulneribus ligamenta, quibusque sistitur sanguis, parare eundem Milichum monet, sive gnarum coniurationis et illuc usque fidum, seu nescium et tunc primum arreptis suspicionibus, ut plerique tradidere de consequentibus. Nam quum secum servilis animus praemia perfidiae reputavit simulque immensa pecunia et potentia obversabantur, cessit fas et salus patroni et acceptae libertatis memoria. Etenim uxoris quoque consilium assumpserat, muliebre ac deterius: quippe ultro metum intentabat, multosque adstitisse libertos ac servos, qui eadem viderint: nihil profuturum unius silentium; at praemia penes unum fore, qui indicio praevenisset.

1. *mirum quam — cohibita sint* bene, sed rarius dicitur quam elliptica θαυμαστὸν ὅσον, *id mirum quantum profuit* ap. Liv. 2, 1. et similia. Cf. Vechner hellenol. 1, 2, 4. p. 134. ed. Heus. Ramshorn. Gram. p. 302. Krüger Untersuch. aus dem Gebiete der lat. Spr. III. p. 470. — *dites* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *divites* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *taciturnitate omnia cohibita* (celata) *sint:* cf. simil. loc. Claudiani in Rufin. 2, 283. sqq.; *Lips.* — *proditio coepit e domo Scaevini* cet. „Coniurationem longe aliter elatam et apertam narrat Plut. de garrul. c. 9. Sed haec referenda ad Vinicianam in Neronem coniurationem, de qua cf. Suet. Ner. c. 36.“ *Lips.* „Immo Plutarchum de Pisoniana coniuratione intelligendum et urbis Romae mentio et aliae circumstantiae suadent. Viniciana posterior et Beneventi conflata atque detecta teste Suet. Ner. 36. praeterea tam obscura, ut praeter Suetonium nemo illius meminerit. Verisimile autem, in reditu Neronis ex Achaia, quum in Vatinii gratiam substitisset Beneventi, contra eum conspiratum.“ *Ryck.* De *Scaevino* et *Antonio Natale* cf. cap. 49. et 50. — *pridie insidiarum* perpetrandarum; *Ern.* — *multo sermone cum Antonio Natale*, ut *nullis in hoc suis sermonibus* Agr. 9. ubi v. not. 7. — *pugionem, de quo supra retuli* cap. 53. — *asperari*, acui, *saxo et in mucronem ardescere*, exardescere, acui, ut *cotibus asper exarsit mucro* ap.

Lucan. 7, 139. unde *et mucrone ard.* coni. I. Fr. Gron. qui tamen comparavit e c. 63. *membris in eum pallorem albentibus* et H. 1, 43. *in eadem ardere.* Cf. Ind. III. v. *Oratio praegnans.* *aspernari saxo* MS. Flor. teste Furia. *in mucronem* MSS. Flor. (*ĩ mucronem* test. Pich. et Vict.) Reg. edd. Spir. Berneg. sqq. Praepositio omissa in MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. Agr. edd. cet. — *Milicho:* in MS. Ies. *Malicho,* in ed. Spir. *Milico* et deinde *Milicum, Milicus,* in MS. Flor. paulo post *melicum.* In MS. Guelf. *Milicho* et *Milichum,* sed. c. 55. *Milichium* et c. 71. *Milichius.*

2. *atque* (v. ad 1, 13, 2.) *ipse maestus et magnae cogitationis manifestus erat,* cf. Ind. III. v. *Adiectiva relativa genitivis obiecti iuncta* et verba Sen. contr. 2, 5. (13.) *magna consilia non bene vultus tegit.* In ed. Spir. *erat manifestus.* — *quamvis laetitiam vagis sermonibus simularet,* v. ad 6, 15, 3. *licentiam* MS. Reg. *magnis serm.* MS. Guelf. *variis serm.* MS. Agr. — *parare* edd. Put. 1. 2. sqq. Sed *partiebatque* MS. Flor. teste Furia. *partiebatur* alius MS. Flor. *partiebat quae* MS. Guelf. *sartiebat* MS. Bud. Hinc aliud hic latere quam *parare* satis credibile est; *Walth.* *sarcire* coni. Hiller. racem. 34. et *paret exhibeatque* Heinsius. — *monet* MS. Guelf. omnesque edd. *movere* MS. Harl. a m. sec. *iubet* MS. Bud. — *illuc usque* MSS. Flor. Bud. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Iac. Gron. sqq. *hucusque* edd. Rhen. 2. 3. sqq. ad Iac. Gron. — *ut plerique tradidere de consequentibus,* de istorum mandatorum consequentiis; *Brot.* ob ea quae secuta sunt ita iudicantes; *Boetticher* in Lex. Tac. p. 144. Intelligo de scriptoribus, qui post illa tempora vixere ac scripsere: quemadmodum Cicero *consequens* et *posterum tempus* synonymice dixit; *Ern.* cui assentiuntur Stromb. Rickl. aliique. „Verum satis intelligo, Tacitum, illud si voluisset, non ita scripturum fuisse. *Consequentia, ἀκόλουθα,* sunt potius quae aliquam rem comitantur eique sunt consentanea, et unde colligas, quomodo se habeat ea res, h. e. unde aliquid consequitur. [Ita et Bremi ad Cic. de fin. 2, 11. p. 155.] Iam auctor dicit, hoc *plerosque tradidisse* non diserte et expressis verbis de ipsa re, sed *de consequentibus,* h. e. de rebus facinus Milichi comitantibus ita tradidisse, ut inde concluderes, *nescium* ante ipsum fuisse et tunc primum *arripuisse suspiciones.* Huc enim pertinent, quae referuntur usque ad finem capitis. Nam si uxor ad Milichum dixit *multos adstitisse libertos* cet., consequitur, illum tunc primum *suspiciones arripuisse.*“ *Walth.* — *servilis animus,* cf. ad 2, 39, 1. Paulo post *simul* et *cessat fas* ed. Spir. — *Etenim* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. *ut enim* MSS. Flor. (testibus Vict. et Furia) Reg. ed. Spir. *tunc eum* MS. Corb. — *muliebre ac deterius,* v. ad Agr. 6. n. 2. — *ultro metum intentabat,* v. ad 3, 36, 1. — *multosque* scil. dixit. Cf. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 5. Immo *multos:* id enim ipsum est, per quod metum intentabat; *Acid.* Paulo post pro *viderint* Heinsius coni. *audierint,* ut c. 55 pr. — *qui indicio praevenisset* scil. ceteros; *Ern.*

CAPUT LV.

Igitur coepta luce Milichus in hortos Servilianos pergit; et quum foribus arceretur, magna et atrocia afferre dictitans deductusque ab ianitoribus ad libertum Neronis Epaphroditum, mox ab eo ad Neronem, urgens periculum, graves coniurationes et cetera, quae audierat coniectaveratque, docet. Telum quoque in necem eius paratum ostendit accirique reum iussit. Is raptus per milites et defensionem orsus, *ferrum, cuius argueretur, olim religione patria cultum et in cubiculo habitum ac*

fraude liberti subreptum, respondit. *Tabulas testamenti saepius a se et incustodita dierum observatione signatas. Pecunias et libertates servis et ante dono datas, sed ideo tunc largius, quia, tenui iam re familiari et instantibus creditoribus, testamento diffideret. Enimvero liberales semper epulas struxisse, et vitam amoenam et duris iudicibus parum probatam. Fomenta vulneribus nulla iussu suo, sed, quia cetera palam vana obiecisset, adiungere crimen, ut sese pariter indicem et testem faceret.* Adiicit dictis constantiam; incusat ultro intestabilem et consceleratum tanta vocis ac vultus securitate, ut labaret indicium, nisi. Milichum uxor admonuisset, Antonium Natalem multa cum Scaevino ac secreta collocutum et esse utrosque C. Pisonis intimos.

1. *coepta luce*, v. ad 1, 65, 1. — *in hortos Servilianos*, Cf. ad II, 1, 1. H. 3, 38. Suet. Ner. c. 47. „Donatus de urbe Roma 3, 23. existimat, illos fuisse in IX reg. Urbis haud procul a ponte Ianiculensi, nunc *le Pont de Sixte*. Fortasse nomen acceperant a M. Servilio, de quo v. 14, 19. et ad 6, 31, 1.“ *Brot.* — *ad libertum Neronis Epaphroditum:* „qui a libellis fuit. v. Xiphil. 63, 29. Suet. in Ner. c. 49. in Domit. c. 14. Est ille ipse, cui nobilis servus Epictetus fuit. v. Arrian. 1, 1. et Suidas.“ *Lips.* *et aphroditum* MS. Flor. teste Furia. *Aphroditum* ed. Spir. — *graves coniurationes* MS. Guelf. omnesque edd. praeter Spir. et Walth. *gravesque c.* MS. Bodl. *graves coniuratos* MSS. Flor. (quod testantur Pich. Vict. et Furia) Agr. et ed. Spir. nisi quod in ea vitiose scriptum *grave: coniuratos*. „Probe *coniuratos*, quos Milichus dicit *graves*, βαρεῖς, δεινούς, mächtig, wichtig, ut indicet gravissimos civitatis viros coniurationis participes caveatque, ne Princeps rem ut levem accipiat. Profecto non video, quid sibi velint *coniurationes:* sufficiebat *coniurationem* dici.“ *Walth.* Sed v. ad 12, 49, 1. *coniuratos* e comp. script. natum videri potest, nec tamen damnandum. — *audierat coniectaverat* MS. Flor. teste Furia (*audĭerat*) et ed. Spir. Fortasse verum. Cf. Ind. III. v. *Asyndeta.* — *reum*, Scaevinum.

2. *ferrum — olim religione patria cultum*, cf. ad cap. 53. n. 2. Paulo post *tabulas saepius a se testamenti* ed. Spir. — *libertates*, v. ad 12, 49, 1. — *struxisse* scil. se, (v. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 14. nisi *se* post *struxisse* excidit culpa librariorum) *et vitam* suam *amoenam* esse, (cf. Ind. III. v. *Ellipses* I. β.) nisi h. l. est zeugma. v. ad 2, 20, 2. et Ind. III. v. *Syllepsis* nr. 2. *struxisse. diffideret enim vitam amoenam* MS. Corb. et ed. Spir. verbo *diffideret* per incuriam repetito. *struxisse, egisse enim vitam amoenam* MS. Agr. — *Fomenta vulneribus nulla iussu suo* sc. parata a Milicho: quae in affectu omissa. Cf. cap. 54. et ad 14, 8, 2. — *obiecisset* sc. Milichus. — *crimen, ut sese pariter indicem et testem faceret* MS. Agr. edd. Pich. et dein omnes praeter Broter. quod verum esse quis sibi persuadeat? E MS. Flor. Pichena et Iac. Gronovius enotarunt *crim̃ l; sisse pariter indicem et testem faceret*: at Victorius et Furia siluerunt. *crimen iussise pariter — faceret* MSS. Reg. Corb. *crimen vixisse pariter — faceret* MS. Bud. *crimen dixisse — faceret* ed. Spir. *crimen, si se pariter — faceret* MS. Harl. a m. sec. *crimen visum, se pariter — facere* MSS. Harl. a m. pr. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. Grut. „Non erat hoc *crimen*, fomenta parasse, sed coniurasse. Itaque legam *crimini, cuius se pariter — faceret.*“ *Lipsius.* „Mihi sedet, Acidalium rem acu tetigisse: *adiungere crimen, cuius se — faceret*, i. e. adiungere hanc quoque calumniam, quam et deferat ipse et sibi tanquam testi credi velit.“ *I. Fr. Gron.* Hoc recepit Broterius. „In MS. Flor. est compen-

dium, ut 14, 36. *manu*; pro *manus* et 13, 40. *cornu*; pro *cornuum*. Quare Lipsius et Acid. recte *cuius*. In *sisse*, ut mihi videtur, latet *is se*. Nam sine *is* illud *se* ambiguum est. Kiesslingius coniecit *adiungere crimen visum, cuius ipse se pariter — faceret*. Sed *visum* illud qui habent libri parum fide digni sunt.“ *Walth*. — *Adiicit dictis constantiam*, ea constanter atque intrepide protulit; *Ern*. — *incusat*: in MS. Corb. et ed. Spir. *accusat*. — *intestabilem*, v. ad 6, 40, 3. — *ut labaret indicium, nisi Milichum uxor admonuisset*, v. ad 1, 35, 3. et Ind. III. v. *Verborum Modi* 1. 1. *labaret*, v. ad 2, 26, 1. — *ac secreta collocutum* MSS. Flor. (teste Pich.) Farn. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Spir. Brot. Walth. *et secreta c.* MS. Harl. „Cf. 2, 82. H. 2, 76. et inpr. Ovid. Met. 4, 224. *matri secreta loquenti*.“ *Iac. Gron*. *ac secreto c.* edd. cet.

CAPUT LVI.

Ergo accitur Natalis et diversi interrogantur, quisnam is sermo, qua de re fuisset? Tum exorta suspicio, quia non congruentia responderant, inditaque vincla. Et tormentorum aspectum ac minas non tulere. Prior tamen Natalis, totius conspirationis magis gnarus, simul arguendi peritior, de Pisone primum fatetur: deinde adiicit Annaeum Senecam, sive internuntius inter eum Pisonemque fuit, sive ut Neronis gratiam pararet, qui infensus Senecae omnes ad eum opprimendum artes conquirebat. Tum cognito Natalis indicio, Scaevinus quoque pari imbecillitate, an cuncta iam patefacta credens nec ullum silentii emolumentum, edidit ceteros; ex quibus Lucanus Quintianusque et Senecio diu abnuere. Post promissa impunitate corrupti, quo tarditatem excusarent, Lucanus Aciliam matrem suam, Quintianus Glitium Gallum, Senecio Annium Pollionem, amicorum praecipuos, nominavere.

1. *accitur Natalis* MSS. Flor. (teste Ryck.) Bodl. Guelf. Agr. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. Ryck. sqq. *accitus N.* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. et cet. ante Ryck. — *diversi interrogantur*, separati, separatim, ut 13, 40. 16, 30. G. 16. 28. *interrogabantur* MS. Corb. — *Tum exorta suspicio* MSS. Flor. (teste Furia) Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. Pich. Grut. *cum exorta* edd. Spir. Ber. Bern. Gron. sqq. Paulo post *sed tormentorum* MS. Agr. — *conspirationis* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Guelf. a m. sec. Bud. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Oberl. sqq. *coniurationis* MS. Guelf. a m. pr. edd. Rhen. 2. 3. Ald. sqq. ante Oberl. — *arguendi peritior*: „Hoc cernitur in eo, quod indicium tale edidit, quo maxime gratiam Neronis sibi parare posset; tum eo quod in festinando indicio salutem sibi quaeri posse intellexit. Frustra igitur emendant Faernus *arguenti paratior*, Pricaeus *urgenti* (Neroni) *paratior*, Bipontini *arguendi promptior* et Lallemandus *arguendi apertior*, ut *apertissimus* ap. Cic. p. Mur. 25.“ *Walth*. Paulo post *sive quia internuntius — fuerit* MS. Agr.

2. *an cuncta* MSS. Flor. (teste Vict.) Vat. Corb. edd. Lips. Pich. sqq. *et cuncta* MS. Reg. ed. Spir. *ante cuncta* MSS. Harl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. In MS. Corb. *quoque* additum post *cuncta*. — *Aciliam* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Brot. ut c. 71. extr. MSS. Flor. (si Victorio fides habenda, non Ryckio, qui enotavit *Acilla*) Bud. et eaedem edd. *Acciliam* MS. Reg. *Atilam* MSS. Flor. (teste

Vict.) et Guelf. a m. sec. *Atillam* MS. Guelf. a m. pr. et edd. Lips. Pich. sqq. *Atiliam* MSS. Bodl. Ies. *Attillam* ed. Spir. Cf. cap. 71 extr. ubi *Acillia* MS. Agr. ed. Spir. *Atilla* edd. Lips. Iac. Gron. sqq. *Attilla* edd. Lips. poster. Pich. Grut. *Atilia* MS. Guelf. a m. sec. edd. Put. 1. 2. *Glitium* edd. Spir. Oberl. sqq. *Glicium* MSS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) et cet. „Frequens in lapidibus *Glitiorum* mentio, non *Gliciorum*. v. Gruter. in Ind. Sed *Glitii* quoque *Galli* epitaphium ante duo saecula Veiis repertum exhibet Nardinus in Veiis ant. 2, 2. Cf. Thes. Ital. ant. T. VIII. P. III. p. 56." *Oberl.* In MS. Flor. *gligium* teste Furia. — *Annium Pollionem*, cf. 6, 9. *Anneum* ed. Spir. sed c. 71. *Anio* et 16, 30. *Annio*. — *praecipuos*: e MS. Flor. *praecipue* enotarunt Vict. et Furia.

CAPUT LVII.

Atque interim Nero recordatus, Volusii Proculi indicio Epicharin attineri, ratusque muliebre corpus impar dolori, tormentis dilacerari iubet. At illam non verbera, non ignes, non ira eo acrius torquentium, ne a femina sprernerentur, pervicere, quin obiecta denegaret. Sic primus quaestionis dies contemptus. Postero quum ad eosdem cruciatus retraheretur gestamine sellae, (nam dissolutis membris insistere nequibat) vinclo fasciae, quam pectori detraxerat, in modum laquei ad arcum sellae restricto, indidit cervicem et corporis pondere connisa tenuem iam spiritum expressit, clariore exemplo libertina mulier in tanta necessitate alienos ac prope ignotos protegendo, quum ingenui et viri et Equites Romani senatoresque intacti tormentis carissima suorum quisque pignerum proderent. Non enim omittebant Lucanus quoque et Senecio et Quintianus passim conscios edere, magis magisque pavido Nerone, quanquam multiplicatis excubiis semet sepsisset.

1. *Volusii Proculi indicio Epicharin attineri*, ream esse, consortem coniurationis declarari; *Ern.* Immo: *indicio*, h. e. propter illud indicium, (cf. Ind. III. v. *Ablativi Substantivorum absoluti*) in custodia retineri. v. cap. 51. et Ind. II. v. *attinere*. In ed. Spir. *teneri*. — *impar dolori* sc. esse vel fore. Cf. Ind. III. v. *Ellipses* 1. *β*. — *At illam* cet. cf. Xiphil. 62, 27. et simile exemplum ap. Sil. 1, 169 sqq. *Attillam* ed. Spir. — *ignes*, laminae ardentes. — *pervicere, quin obiecta denegaret*, v. ad 11, 34, 1.

2. *Sic primus quaestionis dies contemptus*, illusus, irritus dimissus; *Ern.* — *gestamine sellae*, v. ad 11, 33, 2. „Eadem saevitia est, quam tangit Ammianus Marc. 29, 2, 3. *promiscue iuvenes aliique membris omnibus capti*, paralytici, *ad supplicia sellis gestatoriis ducebantur.*" Lips. — *nam dissolutis* (distortis et equuleo extentis) *membris* (pedibus) *insistere nequibat*: verba haec in ed. Spir. omissa, unde suspicio glossematis nasci possit; *Walth.* Sed apta sunt h. l. nec Tacito indigna. — *vinclo fasciae, quam pectori detraxerat*, fasciae pectoralis s. mamillaris, qua feminarum papillae coercentur, *strophii*, ταινίαι, Germ. Busenbinde. Cf. Martial. 14, 66. 14, 134, 1. Heins. ad Ovid. art. am. 3, 274. Ernestii clav. Civ. v. *strophium* et inpr. Böttigeri Sabina p. 73. 162. 172. 376. ed. pr. (T. I. p. 184. 197. T. II. p. 114. ed. sec.) — *ad arcum sellae*, quae hinc *sellula arcuata* Arnob. II. p. 75. ed. Harald. et *arcisellium* Petron. 75. dicitur; *Ryck.* — *connisa* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Lips.

Pich. sqq. *connissa* edd. Put. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. *commissa* MS. Guelf. *connixa* MS. Bud. ed. Spir. Cf. ad cap. 42. extr. — *spiritum expressit clariore exemplo libertina mulier* — *ignotos protegendo:* hypallage praedicatorum pro *spiritu expresso protexit; Ramshorn.* Gram. p. 696. Cf. ad Agr. 29. n. 1. Insigni laude, ait, dignanda *libertina mulier, quae in tanta necessitate,* toties pressa, (quum ei tanta vis adhiberetur; *Ern.* cf. ad 2, 9, 3.) constanter indicare abnuerit conscios; *Lips.* — *intacti tormentis* recte MSS. Farn. Corb. Harl. in marg. Agr. edd. Lips. sqq. *intactis tormentis* MSS. Flor. Vat. Lipsii ed. Spir. *in tantis tormentis* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. ante Lips. — *carissima suorum quisque pignorum* MSS. Flor. Guelf. aliique, edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Pich. Lips. posteriores et sqq. *carissima quoque suorum pignora* MS. Bud. *charissima quoque suorum pignorum* edd. Rhen. 2. 3. Ald. *carissima quaeque suorum pignorum* edd. Lips. priores et Grut. Cf. ad 6, 16, 1. et ad G. 7. n. 7. — *omittebant*: in edd. Put. 1. 2. *mittebant.* — *Lucanus* — *et Quintianus,* cf. cap. 49. — *Senecio,* v. cap. 50. — *magis* omissum in MS. Corb.

CAPUT LVIII.

Quin et urbem, per manipulos occupatis moenibus, insesso etiam mari et amne, velut in custodiam dedit; volitabantque per fora, per domos, rura quoque et proxima municipiorum pedites equitesque permixti Germanis, quibus fidebat Princeps quasi externis. Continua hinc et iuncta agmina trahi ac foribus hortorum adiacere. Atque ubi dicendam ad causam introissent, laetatum erga coniuratos, si fortuitus sermo et subiti occursus, si convivium, si spectaculum simul inissent, pro crimine accipi, quum super Neronis ac Tigellini saevas percontationes Fenius quoque Rufus violenter urgeret nondum ab indicibus nominatus, sed, quo fidem inscitiae pararet, atrox adversus socios. Idem Subrio Flavio assistenti annuentique, an inter ipsam cognitionem destringeret gladium caedemque patraret, renuit infregitque impetum iam manum ad capulum referentis.

1. *insesso* militibus *etiam mari et amne,* Tiberi. — *Continua hinc et iuncta agmina:* „Ricklefsius delenda censebat verba *et iuncta,* quae nil differrent a *continua,* vel legendum *continuo hinc iuncta a.* Sed idem tum, si est, pleonasmus manet et Tacitus non semel coniungit vocabula synonyma, ut augeat vim orationis.“ *Walth.* Cf. Ind. III. v. *Synonyma. Continuum* est cohaerens, coniunctum, non interruptum, ut *continens* et *perpetuum. et vincta* MS. Flor. teste Furia. — *foribus hortorum,* cf. c. 55 pr.

2. *Atque ubi dicendam ad causam introissent* sc. rei, accusati, *laetatum esse erga coniuratos,* iis arrisisse, laetitiae signa dedisse, *si fortuitus sermo* fuisset — *pro crimine accipi,* accipiebatur. *laetatum* MSS. Bud. Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *laeta tum* ed. Ber. ad quam siluit Vict. *latatum* MSS. Flcr. (teste Furia) Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Rhen. 1. *si fortuitus sermo* MS. Bud. edd. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. ante Ern. quod revocarunt Kiessl. et Walth. *sed fortuitus sermo* MSS. Reg. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ern. Ob. Lün. Bekk. Ita intell. *non modo* ante *laetatum* et *etiam* post *sed,* quam duram rationem probavit Ramshorn. Gram. p. 689. Cf. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 7. *certatim arguere coniuratos* coni. Acid. et *laetatum*

erga coniuratos esse fortuitus sermo Madvig. in append. disput. de Ascon. p. 184. — *super*, praeter. v. Ind. II. — *percontationes* scripsi pro vulg. *percunctationes*. v. ad G. 11. n. 8. — *indicibus*: in ed. Spir. *iudicibus*. — *Flavio* edd. Lips. sqq. *Flavo* MS. Guelf. et edd. vet. Cf. ad c. 49. n. 1. — *sed quo fidem inscitiae pararet*, ut probaret se ignarum coniurationis; *Ern.* *et quo* coni. Acid. et Freinsh. — *annuentique* MSS. Guelf. (a m. sec.) Bud. edd. paene omnes et in his Ber. ad quam siluit Vict. *innuentique* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. (a m. pr.) Agr. edd. Ryck. Brot. Kiessl. Illud non damnandum: nam *annuere* etiam significat nutu alicui significare et ex eo quasi quaerere. Cf. ad 14, 60, 2. O. 33. n. 3. Cic. p. Quint. c. 5. — *destringeret gladium* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Ryck. Iac. Gron. sqq. *distringeret* MS. Guelf. et edd. ante Ryck. *stringeret* MS. Bud. Cf. ad 1, 32, 1. et 12, 51, 1. — *renuit* MS. Flor. (teste Pich.) edd. Spir. Pich. sqq. *retinuit* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et edd. rel. *reniduit* MS. Bodl. in marg. — *infregitque*: in MS. Bud. *infregit*.

CAPUT LIX.

Fuere qui prodita coniuratione, dum auditur Milichus, dum dubitat Scaevinus, hortarentur Pisonem, *pergere in castra aut rostra conscendere studiaque militum et populi tentare. Si conatibus eius conscii aggregarentur, secuturos etiam integros, magnamque motae rei famam, quae plurimum in novis consiliis valeret. Nihil adversum haec Neroni provisum. Etiam fortes viros subitis terreri, nedum ille scenicus, Tigellino scilicet cum pellicibus suis comitante, arma contra cieret. Multa experiendo confieri, quae segnibus ardua videantur. Frustra silentium et fidem in tot consciorum animis et corporibus sperari: cruciatu aut praemio cuncta pervia esse. Venturos, qui ipsum quoque vincirent, postremo indigna nece afficerent. Quanto laudabilius periturum, dum amplectitur rem publicam, dum auxilia libertati invocat? Miles potius deesset et plebes desereret, dum ipse maioribus, dum posteris, si vita praeriperetur, mortem approbaret.* Immotus his et paululum in publico versatus, post domi secretus, animum adversum suprema firmabat, donec manus militum adveniret, quos Nero tirones aut stipendiis recentes delegerat: nam vetus miles timebatur quanquam favore imbutus. Obiit, abruptis brachiorum venis. Testamentum foedis adversus Neronem adulationibus amori uxoris dedit, quam degenerem et sola corporis forma commendatam amici matrimonio abstulerat. Nomen mulieris Atria Galla, priori marito Domitius Silus: hic patientia, illa impudicitia Pisonis infamiam propagavere.

1 *hortarentur Pisonem pergere*, cf. ad 11, 1, 2. — *conscendere* MSS. Bud. Guelf. aliique, edd. omnes ante Lips. et in his Ber. ad quam siluit Vict. *escendere* edd. rec. Ita libri scripti; *Lips.* Sed quinam? Cf. ad 13, 5, 2. — *conscii — integros*, v. ad 3, 8, 1. — *adversum haec* MSS. Flor. (teste Furia) Corb. edd. Bekk. 2. Ritt. *adv. hoc* edd. cet. — *etiam fortes viros subitis terreri*, v. ad 6, 11, 1. *et fortes* — *necdum* ed. Spir. — *ille scenicus* artifex, actor, Nero, ut *citharoedus Princeps* ap. Iuvenal. 8, 198. — *scilicet*, v. ad 1, 8, 7. — *comitante*: in MS. Corb. *minitante*. — *Multa experiendo confieri* MS. Flor. edd. Pich. Lips. 1607. sqq. *expe-*

rientia MSS. Reg. Corb. ed. Spir. *fieri* MS. Guelf. edd. vet. ante Pich. De verbo *confieri* v. Oudend. ad Suet. Caes. c. 20 pr. et Heins. ad Virg. Aen. 4, 116. — *videantur:* in ed. Spir. *videbantur.* — *corporibus* spectat ad tormenta, quae a paucis corporibus perferri ac vinci possunt; *Ern.* — *sperari:* in MS. Flor. et ed. Spir. *sperare* sc. Pisonem. — *cruciatu,* cruciatui, (v. ad 3, 30, 2.) *aut praemio cuncta pervia esse,* ut *venale aut ambitioni pervium* 13, 4. *cruciatu* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *cruciatui* MSS. Reg. Corb. ed. Spir. — *vincirent:* in MS. Flor. *vincerent* teste Furia. — *afficerent. quanto laudabilius periturum* hexameter. v. ad cap. 9. n. 1. — *dum amplectitur rem publicam, dum auxilia libertati invocat,* cf. Ind. III. v. *Verborum tempora* p. 847. *amplectitur r. p.* v. ad 6, 8, 1. *libertati,* cf. Ind. III. v. *Dativus obiectivus.* — *Miles potius deesset* cet. sensus est, melius esse deseri a milite et plebe et rei publicae causa mori cum gloria; *Ern.* *miles p. deesset* MSS. Flor. Harl. Bodl. Ies. Guelf. a m. pr. Bud. edd. Ern. sqq. *dum miles p. d.* MSS. Reg. Guelf. a m. sec. et edd. ante Ern. — *plebes* edd. Put. 1. 2. sqq. *plebs* MSS. Corb. Harl. Guelf. ed. Spir. — *dum ipse maioribus — mortem approbaret,* v. ad H. 1, 27.

2. *Immotus his* MSS. Corb. Harl. Ies. Bud. Guelf. edd. Spir. Ern. sqq. *Immotus iis* MS. Bodl. et edd. cet. — *in publico versatus,* v. ad 3, 3, 1. — *adversum suprema,* v. ad 1, 8, 1. — *firmabat* MS. Flor. (teste Pich.) edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Pich. Lips. poster. sqq. *firmat* MSS. Bud. Guelf. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Lips. priores. — *quos Nero* edd. Ber. Rhen. 1. 2. 3. sqq. *quod N.* ed. Spir. *quis N.* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. — *stipendiis recentes,* v. ad 1, 41, 3. — *quanquam favore* (in Neronem) *imbutus* MSS. et primae edd. *tanquam favore* (in Pisonem) *imbutus* edd. Rhen. 2. 3. sqq. ex emend. Rhen. Sed *quanquam* non minus bonam sententiam fundit; *Walth.* *pavore* MS. Corb. a m. pr. et MS. Harl. in marg. — *Testamentum foedis adversus Neronem adulationibus amori uxoris dedit,* v. ad 1, 7, 8. et 2, 48, 1. Paulo post *corporis fama* MSS. Corb. Bud. et *matrimonio abstulerant* cum hiatu MS. Flor. teste Furia. — *Nomen mulieris* et *marito*: nam Tacitus constructionem variare solet. — *Atria Galla* MS. Flor. (teste Vict.) Bud. Guelf. aliique, edd. Spir. Put. 1. 2. *Atria Galla* edd. Ber. Rhen. 1. 2. 3. sqq. Hanc scripturam nominis praeferendam putant propter claritatem nominis et Pisonis nobilitatem. Sed illa firmatur auctoritate tam codicum MSS. quam incriptionum ant. in quibus *Atrii* et *Atriae* saepius memorantur. — *Silus* MS. Flor. (teste Iac. Gron.) edd. Ern. sqq. Cf. Cic. or. 2, 70. et Drak. ad Liv. 32, 28. *Sillus* ed. Spir. *Silius* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Rhen. 2. 3. sqq. ad Ern. *filius* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. De simili varietate v. ad 11, 1, 1. et 11, 6, 1. Paulo post *propagavere infamiam* ed. Spir.

CAPUT LX.

Proximam necem Plautii Laterani consulis designati Nero adiungit adeo propere, ut non complecti liberos, non illud breve mortis arbitrium permitteret. Raptus in locum servilibus poenis sepositum manu Statii tribuni trucidatur plenus constantis silentii nec tribuno obiiciens eandem conscientiam. Sequitur caedes Annaei Senecae laetissima Principi, non quia coniurationis manifestum compererat, sed ut ferro grassaretur, quando venenum non processerat. Solus quippe Natalis et hactenus prompsit: *missum se ad aegrotum Senecam, uti viseret conquerereturque, cur Pisonem aditu arceret. Melius fore, si*

amicitiam familiari congressu exercuissent. Et respondisse Senecam: *sermones mutuos et crebra colloquia neutri conducere: ceterum salutem suam incolumitate Pisonis inniti.* Haec ferre Gavius Silanus tribunus praetoriae cohortis et, an dicta Natalis suaque responsa nosceret, percontari Senecam iubetur. Is forte an prudens ad eum diem ex Campania remeaverat quartumque apud lapidem suburbano rure substiterat. Illo propinqua vespera tribunus venit et villam globis militum sepsit. Tum ipsi cum Pompeia Paulina uxore et amicis duobus epulanti mandata Imperatoris edidit.

1. *non illud breve mortis arbitrium permitteret,* breve tempus, quo de genere mortis deliberare posset moriturus sponte; *Ern.* v. ad 4, 30, 2. Nero *mori iussis non amplius quam horarium spatium dabat* Suet. Ner. 37. — *Raptus in locum servilibus* (servorum) *poenis sepositum* in sestertium. v. ad 2, 32, 3. et 13, 44, 2. — *manu Statii* Proximi *tribuni cohortis praetoriae trucidatur,* cf. cap. 50. et ad 11, 38, 1. — *Statii* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *Tatii* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. *Tutii* ed. Spir. — *plenus constantis silentii*: „Egregii viri mortem plenius descripsit Arrianus in Epict. 1, 1, 19. *Λατερανός τις ἐν Ῥώμῃ κελευσθεὶς ὑπὸ τοῦ Νέρωνος ἀποκεφαλισθῆναι, ἐκτείνας τὸν τράχηλον καὶ πληγεὶς καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν πληγὴν ἀσθενῆ γενομένην ἐπ' ὀλίγον συνελκυσθεὶς, πάλιν ἐξέτεινεν. ἀλλὰ καὶ ἔτι πρότερον προσελθόντι Ἐπαφροδίτῳ τῷ ἀπελευθέρῳ τοῦ Νέρωνος, καὶ ἀνακρίναντι αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ συγκρουσθῆναι, ἄν τι θέλω, φησὶν, ἐρῶ σου τῷ κυρίῳ.* O excelsum animum et supra omnem hanc terrenam faecem!“ *Lips.* — *eandem conscientiam* coniurationis, cuius ipse Statius particeps; *Brot.* Cf. c. 50.

2. *Sequitur caedes Annaei Senecae,* cf. Xiphil. 62, 24. 25. — *coniurationis manifestum compererat,* v. ad 1, 3, 6. et Ind. III. v. *Adiectiva relativa genitivis iuncta. manifestum* omissum in MS. Ies. non in MS. Flor. quod ipse Iac. Gron. fatetur. Eius argutiis decepti contrarium prodidere interpretes rec. — *quando venenum non processerat,* de quo v. cap. 45. „*quoniam* MS. Bud. quod ortum e compendio scripturae *qñ*, quod est in MS. Guelf. edd. Spir. et Put.“ *Walth.* Cf. ad 1, 57, 1. — *et hactenus prompsit,* etiam ad hunc usque diem dixit: sed delendum *et*, quod a MS. Corb. abest; *Brot.* Neutrum probandum. Cf. ad 12, 42, 3. *pmisit* (*promisit*) *se ad aegrotum Senecam missum* ed. Spir. — *uti viseret* MSS. Flor. Bodl. Ies. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Ern. sqq. *ut viseret* edd. Rhen. 1. 2. 3. sqq. ad Ern. Cf. ad cap. 43. n. 2. — *si amicitiam familiari congressu exercuissent,* v. ad 11, 7, 1. *si amicitia familiari congressum* ed. Spir. *exercuissent* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *exercuisset* MS. Bud. ed. Spir.

3. *Haec ferre,* dicere, nuntiare. — *Gavius Silanus tribunus pr. coh.* v. ad cap. 50. n. 1. *tribunus* omissum in MS. Bud. et *praetoriae* in edd. Bern. I. Fr. Gron. et Ryck. — *suaque:* in MS. Guelf. *sua quaeque.* — *percontari,* v. ad G. 11. n. 8. — *forte an prudens,* v. ad G. 5. n. 6. — *ad eum diem* (eo die) *ex Campania remeaverat quartumque apud lapidem* (cf. ad 1, 45, 1. et Ind. III. v. *Praepositiones* nr. 1.) *suburbano rure substiterat,* quasi praestolaturus coniurationis eventum. „Seneca extremis annis multus fuit in Campania, rarior in aula et sapientiae studiis occupatus. (Cf. cap. 45.) Epistolae ibi et quaestiones naturales sub hoc tempus structae. *Suburbano rure* tum *substiterat,* in villa sua Nomentana, ut volunt, qui vitam eius scripsere. Ambigo, quia Nomentum longius aberat Roma, non *quarto lapide,* sed fere duodecimo: nisi si tractus eo versus hucusque Nomentanus diceretur.“ *Lips.* „*Suburbanum rus* Sene-

cae fuit Nomentanum: unde *Nomentanum meum* dixit epist. 104. princ. Aliud vero Nomentanum decimo ab Urbe lapide, ubi percelebres Senecae vites, de quibus v. Plin. 14, 4." *Brot.* qui de hoc Plinii loco copiose disputavit. Sed *suburbana* villa videtur propior fuisse. Cf. 14, 53 extr. De utilitate peregrinationis multa disseruit Seneca ep. 104. — *Illo,* illuc. — *globis* MSS. Flor. Reg. Harl. Ies. Bud. Guelf. Agr. edd. Spir. Ern. sqq. *globus* MS. Corb. edd. Put. 1. 2. sqq. ad Ern. — *Pompeia Paulina,* quam adolescentem senex duxerat uxorem. v. Sen. ep. 104. Lipsius suspicabatur, eam fuisse filiam Pompeii Paulini, de quo v. 13, 53. et 15, 18.

CAPUT LXI.

Seneca, *missum ad se Natalem conquestumque nomine Pisonis, quod a visendo eo prohiberetur, seque rationem valetudinis et amorem quietis excusavisse,* respondit. *Cur salutem privati hominis incolumitati suae anteferret, causam non habuisse: nec sibi promptum in adulationes ingenium. Idque nulli magis gnarum quam Neroni, qui saepius libertatem Senecae quam servitium expertus esset.* Ubi haec a tribuno relata sunt, Poppaea et Tigellino coram, quod erat saevienti Principi intimum consiliorum, interrogat: *an Seneca voluntariam mortem pararet?* Tum tribunus, *nulla pavoris signa, nihil triste in verbis eius aut vultu deprensum,* confirmavit. Ergo regredi et indicere mortem iubetur. Tradit Fabius Rusticus, non eo, quo venerat, itinere reditum, sed flexisse ad Fenium praefectum et expositis Caesaris iussis, an obtemperaret, interrogavisse monitumque ab eo, ut exsequeretur, fatali omnium ignavia: nam et Silanus inter coniuratos erat augebatque scelera, in quorum ultionem consenserat; voci tamen et aspectui pepercit intromisitque ad Senecam unum ex centurionibus, qui necessitatem ultimam denuntiaret.

1. *a visendo eo* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Reg. Guelf. (a m. sec.) Agr. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Ryck. sqq. Omissum *a* in MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. (a m. pr.) Bud. edd. Rhen. 2. 3. sqq. ad Ryck.. — *seque rationem valetudinis et amorem quietis excusavisse,* v. ad 1, 59, 2. *seque rationem v. et amorem* MSS. Flor. Corb. Agr. edd. Spir. Pich. sqq. *seque rationes* MS. Bud. *se rationem* ed. Ald. *seque ratione v. et amore* MSS. Harl. Bodl. Guelf. *amore* etiam MS. Bud. *valetudinis* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Lips. Pich. sqq. *valitudinis* edd. vet. Cf. ad 14, 51, 1. et O. 23. n. 4. — *nec sibi promptum in adulationes ingenium,* v. ad 4, 60, 3. *adulationem* corr. Pich. Sed v. ad 12, 49, 1. — *Neroni, qui saepius libertatem Senecae quam servitium expertus esset:* „Ipse de se ad Neronem: *non blandiar auribus tuis; nec enim mihi hic mos est. Maluerim veris offendere quam placere adulando.*" *Lips.* „Egregia dignaque philosopho. Sed sera fuit *libertas* iamque praevalidis Principis vitiis: prius fuerat *servitium,* prius promptiusque in novas ferocientis animi libidines obsequium. Qua in re quantum sit peccatum, intelligent, qui hominum ac maxime Principum animos norunt." *Brot.* — *Senecae*: nonne dicendum erat *suam,* quia haec ipsius Senecae verba sunt? „Est hoc negligentiae genus, ubi hominum, quos loquentes introducunt, obliviscuntur scriptores. Condonari eam debere scriptori, qui ubique ostendit, se sententiam verborum magis curare quam verba, docebit exemplum Livii 1, 20. *quam Numae similes reges.* Nec ab opprobrio hoc alienus est aliquot locis etiam Tacitus." *Walch.* emend. Liv. p. 215. 216. Sic Ann. 2, 70. *sed*

non usque eo defectum Germanicum, H. 2, 77. *ne tamen Mucianum socium spreveris.'*

2. *Ubi haec a tribuno* Gavio Silano c. 60. *haec ubi* MS. Guelf. — *Poppaea et Tigellino coram*, cf. Ind. III. v. *Praepositiones* nr. 1. — *quod erat saevienti Principi intimum consiliorum*, v. ad 11, 31, 1. et cf. Plin. 30, 2. — *interrogat* Princeps, Nero. — *an Seneca voluntariam mortem pararet* — *indicere mortem iubetur*, v. ad 6, 29, 1. — *deprensum* MS. Flor. (teste Iac. Gron.) edd. Bekk. 2. Walth. *deprehensum* MS. Guelf. et edd. rel. Cf. ad 3, 53, 1. — *Fabius Rusticus*, v. ad 13, 20, 2. — *reditum* esse a tribuno, *sed flexisse* eum. *reditum* MSS. Harl. (a m. sec.) Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *reditum a tribuno* MS. Agr. *redditum* MSS. Harl. (a m. pr.) Guelf. *rediturum* ed. Spir. *reddilurum* MS. Reg. — *Fenium praefectum* praetorii. v. Ind. I. et cap. 50. — *fatali omnium ignavia*, cf. ad 1, 39, 4. Praefat. Vol. I. p. XLIV. et Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita.* — *scelera* Neronis. — *consenserat:* in MS. Guelf. *consensit.* — *voci tamen et aspectui pepercit*, in colloquium et conspectum Senecae non venit; *Ern.* Iis se abstinuit, ut *parcere oculis*, (iis non uti) *verbis*, *dictis*, *ferro*, *dextrae*, φείδεσθαι τοῦ κινδύνου ap. Xenoph. Cyrop. 5, 5, 18. Cf. Heyne ad Tibull. 1, 2, 33. Similiter *visui tamen consuluit*, *ne coram interficerentur* 12, 47. et *fugientibus consulite* 3, 46. ubi v. nota 1. — *necessitatem ultimam*, v. ad 1, 8, 1. et 1, 9, 3.

CAPUT LXII.

Ille interritus poscit testamenti tabulas ac denegante centurione conversus ad amicos, *quando meritis eorum referre gratiam prohiberetur, quod unum iam et tamen pulcherrimum habeat, imaginem vitae suae relinquere* testatur, *cuius si memores essent, bonarum artium famam, tum constantis amicitiae laturos.* Simul lacrimas eorum modo sermone, modo intentior in modum coercentis ad firmitudinem revocat rogitans: *ubi praecepta sapientiae? ubi tot per annos meditata ratio adversum imminentia? Cui enim ignaram fuisse saevitiam Neronis? Neque aliud superesse post matrem fratremque interfectos quam ut educatoris praeceptorisque necem adiiceret.*

1. *denegante centurione*, cf. ad c. 60. n. 1. — *prohiberetur* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. *prohibetur* MS. Reg. edd. Spir. et Brot. — *quod unum iam et tamen pulcherrimum habeat*, quamvis unum iam, pulcherrimum tamen eorum, quae *relinquere* amicis possit; *Walth.* Bene; neque audiendus erat Ernestius, qui haec annotavit: „Friget *tamen*, et melius *habebat* quam *habeat*. Illud e Taciti persona dictum accipe; hoc, si Seneca dixisset, iactantius foret." *iam et tamen* MSS. Flor. (si Iac. Gronovio fides habenda, non Pichenae, qui legit *iam*, *attamen*) Reg. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. Lips. poster. Iac. Gron. Brot. Kiessl. Walth. *iam*, *at tamen* edd. Pich. Bern. I. Fr. Gron. Bip. *iam tamen et* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. prior. Grut. *iam*, *tamen* MSS. Bud. Agr. ed. Ryck. *iam et* edd. Ern. Ob. Lün. Bekk. *habeat* MS. Flor. edd. Ryck. Iac. Gron. Brot. Lall. Bip. Walth. *hebat* MS. Bud. *habebat* MSS. et edd. cet. — *imaginem vitae suae relinquere*, cf. Agr. 46. Sed vita Senecae non vacua ab omni culpa, qua eam frustra liberare conatus est Lipsius manuduct. ad Stoic. philos. 1, 18. Cf. 13, 3. 12. 42. ad 14, 7, 2. et Quintil. 10, 1, 125—131. — *bonarum artium famam*, *tum constantis amicitiae laturos* edd. Oberl.

Bekk. Kiessl. Walth. Ritt. Ita ante *bonarum* suppletur *cum* vel *tum*; (v. ad 4, 50, 2. et Ramshorn. Gram. p. 689.) sed Walther *tum* dictum putabat pro *praeterea*, *insuper*, ut multis locis, quibus ita continuetur oratio, v. c. H. 1, 46. Suet. Iul. c. 27. Cf. ad 2, 9, 2. *tum constantis* ex emend. Mur. et Acid. *iam c.* MS. Bud. *tam c.* MSS. cet. et edd. vet. in quibus nulla verborum distinctio est. *cuius si memores essent bonarum artium, famam tam c. a. l.* edd. Lips. sqq. ad Oberl. Verba *bonarum artium* delenda censebant Faernus et Bip. *bonarum cum artium famam, tum c. a. l.* corr. Heins. Ipse olim conieci *bonam cum artium famam, tum c. a. l.* quod recepit Lün.

2. *lacrimas eorum — ad firmitudinem revocat* pro *lacrimantes ad f. r.* Cf. ad 2, 13, 2. et 12, 49, 1. *lacrimas* MS. Flor. (teste Vict.) ut fere ubivis. Sic et 1, 5. ed. Ber. ad quam siluit Vict. *lachrimas* ed. Spir. *lacrymas*, *lachrymas* et *lacrumas* plerumque edd. vet. Cf. ad 1, 1, 2. — *modo sermone, modo intentior*, ut Agr. 25. Ad *sermone* intelligendum videtur epitheton *leni* sive *molli*, sive aliud eiusmodi, cuius tamen omissio displicere potest. — *ad* non est in MS. Guelf. — *post matrem fratremque interfectos*, cf. Ind. III. v. *Participia perf. pass. pro substantivis abstractis.* Pro *post* in MS. Flor. (test. Vict. et Furia) et in ed Spir. *q* h. e. *quam.* In eadem edit. paulo post omissum *ut.* — *educatoris praeceptorisque*, v. ad 11, 1, 1.

CAPUT LXIII.

Ubi haec atque talia in commune disseruit, complectitur uxorem et paululum adversus praesentem fortitudinem mollitus rogat oratque, temperaret dolorem aeternum suscipere, sed in contemplatione vitae per virtutem actae desiderium mariti solatiis honestis toleraret. Illa contra sibi quoque destinatam mortem asseverat manumque percussoris exposcit. Tum Seneca gloriae eius non adversus, simul amore, ne sibi unice dilectam ad iniurias relinqueret: *vitae*, inquit, *delenimenta monstraveram tibi: tu mortis decus mavis. Non invidebo exemplo. Sit huius tam fortis exitus constantia penes utrosque par, claritudinis plus in tuo fine.* Post quae eodem ictu brachia ferro exsolvunt. Seneca, quoniam senile corpus et parco victu tenuatum lenta effugia sanguini praebebat, crurum quoque et poplitum venas abrumpit, saevisque cruciatibus defessus, ne dolore suo animum uxoris infringeret atque ipse visendo eius tormenta ad impatientiam delaberetur, suadet in aliud cubiculum abscedere. Et novissimo quoque momento suppeditante eloquentia, advocatis scriptoribus pleraque * tradidit, quae in vulgus edita eius verbis invertere supersedeo.

1. Ad hoc et proximum caput cf. Xiphil. 62, 25. qui non plane eadem tradit. — *talia in commune disseruit*, cf. ad 15, 12, 2. et Ind. II. v. *Communis* et *In.* *in commune* MSS. Reg. Bud. edd. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Ern. Brot. sqq. *velut in com.* edd. Spir. Put. 1. 2. Rhen. 1. 2. 3. sqq. ad Ern. *ultro in com.* MSS. Harl. Guelf. *ultra in com.* MS. Ies. — *et paululum* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *et* omissum in edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *paululumque* MS. Guelf. — *adversus praesentem fortitudinem mollitus* MS. Flor. (test. Pich. et Vict.) edd. Pich. Bip. Oberl. Walth. Ritt. *adv. pr. formidinem mollitus* MSS. Reg.

a m. pr. Bodl. Bud. edd. Put. 1. 2. sqq. ad Ern. et post hanc Bekk. Kiessl. *adv. pr. formidinem molitus* MSS. Reg. a m. sec. Harl. Ies. Guelf. Agr. edd. Spir. Ern. Brot. Lün. „Movetur humanus animus aliquo timore, non de se, sed de uxore, quam amabat vehementer: sed non vult sentiri motum istum, ne obsit confirmaturo uxorem. Igitur contra molitur pugnatque opprimere, ne erumpat. Sic ap. Virg. Aen. 4, 332. Aeneas *obnixus curam sub corde premebat: tandem pauca refert.* Gronovius obss. 2, 20. scribendum dixit *adv. praesentem* (uxorem) *formidine mollitus*, cogitatione periculi, in quo ipsa esset. Sed nescio, cur et quo sensu *adversus praesentem* dictum sit: nam et ante praesens erat uxor, et sufficiebat *eam.*" *Ern.* Ryckius in ordinem recepit emendationem Gron. et *adversus* pro *apud* dictum putavit, ut ap. Terent. Andr. 1, 5, 30. *aut hunc cum ipsa aut me aliquid de illa adversum hunc loqui.* Lipsius coni. *adversus praesentiâ formidine mollitam* vel potius *mollitus.* „Sed de *formidine* nullus hic sermo est. Immo postquam Tacitus dixit de intrepido viri animo amicorum lacrimas ultro increpantis, transit iam ad describendum modum, quo ille usus sit in uxorem. Nimirum in hanc non eandem *fortitudinem* usurpavit, sed *paululum mollitus rogando orandoque* egit, non quasi firmitudine animi in uxoris complexu exciderit, sed uxoris causa sponte animum mollivit atque sermonem. Quare dicitur *adversus* praesentem fortitudinem mollitus. Germanice: und wider die ihn beherrschende Unerschütterlichkeit ein wenig bewegt." *Walth.* „Vera utique lectio est *fortitudinem* et sententia horum verborum: paulo mollior in sermone et vocis sono, quod contrarium videbatur animo virili, cuius documentum modo dederat. Ita Tacitus etiam H. 2, 12. per praepos. *adversus* in una propositione coniungit, quae a nobis non nisi in duabus explanari possunt: *adversus modestiam disciplinae corruptus.* Germanice: verdorben in einem Grade, welcher im Widerspruche stand mit dem Gehorsam, der zur Aufrechthaltung der Ordnung nöthig ist. Similia leguntur Ann. 1, 35. 47." *Roth.* ad Tac. Agr. p. 238. — *rogat oratque* synonyma, quae etiam iunxit Cic. Verr. 4, 30. p. Rosc. Am. c. 49. et ep. ad div. 5, 18. *Plus facit obsecrans quam orans, quam rogans* Donat. ad Terent Adelph. 3, 4. *orat rogatque* MS. Bud. — *temperaret dolorem aeternum suscipere* MS. Flor. (teste Pich.) edd. Lall. Bekk. 2. Ritt. Cf. Gron. obss. 2, 20. Sic ap. Cic. de div. 1, 21. Gell. 4, 9. Plaut. Poen. Prol. v. 22. 34. et 5, 2, 76. *temperaret dolorem, ne aeternum susciperet* MSS. Harl. Bodl. Guelf. ed. Brot. *temperet dolorem, ne a. s.* MS. Ies. *temperaret dolori, ne aeternum susciperet* MSS. Bud. Agr. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. ad Brot. et deinde Bekk. 1. Kiessl. Walth. quod emendationem redolet. *temperaret dolori, nec a. susciperet* edd. Bip. Oberl. Lün. Bekk. 1. „Male. Debuissent saltem scribere *neque* et aptius esset *neu* vel *neve*, quod malebat Heinsius. Possis etiam coniectare *temperaret dolorem ne aeternum susciperet*, ut *non temperare quin* 2, 84. 3, 67." *Walth.* *dolorem aeternum* „i. e. magnum et insolabilem, ut ap. Lucret. 3, 921. *aeternumque Nulla dies nobis maerorem e pectore tollet* et in lapidibus *aeterno dolore afflictus.* Rogat ergo parce et modice i. e. sapienter dolere." *Lips.* Cf. ad 14, 55, 2.

2. *sibi quoque destinatam mortem*, mori propositum, destinatum. „Dio, Senecae iniquior et nonnunquam scriptor nugivendulus, haec omnia depravat et adulterat 62, 25." *Brot.* *quoque* omissum in MS. Bud. — *simul amore*: frustra *s. timore* coni. Ritter. — *dilectam*: in MS. Guelf. et edd. Put. 1. 2. *delectam.* — *vitae — delenimenta*, ut *blandimenta vitae* c. 64. et H. 2, 53. iucundus usus et voluptas eius. *delenimenta* MS. Bud. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Walth. Bekk. 2. Ritt. ut aliis locis MS. Flor. *delinimenta* MS. Guelf. edd. Spir. Rhen. 1. 2. 3. sqq. ad

Walth. Cf. ad 2, 33, 2. et Agr. 21. n. 3. — *Non invidebo exemplo*, v. ad 1, 22, 3. — *Sit huius tam fortis exitus* — *in tuo fine*, v. ad 2, 11, 1. et ad Agr. 6. n. 2.

3. *brachia* (venas eorum) *ferro exsolvunt*, v. ad 4, 22, 2. — *parco victu* MS. Flor. a m. pr. edd. Ryck. Iac. Gron. Brot. *parvo victu* MSS. Flor. a m. sec. sed vet. (teste Iac. Gron.) Reg. Ies. Bud. Guelf. Agr. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) et cet. „Servo *parvo:* nam non solum parum cibi sumpsisse indicat, sed etiam tenuem, levem, a quo parum nutrimenti ac succi venerit. Cf. cap. 45 extr. de eodem Seneca: *persimplici victu et agrestibus pomis ac — aqua vitam tolerat.*" *Ern.* Sed *parvum victum* vix quisquam eo sensu dixerit. *corpus cum parvo ictu tenuatum* ed. Spir. — *atque ipse visendo:* in MS. Guelf. *atque ipso visendo*, in ed. Spir. *atque ipse ne visendo.* — *delaberetur:* in ed. Spir. *dilaberetur.* Cf. ad 4, 43, 3. et 4, 74, 2. — *suadet in aliud cubiculum abscedere* MSS. Reg. Bud. (in quo *abscedeř*) Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Ern. Brot. sqq. *suadet in a. c. abscederet* edd. Rhen. 2. 3. et cet. — *suppeditante eloquentia*, v. ad 4, 4, 2. — *advocatis scriptoribus pleraque* (v. ad 3, 28, 4.) *tradidit, quae in vulgus edita eius verbis invertere supersedeo:* „Haec suprema Senecae verba, ab *advocatis scriptoribus* excepta et vulgata, (v. cap. 67.) utinam invertisset Tacitus! Si non ipsa Senecae verba, saltem ipso digna et magnifica haberemus. Xiphilinus 62, 25. librum a Seneca scriptum et emendatum comminiscitur." *Brot.* Scriptores autem, qui haec Senecae verba vulgarunt, ut Plato illa Socratis, non amplius supersunt. „*Invertere* est id. qd. commutare, verbis commutatis dicere, suis adeoque aliis verbis narrare, non pervertere, corrumpere, ut accepit Rhenanus. Sic *oratio conversa et mutata* i. e. aliis atque aliis verbis expressa ap. Cic. partit. c. 7." *Ern.* „Ricklefsius bene convertit umstellen. Vide *verba inversa* ap. Terent. Heautont. 2, 3, 131." *Walth.* *evertere* MS. Reg. et ed. Spir. *innectere* malebat Rhen. *insertare* Heinsius, *inserere* vel *inferre* Hiller. racem. 15. *supersideo* MS. Flor. teste Furia.

CAPUT LXIV.

At Nero, nullo in Paulinam proprio odio, ac ne glisceret invidia crudelitatis, inhibere mortem. Hortantibus militibus servi libertique obligant brachia, premunt sanguinem, incertum an ignarae: nam, ut est vulgus ad deteriora promptum, non defuere qui crederent, donec implacabilem Neronem timuerit, famam sociatae cum marito mortis petivisse, deinde oblata mitiore spe blandimentis vitae evictam. Cui addidit paucos postea annos, laudabili in maritum memoria et ore ac membris in eum pallorem albentibus, ut ostentui esset multum vitalis spiritus egestum. Seneca interim, durante tractu et lentitudine mortis, Statium Annaeum diu sibi amicitiae fide et arte medicinae probatum orat, provisum pridem venenum, quo damnati publico Atheniensium iudicio exstinguerentur, promeret; allatumque hausit frustra frigidus iam artus et cluso corpore adversum vim veneni. Postremo stagnum calidae aquae introiit respergens proximos servorum addita voce: *Libare se liquorem illum* IOVI LIBERATORI. Exin balneo illatus et vapore eius exanimatus sine ullo funeris sollenni crematur. Ita codicillis praescripserat, quum etiam tum praedives et praepotens supremis suis consuleret.

1. *nullo in Paulinam proprio odio*, cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita.* Pompeia *Paulina* Senecae uxor. Cf. cap. 60 extr. — *inhibere mortem* edd. Bern. Gron. ex emend. Rhenani. *inhiberi mortem* MSS. Flor. duo alii eiusdem bibliothecae et Reg. Corb. Bud. Agr. ed. Spir. *inhiberi mortem imperat* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. quod aptum quidem est, sed emendatoris manum redolet. *inhibet* coni. Pich. — *premunt sanguinem*, reprimunt, cohibent. Cf. ad 3, 6, 1. — *incertum an ignarae*, an ita iam e sanguinis nimia detractione defecerit animo, ut non intelligeret ac sentiret, sibi obligari brachia; *Ern.* *an ingratae* malebant Acid. et Herm. Iustus de fide Taciti script. I. Zittav. 1827. p. 24. Ille *ingratae* dictum putabat pro *invitae*, hic pro *fortasse gratae* vel quae gratiam rei non habeat. Sed praeferendum *ignarae.* — *qui crederent:* in MS. Reg. *qui crediderint.* — *famam sociatae:* in MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. *fama societatem*, in MS. Guelf. *famam societate.* — *mitiore spe:* in MSS. Corb. Agr. *meliori spe.* — *blandimentis vitae*, v. ad c. 63. n. 2. — *evictam*, v. ad H. 2, 64 extr. — *postea:* in MS. Reg. *post.* — *ut ostentui esset*, ut insignius in oculos incurreret; *Ern.* Cf. ad 1, 29 extr. — *egestum*, emissum, effusum.

2. *durante tractu* „scil. sanguinis, qui dicitur *trahi*, quum per venas emittitur. Sensus: quum sanguis nimis diu flueret tardeque effunderetur, adeoque nimis lentam mortem fore appareret.“ *Ern.* Sed sanguinis in proxime praecedd. nulla fit mentio. „Synonyma sunt *tractus* et *lentitudo*. Cf. 15, 10. *tractu belli* et 16, 35. *lentitudine exitus.*“ *Roth.* de Taciti Synonymis p. 8. *lentitudine* MSS. Flor. (teste Vict.) Farn. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Lips. Pich. sqq. ut schol. Iuvenal. 5, 109. *lenitudine* MS. Reg. edd. Spir. et cet. ante Lips. — *Annaeum:* in MS. Ies. *Annium.* — *diu sibi:* in MS. Guelf. *sibi diu.* — *provisum pridem venenum* (cicutam), *quo damnati publico Atheniensium iudicio exstinguerentur;* quod etiam Socrates a CCCLX iudicibus damnatus haurire iussus est; de quo v. Sen. ep. 13. (*cicuta magnum Socratem fecit*) Cic. or. 1, 54. Xenoph. memor. Socr. et Tychsen in Bibl. d. alten Lit. u. Kunst 1, 1. II, 1. *quod ante publico A. i. extingueretur* ed. Spir. *quo damnatus p. A. i. exstingueretur* e MS. Bud. legi posse animadvertit Rhen. — *allatumque hausit frustra frigidus iam artus* cet. „Cicuta calefacto corpore vim suam exserit, quum natura sua sit frigidissima: unde Athenis, qui eam bibere debebant, ambulare iussos ex Platonis Phaedone extr. apparet.“ *Freinsh.* Hinc *cicuta gelida* dicitur Iuvenali 7, 206. et Seneca *stagnum calidae aquae introiit.* „Ipse scribit, *in omnem vitam balneo se abstinuisse;* sed nunc usurpat primum et postremum maturandae morti, et ut sanguis efflueret, vel ut venenum in calidum corpus permearet.“ *Lipsius.* Plinius 25, 13. s. 95, 4. *cicuta*, ait, *venenum est, publica Atheniensium poena invisa. Semen habet noxium. — Semini et foliis refrigeratoria vis. Quos enecat, incipiunt algere ab extremitatibus corporis. Remedio est, priusquam perveniat ad vitalia, vini natura excalfactoria: sed in vino pota irremediabilis existimatur.* Scribonius Largus de compos. medicam. 179. *Cicutam potam caligo mentisque alienatio et artuum gelatio insequitur; ultimoque praefocantur, qui eam sumpserunt, nihilque sentiunt.* Schol. Pers. 5, 145. *Cicuta calorem in nobis frigoris sui vi exstinguit; unde sacerdotes Cereris Eleusiniae liquore eius ungebantur, ut a concubitu abstinerent.* Similia dixit Dioscor. 4, 79. et in Alex. c. 11. *Venenum* h. l. cicuta et quidem ea quae Gr. κώνειον, Germ. Schierling dicitur: nam *cicutam* quamlibet vocari cannam intus cavam et inanem, saepius lathyridem adhibitam ad sanandam insaniam, quia bilem purget et pituitam, docet Salmas. ad Solin. p. 742. — *frigidus iam artus* MSS. Flor. Reg. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Iac. Gron. sqq. Sic *oblitus faciem suo cruore* 2, 17. ubi v. nota 2. *frigidis iam artubus* MSS.

Corb. Agr. edd. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lipsii priores et Ryck. *frigidis iam artibus* edd. Lipsii posteriores, Grut. Pich. Bern. Boxh. I. Fr. Gron. De scriptura *artubus* et *artibus* v. Schneider's lat. Formenlehre I. p. 337. — *cluso corpore adversum vim veneni* medicamentis praesumptis; *Ern.* *cluso* MSS. Flor. Bud. edd. Iac. Gron. Brot. Walth. Bekk. 2. Cf. ad H. 1, 33. et G. 34. n. 1. *clauso* MSS. et edd. rel.

3. *stagnum calidae aquae* videtur solium fuisse sive labrum, vas aquarium in balneis, Germ. Badewanne. Paulo post *respergensque pr.* 4. *audita voce* ed. Spir. — *libare se liquorem illum Jovi Liberatori:* „Idem Thrasea moriturus dixit. v. 16, 35. Causa viris magnis huius in supremis ioci a more Graecorum, qui discessuri e convivio libabant Iovi Servatori. Athenaeus 15, 5. *τῷ δὲ μετὰ δεῖπνον κεκραμένῳ πρώτῳ προσδιδομένῳ ποτηρίῳ Δία Σωτῆρα ἐπιλέγουσι.* Suidas in v. *Ἀγαθοῦ Δαίμονος· ἔθος εἶχον οἱ παλαιοὶ μετὰ τὸ δεῖπνον πίνειν Ἀγαθοῦ Δαίμονος ἐπιῤῥοφοῦντες ἄκρατον, καὶ τοῦτο λέγειν Ἀγαθοῦ Δαίμονος· Ἄλλοι δέ φασι, τὸ πρῶτον ποτήριον οὕτω λέγεσθαι, χωρίζεσθαι δέ μέλλοντες Διὸς Σωτῆρος.* Adde huc, si vis, plura ab Erasmo in Chil. 2, 8, 1. in prov. *servatori tertius.*" *Lipsius.* „Ultima fuit Socratis morientis vox: *τῷ Ἀσκληπιῷ ὀφείλομεν ἀλεκτρυόνα· ἀλλὰ ἀπόδοτε καὶ μὴ ἀμελήσητε.* v. Plat. Phaed. T. I. p. 118. Ita quoque Seneca *Iovi Liberatori* libavit. Plus salis in Socrate: in utroque haud satis dignitatis." *Brot.* — *balneo illatus*, sicco et Laconico, ut videtur: nam *vapore eius exanimatus* est, acri illo et ardenti; *Lips.* Sic Octavia, *quia pressus pavore sanguis tardius labebatur, praefervidi balnei vapore enecatur* 14, 64. et Vestinus consul *balneo infertur, calida aqua mersatur* inf. cap. 69. — *sine ullo funeris sollenni*, ut 12, 69. — *Ita codicillis praescripserat, quum — consuleret:* h. e. codicillis, quos scripserat eo tempore, quo adhuc divitias et potentiam haberet, nondum demotus cura rerum publicarum: nam morte denuntiata non licuit testamentum scribere; *Ern.* Cf. cap. 62. princ. et ad 4, 30, 2. *codicillis*, v. ad 1, 6, 6. *praescripserat* MSS. Reg. Bud. Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. sqq. Cf. ad 1, 6, 2. *perscripserat* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Utrumque aptum h. l. est et eodem paene compendio scripturae exprimi solet. *scripserat* MS. Harl. — *quum etiam tum — supremis suis consuleret*, funeris modum praefiniret. Cf. ad 1, 8, 1. „*etiam tum* h. e. eo tempore, quo adhuc. Frustra Heinsius et Ryckius volebant *etiamnum*, quod valet de tempore praesenti, uti *etiam tum* de praeterito." *Walth.* v. ad 1, 3, 2.

CAPUT LXV.

Fama fuit, Subrium Flavium cum centurionibus occulto consilio neque tamen ignorante Seneca destinavisse, ut post occisum opera Pisonis Neronem Piso quoque interficeretur traderetur que imperium Senecae, quasi insontibus claritudine virtutum ad summum fastigium delecto. Quin et verba Flavii vulgabantur: *non referre dedecori, si citharoedus demoveretur et tragoedus succederet*, quia, ut Nero cithara, ita Piso tragico ornatu canebat.

1. *Subrium Flavium*, cf. cap. 49. 50. 53 sqq. — *post occisum — Neronem*, cf. Ind. III. v. *Participia perf. pass. pro substant. abstr.* — *opera Pisonis* MSS. Flor. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Spir. Pich. sqq. *opere P.* MS. Bud. *ope P.* MS. Bodl. in marg. et edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. Grut. — *quasi* (ab) *insontibus* (scil. crimine caedis Neroni paratae) *claritudine*, ob claritudinem, *virtutum — delecto*, cf. Ind. III. v.

Ablativi substantivorum absoluti p. 800. „Haec sic intelligo: quasi essent insontes, si ille ob claritudinem virtutum ad summum fastigium delectus esset.“ *Kiessl.* *quasi insontibus claritudine* MSS. Flor. (*insontib'* teste Pich.) Reg. edd. Spir. Bip. Oberl. sqq. *quasi insonti, claritudine* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Bip. *quasi insonti sub claritudine* MS. Agr. Verba *insonti claritudine virtutum* iungenda putabant Freinsh. Brot. et Ern. hoc sensu: propterea quod virtutibus sine cuiusquam noxa ad eam claritudinem dignitatemque venisset. *quasi insonti et claritudine — delecto* corr. Pich. et Boett. quod verum videri potest.

2. *non referre dedecori*, non minui dedecus, non prodesse ad dedecus minuendum; *Ern.* „Mihi *referre* h. l. neutraliter dictum videtur eadem vi, qua 14, 38. in formula *pravitati ipsius referebat*, transitive: es beziehe sich nicht auf die Schande.“ *Kiessl.* „Immo sententia est: nihil interesse ad dedecus, h. e. idem esse dedecus. Locus 14, 38. huc non facit.“ *Walth.* „Aliud est *rēfert*, Germ. es ist daran gelegen, nützlich, zuträglich, aliud *rĕfert*, Germ. er bringt zurück. Illud, ut *interest* et συμφέρει, iungitur dativis pro *ad aliquid*, vel genitivis, ut 4, 33. *neque refert cuiusquam*, vel possessivis pronom. *mea, tua, sua, nostra, vestra* sc. causa vel gratia.“ *Ramshorn.* Gram. §. 114. Cf. ad 4, 33, 3. et Roth. ad Tac. p. 147. Non audiendus Ryckius, qui opinabatur, *dedecori* esse genit. adiectivi et *quid* intelligendum. *deferre* MS. Corb. *differre* MS. Agr. quod probabat Brot. — *demoveretur* scil. summo fastigio eiusve obtinendi spe ut 2, 43. 4, 60. 11, 38. 13, 14. 20. 14, 12. *demoveretur* MSS. Flor. Reg. Bodl. (a m. sec.) Bud. Guelf. Agr. edd. Spir. Iac. Gron. sqq. *dimoveretur* MS. Bodl. a m. pr. et edd. rel. — *Nero cithara canebat*, cf. 14, 14. et 16, 4. — *Piso tragico ornatu canebat*, cf. cap. 48. Seneca etiam *tragoedus* fuit.

CAPUT LXVI.

Ceterum militaris quoque conspiratio non ultra fefellit, accensis indicibus ad prodendum Fenium Rufum, quem eundem conscium et inquisitorem non tolerabant. Ergo instanti minitantique renidens Scaevinus *neminem*, ait, *plura scire quam ipsum;* hortaturque ultro, *redderet tam bono Principi vicem.* Non vox adversum ea Fenio, non silentium, sed verba sua praepediens et pavoris manifestus, ceterisque ac maxime Cervario Proculo Equite ad convincendum eum connisis, iussu Imperatoris a Cassio milite, qui ob insigne corporis robur adstabat, corripitur vinciturque.

1. *conspiratio non ultra fefellit*, latuit, ut H. 2, 98. et *id me fallit* 3, 10. 13, 13. H. 2, 7. 34. 3, 53. et Gr. λανθάνειν. — *accensis indicibus* edd. Lips. Pich. Grut. sqq. *accensis quoque indicibus* MSS. et edd. vet. „Censent interpretes e superiore versu *quoque* male repetitum. Concedo id fieri potuisse, quanquam satis scio, altero etiam loco *quoque* non carere sua vi, nec per se repetitionem eiusdem vocabuli vitium esse. Saepius eiusmodi repetitiones apud Tacitum inveniuntur. v. Wagner in prolus. ante catal. lect. Marburg. 1813. Alibi *etiam* et *quoque* similiter se excipiunt, ut cap. 72 extr. *scortorum quoque cupiens etiam matri eius illusit* et ap. Suet. Iul. c. 24. *unam etiam ex Transalpinis conscriptam, vocabulo quoque Gallico.*“ *Walth.* Cf. ad c. 49. n. 1. ad 12, 49, 2. et inpr. Ind. III. v. *Verba eadem repetita* p. 837. — *ad prodendum:* in MS. Corb. *ad perdendum.* — *quem eundem*, cf. Ramshorn. Gram. §. 158, 2. h. — *eundem conscium et inquisitorem*, v. cap. 50. et 58. „*Inquisitor* h. l.

quaesitor rei capitalis in domo Imperatoris, sed Agr. 2. *inquisitio* est delatio et alibi *inquisitor* dicitur delator, qui in omnes aedes familiasve irrepit, Germ. Angeber, heimlicher Nachspäher, Polizeispion." *Walch.* ad Tac. Agr. 2. p. 120. Ita ap. Iuvenal. 4, 49. „*Inquisitor* Cic. Verr. I, 2. (et Plin. ep. 3, 9, 29.) dicitur accusator, quum tabulas, literas, testes conquirit, quibus in accusatione utatur, in primis in causa repetundarum." *Ern.* in clave Cic.

2. *instanti*, urgenti reos, ut confiterentur. — *renidens* MSS. Guelf. aliique, edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Grut. Pich. sqq. Cf. ad 4, 60, 2. *renitens* MS. Bud. edd. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. *renidius* ed. Spir. — *Scaevinus*, v. ad cap. 49. n. 2. — *hortaturque ultro, redderet*: in ed. Spir. *reddere*, quod non minus probum. v. ad 11, 1, 2. — *redderet tam bono Principi vicem*, v. ad 13, 20, 1. *redderet iam* malebat Lipsius. — *Fenio*: in MS. Flor. (teste Vict.) et ed. Spir. *Fenius* aperto vitio, nisi si *vocem* pro *vox* legas; *Walth.* — *verba sua praepediens*, ut Germ. verwickeln. *propediens* MS. Guelf. a m. sec. *uepredies* ed. Spir. — *pavoris manifestus*, cf. Ind. III. v. 'Adiectiva relativa genitivis obiecti iuncta. — *Cervario*: in MSS. Guelf. a m. sec. et Reg. *cum vario.* — *connisis* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *conisis* MS. Flor. teste Furia. *connissis* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. ut plerumque. *commissis* ed. Spir. Cf. ad cap. 42 extr.

CAPUT LXVII.

Mox eorundem indicio Subrius Flavius tribunus pervertitur, primo dissimilitudinem morum ad defensionem trahens, neque se armatum cum inermibus et effeminatis tantum facinus consociaturum: dein, postquam urgebatur, confessionis gloriam amplexus interrogatusque a Nerone, quibus causis ad oblivionem sacramenti processisset: *Oderam te,* inquit: *nec quisquam tibi fidelior militum fuit, dum amari meruisti; odisse coepi, postquam parricida matris et uxoris, auriga et histrio et incendiarius exstitisti.* Ipsa retuli verba, quia non, ut Senecae, vulgata erant nec minus nosci decebat militaris viri sensus incomptos et validos. Nihil in illa coniuratione gravius auribus Neronis accidisse constitit, qui, ut faciendis sceleribus promptus, ita audiendi, quae faceret, insolens erat. Poena Flavii Veiano Nigro tribuno mandatur. Is proximo in agro scrobem effodi iussit, quam Flavius ut humilem et angustam increpans circumstantibus militibus, *ne hoc quidem,* inquit, *ex disciplina:* admonitusque fortiter protendere cervicem: *Utinam,* ait, *tu tam fortiter ferias.* Et ille multum tremens, quum vix duobus ictibus caput amputavisset, saevitiam apud Neronem iactavit *sesquiplaga interfectum a se* dicendo.

1. *eorundem indicio,* qui Fenium Rufum prodiderant, (v. cap. 66.) *Subrius Flavius tribunus pervertitur* cet. cf. Xiphil. 62, 24. cuius narratio paene congruit, et de Flavio cap. 49. 50. 58. 65. *eorundem* MSS. Flor. Bud. Guelf. edd. Spir. Pich. sqq. *eorum* edd. cet. ante Pich. *praevertitur* MS. Reg. et ed. Spir. — *inermibus:* in MS. Ies. *inermis.* v. ad 3, 39, 2. — *et effeminatis* MS. Flor. (test. Pich. et Vict.) edd. Spir. Pich. Lipsii poster. et sqq. *et* omissum in MSS. Bud. Guelf. edd. rel. ante Pich. — *ad oblivionem sacramenti,* v. ad 1, 7, 3. — *Oderam te:* primum haec, paulo post cetera dixit. Frustra *non* ante *oderam* inse-

rendum putabat Huetius. — *tibi fidelior*, v. ad Agr. 19. n. 2. *tibi* in ed. Spir. positum post *fuit*. — *auriga et histrio* MSS. Flor. (teste Pich.) Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. Pich. sqq. ad Brot. et dein Walth. Bekk. 2. Ritt. *hauriga ystrio* MS. Bud. *auriga, histrio* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. Grut. *et auriga et histrio* MS. Corb. edd. Brot. Bip. Oberl. Lün. Bekk. 1. Kiessl. In MSS. Harl. Bodl. Ies. deest copula ante *auriga* teste Brot. qui tamen non dixit, an etiam post *auriga* sit omissa. *histrio* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. edd. omnes praeter Ber. in qua scriptum est *hystrio*. — *exstitisti*: in MS. Bud. *fuisti*. — *quia non, ut Senecae, vulgata erant*, cf. ad cap. 63. extr. *quae non* ed. Spir. *volgata* MS. Flor. teste Vict. — *militaris viri sensus incomptos et validos*, v. ad 13, 3, 2. H. 2, 80, 4. O. 21. n. 3 extr. „Sententia sumpta est, ut permultae aliae, e Livio 4, 41. *adversus haec Tempanii oratio incompta fuisse dicitur, ceterum militariter gravis.*" Ern. Cf. Ind. III. v. *Imitatio* et Praef. nostra ad Vol. I. p. LX. *incomptos et validos* MSS. Flor. (teste Vict.) Corb. edd. Spir. Ern. Brot. *et incomptos et validos* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. Grut. *et incomptos et invalidos* MS. Guelf. idemque, saltem *et inc. et*, MSS. Harl. Bodl. Ies. *incomptos, sed validos* edd. Pich. et sqq. ad Ern. e coni. Rhen. Sed v. ad I, 13, 2. Verba *et validos* omissa in MS. Bud. — *faciendis sceleribus promptus*, v. ad 4, 60, 3. — *audiendi, quae faceret, insolens erat*, v. ad 3, 38, 2.

2. *Poena* Subrii *Flavii Veiano Nigro tribuno mandatur*, v. ad 11, 38, 1. *Veiano* MS. Guelf. edd. Spir. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Lipsii posteriores, Pich. sqq. *Veianio* edd. Put. 1. 2. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lipsii priores. *Veranio* MS. Corb. *Veglano* MS. Ies. — *Is proximo in agro scrobem effodi iussit* cet. quemadmodum *Nero scrobem fieri imperavit dimensum ad corporis sui modulum* Suet. Ner. 49. et Labeo βόθρον ἐν τῇ σκηνῇ τὸ μέγεθος αὐτάρκη σώματι ὀρυξάμενος τὴν σφαγὴν ὑπέσχε καὶ τῷ δὲ μὲν ἡ σκηνὴ τάφος ἐγένετο. Id factum metu ne cadaver abiiceretur et sepultura expers esset: nam humanda erant cadavera, ne a feris lacerarentur et anima eorum centum annos circa Stygem erraret; ita vero mortuis *suprema officia* et *iusta solvebantur*. Cf. ad 1, 8, 1. 1, 22, 3. 1, 61, 4. H. 3, 25. intppr. Suet. Ner. 49. Virg. Aen. 6, 325. sqq. Hor. od. 1, 28, 23 sqq. Tibull. 3, 2, 15. — *quam Flavius* vetus codex Faerni et edd. Pich. Lipsii posteriores et sqq. *quem Fl.* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lipsii priores et Grut. quia in MS. Bud. est *angustum* et *scrobs* tam masc. gen. quam fem. *quamvis Fl.* MSS. Flor. Bud. Guelf. et edd. primae ante Rhen. 2. Hinc non male *qua visa* coni. Freinsh. et *quam visam* Walth. — *ne hoc quidem* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. aliique Broterii, edd. Spir. Rhen. 2. 3 sqq. *ne haec quidem* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *inquit* post *disciplina* positum in MS. Bud. — *admonitusque* MSS. Flor. Reg. Corb. edd. Spir. Pich. sqq. *admonitus* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. Grut. — *fortiter protendere cervicem:* „habitum hunc eorum, qui gladio feriendi, describit Panegyristes in laud. Theodosii 41. *poplitem flectere, cervicem extendere ad plagam fortasse non unam.* Quod supplicii genus ignotum rei publicae priscae, etiam in militia; unde Lucanus 8, 673. *nondum artis erat, caput ense rotare.* Coepit sub Imperatoribus, statimque in creberrimo usu. A militia coepisse credo et in milites primo aque militibus usurpatum. Exempla obvia post Augustum, v. c. Suet. Cal. c. 32. *miles decollandi artifex quibuscunque e custodia capita amputabat*, Sen. de ira 1, 16. *damnatus extra vallum deductus est et iam cervicem porrigebat, quum subito apparuit ille commilito, qui occisus videbatur: tunc centurio supplicio praepositus condere gladium speculatorem iubet.* Honestior autem poena gladii quam securis, ab eaque mente capio

illam Antonini Caracallae vocem ap. Spartian. c. 4. quum securi Papinianus occisus esset: *gladio te exsequi oportuit meum iussum.* Eleganter Xenophon de Cyri exped. 2, 6. *Κλέαρχος καὶ οἱ ἄλλοι στρατηγοὶ ἀποτμηθέντες τὰς κεφαλὰς, ὅσπερ κάλλιστος θανάτων ἐδόκει εἶναι.*" *Lips.* Vigente re publica securi in reos animadversum, sub Principibus gladio, *artisque fuisse* dicit Lucanus 8, 673. *caput ense rotare* h. e. rotato ense amputare; *Brot.* — *sesquiplaga interfectum,* ictu uno et dimidio. Sic *sesquiopus* ap. Plaut. Capt. 3, 5, 67.; *Pich.* „Caligulae praeceptum ap. Suet. c. 30. *ita feri, ut mori se sentiat.*" *Lips.* *sexquiplaga* MS. Guelf. *sex qui plaga* ed. Spir.

CAPUT LXVIII.

Proximum constantiae exemplum Sulpicius Asper centurio praebuit percontanti Neroni, *cur in caedem suam conspiravisset?* breviter respondens, *non aliter tot flagitiis eius subveniri potuisse.* Tum iussam poenam subiit. Nec ceteri centuriones in perpetiendis suppliciis degeneravere. At non Fenio Rufo par animus, sed lamentationes suas etiam in testamentum contulit. Opperiebatur Nero, ut Vestinus quoque consul in crimen traheretur, violentum et infensum ratus: sed ex coniuratis consilia cum Vestino non miscuerant quidam vetustis in eum simultatibus, plures, quia praecipitem et insociabilem credebant. Ceterum Neronis odium adversus Vestinum ex intima sodalitate coeperat, dum hic ignaviam Principis penitus cognitam despicit, ille ferociam amici metuit saepe asperis facetiis illusus, quae, ubi multum ex vero traxere, acrem sui memoriam relinquunt. Accesserat repens causa, quod Vestinus Statiliam Messalinam matrimonio sibi iunxerat haud nescius, inter adulteros eius et Caesarem esse.

1. *sulpicius Asper centurio,* de quo v. cap. 49. et 50. — *conspiravisset:* in ed. Spir. *conspirasset.* — *non aliter tot flagitiis eius subveniri potuisse,* remedium infamiae et effectuum afferri. „Scelere contracto qui puniatur, eum non malo quodam, sed summo beneficio affici, scite expositum a Platone in Gorgia. Ad eandem persuasionem ac benevola irrisione illa a Sulpicio dicta. Sententiae acumen magis elucet ex verbis Xiphil. 62, 24. *ὅτι ἄλλως σοι βοηθῆσαι οὐκ ἠδυνάμην,* et Suet. Ner. c. 36. *quum quidam crimen ultro faterentur, nonnulli etiam imputarent, tanquam aliter illi non possent nisi morte succurrere dedecorato flagitiis omnibus.*" *Ritter.* Cf. loca similia ab aliis iam laudata Tac. Ann. 6, 49. *ea, quorum effugium non nisi morte inveniret,* Suet. Tib. c. 66. *monentis* Artabani, *ut voluntaria morte maximo iustissimoque civium odio quam primum satisfaceret,* Phalaridis in epistolis. *Σώματος ἀῤῥωστίαν θεραπεύει τέχνη, ψυχῆς δὲ νόσον ἰατρὸς ἴαται θάνατος,* Cic. Verr. *cui damnari expedit,* Sen. ep. 77. *quibus succursura mors est.* Sententia animosior quam si scripseris *obveniri,* h. e. resisti et obviam iri, quod voluit Faber; *Lips.* *subveniri potuisse* MSS. Flor. (teste Pich.) Reg. Harl. Bod. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Pich. Lipsii posteriores et sqq. *subvenire potuisse* MS. Ies. et ed. Spir. *subveniri posse* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lipsii priores. — *degeneravere,* se degeneres et timidos ostendere; *Ern.* Vitiose *denegavere* edd. Put. 1. 2. Riv. Ber. Rhen. 1. — *Fenio Rufo,* de quo v. cap. 50. 58. 66. — *contulit:* in MS. Guelf. *condidit.*

2. *violentum et infensum:* in ed. Spir. *viol. infensumque.* — *ex coniuratis* — *quidam* — *plures* MSS. Flor. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Ern. sqq. *et coniurati* MSS. Corb. Bud. ed. Spir. *coniurati* MS. Reg. edd. Put. 1. 2. sqq. ad Ern. — *vetustis in eum simultatibus,* cf. Ind. III. v. *Ablativi substantivorum absoluti.* — *praecipitem et insociabilem,* temerarium et non aptum societati consiliorum; *Ern.* — *Neronis odium* — *coeperat* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) et sqq. *Neroni* MS. Bud. ed. Spir. quod verum videri potest. — *ex intima sodalitate* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. etiam Ber. ad quam tacuit Vict. *ex nimia s.* MSS. Reg. Corb. ed. Spir. *ex inima sodialitate* MS. Flor. teste Furia. — *ferociam amici*: haud dubie *fer. animi*; *Lips.* Immo *Principem* et *amicum* Tacitus opponit; *Acid.* „Verum est *amici.* Metuebat hominem, qui etiamsi *amicus* tamen *ferocia* in amicum uteretur: et Tacitus semper *ferociam* simpliciter dicit.“ *Ern.* Paulo post *eam* ante *saepe* addit MS. Guelf. in marg. et ed. Spir. — *asperis facetiis illusus, quae* — *relinquunt,* cf. 5, 2. extr. — *repens causa,* odii causa, quae sola memoratur Suet. Ner. 35. *repens* MSS. et edd. vet., ut et Ern. Bip. Ob. Lün. *recens* edd. Lips. posteriores, Pich. Grut. sqq. ad Ern. quod restituere Bekk. 2. et Kiessl. Cf. ad 6, 7, 2. — *Statiliam Messalinam,* quae postea Neroni uxor; Lips. v. ad 2, 1, 1. pr. et Suet. Ner. 35. In ed. Spir. omissum *matrimonio* et ante *inter* additum *et.*

CAPUT LXIX.

Igitur non crimine, non accusatore exsistente, quia speciem indiciis induere non poterat, ad vim dominationis conversus Gerellanum tribunum cum cohorte militum immittit iubetque praevenire conatus consulis, occupare velut arcem eius, opprimere delectam iuventutem, quia Vestinus imminentes foro aedes decoraque servitia et pari aetate habebat. Cuncta eo die munia consulis impleverat conviviumque celebrabat nihil metuens an dissimulando metu, quum ingressi milites *vocari eum a tribuno* dixere. Ille nihil demoratus exsurgit, et omnia simul properantur. Clauditur cubiculo, praesto est medicus, abscinduntur venae, vigens adhuc balneo infertur, calida aqua mersatur, nulla edita voce, qua semet miseraretur. Circumdati interim custodia, qui simul discubuerant, nec nisi provecta nocte omissi sunt, postquam pavorem eorum, ex mensa exitium opperientium, et imaginatus et irridens Nero *satis supplicii luisse* ait *pro epulis consularibus.*

1. *speciem indiciis induere non poterat;* indicia Vestino adversa per scelerum adiutores comparare Nero poterat, sed speciem veritatis istis indiciis induere nequibat; *Ritter.* *speciem indiciis induere* MS. Agr. edd. Spir. Walth. Idem e MS. Flor. enotarunt Pich. et Victorius, sed *sp. indiciis adiungere* Furia, idque recepit Ritt. *sp. iudiciis induere* MSS. Reg. Corb. *sp. indicii i.* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. Pich. Grut. *sp. iudicis inducere* MS. Guelf. *sp. iudicis induere* (Vestinum tanquam reum et convictum damnare) non male MSS. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. I. Berneg. sqq. praeter Walth. et Ritt. — *Gerellanum* MSS. Flor. (test. Vict. et Furia) Reg. edd. Spir. Walth. *Gerelanum* MS. Guelf. et edd. rel. *Ceretanum* coni. Reines. — *immittit,* v. ad 6, 45, 2. — *occupare velut arcem eius* — *imminentes foro aedes,* cf. ad 14, 31, 4. H. 3, 70, 2. Liv. 2, 7. de P. Valerio cos. cui datum crimini, *quod aedificasset in summa Velia: ibi alto atque munito loco arcem*

inexpugnabilem fore, et Liv. 6, 19 pr. de domo Manlii in arce posita, quo aucta suspicio regni affectati. *occuparet* MSS. Flor. (teste Furia) Corb. Harl. Ies. Guelf. ed. Spir. ut paulo post *opprimeret* MS. Corb. *occuparet velut arcentius* MS. Guelf. — *decoraque servitia et pari aetate*, v. Lipsii Exc. II. ad Tac. Ann. XV. *et* deest in MS. Bud.

2. *munia consulis impleverat*, quae alternis diebus implebantur; *Brot.* — *conviviumque celebrabat* MSS. Flor. (teste Pich.) Guelf. edd. Spir. Pich. sqq. Sed *convivium celebrat* e MS. Flor. enotavit Vict. *conviviumque* MSS. Broterii. *convivium* edd. Put. 1. 2. sqq. ad Pich. *celebrat* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. *celebrarat* MS. Bodl. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Male: nam sequitur *exsurgit* scil. e convivio; *Ern.* „Haec tamen lectio non est improbanda, si *convivium celebrare* significat convivium celebre instituere, ut 16, 34. *coetus frequentes egerat.* Neque repugnat locus 4, 59. ubi *qui convivium celebrabant* sunt multi convivae, qui convivio aderant.“ *Kiessl.* Cf. ad 4, 62, 1. — *an dissimulando metu*, v. ad 11, 32, 1. *an dissimulando* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3 sqq. *aut dissimulando* MS. Bodl. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *ut dissimulando* MS. Ies. *ut dissimulato* MS. Guelf. — *nihil demoratus*, cf. Ind. III. v. *Participia perf. verborum deponent.* — *balneo infertur, calida aqua mersatur*, v. ad cap. 64. n. 3. — *miseraretur*: in MS. Bud. *misereretur.* — *nec nisi provecta nocte* (v. ad 2, 23, 1.) *omissi sunt* a custodibus. *omissi* MSS. Flor. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ern. sqq. *emissi* MS. Reg. edd. Spir. Ber. Rhen. 1. 2. 3. sqq. ad Ern. quod aptius videtur Kiesslingio. *omissa* MS. Bud. „*Omittere* proprie est Germ. etwas an sich vorbei lassen, ohne es in Besitz zu nehmen, contra *amittere* est etwas aus der Hand lassen, was man bereits in Besitz hatte. *Omittimus* volentes et sponte, *amittimus* inviti et casu.“ *Doederl.* Synon. III. p. 285. Cf. ad 3, 47, 1. — *ex mensa exitium opperientium*, propter convivium consulis, cui affuerant. *ex mensa exitium op.* edd. Berneg. sqq. ex egregia emend. Franc. Medicis. *et mensae exitium* MSS. Flor. Guelf. Agr. aliique, edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *in mense* MS. Bud. unde *imminens exitium* effinxit Rhenanus, quem secuti sunt Ald. Lips. Pich. Grut. *exitum* MS. Corb. *opperientium imaginatus Nero et irridens* MS. Guelf. „*Ut pictura, poesis* ait vates. Bene quidem: sed certe et pictura et poesi melior haec caedis Vestini narratio; nec quicquam perfectius numerisque omnibus absolutius legere memini.“ *Brot.*

CAPUT LXX.

Exin M. Annaei Lucani caedem imperat. Is profluente sanguine, ubi frigescere pedes manusque et paulatim ab extremis cedere spiritum, fervido adhuc et compote mentis pectore, intelligit, recordatus carmen a se compositum, quo vulneratum militem per eiusmodi mortis imaginem obiisse tradiderat, versus ipsos retulit; eaque illi suprema vox fuit. Senecio posthac et Quintianus et Scaevinus non ex priore vitae mollitia, mox reliqui coniuratorum periere nullo facto dictove memorando.

1. *Exin M. Annaei Lucani* (de quo cf. cap. 49. 56. 57. et 16, 17.) edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. sqq. ex felici emend. Rhenani. *eximmane na et lucani* MS. Flor. teste Furia. *Exin Manenio et Lucani* ed. Spir. *Mannio et L.* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. *Manenii et L.* MS. Agr. *Mennenii et L.* MS. Guelf. a m. sec. *Manie, Mami* et *Mame* alii MSS. — *ab extremis* scil. partibus corporis. — *intelligit*: in MS.

Flor. teste Vict. *intellegit*, ut in multis MSS. v. Maius ad Cic. p. Tull. §. 18.

2. *carmen a se compositum:* in ed. Spir. *ab se carmen comp.* — *per eiusmodi mortis imaginem*, v. ad H. 3, 28, 4. *eiusdem mortis* MS. Corb. Paulo post *obiisse* pro *obiisse* MSS. Corb. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. — *versus ipsos* ap. Lucan. 3, 635 sqq. de Lycida, vel 9, 805—814. de Tullo. — *suprema vox:* in ed. Spir. *summa vox.* — *Quintianus*, v. ad c. 49 extr.

CAPUT LXXI.

Sed compleri interim urbs funeribus, Capitolium victimis: alius filio, fratre alius aut propinquo aut amico interfectis agere grates deis, ornare lauru domum, genua ipsius advolvi et dextram osculis fatigare. Atque ille gaudium id credens Antonii Natalis et Cervarii Proculi festinata indicia impunitate remuneratur. Milichus praemiis ditatus *Conservatoris* sibi nomen Graeco eius rei vocabulo assumpsit. E tribunis Gavius Silanus, quamvis absolutus, sua manu cecidit: Statius Proximus veniam, quam ab Imperatore acceperat, vanitate exitus corrupit. Exuti dehinc tribunatu Pompeius, Cornelius Martialis, Flavius Nepos, Statius Domitius, quasi Principem non quidem odissent, sed tamen existimarentur. Novio Prisco per amicitiam Senecae, et Glitio Gallo atque Annio Pollioni, infamatis magis quam convictis, data exsilia. Priscum Artoria Flaccilla coniunx comitata est, Gallum Egnatia Maximilla, magnis primum et integris opibus, post ademptis; quae utraque gloriam eius auxere. Pellitur et Rufius Crispinus occasione coniurationis, sed Neroni invisus, quod Poppaeam quondam matrimonio tenuerat. Verginium Flavum et Musonium Rufum claritudo nominis expulit: nam Verginius studia iuvenum eloquentia, Musonius praeceptis sapientiae fovebat. Cluvidieno Quieto, Iulio Agrippae, Blitio Catulino, Petronio Prisco, Iulio Altino velut in agmen et numerum Aegaei maris insulae permittuntur. At Cadicia uxor Scaevini et Caesonius Maximus Italia prohibentur, reos fuisse se tantum poena experti. Acilia mater Annaei Lucani sine absolutione, sine supplicio dissimulata.

1. *agere grates diis* — *fatigare*, similia publici servitii et simulatae laetitiae indicia memorantur c. 73. et 14, 13. Cf. ad Agr. 42. n. 3. — *ornare lauru domum* quisque suam vel auream Neronis: nam in magna et publica et privata laetitia, plerumque tamen in nuptiis, fores templorum aediumque coronis sive sertis, corollis, floribus frondibusque lauri, hederae, oleae, myrti, rosarum exornari solebant et integra etiam laurus postibus apponi. v. Hom. Il. 1, 39. Virg. Aen. 2, 249. Iuvenal. 6, 51. 79. 227. 228. 9, 85. 10, 65. 12, 84. 91. et al. *lauro* ed. Spir. — *genua ipsius advolvi*, cf. Ind. II. v. *Supplices*. *ipsius* sc. Neronis. v. ad 4, 6, 1. — *dextram osculis fatigare*, v. ad H. 1, 29, 1. 3, 31, 2. *oculis* MS. Guelf. *osculis, oculis* MS. Flor. a m. pr. et *oculis, osculis* a m. sec. teste Iac. Gron. qui inde coniiciebat *dextram, oculos osculis fatigare*, ut ap. Arrian. in serm. Epicteti 1, 19. Πάντες οἱ ἀπαντῶντες συνήδονται· ἄλλος τοὺς ὀφθαλμοὺς καταφιλεῖ, ἄλλος τὸν τράχηλον, οἱ δοῦλοι τὰς χεῖρας. — *gaudium id:* in MS. Agr. et ed. Spir. omissum *id.* — *remuneratur*: in MSS. Corb. Harl. a m. pr. et Ies. *remunerantur*.

2. *Milichus Conservatoris* vel Servatoris *nomen Graeco vocabulo*, *Σωτῆρος*, quod non modo Iovi, sed etiam hominibus bene de civitate meritis dabatur, hebr. יְהוֹשֻׁעַ, יֵשׁוּעַ, *Ἰησοῦς*, qui a malis et periculis liberat, *σώζει*, salutis auctor, ut *Εὐεργέτης*, benefactor. Cf. ad H. 3, 74, 2. Cic. Verr. 2, 63. Spanhem. de usu et pr. num. diss. VII. p. 416. XII. p. 500. Ernestii clav. Cic. *Soter*, Fischer. ad Aeschin. Socr. 1, 12. in Ind. v. *Εὐεργέτης*. — *E tribunis*, cf. Ind. II. v. *E*, *ε*). *et tribunus* MS. Bud. — *Gavius Silanus*, v. ad c. 50. n. 1. — *veniam, quam ab Imperatore acceperat, vanitate exitus*, mortis, (v. ad 2, 71, 1.) *corrupit*, irritam fecit vana moriendi gloria. v. ad 2, 23, 1. Verba *vanitate exitus* male exponuntur a Rickl. Stromb. et Woltmanno: morte non necessaria, nimis et temere festinata, priusquam causa caedis adesset, durch einen voreiligen Tod; a Ryckio: alio mox crimine, quod capite luit; ab Ernestio: morte, quae ipsi culpa sua obtigit. „Immo Statius *veniam accepit* et, postquam acceperat, sua manu cecidit, ut urbi ostentaret rarum aliquod facinus, quippe moriens, quum vivere posset. Id vero dici poterat *vanitatis* exemplum. Nam si amore civitatis aut maerore calamitatis publicae vitam sperneret, non debebat veniam accipere, sed contemnere. Alia res fuit in Silano, qui *absolutus* sua manu cecidit.“ *Walth.* — *existimarentur* sc. odisse. Ita edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. Grut. Ern. sqq. *extimarentur* MSS. et edd. vet. Cf. ad 13, 17, 1. *extimerentur* edd. Pich. Bern. Boxh. Gron. Ryck. „Sed quare extimentur, si non oderunt Principem? At etiam ii non ferendi, qui putantur odisse Principem.“ *Ern.* „Viri illi non poterant convinci, sed ob malam existimationem dignitate exuti sunt, als verdächtige Personen. Nam *existimatur* id quod creditur non e certis documentis, sed quia sic videtur.“ *Walth.*

3. *Novio Prisco* MSS. et edd. vet. ut *D. Novius Priscus* ap. Gruter. p. 104, 6. *Nevio* MS. Guelf. a m. sec. *Nonio* edd. Pich. Bern. Gron. Ryck. — *per amicitiam Senecae*, propter eam. *Per* occasionem, *ἀφορμήν*, indicat; *Walth.* Cf. Ind. II. *propter* frustra coni. Ern. et Brot. — *Artoria Flaccilla* MS. Flor. test. Vict. et Furia. *Artoria* MS. Reg. et *Flaccilla* MS. Bodl. *Artonia Facilla* MS. Corb. *Arcoria Flacilla* ed. Spir. *Antonia Flacilla* MSS. Harl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. — *coniunx* MSS. Guelf. edd. vet. *coniux* edd. rec. — *Egnatia:* in ed. Spir. *et Gratia.* Sed cf. ad 1, 10. 16, 32. et numi ap. Ursin. et Spanh. de usu et pr. num. T. II. diss. X. p. 71. — *magnis primum et integris opibus*, cf. Ind. III. v. *Ablativi qualitatis.* — *quae utraque gloriam eius auxere:* tum *magnae ei integrae opes*, quia non detinuerunt eam, quo minus maritum in exsilium comitaretur, tum *ademptae*, quod innocenti in laudem cessit; *Bip.* „*Quod magnis et integris opibus* coniugem comitata est, exemplum est eximii amoris, egregiae constantiae: nam cum opibus suis amoenius in Urbe vixisset quam in exsilio. Tum quod postea *ademptae* sunt, etiam *auxit gloriam eius*; nam infortunia virtute parta laudibus et admiratione attollimus.“ *Walth.* *eius* recte MSS. et edd. vet. *eis* edd. Lips. Pich. Grut. sqq. ad Ern.

4. *Pellitur et Rufius Crispinus — Neroni invisus, quod P. q. m. tenuerat*, ut Otho, de quo v. 13, 45 extr. et 13, 46 extr. ut de hoc viro ad 11, 2, 1. et 12, 42, 1. *Rufius* C. MS. Ies. edd. Brot. sqq. *Rufrius* C. MSS. Flor. (teste Ryck.) Harl. Bodl. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. *Ruffrius* C. MS. Agr. ed. Spir. *Rufus* C. edd. Lips. sqq. ad Brot. — *occasione coniurationis*, cf. ad cap. 50. extr. *coniurationis occasione* ed. Spir. — *Verginium Flavum et Musonium Rufum:* in MSS. et edd. vet. *Verginium Rufum.* Sed de duobus viris sermonem esse, intelligitur e verbis seqq. *Verginius Flavus* sive *Flavius*, (nam *Flavius* etiam cognomen est cap. 50.) ut e seqq. patet, est rhetor

ille clarissimus et praeceptor Persii, de quo v. Suet. in vita Persii et Quintil. 3, 1, 21. 3, 6, 44. 4, 1, 23. 7, 4, 24. 11, 3, 126. *Musonius Rufus* philosophus, de quo v. ad 14, 59, 1. et H. 3, 81. Heeren de fontibus eclog. 1. Stobaei §. 47. *Ῥοῦφος Μουσώνιος ὁ φιλόσοφος ἐπὶ τούτοις ἐφυγαδεύθη* Xiphil. 62, 27. *Verginium* MSS. et edd. vet. tantum non omnes, ut paulo post *Verginius* MS. Flor. teste Vict. sed *Virginium* edd. Spir. Rhen. 2. 3. et *Virginius* omnes edd. vet. ut *Virgilius* et *Vergilius*. Cf. ad c. 23. n. 1. H. 1. 8. et Heynii vita Virgilii per annos digesta in princ. *Flavum*, ut in optimis MSS. Suet. l. l. et in catal. rhet. ap. Suet. *Verginium et Musonium Rufum* aut *Verginium et Rufum* legendum videbatur Lipsio, (et hoc recepere Berneg. Boxh. Gron. Ryck. Ern. illud Bekk. in ed. 1.) sed *Virginium Flaccum et Musonium Rufum* scripsere Bip. Oberl. Lün. Bekk. in ed. 2. — *claritudo nominis expulit* Urbe, exsilii causa fuit; *Ern.* — *Catulino* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. edd. Spir. Lips. sqq. *Catullino* MS. Harl. edd. cet. — *Petronio* MS. Guelf. edd. Ber. Rhen. 1. 2. 3. sqq. *Patronio* ed. Spir. *Pretonio* edd. Put. 1. 2. — *velut in agmen et numerum* exsulum sc. explendum *Aegaei maris insulae permittuntur*, permittitur, ut in has insulas exsulatum abeant; *Ern.* Cf. ad 1, 3, 6. et 3, 68, 2. — *Caesonius Maximus*, v. ad 14, 29, 1. Cf. Martial. 7, 43. unde disces, et consulem fuisse hunc Caesonium, et inter Senecae amicos, quae causa certe damnationis; *Lipsius*. *Caesonius* edd. Pich. sqq. ex emend. Lipsii. *Caesennius* MSS. Flor. (test. Ryck. et Furia) Agr. *Cesenius* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. ad Pich. *Cesēnius* ed. Spir. — *Acilia*, v. ad c. 56. n. 2. — *sine supplicio* edd. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rom. Lipsii, (?) Pich. sqq. *sin supplicio* MS. Flor. teste Pich. *in supplicio* alii MSS. et edd. omnes ante Pich. — *dissimulata*, v. ad 4, 19, 2.

CAPUT LXXII.

Quibus perpetratis Nero et concione militum habita bina numum millia viritim manipularibus divisit addiditque sine pretio frumentum, quo ante ex modo annonae utebantur. Tum quasi gesta bello expositurus vocat senatum et triumphale decus Petronio Turpiliano consulari, Cocceio Nervae praetori designato, Tigellino praefecto praetorii tribuit, Tigellinum et Nervam ita extollens, ut super triumphales in foro imagines apud palatium quoque effigies eorum sisteret: consularia insignia Nymphidio, de quo, quia nunc primum oblatus est, pauca repetam; nam et ipse pars Romanarum cladium erit. Igitur matre libertina ortus, quae corpus decorum inter servos libertosque Principum vulgaverat, ex C. Caesare se genitum ferebat, quoniam forte quadam habitu procerus et torvo vultu erat, sive C. Caesar, scortorum quoque cupiens, etiam matri eius illusit.

1. *militum* abest a MS. Corb. — *bina numûm millia viritim manipularibus divisit*, cf. Ind. III. v. *Pleonasmus*. Xiphil. 62, 27. *τί δ' ἄν τις καταλέγοι, ὅσα ἐπὶ τῇ ἐπιβουλῇ ταύτῃ ἢ τοῖς δορυφόροις ἐδόθη, ἢ τῷ τε Νέρωνι καὶ τοῖς αὐτοῦ φίλοις ὑπέρογκα ἐψηφίσθη*; — *addiditque sine pretio frumentum*, gratuitum. v. ad c. 39. n. 1. *additque* edd. Spir. Kiessl. — *quo ante ex modo annonae utebantur*, quod ante iuxta modum annonae emebant; *Brot.* *Annona* non modo frumentum dicitur, quod quovis *anno* provenit, sed etiam pretium eius ex paucitate et copia illius ortum (ut h. l.) et caritas eiusdem.

2. *gesta bello*: in ed. Spir. *bello gesta*. — *triumphale decus*, ut paulo post *triumphales imagines*, statuas. v. ad 4, 23, 1. — *Petronio Turpiliano consulari*, v. ad 14, 29, 1. *Turpiliano* edd. Lips. sqq. *Turpiano* MSS. et edd. vet. — *Cocceio Nervae praetori designato*, ex posteris illius, de quo v. ad 4, 58. et 6, 26. *Cocceio* edd. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *Coceio* MS. Guelf. *Caceio* ed. Spir. *Cocetio* edd. Put. 1. 2. — *Tigellino praefecto praetorii*, v. 14, 51. —. *super*, praeter. v. Ind. II. — *apud palatium quoque* MSS. Flor. (teste Pich.) Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. Pich. sqq. *apud pal. effigies eorum quoque* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. Grut. Paulo post *statuit* pro *sisteret* MS. Corb. *statuit: vel sisteret* ed. Spir. Hinc *statuerit* pro *sisteret* coni. Brot. Post *sisteret* addidere *dedit etiam* edd. Ber. Rhen. 1. 2. 3. et cet. ante Berneg. quae tamen absunt a MSS. et edd. Spir. Put. 1. 2. Ad *consularia insignia* intell. *tribuit*. — *Nymphidio* Sabino praef. praet. cum Tigellino. Cf. Ind. II. et Plut. vit. Galbae c. 2. p. 1053. — *quia nunc primum oblatus est*, occasio de eo loquendi oblata est. *qua nunc* MS. Flor. teste Furia, et *quem* pro *de quo* ed. Spir. — *pauca repetam*, v. ad 3, 24, 1. — *nam et ipse pars Romanarum cladium erit*, a me aliquando memorandus inter insontes et illustres viros Romae interfectos. Similia dixere Sil. 5, 329. (*Italae pars magna ruinae Appius*) 8, 426. 10, 223. Virg. Aen. 2, 6. 10, 427. 737. et alii. *ipsa pars* MS. Flor. teste Furia et ed. Spir. — *Igitur* Germ. demnach; particula, per quam auctor redit ad propositum, unde erat digressus; *Walth.* Cf. ad G. 28. n. 5. — *quae corpus* — *vulgaverat*, se corpusque suum omnibus promiscue prostituerat. — *forte quadam* (ut ap. Liv. 1, 4.) *habitu procerus et torvo vultu erat*, ut C. Caesar. v. Suet. Calig. c. 50. et Plin. 11, 37. s. 64. *forte quodam* MS. Agr. ed. Spir. *sorte quadam* MS. Bud. ut ap. Liv. 36, 35. — *scortorum quoque cupiens etiam matri eius illusit*, v. ad c. 66. n. 1. *etiam* deest in MS. Corb. *matri eius illusit*, v. ad 13, 17, 2.

CAPUT LXXIII.

Sed Nero, vocato senatu, oratione inter Patres habita, edictum apud populum et collata in libros indicia confessionesque damnatorum adiunxit. Etenim crebro vulgi rumore lacerabatur, tanquam viros et insontes ob invidiam aut metum exstinxisset. Ceterum coeptam adultamque et revictam coniurationem neque tunc dubitavere, quibus verum noscendi cura erat, et fatentur, qui post interitum Neronis in Urbem regressi sunt. At in senatu cunctis, ut cuique plurimum maeroris, in adulationem demissis, Iunium Gallionem Senecae fratris morte pavidum et pro sua incolumitate supplicem increpuit Salienus Clemens *hostem et parricidam* vocans, donec consensu Patrum deterritus est, ne publicis malis abuti ad occasionem privati odii videretur neu composita et obliterata mansuetudine Principis novam ad saevitiam retraheret.

1. *vocato senatu*: „verba mihi suspecta, quia iam c. 72. dictum *vocat senatum*. Si de alio conventu senatus hic sermo, quod non abnuam, elegans scriptor saltem addidisset *iterum* aut aliud quid." *Ern.* „Immo auctor haec addit, ut sequentia coniungantur non cum proxime antecedentibus, ubi de Nymphidio disseruit, sed cum superioribus, ubi dixerat senatum a Nerone vocatum. Recipit ergo hisce verbis filum orationis interposita narratione abruptum. Simili modo mox scribit *at in senatu*,

quia ante immiscuerat aliena quaedam." *Walth.* Cf. ad 1, 62, 1. Minus apta, quae annotavit Broterius: „Haud ita diligens verborum indagator Tacitus. Hinc c. 72. *vocat senatum* et c. 73. *vocato senatu*, ut c. 72 pr. *concione habita* et c. 73 pr. *oratione habita.*" Non damnatur ab Ern. repetitio verborum, quae etiam satis disiuncta sunt, neque *concio* c. 72. eodem sensu dicta quo *oratio* c. 73. — *edictum apud populum*, ei propositum. v. ad 3, 6, 1. — *vulgi rumore lacerabatur*, lacessebatur, incessabatur, increpabatur, quo bona eius fama violabatur, ut *lacerare probris* 4, 42. et *famam* H. 4, 79. *proscindere, perstringere.* Cf. Bentl. ad Hor. Sat. 2, 1, 85. — *viros* et, etiam, *insontes* praeter sontes; *Walth.* Ita non est quod haec corrigantur, vel omittatur *et*, ut in MS. Corb. edd. Brot. Oberl. Lün. Bekk. Kiessl. — *aut metum*: in MS. Corb. *metumque.* — *coeptam adultamque*, crescentem, auctam, (v. Ind. II.) *et revictam*, repressam. — *fatentur*; ergo qui hoc tempore adhuc vixere, nisi *fatebantur* legendum potius; *Ern.* Cogita de viris Taciti tempore etiam vivis, vel potius de scriptis eorum, unde Tacitus haec affert; *Walth.*

2. *ut cuique plurimum maeroris* scil. e iactura suorum: nam hi maxime *in adulationem demissi*, effusi, ne dolere viderentur; *Ern.* Cf. ad c. 71. princ. *dimissis* MS. Guelf. et ed. Spir. — *L. Iunium Gallionem* L. Annaei *Senecae* philosophi *fratrem* natu maiorem, M. Annaei Senecae rhetoris filium, qui primum dictus est M. Annaeus Novatus, deinde L. Iunius Annaeus Gallio, postquam adoptatus erat a Iunio Gallione rhetore, de quo v. Ovid. ex Ponto 4, 11. Sen. suas. III. et Quintil. 3, 1, 21. 9, 2, 9. „Egregius fuit declamator et fortasse proconsul ille Achaiae, de quo v. Acta Apost. 18, 12 sqq. (Inde, ut mihi videtur, commenticiae Pauli ad Senecam et Senecae ad Paulum epistolae; *Brot.*) Teste Euseb. in Chron. Ol. CCXI. propria se manu hoc anno interfecit, sed, si Dioni 62, 25 extr. fides habenda, necatus est iussu Neronis." *Ryck.* Seneca quaest. nat. lib. IV. Praef. laudat eius *comitatem et incompositam suavitatem* dicitque: *nemo mortalium uni tam dulcis est, quam hic omnibus* cet. Cf. ad 6, 3. 16, 17. O. 26. n. 1. Sen. de vita beata c. 1. Sidon. 5, 10. Fabric. ad Dion. p. 974. intpp. Stat. Silv. 2, 7. 32. Lips. ad Sen. ep. 104. Reines. inscr. 1, 99. p. 137. — *hostem et parricidam*, v. ad H. 1, 85. — *donec consensu Patrum deterritus est ne* hexameter. Cf. ad 1, 1, 1. 15, 9, 1. — *publicis malis abuti ad occasionem privati odii explendi.* Similiter 5, 3. *publica mala in occasionem gratiae trahere*, et Cic. ep. ad div. 10, 4. *ne inter aliena vitia hae gentes nostra mala suam putent occasionem.* — *neu composita et obliterata mansuetudine Principis novam ad saevitiam retraheret* edd. Berneg. sqq. ex emend. Lipsii, qui haec annotavit: „In MSS. et edd. vet. prave scriptum et in contumeliam Neronis: *neu compositam aut* vel *et* (ita MS. Flor. et ed. Pich.) *obliteratam mansuetudinem* cet. Immo hoc voluit Tacitus: neve ea, quae obliterata iam essent et tantum non deleta ex animo Principis, ille renovaret et novae saevitiae materiem suggereret." Bipontini coll. 16, 28 pr. veterem scripturam probant hoc sensu: *neu compositam*, sedatam, pacatam, (v. ad 1, 1, 4.) *et obliteratam*, ultione criminum obscuratam, *mansuetudinem* cet. „Sed hac via nil expeditur. Unum restat, ut *mansuetudinem* adulatione dictam accipias et haec German. reddas: er möchte den befriedigten oder der Rache nicht mehr gedenkenden Gnadensinn des Fürsten zu keiner neuen Grausamkeit aufregen. Nam adulatione non semel coram Principum auribus *mansuetudo* dicitur, quae satis est immansueta atque fera ratio." *Walth.* *immansuetudinem* corr. Vertr. et Pich. *neu composita et obliterata mansuetudinem Pr.* — *traherent* Acid. *neu, composita re et obliterata, mansuetudinem* cet. Ern.

CAPUT LXXIV.

Tum dona et grates deis decernuntur propriusque honos Soli, (cui est vetus aedes apud circum, in quo facinus parabatur) qui occulta coniurationis numine retexisset, utque circensium Cerealium ludicrum pluribus equorum cursibus celebraretur mensisque Aprilis Neronis cognomentum acciperet, templum Saluti exstrueretur eo loci, ex quo Scaevinus ferrum prompserat. Ipse eum pugionem apud Capitolium sacravit inscripsitque IOVI VINDICI. In praesens haud animadversum; post arma Iulii Vindicis ad auspicium et praesagium futurae ultionis trahebatur. Reperio in commentariis senatus, Cerialem Anicium consulem designatum pro sententia dixisse, ut templum divo Neroni quam maturrime publica pecunia poneretur. Quod quidem ille decernebat tanquam mortale fastigium egresso et venerationem hominum merito, quorundam ad omina dolum sui exitus verteretur: nam deum honor Principi non ante habetur quam agere inter homines desierit.

1. *Tum dona et grates deis* (in ed. Spir. *diis*) *decernuntur*, ut ap. Liv. 36, 2 princ. *Tum decreta dona — decernuntur* MSS. et edd. vet. Sed vel *decreta* vel *decernuntur* delendum. *decreta* ex dittographia ortum censet Ritter. *decora* pro eo substituendum putabat Iuretus ad Symm. 8, 26. *discreta* Hiller. racem. 18. *cetera* Iac. Gron. — *propriusque honos*, peculiaris, praecipuus; *Ern.* — *Soli, cui est vetus aedes apud Circum* maximum. De ea v. Tertull. de spect. 8.; *Lips.* — *circensium Cerealium ludicrum*, v. ad cap. 53 princ. — *mensisque Aprilis Neronis cognomentum acciperet*, cf. 16, 12. *mensisque* MSS. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *mensis quoque* MSS. Reg. Corb. edd. Spir. Brot. Bip. — *templum Saluti exstrueretur eo loci*, (v. ad 4, 4, 1.) *ex quo Scaevinus* (v. ad c. 49. p. 2.) *ferrum prompserat*, cf. c. 53. — *Ipse*, Nero, (v. ad 4, 6, 1.) *eum pugionem apud Capitolium sacravit*: „ritu veteri et recepto. v. Suet. Cal. c. 24. et Vit. c. 10. Xiphil. 77, 23. et Iustin. 9, 7. Pulchre Tertull. de resurr. carnis: *gladius bene de bello cruentus et melior homicida laudem suam consecratione pensabit.*“ *Lipsius*. *Ipse enim pugionem* MS. Reg. *apud capitolium*, v. ad 3, 46, 2. — *In praesens* (v. ad 1, 1, 2.) *haud animadversum* sc. id: tum quidem, παρὰ χρῆμα, nemo animum advertit et praesagium aliquod in ea re notavit: ante eventum non prodigii loco habitum neque observatum; *Ern.* *aut* pro *haud* ed. Spir. ut saepe. Cf. ad c. 1. et H. 3, 42. *Quod* vel *id* ante *in praesens* excidisse suspicabantur Acid. et Freinsh. Sed neutrum necessarium puto; *Ern.* — *post arma*, bellum, (v. ad 1, 2, 1.) *Iulii Vindicis* (de quo v. Ind. 1. et Suet. Ner. c. 40. 41.) *ad auspicium et praesagium futurae ultionis* ex Nerone petendae *trahebatur*: nam cognomen *Vindicis* Iovi et Iulio commune erat. *aut auspicium* ed. Spir. „*auspicium* et *praesagium* sunt synonyma. Eodem modo dictum *in prodigium et omen imminentium cladium vertebatur* H. 1, 86. extr. ubi *prodigium* et *omen* aut synonyma sunt aut per ἓν διὰ δυοῖν posita pro *omen funestum*.“ *Roth.* de synon. ap. Tac. p. 10. et 21. *et* omissum in MS. Agr. et ed. Spir. quod probabat Heinsius.

2. *Reperio in commentariis senatus*, v. ad 3, 3, 1. — *et venerationem hominum merito*, qui cultu divino ab hominibus praestando dignus et iam divus esset, etsi nondum mortuus. Ita edd. Rhen. 2. 3 sqq. *et veneratio item hominum m.* MSS. Flor. Bud. *et venerationem item h. m.*

MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. et edd. primae. *et venerationem ad deum item hominum merito* MS. Reg. unde *et venerationem deum merito* ed. Brot. Coniicias potius, Tacitum scripsisse *et venerationem iam deum merito*, et verba *item hominum* glossatori tribuenda esse. *venerationem in vita numinum m.* corr. Heinsius, *ven. coelitum m.* Iac. Gronovius, *ven. numinum m.* Muretus, Urs. et Schurzfl. „Oppositionis lex tale quid desiderat: nam *mortali fastigio* opponitur *veneratio numinum*.“ *Ern.* Cf. ad 1, 34, 2. — *quorundam ad omina dolum sui exitus verteretur* MSS. Flor. (teste Pich. sed *ad omĩa dotum*, si Victorio fides habenda) Corb. Bodl. Bud. Guelf. edd. Spir. Bekk. 2. nisi quod *ad omnia solum* habet Corb. a m. pr. et *ad omina solum* a m. sec. (quod dedit Brot.) *ad omina dolo* Bodl. *ad omnia dolum* Bud. *ad omnia dolo* Guelf. et *q ad oĩa solum* ed. Spir. Haec, etsi mendosa, retinui, quoniam vera et certa nemo inde eruet. *quod ad omen futurum sui exitus vertebatur* MS. Agr. ex emend. manifesta et parum probabili, ut *quod ad omina olim sui exitus verteretur* edd. Put. 1. 2 sqq. ad Brot. et dein Kiessl. Walth. nam *quod* hic durum parumque aptum et in *quorundam*, quod in MSS. est, aliud quid latet; *Ern.* *quorundam dolo ad omina sui exitus vertebatur* ed. Oberl. ex emend. Hilleri racem. 19. *quondam ad omina [dolum] sui exitus verteretur* ed. Ritteri, cui *dolum* vel *dotum* ex dittographia natum videtur. *quod clam ad omen ac dolum sui exitus verteret* corr. Rhen. non sine meo risu; *Lipsius.* *fuerunt tamen, quos id omen propinqui exitus adverteret* coni. I. Fr. Gron. *quo quondam ad omina dictum citi exitus verteretur* Iac. Gron. *et venerationem merito: item, hominum quorundam ad omina dolo, in signum exitus verteretur* Bipont. *quorum tamen a domino ad dolosos sui exitus verteretur* Feder obss. crit. in auct. vet. Heidelb. 1818. p. 116. Mihi olim in mentem venit *verum tamen ad omina propinqui exitus vertebatur*, quae in ordinem recepit Lünem. Sed omnia haec sunt vana, ne dicam futilia. Sensus tamen h. l. satis elucet. Cf. H. 1, 86 extr. *Exitus* est mors Neronis. v. ad 2, 71, 1. *sui* pro *eius* dictum putant. Cf. Ind. III. v. *Pronomen reciprocum.* — *deûm honor* (apotheosis) *Principi non ante habetur, quam agere inter homines desierit*, v. ad 1, 68, 1. „Pulchre et apposite huic rei Tertull. Apol. 34. *Si non de mendacio erubescit eiusmodi adulatio hominem* d e u m *appellando, timeat saltem de infausto: maledictum est, ante apotheosin* d e u m *Caesarem nuncupare.*“ *Lips.* „Augustus poetis quidem dictus est *deus*, ut Nero in provinciis, (v. Harduin. sel. opp. p. 724.) idemque in provinciis aras et sacra habuit, verum non in Urbe.“ *Brot.* Cf. ad 1, 11, 1. Caligula, Domitianus, Aurelianus, Carus, Diocletianus, Antiochus, Alexander M. et praecipue reges orientis non salutari, sed adorari volebant et *Domini ac Dii* appellari. v. Suet. in Cal. 22. in Dom. 13. Martial. 5, 8, 1. Eutrop. 9, 16. Gruner. ad Aurel. Vict. de Caes. c. 39. Spanhem. de usu et pr. num. diss. V. p. 386 sqq. et XII. T. II. p. 484. 491.

A N N A L I U M
LIBER XVI.

BREVIARIUM LIBRI XVI.

Cap. 1. 2. 3. *Somnium Cesellii Bassi de thesauro in agris suis defosso et vana Neronis spes.* 4. 5. *Principis victoria in certamine quinquennali et ita*

in auditores. Periculum Vespasiani. 6. *Poppaea mortua a Nerone laudatur pro rostris.* 7 — 9. *C. Cassius Longinus et L. Silanus relegantur et hic trucidatur.* 10. 11. *L. Antistius Vetus socrusque eius et filia intrepide et simul mortem oppetunt.* 12. *Praemia accusatoris et P. Galli relegatio. Nova mensium nomina.* 13. *Campania turbine ventorum vastata. Pestilentia. Suppletae Illyrici legiones. Clades Lugdunensis levata Principis munificentia.*

14. 15. *P. Anteius et Ostorius Scapula, consultationis Chaldaeorum rei, prompte necem subeunt.* 16. *Taciti querelae de tot caedibus.* 17. *Prompte necem subeunt Rufius Crispinus, Annaeus Mella, Cerialis Anicius;* 18. 19. *lente C. Petronius, familiaris Neroni et elegantiae arbiter.* 20. *Exsilium Siliae. Minucii Thermae damnatio immerita.*

21 — 23. *Accusati Thrasea Paetus et Barea Soranus, viri prae ceteris virtute insignes; ille a Capitone Cossutiano et Eprio Marcello, hic ab Ostorio Sabino.* 24—26. *Patres vocantur, et Thrasea deliberat cum amicis de defensione aut tentanda aut spernenda.* 27. *Nero armis obsidet senatum et infrequentiam eius increpat.* 28. *Acerba accusatio Thraseae, Helvidii Prisci, Paconii Agrippini, Curtii Montani.* 29. *Patrum miseratio et pavor.* 30. *Crimina ab Ostorio collata in Soranum et filiam eius Serviliam.* 31. 32. *Deprecatio filiae pro patre huius pro illa. Perfidia P. Egnatii philosophi.* 33. *Egregia Cassii Asclepiodoti fides. Arbitrium mortis permissum Thraseae, Sorano, Serviliae. Helvidii et Paconii exsilium. Venia Montano data. Accusatorum praemia.* 34. 35. *Thrasea hortatus Arriam uxorem, ne mariti suprema exemplumque Arriae matris sequeretur, utriusque brachii venas incidit libaturus Iovi liberatori.*

Haec unius circiter anni spatio gesta a. U. c. 818. 819.

A. SILIO NERVA, M. ATTICO VESTINO
C. SUETONIO PAULINO, C. LUCIO TELESINO COSS.

CAPUT I.

Illusit dehinc Neroni fortuna per vanitatem ipsius et promissa Cesellii Bassi, qui origine Poenus, mente turbida, nocturnae quietis imaginem ad spem haud dubiam retraxit vectusque Romam, Principis aditum emercatus, expromit, *repertum in agro suo specum altitudine immensa, quo magna vis auri contineretur non in formam pecuniae, sed rudi et antiquo pondere: lateres quippe praegraves iacere, adstantibus parte alia columnis; quae per tantum aevi occulta augendis praesentibus bonis. Ceterum, ut coniectura demonstrat, Dido Phoenissam Tyro profugam, condita Carthagine, illas opes abdidisse, ne novus populus nimia pecunia lasciviret aut reges Numidarum et alias infensi cupidine auri ad bellum accenderentur.*

1. *Illusit dehinc Neroni fortuna* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. Ber. sqq. *Neronis fortuna* MS. Flor. teste Vict. *Neroni fortunae* ed. Put. 2. — *per vanitatem ipsius,* propter vanas ipsius spes et credulitatem. Cf. Ind. II. v. *Per,* 3. — *et promissa* MSS. Flor. (test. Pich. et Vict.) Harl. Bodl. Ies. Guelf. a m. pr. Bud. edd. Put. 1. 2. Riv. Pich. Lipsii posteriores, Grut. sqq. *ex promisso* MSS. Reg. Guelf. a m. sec. et edd. Spir. Ber. sqq. ad Pich. *et promisso* e MS. Flor. enotavit Abr. Gron. quod verum videri potest, quia *promisso* in multis libris legitur et Tacitus ita constructionem verborum variare solet. v. ad 1, 7, 8. — *Cesellii Bassi* Equitis Romani. Cf. Suet. Ner. 31 extr. *Cesellii* edd. Ber. Rhen. 1. 2. 3 sqq. *Ceselli* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Put. 1. 2. *Cceselli* MS. Guelf. *Caeselli* MS. Flor. (si fides habenda Furiae, qui etiam *plenus* r

Poenus legit) et ed. Bekk. 2. — *mente turbida*, male sana, furiosa, ut saepe apud poetas; *Ern. turvida* MS. Flor. teste Furia. *torvida* MS. Guelf. in marg. — *haud dubiam* MS. Guelf. (a m. sec.) edd. omnes. *haud dubie* MSS. Flor. (test. Vict. et Furia) Corb. Bodl. Ies. Guelf. a m. pr. aeque bene, ut mihi videtur; *Walth.* — *retraxit*, traxit. Cf. Ind. III. v. *Verba comp. pro simpl.* *detraxit* MS. Corb. — *Principis aditum emercatus* dono servis dato. Cf. Iuvenal. 3, 184. *et principis* MS. Agr. Cf. Ind. III. v. *Asyndeta.* — *lateres* (aureas) *quippe praegraves iacere adstantibus parte alia columnis* sc. aureis, Goldbarren. „Strombecius interpretatur: Darüber lägen mächtige Ziegelsteine, auf der andern Seite ständen Säulen. Rectius Ricklefs. , denn überschwere Platten lägen da, indem anderswo Barren ständen. Verba *parte alia* inserviunt distinctioni, dicitque Bassus, partem specus esse repletam lateribus praegravibus, partem aliam columnis; illos *iacere*, hos *adstare*. *Lateres* intellige aureos, ut Gr. πλίνθοι. cf. Hemsterh. ad Lucian. IV. p. 390." *Walth.* *graves* ed. Spir. — *quae per tantum aevi occulta*, abdita fuisse, *augendis praesentibus bonis* Principis. Cf. Ind. III. v. *Gerundia in dativo.* Post *bonis* additum *latuerint* in MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. non in MSS. Flor. Reg. Corb. Bud. ed. Spir. Lips. sqq. et haud dubie est glossema voci *occulta* adscriptum.

2. *ut coniectura demonstrat* MSS. et edd. vet. quod recte revocarunt Kiessl. et Walth. Cf. Ind. III. v. *Verborum Modi*, 1. 2. p. 843. et Beier. ad Cic. de off. I. p. 62. *demonstret* edd. Berneg. Boxh. Gron. Ryck. *demonstraret* edd. Ern. Brot. Bip. Oberl. Lün. Bekk. Ultima litera verbi deleta in MS. Guelf. — *Dido* Gr. Διδόα et contr. Διδώ, ut ap. Virg. Aen. 4, 383. Sil. 8, 122. 231. Vell. 1, 6. al. *Dido* MS. Flor. (test. Iac. Gron. et Vict.) edd. Kiessl. Walth. Bekk. *Didonem* MSS. Bud. Guelf. edd. omnes ante Kiessl. — *Phoenissam* MSS. Guelf. Agr. edd. vet. ut Ryck. Lün. Bekk. *Fenissam* MSS. Flor. Bud. edd. Lips. Freinsh. Gron. Bip. Oberl. Kiessl. Walth. quam scripturam defendit Iac. Gronovius. Est in multis MSS. vet. qui diphthongos et *ph* respuunt. Paulo post *Cartagine* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. — *illas opes abdidisse* cet. cf. Virg. Aen. 1, 357 sqq. — *reges Numidarum et alias infensi*, cf. Virg. Aen. 4, 196 sqq. Verba *et alias* omissa in MS. Reg. ed. Spir. erasa in MS. Guelf. a m. rec.

CAPUT II.

Igitur Nero, non auctoris, non ipsius negotii fide satis spectata nec missis, per quos nosceret, an vera afferrentur, auget ultro rumorem mittitque, qui velut partam praedam adveherent. Dantur triremes et delectum navigium iuvandae festinationi. Nec aliud per illos dies populus credulitate prodentis diversa fama tulere: ac forte quinquennale ludicrum secundo lustro celebratur, oratoribusque praecipua materia in laudem Principis assumpta est: *non enim solitas tantum fruges nec confusum metallis aurum gigni, sed nova ubertate provenire terram et obvias opes deferre deos*, quaeque alia summa facundia nec minore adulatione servilia fingebant securi de facilitate credentis.

1. *nec missis per quos noscerent* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Ern. sqq. *visoribus* additum post *missis* in aliis MSS. et edd. vet. „*Visores* barbara aetate dicti, qui mitterentur ad rem *visendam* h. e. inspiciendam,

de qua lis, quaestio esset, etiam testes, qui rei gestae interfuissent, ut *visum*, *visio* ipsa inspectio. v. Cangius in Lex. Vox haud dubie insititia, qua nemo alius scriptor bonus usus est, et longe elegantius *missis per quos noscerent.*" *Ern.* Infirmis argumentis vocem defendunt Lall. Bip. Kiessl. et Günther in Athenaeo II, 2. p. 270. *missis — mittitque,* cf. Ind. III. v. *Verba eadem repetita.* — *afferrentur* MSS. Reg. Corb. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Ryck. Gron. sqq. Idem e MS. Flor. enotavit Furia, neque, aliud dare voluit, librarius, si verum est, quod Ryckius et Iac. Gronovius annotarunt, scriptum ibi esse *adferre* et initio versus seq. *rentur,* in hoc autem MS. ultimam saepius repeti syllabam ab initio alterius versus, quum vox dividatur. Inde tamen natum videtur *assererentur* in MSS. Harl. Ies. Bud. Guelf. Agr. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. ad Ryck. *asseverarentur* male coni. Ern. — *ultro,* v. ad 3, 36, 1. — *mittitque, qui — adveherent,* cf. Ind. III. v. *Verborum modi* II, 1. p. 844. et *Verborum tempora* I. p. 846. — *partam praedam* MSS. et edd. vet. nisi quod vitiose *partem* scriptum in MS. Bud. et *praedam* omissum in MS. Guelf. *paratam praedam* edd. Ern. Oberl. Lün. Bekk. Kiessl. e coni. Acid. „*Praeda parta* per latinitatem aliter dici non potest nisi de praeda ea, quae labore constet aut opera qualicunque tua, ut *parta pax, divitiae* et alia similia: at *praeda parata* est, quae sine sudore et sanguine venit, ut ap. Ovid. Her. 8, 82. et alios. Eodem sensu in fine huius cap. dicuntur *opes obviae a diis delatae* et c. 3. *oblatae,* ut *oblata praeda* Ovid. Met. 3, 246. et *parata* (non *parta*) *victoria* in simili loco Liv. 5, 6. princ. ubi v. Drak. qui interpretatur: facilis, quae quasi in manibus ac praesto est, quique plures locos et contulit et correxit." *Ern.* „Immo *partum* est nostrum gewonnen, Gallorum *gagné,* et *parta praeda* Germ. eine schon gewonnene Beute. Opponitur iis rebus, quae adhuc in nascendo et incerto versantur atque sperari tantum possunt. Sic H. 4, 70. *velut parto imperio fruebatur.*" *Walth.* Idem in Spec. 1. obss. in Tac. p. 23. sensum h. l. esse putabat: misisse Neronem, qui opes illas adveherent, uti mitti solent, qui praedam bello partam recipiant Romamque advehant. Sed coniecturae Acidalii favent synonymae dictiones ab Ern. allatae: nam *obvia* et *oblata* dicuntur, quae nobis tum facile ac sine labore et difficultate, tum praeter spem obveniunt. — *adveherent* MSS. et edd. vet. *aveherent* edd. Brot. Bip. Oberl. Lün. Bekk. ex emend. Ern. qui putabat *adveherent* sc. Romam non plane damnandum, sed *aveherent* legitimum esse verbum et ordinarium in hac re. „At spectanda est ratio locorum. Si quem mitto, ut aliunde mihi aliquid ferat, tum mitto, ut *advehat.* Cf. cap. 14. 1, 64. Suet. in Oct. c. 43. in Claud. c. 20. in Ner. c. 45. Sin vero mitto, qui a me ferat in alium locum, tum mitto, ut *avehat.* Cf. c. 23. H. 4, 18. 5, 3. Liv. 38, 42. 45, 33. Suet. Iul. c. 66. et Tit. c. 8. Iam h. l. Nero recte dicitur misisse, qui praedam *adveherent*: illa enim non a Nerone in Africam, sed inde ad Neronem ferenda erat." *Walth.*

2. *Dantur triremes et delectum navigium iuvandae festinationi* MSS. et edd. vet. *delectum remigium* (h. e. delectos remiges) edd. Ern. Bip. Oberl. Lün. Kiessl. Bekk. Ritt. e coni. Boxhornii. „Nesciunt enim, cur *triremes* et *navigium* distinguantur: *navigii* nomine etiam venire *triremes.* At hic non distinguuntur, sensusque est: *dantur triremes et,* et quidem, (v. ad 1, 33, 2.) *delectum* sc. est *navigium,* h. e. non triremes datae forte obviae et quaecunque, sed e triremibus, quae aderant, optimae, celerrimae sunt *delectae festinationi iuvandae.*" *Walth.* Alii *navigium* esse putant nautas, remiges. Cf. Ind. III. v. *Abstracta nomina pro concretis.* Sed id minus aptum est. *iuvandae festinationi,* cf. Ind. III. v. *Gerundia in dativo. festinationis* MS. Guelf. a m. rec. Haud inepte; *Walth.* — *Nec aliud per illos dies populus credulitate prodentis diversa fama tulere* omne

MSS. et edd. vet. ante illam I. Fr. Gronovii, si exceperis voces *populus* et *tulere*: nam *populus plus* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. quod vitium ortum vel e compendio scripturae *poplus*, quod est in MS. Flor., vel e glossa *populus* scripturae *p̄lus* adscripta. *tulere* MSS. Flor. Reg. Corb. edd. Gron. Brot. sqq. *tulerat* pro *tulere ac* MSS. Harl. Ies. Guelf. a m. pr. Bud. edd. Put. 1. 2. *tulerat*: *ac* MS. Guelf. a m. rec. edd. Spir. Ber. sqq. usque ad Gron. Sed *nec aliud per illos dies populus credulitate, prudentes diversa fama tulere* edd. Gron. Ern. Brot. sqq. praeter Walth. et Ritt. e coni. Boxhornii. „Non fero. Nam *vulgus* opponitur *prudentibus*, (ut 1, 47.) non *populus*, tota civitas; et egregiam sententiam fundit vetus scriptura. *Populus* — *tulere*, ut *inventus invadunt* 12, 40. (cf. Ind. III. v. *Nomina collectiva*) et *tulere*, ut 6, 49. ubi v. nota 2. *Credulitate prodentis diversa fama*, ita ut propter et secundum credulitatem prodentis, h. e. narrantis, exsisteret diversa fama. Nimirum eundo crescit fama et in diversas abit fabulas credulitate narrantis." *Walth.* Cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita.* — *quinquennale ludicrum*, quod non modo musicum, gymnicum et equestre, sed etiam poeticum oratoriumque fuit. Cf. c. 3. et ad 14, 20. — *secundo lustro*, v. ad c. 3. n. 1. — *celebratur* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Walth. Ritt. Est praesens historicum. *celebrabatur* edd. Put. 1. 2. sqq. *celebrebatur* MS. Guelf. Paulo post ante *oratoribusque* additum *anaratoribus* in MS. Flor. teste Pich. et Vict. *ab aratoribus* in MSS. Vatic. Corb. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Spir. Ber. Rhen. 1. *ab auctoribus* in MS. Agr. *ab oratoribus* in edd. Put. 1. 2. *ab actoribus* in ed. Iac. Gron. *a narratoribus* in edd. Bip. Oberl. Lün. Kiessl. *ac rhetoribus* et *ac vatibus* coni. Lips. *adulatoribus* Pich. *a vatibus* Brot. *ab cantoribus* Ern. *unde a vatibus* Boetticher. Sed nihil horum neque alia inserta in edd. Rhen. 2. 3. sqq. usque ad Iac. Gron. „Vulgo haec eduntur ita: *Ac forte q. l. s. l. celebrabatur*: *a narratoribus oratoribusque* cet. Sed ex tali distinctione male se habent huius loci partes. Nam quae sequuntur post *celebrabatur*, omni vinculo carent, quo cum praecedentibus cohaereant. Debebat addi *qua occasione* vel simile quid. Parenthesi posita cuncta egregie procedunt. Itaque haec verba sic distinguenda: *ac* (*forte q. l. s. l. celebratur*) *a narratoribus oratoribusque* cet. *Narratores* intellige quodvis declamantium et in *narratione* versantium genus rhetorum, prologorum, poetarum. De ratione rhetorum, qui Romae florebant, haec refert Suet. de claris rhet. c. 1. *Sed ratio docendi nec una omnibus, nec singulis eadem semper fuit, quando vario modo quisque discipulos exercuerunt: nam et dicta praeclare per omnes figuras, per casus et apologos aliter atque aliter exponere et narrationes tum breviter et presse, tum latius et uberius explicare consuerunt.* Igitur *narrare* est declamatorum. Hinc idem verbum dicitur de prologis ludorum, qui horum argumenta *narrant*, Terent. Andr. prol. v. 5 sqq. et proprie de fabularum scriptoribus ac poetis Phaedr. 1, 6, 2. 5, 2, 14. et alibi." *Walth.* Non male: sed scrupulum nobis iniicere queat tum parenthesis post *ac* posita, cui aptior saltem locus post *oratoribusque* assignari potuisset, tum additamentum illud *a narratoribus* eiusque explicatio. De solis potius oratoribus h. l. sermonem esse colligas e verbis sqq. *quaeque alia summa facundia fingebant.* Itaque nihil opinor h. l. excidit, sed margini adscriptum *ab oratoribus*, ut significaretur, *ab* ante *oratoribus* intelligendum esse, quod glossema deinde in contextum verborum irrepsit; unde *ab oratoribus oratoribusque* in edd. Put. 1. 2. — *non enim solitas tantum fruges nec confusum metallis* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Walth. Bekk. 2. Ritt. Male *non enim tantum solitas fruges nec metallis confusum* edd. Rhen. 2. 3. et cet. — *nova ubertate provenire terram* MSS. Flor. (test. Pich. et Vict.) Reg. Corb. Harl. Bodl. Bud. Guelf. edd. Spir. Ern. Brot. sqq. *provenire terrae* edd. Put. 1. 2.

Riv. Ber. Rhen. 1. *pr. terra* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. *pr. terras* edd. Lips. Grut. Pich. sqq. ad Ern. *novam ubertatem provenire terra* MS. Agr. „Immo *nova ubertate provenire terram* est id. qd. novo genere fetus esse fecundam et fertilem. Sic *quum bene* et *recte provenisti quumque es aucta liberis* Plaut. Truc. 2, 4, 33. et 2, 6, 35.“ *Gron.* „Recte: *provenire* est Gr. προχωρεῖν et Gall. *prospérer*.“ *Walth.* „Verbum *provenire* proprie dicitur de iis, quae terra producit, et ab his ad ipsam terram transfertur, ut *omnia plenis rura natant fossis* ap. Virg. Ge. 1, 372. Per cognationem positum est pro *abundare, scatere*.“ *Roth.* ad Agr. p. 207. et in quaest. gram. (Neuem Archiv für Phil. u. Pädag. a. 1830.) p. 39. — *obvias opes deferre deos*, ut in aureo saeculo. *obvias*, cf. nota 1. — *minore:* in MS. Flor. (teste Vict.) et ed. Spir. *minores*. In hac etiam *alii* pro *alia*. — *servilia fingebant*, falsa, qualia servi subdoli et auribus domini servientes fingere solent; *Bip.* Commenta putida, ingenuis viris indigna; *Hiller.* racem. 16. Post *servilia* excidisse *ingenia* suspicabantur Lipsius et Ern. — *securi de facilitate credentis* Neronis dictum eo sensu quo *facili feminarum credulitate ad gaudia* 14, 4.

CAPUT III.

Gliscebat interim luxuria spe inani consumebanturque veteres opes, quasi oblatis, quas multos per annos prodigeret. Quin et inde iam largiebatur; et divitiarum exspectatio inter causas paupertatis publicae erat. Nam Bassus, effosso agro suo latisque circum arvis, dum hunc vel illum locum promissi specus asseverat sequunturque non modo milites, sed populus agrestium efficiendo operi assumptus, tandem posita vecordia, non falsa antea somnia sua seque tunc primum elusum admirans, pudorem et metum morte voluntaria effugit. Quidam vinctum ac mox dimissum tradidere, ademptis bonis in locum regiae gazae.

1. *Gliscebat interim luxuria* Neronis *spe inani* a Basso facta (v. cap. 1. 2.) *consumebanturque veteres opes* cet. unde orta *paupertas publica*. Quae referenda ad domum auream, piscinam fossamque Neronis. Cf. Suet. Nec. c. 31. — *oblatis*, v. ad cap. 2. n. 1. Vox omissa in MS. Guelf. et male *per multos annos* in MS. Corb.

2. *Bassus effosso* et perfosso *agro suo* — *assumptus*: „Simillima stultitia Pompeii exercitum incidit, quum is in eadem Africa contra Domitium et Iarbam militaret: nam quum quidam thesauros aliquos casu reperissent, fuere qui dicerent persuaderentque, totum eum locum auri plenum a cladibus Poenorum ibi repositi; atque ita miles avidus ad fodiendum se dedit per plures dies, Pompeio ridente simul et indignante, tantam illam multitudinem stulta avaritia et labore fatigari, donec tandem fessi et irriti clamarent: *duceret iam quo vellet; satis se poenarum stultitiae suae dedisse.* v. Plut. Pomp. c. 11.“ *Lips.* — *hunc vel illum locum promissi specus* MS. Flor. (teste Iac. Gron.) edd. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3 sqq. *hunc vel illum locum promi specus* MS. Bud. edd. Put. 1. 2. *hoc vel illo loco promi specus* MSS. Harl. a m. sec. Bodl. Guelf. *haec vel illo loco promi sp.* MSS. Harl. a pr. m. et Ies. *hunc vel illum locum* MSS. Reg. Agr. ed. Spir. omissis verbis *promissi specus*, quae fortasse redundant; *Brot.* — *non falsa antea somnia sua* MS. Flor. (test. Pich. et Vict.) edd. Pich. sqq. usque ad Ern. *ante* MSS. Bud. Guelf. edd. ante Pich. idque revocatum ab Ern. et sqq. ut multitudo ὁμοιοτελεύτων vitaretur. Haec tamen non insolita. Cf. Ind. III. v. *Ho-*

moeoteleuta. *an* MS. Guelf. pro *ante* et *falso* MS. Harl. — *seque tunc primum elusum*, v. ad 2, 52, 2. „*Tunc*, eo tempore, quo somnium habuerit: malim tamen *nunc*.“ *Ern.* Sed v. ad 2, 26, 5. *primo* MS. Reg. et ed. Spir. — *admirans:* in MS. Flor. teste Vict. *ammirans.* — *vinctum:* in ed. Spir. *incertum.* — *in locum regiae gazae*, abditarum Didonis *opum*, quarum spem fecerat. v. cap. 1. extr.

CAPUT IV.

Interea senatus propinquo iam lustrali certamine, ut dedecus averteret, offert Imperatori victoriam cantus adiicitque facundiae coronam, qua ludicra deformitas velaretur. Sed Nero, *nihil ambitu, nec potestate senatus opus esse*, dictitans, *se aequum adversus aemulos et religione iudicum meritam laudem assecuturum*, primo carmen in scena recitat: mox flagitante vulgo, *ut omnia studia sua publicaret*, (haec enim verba dixere) ingreditur theatrum cunctis citharae legibus obtemperans, ne fessus resideret, ne sudorem nisi ea, quam indutui gerebat, veste detergeret, ut nulla oris aut narium excrementa viserentur. Postremo flexus genu et coetum illum manu veneratus sententias iudicum opperiebatur ficto pavore. Et plebs quidem Urbis, histrionum quoque gestus iuvare solita, personabat certis modis plausuque composito. Crederes laetari; ac fortasse laetabantur per incuriam publici flagitii.

1. *Interea senatus* cet. cf. Xiphil. 61, 20. et Suet. Ner. c. 21. a quibus multa etiam relata sunt a Tacito omissa. — *propinquo iam lustrali certamine*, quinquennali s. Neronio. v. ad 14, 20, 1. „Scaliger emend. temp. p. 469. 470. certamen hoc anno sexto celebrari miratur, quum tamen Suetonius ante praestitutam diem revocatum scripserit. Sed institutum est a. U. 813. et nunc secundo editum a. U. 818.“ *Lipsius.* „Petavius in doctr. temp. l. 11. c. 15. defendit Tacitum ex eo quod iste agon quinquennalis fuerit et lustralis i. e. quinque solidis annis vertentibus instauratus ad modum *lustri* Romani, non Olympiadis: victoriam Neronis alteram ab Eusebio notatam non fuisse secundi agonis Neronei, de quo Tacitus. Sane Tacitus ipse cap. 2. *secundum lustrum* vocat: quod de annis quinque solidis in hoc agone accipiendum esse, constare hodie ait Pagius Crit. Bar. ad a. Chr. 60. Quum Tacitus 14, 21. eum agona ad modum *Graecorum certaminum* institutum dicit, id de ritu et genere ludorum potius quam tempore accipiendum. Neque tamen commode Eusebius de alius certaminis corona accipitur: quod quale fuerit et qua de causa institutum, non dixerit utique Petavius. Quid? quod etiam sic anni non conveniunt: nam primum agona recte dicit ab Eusebio conferri in annum periodi Iulianae 4772. secundum a Tacito conferri in annum 4778. Atqui Suetonius etiam ante legitimum tempus revocatum dicit: quod non nisi de secundo accipi potest; partim propter modum loquendi, quo Suetonius utitur, partim quia bis tantum Nero illum agona celebravit. Sed haec aliis diligentius excutienda relinquimus.“ *Ern.* — *ut dedecus averteret* Principis cithara cantaturi in scena, ut paulo post *ludicra deformitas.* — *adiicitque* MSS. Flor. (in quo, ut in Bud. *adicitque*) Corb. Bud. Guelf. edd. Spir. Pich. sqq. *adiicit* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. Grut.

2. *nihil ambitu — opus esse,* captatione gratiae. — *se aequum adversus aemulos*, aequalem et parem fore in hoc certamine; *Lips.* „*Aequum*

intellige de gradu et loco, non de animo. *Adversus* exprimit quamcumque rationem, quae est inter duo sibi invicem opposita.“ *Walth.* Cf. ad 1, 63, 2. et 6, 25, 1. Sed malim iungere *se aequum assecuturum,* quod aequum esset, iustam iudicum sententiam, meritam victoriam. *adversum aemulos* MSS. Corb. Harl. Bodl. Guelf. ed. Spir. *adversum aequos aemulos* MS. Reg. — *carmen in scena recitat,* cf. ad 14, 16, 1. et 15, 39 extr. — *mox flagitante vulgo — cunctis citharae legibus obtemperans* cet. Plura et accuratiora pete e Xiphil. 61, 20. Suet. in Ner. 24. et in Vit. 4. *vulgo flagitante* ed. Spir. — *citharae,* artis citharoedicae. — *ea, quam indutui gerebat, veste,* cf. Ind. III. v. *Dativus obiectivus.* „Ita ap. Apul. Florid. 2. pr. p. 346. ed. Elm. *habebat indutui ad corpus tunicam interulam — cinctui balteum, amictui pallium candidum,* et ap. Cic. Tusc. qu. 5, 32. *mihi amictui est Scythicum tegmen.*“ *Pich.* — *viserentur* MS. Ies. a m. sec. et edd. Put. 1. 2. sqq. *viserent* MSS. Flor. Bud. Guelf. aliique et ed. Spir. „Quod aeque bonum est intellecto *spectatores.* Potuit tamen e *viserent* facile fieri *viserent.*“ *Walth.* — *Postremo flexus genu,* cf. Ind. III. v. *Accusativi verbis iuncti more poetarum et Graecorum* p. 801. „Immo et sollennia histrionum verba haec pronuntians κύριοί μου, εὐμενῶς μου ἀκούσατε, quod est *principium* ap. Suet. Ner. c. 21. anteloquium scilicet illud citharoedicum emerendi favoris, uti et principia quaedam legitimo carmine, olim oratorum.“ *Lips.* — *et coetum illum manu veneratus,* basia sive oscula blanda iactans ad spectatores, quod proprie dicitur *adorare.* v. ad H. 1, 36, 3. „In culpa hoc ponit Tacitus. Tamen Imperatoribus postea id servatum, ut sollenni ritu populum adorarent in circo, de quo pulchre Claudian. de VI. cons. Honor. V. 611 sqq. *o quantum populo secreti numinis addit Imperii praesens species quantamque rependit Maiestas alterna vicem, quum regia circi Connexum gradibus veneratur purpura vulgus Consensuque cavae sublatus in aethera vallis Plebis adoratae reboat fragor.*“ *Lips.* Copula ante *coetum* est in libris vet. et in edd. Pich. Berneg. Gron. Ryck. omissa vitio operarum, ut videtur; *Walth.* — *sententias iudicum opperiebatur ficto pavore,* cf. Xiphil. 63, 9. et Suet. Ner. c. 23. — *plebe quidem urbis* MSS. Flor. (teste Vict.) Reg. Corb. Bud. Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *verbis* pro *urbis* MSS. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Riv. Ber. Rhen. 1. — *histrionum quoque gestus iuvare solita:* „studium histrionum favore, plausu incitare, ut ap. Liv. 1, 12. *favore addere animum* et cap. 25. *tum clamore Romani adiuvant militem suum.*“ *Ern.* In ed. Spir. *quae* pro *quoque.* — *personabat certis modis plausuque composito,* v. ad 14, 15 extr. et 15, 34, 1. *apposito* MS. Agr. quod e compendio ɔ*posito* ortum est; *Walth.* — *per,* propter, (cf. Ind. II.) *incuriam publici flagitii* edd. Ern. Lall. Bip. sqq. ex emend. Acid. *iniuriam* MSS. et edd. omnes ante Ern. „Hoc tenet Broterius et cum Huetio ita exponit: etsi sibi iniuria per publicum hoc flagitium fieret et magnum sibi dedecus conscisceretur. Verum praepositio *per* causae vim habet et male sic in adversativam detorquetur.“ *Oberl.* Illa non insunt his verbis; *Walth.*

CAPUT V.

Sed qui remotis e municipiis severamque adhuc et antiqui moris retinentes Italiam, quique per longinquas provincias, lasciviae inexperti, officio legationum aut privata utilitate advenerant, neque aspectum illum tolerare, neque labori inhonesto sufficere, quum manibus nesciis fatiscerent, turbarent gnaros ac saepe a militibus verberarentur, qui per cuneos stabant, ne quod temporis momentum impari clamore aut silentio segni

praeteriret. Constitit, plerosque Equitum, dum per angustias aditus et ingruentem multitudinem enituntur, obtritos et alios, dum diem noctemque sedilibus continuant, morbo exitiabili correptos: quippe gravior inerat metus, si spectaculo defuissent, multis palam et pluribus occultis, ut nomina ac vultus, alacritatem tristitiamque coeuntium scrutarentur. Unde tenuioribus statim irrogata supplicia, adversus illustres dissimulatum ad praesens et mox redditum odium. Ferebantque Vespasianum, tanquam somno conniveret, a Phoebo liberto increpitum aegreque meliorum precibus obtectum, mox imminentem perniciem maiore fato effugisse.

1. *Sed qui remotis e municipiis severamque adhuc et antiqui moris retinentes Italiam — advenerant* MSS. praeter cod. Agr. et edd. vet. *Italiam antiqui moris*, genit. qual. Cf. ad 3, 52, 2. „*Retinere* est Germ. noch haben, ut *retinere ferociam* et *iras*, 1, 12. 45." *Walth*. In MS. Agr. *severaque et adhuc antiqui moris retinente* (cf. ad 2, 38, 5.) *Italia*, quae in contextum recepere Freinsh. Gron. Ryck. Lall. Lün. „Haec a Taciti sensu aliena mihi videntur: nam non omnis Italia tunc erat *severa et antiqui moris retinens*, sed *remota* tantum ab Urbe *municipia*; Urbis proxima eius *lasciviae* contactu erant foedata." *Brot*. *severamque adhaec* MS. Guelf. *severique adhuc — Itali* coni. Harl. — *per longinquas provincias*, ex iis. *longinquas* MS. Flor. (in quo scriptum *lonquas* h. e. *longinquas*) edd. Pich. et sqq. ante Ern. *longas* MSS. cet. et edd. tam veteres ante Pich. quam recentiores inde ab Ern. nam *longus* etiam pro *longinquus* dicitur. v. Drak. ad Liv. 4, 18. et ad Sil. 3, 422. 4, 374. 5, 9. 6, 628. Heins. ad Ovid. rem. am. v. 595. et Broukh. ad Tibull. 1, 4, 18. „Sed apud Tacitum *longum* ubique est vel diuturnum de tempore, (ut 1, 1. 8. 46. 53. 69. al.) vel longe porrectum de spatio, (1, 20. 59. 63.) et *longinquum* longe remotum de distantia, ut *longinquae provinciae* h. l. et H. 1, 76. Hoc vero sibi vult compendium MS. Flor." *Walth*. — *lasciviae inexperti* edd. Put. 1. 2. sqq. *lasciviam experti* MSS. Flor. (test. Vict. et Furia) Bud. Guelf. ed. Spir. Coaluit syllaba *in* cum praecedenti vocabulo; *Walth*. — *officio legationum*, de quibus urbium legationibus v. leg. 4. D. de legat. *officio legationum aut privata utilitate*, cf. Ind. III. v. *Ablativi substantivorum absoluti*. Paulo post *nec aspectum* MS. Guelf. — *neque labori inhonesto sufficere*, satisfaciebant, pares erant, (v. ad 1, 13, 1.) h. e. eum non callebant nec satis scite perficere poterant, *quum manibus nesciis*, quia manus plaudendi nesciae h. e. ipsi artis plaudendi ignari erant, *fatiscerent*, fatigarentur, (v. ad 3, 38, 1.) et *turbarent gnaros*, peritos plaudendi. *labori inhonesto sufficere* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *labore i. s.* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. „Haec scriptura antiqua est vera. *Sufficere*, satis facere, *labore inhonesto*, Germ. in Ansehung der schandbaren Handlung. Verbum *sufficere* absolute dictum, ut 1, 13. *quinam adipisci principem locum suffecturi abnuerent*." *Walth*. Sed vulgaris lectio tum usui loquendi, tum contextui verborum convenientior esse videtur, et 1, 13. ad *suffecturi* intell. *principi loco*. *turbarentque* MS. Agr. ex emend. Sed cf. Ind. III. v. *Asyndeta*. *ignaros* ed. Put. 2. — *per cuneos*, inter ordines ac sedilia theatri. v. Lips. de amphith. c. 13.

2. *Constitit*, constat inter omnes rei testes et scriptores, *plerosque Equitum* cet. Cf. Suet. Ner. c. 23. *Consistit* MS. Flor. teste Vict. *plerosque*, v. ad 3, 28. extr. *plerosque militum* MSS. Reg. Agr. ed. Spir. — *enituntur* perrumpere; *Ern*. — *dum diem noctemque sedilibus continuant*,

ut 14, 20. *dies totos ignavia continuare* in theatris. *sedibus* ed. Spir. — *morbo exitiabili*, comitiali; *Ern.* „Xiphilinus dicit 63, 15. quosdam προσποιεῖσθαι ἐκθνήσκειν, καὶ νεκρῶν δίκην ἐκ τῶν θεάτρων ἐκφέρεσθαι.“ *Walth.* — *quippe gravior inerat metus* cet. „O ludos, o ineptias, sed cruentas et tristes! nam mors comes aut exsilium, si quis segniter audivisset scilicet hunc Phoebum. Philostratus scite narrat 4, 39. *Apollonium venisse Romam et in hospitium quoddam per haec tempora devertisse: ibi autem hominem quendam scenico habitu citharam tenentem et pulsantem, cantantem etiam, sed rudi et absona voce, supervenisse, qui solitus esset urbem ita perambulare et Neronis carmina cantillare. Quae si quis aut negligentius audisset aut mercedem condignam non dedisset, ab eo tanquam impietatis reus conviciis petebatur aut in carcerem ducebatur. Chordam praeterea usu detritam et fractam, quae in ipsa Neroniana cithara fuisset, ut cimelium aliquod in arcula ferebat atque eam emptam sibi duabus minis ferebat, nec cuiquam porro vendituruin, nisi qui praestantissimus in ea arte esset et aliquando Pythiis vicisset.* Atque addit, Apollonium ipsum et comites eius, quum affici non viderentur, accusatos ab eo ut *divinae vocis contemptores*, sed mercedula tamen data hominem placasse.“ *Lipsius. gravior erat metus* ed. Spir. — *multis palam οὖσι et pluribus occultis*, v. ad 11, 22, 1. — *adversus:* in MS. Guelf. edd. Spir. Bekk. 2. *adversum.* — *dissimulatum ad praesens* (v. ad 1, 1, 2.) *et mox redditum odium*, prolatum; *Ern. editum odium* MS. Bud. a m. pr. quod volebat Groslot. in Syll. Burm. T. I. p. 353. „Sed *reddi* dicuntur, quae ultionis studio fiunt, Germ. vergolten werden.“ *Walth.* Oppositum potius *dissimulatum.* Cf. ad 4, 35, 2. et 14, 33. extr. *Odium* occultum fortius *redditur*, emittitur; *Bip.* — *Vespasianum, tanquam somno conniveret, a Phoebo liberto increpitum* cet. „Hoc igitur periculum Romae adiit, sed simile in Achaia, de quo Suet. Vesp. c. 4. *peregrinatione Achaica inter comites Neronis, quum cantante eo aut discederet aut praesens obdormisceret, gravissimam contraxit offensam prohibitusque non contubernio modo sed etiam publica salutatione.* Itaque saepius in ista re subrusticus et vere Sabinus vir peccavit. *Phoebus libertus* admissionum fuit. v. Suet. Vesp. c. 14. De eo lapis ap. Gruter. p. 610, 7. *Ti. Claudio Aug. l. Phoebo Claudia panatychis.*“ *Lipsius. Vespesianum* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Cf. ad H. 1, 1. — *maiore fato:* „videtur respexisse ad poetis iactata *fata magna, maiora* de quibus copiose Bentl. ad Horat. ep. 2, 1, 6. Sensus: quia maioribus rebus destinatus erat nec posset adeo a Nerone perimi.“ *Ern.* Cf. ad 6, 22, 1. *maiore facto* ed. Spir.

CAPUT VI.

Post finem ludicri Poppaea mortem obiit fortuita mariti iracundia, a quo gravida ictu calcis afflicta est. Neque enim venenum crediderim, quamvis quidam scriptores tradant odio magis quam ex fide: quippe liberorum cupiens et amori uxoris obnoxius erat. Corpus non igni abolitum, ut Romanus mos, sed regum externorum consuetudine differtum adoribus conditur tumuloque Iuliorum infertur. Ductae tamen publicae exsequiae, laudavitque ipse apud rostra formam eius et quod divinae infantis parens fuisset, aliaque fortunae munera pro virtutibus.

1. *Poppaea Sabina mortem obiit fortuita mariti iracundia* cet. cf. Suet. Ner. c. 35. ubi etiam causa huius iracundiae memoratur. *iracundia*, propter eam. cf. Ind. III. v. *Ablativi substantivorum absoluti.* — *a quo*

gravida ictu calcis afflicta est: Nero *κυούσῃ αὐτῇ λὰξ, εἴτε ἑκὼν εἴτε ἄκων, ἐνέθορεν.* *calcis ictu* ed. Spir. — *neque enim venenum crediderim* scil. ei datum esse. Cf. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 20. An leg. *veneno*, scil. *mortem obiit*? — *amori uxoris obnoxius erat*, cf. ad 3, 58 extr. et H. 2, 56.

2. *Corpus non igni abolitum, ut Romanus mos*, de quo Plinius 7, 54. *Ipsum cremare apud Romanos non fuit veteris instituti: terra condebantur. At postquam longinquis bellis obrutos erui cognovere, tunc institutum. Et tamen multae familiae priscos servavere ritus.* Cf. ad G. 27. n. 2. *igni*, v. ad 3, 21, 1. *ut Romanis mos* MS. Agr. Utrumque bene dicitur. — *sed regum externorum consuetudine differtum odoribus conditur*, v. ad H. 5, 5 G. 27. n. 3. Sil. 13, 474 sqq. „Plinius 12, 18. s. 41. dicit: *periti rerum affirmant, non ferre tantum annuo fetu Arabiam, quantum Nero Princeps novissimo Poppaeae suae die concremaverit.*“ *Lips.* „Si non combusta Poppaea in rogo, quomodo *concrematum* tantum aromatis? nam ante dixerat Plinius, aromata adhiberi *urendis defunctis*. Plinius videtur audisse, absumptum tantum in funere Poppaeae, et retulisse hoc e more solito ad combustionem. Tacitus audiendus.“ *Ern.* — *tumuloque Iuliorum infertur*, v. ad 1, 8, 6. et 3, 4, 1. — *Ductae tamen publicae exsequiae*, v. ad 3, 5, 1. *publicae* MS. Guelf. edd. Spir. Lips. posteriores, Grut. Pich. sqq. *publice* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. priores. — *laudavit ipse* Princeps (v. ad 4, 6, 1.) *apud rostra* (v. ad 2, 81, 1. et Ind. II. v. *Apud*) *formam eius*, cf. Ind. I. v. *Laudatio funebris*. — *famam eius* ed. Spir. — *et quod divinae infantis parens fuisset*, v. 15, 23.

CAPUT VII.

Mortem Poppaeae, ut palam tristem, ita recordantibus laetam ob impudicitiam eius saevitiamque, nova insuper invidia Nero complevit prohibendo C. Cassium officio exsequiarum. Quod primum indicium mali, neque in longum dilatum est. Sed Silanus additur, nullo crimine, nisi quod Cassius opibus vetustis et gravitate morum, Silanus claritudine generis et modesta iuventa praecellebant. Igitur missa ad senatum oratione removendos a re publica utrosque disseruit, obiectavitque Cassio, quod inter imagines maiorum etiam C. Cassii effigiem coluisset ita inscriptam: *DUX PARTIUM*. Quippe semina belli civilis et defectionem a domo Caesarum quaesitam; ac ne memoria tantum infensi nominis ad discordias uteretur, assumpsisse L. Silanum iuvenem genere nobilem, animo praeruptum, quem novis rebus ostentaret.

1. *Mortem Poppaeae, ut palam tristem, ita recordantibus laetam*, in mentem revocantibus flagitia Poppaeae; *Hiller.* racem. 18. et *Oberl.* „Frustra Muretus coniecit *recondentibus* et Ernestius *ita laetam recordantibus impudicitiam* cet. Opposita sunt *palam tristem* et *laetam recordantibus*, Germ. durch die Erinnerung.“ *Walth.* — *nova insuper invidia Nero complevit*, cumulavit, indigniorem reddidit, *mortem*, cuius culpam sustinebat; *Ern.* — *prohibendo C. Cassium officio exsequiarum*, quo minus iis interesset, qui suprema officia Poppaeae praestarent, solverent. De tali *officio* v. ad 1, 8, 1. 2, 42, 1. 5, 2, 1. et de *C. Cassio* Longino ad 3, 75, 1. et 6, 15, 1. — *Quod primum indicium mali* fuit, malorum Cassio imminentium, quae Nero ei pararet. — *Silanus*, L. Iunius Silanus C. Cassii discipulus, *additur* simul damnandus. De eo v. ad 12, 58, 1. et 15, 52, 1. *Silanus* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Lips. sqq. *Syllanus* MS.

Guelf. et edd. vet. Ita et c. 8. 9. aliisque locis. Cf. Ind. I. — *praecellebant:* in ed. Spir. *praecellebat,* quod aeque bonum et fortasse rectius est; *Walth.* Cf. ad 12, 45, 1.

2. *removendos a re publica,* ab eius administratione, a publicis muneribus. — *obiectavitque:* in MSS. Corb. Agr. ed. Spir. *obiectatumque.* Non male; *Ern.* Immo vulgatum accuratius rem ad Neronem refert, quum in *obiectatum* etiam senatores cogitari possint; *Walth.* — *etiam* abest a MS. Bud. et commode potest abesse; *Oberl.* — *C. Cassii* avi (qui Caesaris percussor fuit), *effigiem coluisset ita inscriptam: DUX PARTIUM* Pompeianarum. Cf. Suet. Ner. c. 37. et de titulis nomini subiectis in imaginibus Lips. Elect. 1, 29. *Dux Partium* MSS. Corb. Bud. edd. Oberl. Lün. Bekk. Kiessl. *Duci Partium* MS. Guelf. et edd. omnes ante Oberl. neque aliud enotatum est e MS. Flor. „Si verum est *Duci,* fortasse vitiosum *ita,* quo deleto mollior est dativus: nam non potuit esse in imagine scriptum *duci partium,* quasi ea imago ipsi consecrata esset et honori eius posita, quia fuit inter ceteras gentis imagines, sed in titulis nomini subiectis fuit etiam *dux partium.*“ *Ern.* „Immo potuit. Cf. 15, 74. Scaevinus *pugionem apud Capitolium sacravit inscripsitque Iovi Vindici.* Suet. Vit. c. 10. *lapidem Memoriae Othonis inscriptum.* Plut. in Cic. p. 876. *καὶ τὸ μὲν ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς — εἰς Καπιτώλιον κομίσας ἀνέθηκεν ἐπιγράψας Ἀθηνᾷ Ῥώμης Φύλακι.*“ *Walth.* Sed haec non sufficiunt ad refutandum Ernestium: nam exempla illa non spectant ad imagines gentium et titulos in iis subiectos nominibus gentilium, sed ad dona diis et Imperatori sacrata, neque illis locis dictum *ita inscripsit* vel *inscriptum,* sed simpliciter *inscripsit* et *inscriptum;* hoc vero est idem quod *sacrum fecit* vel *sacravit* et *sacrum esto,* quae in talibus donariis adiici solent nominibus eorum, quibus dicantur, vel haec ad dativos illos intelligenda sunt. — *ac ne memoria tantum infensi nominis ad discordias uteretur* cet. edd. Ern. Brot. sqq. ex emend. Lipsii et Faerni. *ac memoria* MSS. Flor. Reg. Corb. Bud. Agr. ed. Spir. *ac ut memoria* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. ad Ern. „Recte Lipsius *ac ne.* Hoc enim significat: et quasi non sufficeret infamis ac damnati hominis memoriam renovare palamque coluisse, quod nihil aliud quam parricidium eius probare et ad simile scelus praesentes vocare, *assumpsisse L. Silanum,* eum partibus adiunxisse; vel etiam: ac ne ad rebellionem stimulandam una hostis Caesarum imagine niteretur, in qua praeter nomen nihil est additamenti, *assumpsisse Silanum* cet.“ *I. Fr. Gron.* Credo, id *ne* ob syll. seq. *me* excidisse et ab hac esse absorptum; *Oberl.* Utique, et deinde ab aliis male insertum *ut.* — *animo praeruptum,* v. ad 5, 3, 1. *praeruptum* MSS. Flor. Vat. Corb. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. a m. pr. et edd. Lips. Pich. sqq. *promptum* MSS. Reg. Guelf. a m. sec. Harl. in marg. et edd. vet. ante Lips. „Hoc natum ex *p̃ruptum,* quod comp. scriptum est in MS. Flor. teste Vict.“ *Walth.* — *quem novis rebus ostentaret,* v. ad 1, 3, 5. et 2, 78, 1.

CAPUT VIII.

Ipsum dehinc Silanum increpuit iisdem quibus patruum eius Torquatum, tanquam disponeret iam imperii curas praeficeretque rationibus et libellis et epistolis libertos; inania simul et falsa: nam Silanus intentior metu et exitio patrui ad praecavendum exterritus erat. Inducit posthac vocabulo indicum, qui in Lepidam Cassii uxorem, Silani amitam, incestum cum fratris filio et diros sacrorum ritus confingerent. Trahebantur ut conscii Vulcatius Tullinus ac Marcellus Cornelius

senatores et Calpurnius Fabatus Eques Romanus, qui appellato Principe instantem damnationem frustrati mox Neronem circa summa scelera distentum quasi minores evasere.

1. *Silanum increpuit iisdem* verbis *quibus patruum eius Torquatum* Silanum — *libertos*, cf. 15, 35. — *epistolis*: in MS. Flor. teste Vict. *epistulis*, ut 1, 30. 36. in MS. Flor. et ed. Ber. *epistulas*, 2, 70. 78. in edd. Ber. Rhen. 2. 3. Ald. *epistulas* et *epistulis*. — *inania simul et falsa* MSS. Flor. (teste Pich.) Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Pich. sqq. *et inania simul et falsa* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. Grut. — *intentior metu*, cautior. Cf. 6, 50. 14, 3. — *exitio patrui ad praecavendum exterritus erat*, v. ad 2, 62, 2. *erat* omissum in MS. Reg.

2. *Inducit posthac vocabulo indicum*, incitat aliquos ad delationem. Inter *indices* fuit Heliodorus, de quo v. ad 15, 52, 2. — *Lepidam Cassii uxorem, Silani amitam*: ergo duas filias C. Appio Silano peperit Aemilia Paula, Iuniam Calvinam (v. 12, 4.) et hanc Iuliam Lepidam; *Ryck*. — *incestum cum fratris filio*, L. Silano, cuius *amita* erat Lepida; *Brot*. — *diros sacrorum ritus*, cf. ad 2, 27, 1. et 2, 69, 2. — *Trahebantur*, rapiebantur in ius, vel ad supplicium. — *Vulcatius Tullinus*: „credo *Vulcatius Tertullinus*, de quo v. H. 4, 9.“ *Lips*. *Volcacius* MS. Flor. teste Vict. *Volcatius* MS. Bud. *Volocatius Rulinus* MS. Guelf. — *Marcellus Cornelius*, cf. H. 1, 37. — *Calpurnius Fabatus*, prosocer Plinii iunioris; *Lips*. v. Plin. ep. 4, 1. 5, 12. 7, 32. 8, 10. 10, 121. Gruter. p. 382, 6. *Calpurnius* edd. Lips. sqq. *Calphurnius* MS. Guelf. et edd. vet. — *appellato Principe*, v. ad 14, 28, 1. — *circa summa scelera distentum*, cf. ad 11, 12, 1. *scelera summa*, maxima, vel summorum, nobilissimorum virorum, quibus *minores* opponi videntur. — *quasi minores evasere*, v. ad 15, 20, 1. et H. 2, 16. extr.

CAPUT IX.

Tum senatus consulto Cassio et Silano exsilia decernuntur: de Lepida Caesar statueret. Deportatusque in insulam Sardiniam Cassius et senectus eius exspectabatur. Silanus, tanquam Naxum deveheretur, Ostiam amotus; post municipio Apuliae, cui nomen Barium est, clauditur. Illic indignissimum casum sapienter tolerans a centurione ad caedem misso corripitur suadentique venas abrumpere, *animum quidem morti destinatum*, ait, *sed non permittere percussori gloriam ministerii*. At centurio, quamvis inermem, praevalidum tamen et irae quam timori propiorem cernens, premi a militibus iubet. Nec omisit Silanus obniti et intendere ictus, quantum manibus nudis valebat, donec a centurione vulneribus adversis tanquam in pugna caderet.

1. *Tum* MS. Flor. (teste Iac. Gron.) edd. Spir. Walth. *Tunc* MSS. et edd. cet. *senatus consulto* MS. Flor. (*S. C.* teste Victorio, ut plerumque) edd. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Lips. Grut. Pich. Bern. Gron. Walth. ut 3. 51. 6, 15. 17. et plurimis locis. *consulto senatus* MSS. Guelf. Agr. edd. Spir. Put. 1. 2. Ryck. Ern. sqq. ut 11, 35. *consulto senatu* MSS. Flor. (si verum vidit Iac. Gron.) Bud. ed. Bekk. Sed haec neque huic loco conveniunt, (cuius sententia est: SCto decretum, ut Cassius et Silanus in exsilium agerentur, utque Caesar ipse de Lepida statueret) neque cap. 7. nam Nero scripserat senatui quid vellet, non eum consulue-

rat. — *Deportatusque in insulam Sardiniam Cassius* cet. v. ad 1, 3, 6. et 6, 15, 1. — *et senectus eius exspectabatur* edd. Ern. Brot. sqq. e felici emend. Franc. Medicis. v. ad 11, 26, 1. Vitiose *et senatus eius* MSS. Flor. Reg. Bud. Guelf. ed. Spir. *et penates eius* MS. Agr. *et senatus ius* edd. Put. 1. 2. et cet. ante Ern. — *Silanus tanquam — clauditur,* cf. ad 1, 3, 6. 12, 58, 1. 15, 52, 1. — *Ostiam* sive *Hostiam amotus* edd. Lips. Pich. sqq. *Hostia amotus* edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. h. e. e portu Ostiensi nave avectus; *Walth.* — *post:* in MS. Guelf. et ed. Spir. *postea.* — *cui nomen Barium est* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. Walth. Bekk. 2. Ritt. *cui nomen est Barium* edd. cet. a Rhen. 2. 3. ad Walth.

2. *suadentique venas abrumpere,* cf. ad 4, 22, 2. et Ind. III. v. *Infinitivi* nr. 7. — *premi,* v. ad 14, 5, 1. — *intendere ictus,* v. ad 1, 28, 3. — *manibus nudis*: in ed. Spir. *nudis manibus.* — *donec a centurione — caderet:* „intransitivum more poetarum pro passivo positum, ut ap. Suet. Oth. c. 5. *ab hoste in acie cadere,* Gr. ἀποθανεῖν ὑπό τινος, et sup. 3, 38. *sitam* pro *conditam.*" *Ramshorn* Gramm. p. 386. Cf ad Agr. 45. n. 4. extr. et Bremi ad verba Nep. de reg. 3, 3. *a morbo perire.* — *vulneribus adversis,* v. ad 12, 30, 1.

CAPUT X.

Haud minus prompte L. Vetus socrusque eius Sextia et Pollutia filia necem subiere, invisi Principi, tanquam vivendo exprobrarent, interfectum esse Rubellium Plautum generum Lucii Veteris. Sed initium detegendae saevitiae praebuit, interversis patroni rebus, ad accusandum transgrediens Fortunatus libertus, ascito Claudio Demiano, quem ob flagitia vinctum a Vetere Asiae proconsule exsolvit Nero in praemium accusationis. Quod ubi cognitum reo seque et libertum pari sorte componi, Formianos in agros digreditur. Illic eum milites occulta custodia circumdant. Aderat filia super ingruens periculum longo dolore atrox, ex quo percussores Plauti mariti sui viderat, cruentamque cervicem eius amplexa servabat sanguinem et vestes respersas, vidua implexa luctu continuo, nec ullis alimentis nisi quae mortem arcerent. Tum hortante patre Neapolim pergit; et quia aditu Neronis prohibebatur, egressus obsidens, *audiret insontem neve consulatus sui quondam collegam dederet liberto,* modo muliebri eiulatu, aliquando sexum egressa voce infensa clamitabat, donec Princeps immobilem se precibus et invidiae iuxta ostendit.

1. *Haud minus prompte:* in ed. Spir. *haud his minus prompte.* — *L.* Antistius *Vetus,* v. ad 4, 1, 1. — *Pollutia filia — invisi Principi, tanquam vivendo exprobrarent, interfectum esse Rubellium Plautum generum L. Veteris,* v. ad 14, 22. et Ind. I. v. *Rubellius. Polutia — invisit P. t. vincendo exprobrarent* MS. Flor. teste Furia. *vincendo* etiam MS. Guelf. et ed. Spir. *illusit* pro *invisit* et *Rubellum* ed. Spir. *interfectum a se* coni. Ern. — *initium,* ἀφορμήν, causam, occasionem; *Ern.* Cf. ad 4, 52, 2. — *detegendae saevitiae* adversus domum L. Veteris *praebuit* Neroni; *Brot.* — *interversis patroni rebus,* absumptis, ut H. 2, 95. vel potius interceptis fraude liberti. — *ad accusandum* MSS. et edd. tam

veteres quam recentt. inde a Ryck. *ad accusationem* edd. Pich. Berneg. Gron. — *seque et libertum pari sorte componi*, cf. ad 5, 1, 2. et G. 10. n. 7. 2. *super ingruens periculum*, praeter i. p. Cf. Ind. II. *super ingruens longo dolore periculum, atrox* ed. Spir. — *sanguinem et vestes respersas*, ἓν διὰ δυοῖν pro *vestes sanguine respersas*. In MS. Agr. *sanguine vestes respersas* ex emend. — *vidua* Plauti, Pollutia, *implexa luctu continuo*, cf. ad 15, 51, 1. *implexa* γραφικῶς dictum, quod tamen delendum censebat Acid. tanquam e repetitione vocis *amplexa* natum, et uncis inclusit Bekk. Alii coniecere *exesa*, *impexa*, *impleta* et *inflexa*. Cf. Roth. ad Tac. Agr. p. 163. — *nec ullis alimentis*, cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita*. Male *usa* additum in MS. Agr. et ed. Ryck. ut paulo post *ne* ante *egressus obsidens* in MSS. Reg. Corb. Guelf. (in marg. a m. sec.) et ed. Spir. — *audiret*: in MS. Agr. *ne occideret*. — *neve consulatus sui quondam collegam* (v. 13, 11.) *dederet liberto*, v. ad 1, 7, 8. et ad 16, 20, 2. Paulo post *mulieri helulatu* MS. Flor. teste Furia. — *sexum egressa*, v. ad, 3, 24, 2. — *Princeps immobilem se precibus et invidiae iuxta ostendit*, h. e. adversus preces iuxta et invidiam; *Walch.* emend. Liv. p. 32. *iuxta*, aeque, pariter, ἐξ ἴσης. Cf. Ind. II. *et* omissum in MS. Bud. et deletum ab Oberl. qui vim particulae *iuxta* non cepit et perperam contulit Liv. 24, 19. *invidia* frustra coni. I. Fr. Gron. ut sensus sit, Neronem nec precibus nec reverentia famae aut maligni rumoris metu motum. Immo *invidia* h. l. est, quam faciebat illi filia Veteris; *Ryck.*

CAPUT XI.

Ergo nuntiat patri, abiicere spem et uti necessitate. Simul affertur, parari cognitionem senatus et trucem sententiam. Nec defuere qui monerent, magna ex parte heredem Caesarem nuncupare atque ita nepotibus de reliquo consulere. Quod aspernatus, ne vitam proxime libertatem actam novissimo servitio foedaret, largitur in servos quantum aderat pecuniae, et si qua asportari possent, sibi quemque deducere, tris modo lectulos ad suprema retineri iubet. Tunc eodem in cubiculo, eodem ferro abscindunt venas, properique et singulis vestibus ad verecundiam velati balneis inferuntur, pater filiam, avia neptem, illa utrosque intuens, et certatim pracantes labenti animae celerem exitum, ut relinquerent suos superstites et morituros. Servavitque ordinem fortuna, ac senior prius, tum, cui prima aetas, exstinguuntur. Accusati post sepulturam decretumque, ut more maiorum punirentur. Et Nero intercessit mortem sine arbitro permittens. Ea caedibus peractis ludibria adiiciebantur.

1. *Ergo nuntiat patri, abiicere spem*, v. ad 2, 65, 1. *aegro nuntiat patri abicere spem* ed. Spir. — *uti necessitate*, extremo refugio, vel necessitati parere, se accommodare; *Ern.* — *Nec defuere qui monerent, magna ex parte heredem Caesarem nuncupare* cet. v. ad 11, 1, 2. et de re ad 2, 48, 1. *defuere* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *defuerunt* edd. Ber. Rhen. 1. *defuerent* edd. Put. 1. 2. — *vitam proxime libertatem actam*, vetere libertate prope retenta; *Brot.* Cf. ad 15, 15, 2. *libertate* ed. Spir. — *si qua*, v. ad O. 3. n. 2. — *asportari*, removeri, auferri, ut paulo post *deducere*. In ed. Spir. *exportari*, et deinde *sibi quaeque*, ut in MS. Reg. — *ad suprema*, v. ad 1, 8, 1. — *properique — balneis inferuntur*, cf. Ind. III. v. *Adiectiva pro adverbiis*

posita. propereque in singulis MS. Guelf. a m. sec. et ed. Spir. *balineis* edd. quaedam rec. — *labenti animae*, v. ad 2, 26, 1. et 6, 50, 1. — *ut relinquerent* omnes MSS. et edd. praeter MSS. Flor. Corb. Bud. edd. Iac. Gron. et Walth. in quibus est *relinqueret* sc. anima post exitum. „Hoc verum est: etenim omnes quidem precabantur labenti animae celerem exitum scil. quisque suae, non tamen eo consilio, ut omnes relinquerent suos superstites, sed ut quisque suos relinqueret. Nam si omnes reliquissent suos superstites, nemo superstes fuisset.“ *Walth.* Sed vulgatae lectionis sententia videtur esse haec: *ut relinquerent*, ut quisque relinqueret, *suos superstites et morituros* post se, h. e. quisque precabatur, ut primus obiret. „Precabatur Sextia, ut L. Veterem generum et Pollutiam neptem, L. Vetus, ut Sextiam socrum et Pollutiam filiam, Pollutia, ut L. Veterem patrem et Sextiam aviam relinqueret superstites.“ *Brot.*

2. *Servavitque ordinem fortuna, ac senior*, Sextia, *prius, tum, cui prima aetas*, qui primus aetate fuit, L. Vetus pater, *exstinguuntur*; itaque postremo Pollutia filia. Sed probabilis est emendatio Acidalii: *cui proxima aetas*, et e compendio scripturae utraque lectio nasci potuit. *senior* MS. Agr. omnesque edd. ante Oberl. neque aliud e MS. Flor. quisquam enotavit praeter Ryckium, qui *seniore* in eo exstare dicit. Is tamen non ipsum codicem manu versavit, sed excerpta ei suppeditata a Iac. Gronovio, qui ad h. l. tacuit. *seniorem* MS. Bud. *seniō* MS. Guelf. ex quo compendio scripturae varietas orta videtur. *seniores* edd. Oberl. sqq. ex emend. Acidalii. „*Seniores* intelliguntur Sextia et Vetus. Sed tum in dubio manet, utrum Vetus an Sextia *prius* decesserit. Tacitus tamen expressis verbis scribit *servatum ordinem*. Accuratius igitur debebat illum ordinem exponere. *Primam aetatem* explicant iuventutem scil. Pollutiae. Sed *prima aetas* est infantia, non iuventus, nec puto, illo sensu *primam aetatem* tribui posse Pollutiae.“ *Walth. exstinguuntur* MSS. Corb. Harl. Bodl. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *exstinguitur* MSS. Ies. Bud. Guelf. Agr. et ed. Spir. in qua perperam punctum post prius positum. — *ut more maiorum punirentur*, v. ad 2, 32, 3. — *et Nero*, sed N. Cf. ad 1, 13, 2. — *mortem sine arbitro permittens* cuivis, liberam, arbitrariam, e suo cuiusque, non alieno arbitrio pendentem. Cf. 1, 26. 15, 17. H. 4, 21. *sine arbitro* MSS. Flor. (teste Pich.) Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Pich. Berneg. Ryck. Ern. sqq. quod etiam coniecerat Lipsius. *sine arbitrio* MSS. Bud. Guelf. Agr. edd. Spir. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. Gron. *suo arbitrio* malebat Torrentius, *libero arbitrio* Faber, (Sem. 1, 4. 2, 7.) et *mortem sine arbitrio remittens* Gronovius obss. 4, 2. ubi haec ita interpretatur: remittens decreto definitam mortem, cuius arbitrium non haberent ipsi, aut ne morerentur optione certi generis mortis ipsis ablata.

CAPUT XII.

P. Gallus Eques Romanus, quod Fenio Rufo intimus et Veteri non alienus fuerat, aqua atque igni prohibitus est. Liberto et accusatori praemium operae, locus in theatro inter viatores tribunicios, datur. Et mensis, qui Aprilem eundemque Neroneum sequebatur, Maius *Claudii*, Iunius *Germanici* vocabulis mutantur, testificante Cornelio Orfito, qui id censuerat, ideo Iunium mensem transmissum, quia duo iam Torquati ob scelera interfecti infaustum nomen Iunium fecissent.

1. *Fenio Rufo*, v. 15, 66. 68. *et* L. Antistio *Veteri* (c. 10. 11.) *non alienus*, v. ad H. 2, 22 extr. — *aqua atque igni prohibitus est*, v. ad 3, 68, 2. *igni*, v. ad 3, 21, 1. — *locus in theatro inter viatores tribuni-*

cios: „qui spectasse videntur non abiuncto a tribunis loco, ut ad obsequia apparere possent. Hoc autem inter *praemia:* nam tribunos honestissimo loco spectasse vel hinc colligas, quod Iulio Caesari et postea Augusto inter honores decretum, ut per ludos in subselliis tribunorum plebis sederent. v. Dio 44, 4. et 49, 15." *Lipsius.* *Viatores* erant ministri, quibus magistratus ad homines prehendendos et arcessendos, in primis ab agris et villis in senatum, (unde *viatores* dicti) uterentur, praecipue tribuni plebis, (qui non habebant lictores) sed etiam dictatores, consules, censores et aediles. v. Cic. de sen. 16. Colum. de re rust. in Praef., Liv. 6, 15. 8, 18. 33, 39. 39, 44. Gell. 12, 3. 13, 12. et Marc. Donatus ad h. l.

2. *Aprilem eundemque Neroneum,* v. 15, 74. *Neroneum* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Lips. sqq. *Neronem* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. — *Maius Claudii, Iunius Germanici vocabulis,* cognominibus Neronis a Claudio adoptati. — *testificante* scil. in commentariis, unde haec Tacitus hausit; *Walth.* — *Cornelio Orfito,* de quo v. ad 12, 41, 1. *Orphito* ed. Spir. — *Iunium mensem transmissum.*" scil. in nomen Germanici, transmutatum vel *transnominatum,* ut ap. Suet. Dom. c. 13." *Pich.* Immo: praeteritum, omissum e fastis, obliteratum et oblivioni traditum, alio nomine in eius locum substituto. v. ad 4, 55, 1. — *duo iam* Iunii *Torquati — fecissent,* v. 15, 35. et 16, 8. — *nomen Iunium* edd. Pich. sqq. ex emend. Lipsii. *nomen iunctum* MSS. Flor. (teste Pich.) Reg. Bud. ed. Spir. *nomen Iunii tum* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. Grut. „Quaeritur, an defendi possit *iunctum,* h. e. illi mensi inditum, scil. Iunium, quod satis e contextu patet." *Walth.* Quae ratio non multis arridebit. *nomen Iuniorum* coni. Ern. et *n. iunctim* Iac. Gron.

CAPUT XIII.

Tot facinoribus foedum annum etiam dii tempestatibus et morbis insignivere. Vastata Campania turbine ventorum, qui villas, arbusta, fruges passim disiecit pertulitque violentiam ad vicina Urbi, in qua omne mortalium genus vis pestilentiae depopulabatur, nulla coeli intemperie, quae occurreret oculis. Sed domus corporibus exanimis, itinera funeribus complebantur. Non sexus, non aetas periculo vacua. Servitia perinde et ingenua plebes raptim exstingui inter coniugum et liberorum lamenta, qui, dum assident, dum deflent, saepe eodem rogo cremabantur. Equitum senatorumque interitus, quamvis promiscui, minus flebiles erant, tanquam communi mortalitate saevitiam Principis praevenirent. Eodem anno delectus per Galliam Narbonensem Africamque et Asiam habiti sunt supplendis Illyrici legionibus, ex quibus aetate aut valetudine fessi sacramento solvebantur. Cladem Lugdunensem quadragies sestertio solatus est Princeps, ut amissa urbi reponerent; quam pecuniam Lugdunenses ante obtulerant turbidis casibus.

1. *foedum annum:* in MS. Flor. *foedum in annum* legit Victorius et *faedum in annum* Furia. — *ad vicina Urbi* loca, ut H. 4, 46. Sic MSS. Flor. (si verum vidit Vict.) Reg. Agr. edd. Spir. Lips. sqq. Sed *ad menia urbi* in MS. Flor. saltem a m. pr. scriptum testantur Iac. Gron. et Furia. Hinc etiam *ad moenia urbis* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd.

Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Gryph. *ad moenia vicina urbi* MS. Bud. *Moenia urbis* pro *aedibus urbis* dicta censebat Iac. Gronovius. Et sane quae sequuntur verba *in quae omne mortalium genus* cet. lectioni *vicina urbi* parum conveniunt; Kiessl. — *omne mortalium genus vis pestilentiae depopulabatur* cet. cf. Suet. Ner. c. 39. *populabantur* MSS. Bodl. Ies. *populabatur* MS. Guelf. — *perinde et* MSS. Flor. (teste Vict.) Reg. Corb. Harl. edd. Spir. Ern. sqq. Sic 2, 2. et H. 4, 43. Cf. Ind. II. *perinde ac* edd. cet. ante Ern. Copula plane omissa in MSS. Bud. et Guelf. — *interitus* in plur. num., quod insolens est. Cf. ad 12, 49, 1. — *tanquam communi mortalitate saevitiam Principis praevenirent*, quia eam morte naturali putabantur praevenire; *Ern.*

2. *et Asiam*: in ed. Spir. *Asiamque* et deinde *illiricis legionibus*, ut in MS. Guelf. a m. sec. — *Cladem Lugdunensem*: „ex incendio conceptam anno a colonia deducta centesimo, quod denarrat Sen. ep. 91. 92. *Solatium* hoc tarde adhibitum est a Nerone, septimo post incendium anno.“ *Lips.* Cf. ad 13, 57. Huius cladis vestigia et nunc apparere Lugduni, docet P. de Colonia: histoire litéraire et Antiq. de Lyon T. I. p. 248 sqq. qui tamen de summa pecuniae a Nerone datae non recte sentit; *Ern.* — *quadragies sestertio*, v. ad 13, 31, 1. — *ante obtulerant* Caii aut Claudii temporibus; *Brot.* *contulerant* MS. Corb. — *turbidis casibus*, cf. Ind. II. *turbis casibus* MS. Flor. teste Furia, qui inde *urbis* legendum censet. Non male. *turpidis* ed. Spir. *classibus* pro *casibus* MSS. Harl. et Ies.

CAPUT XIV.

C. Suetonio, L. Telesino Coss. Antistius Sosianus, factitatis in Neronem carminibus probrosis, exsilio, ut dixi, mulctatus, postquam id honoris indicibus tamque promptum ad caedes Principem accepit, inquies animo et occasionum haud segnis Parmenem, eiusdem loci exsulem et Chaldaeorum arte famosum eoque multorum amicitiis innexum, similitudine fortunae sibi conciliat. Ventitare ad eum nuntios et consultationes non frustra ratus, simul annuam pecuniam a P. Anteio ministrari cognoscit: neque nescium habebat, Anteium caritate Agrippinae invisum Neroni opesque eius praecipuas ad eliciendam cupidinem eamque causam multis exitio esse. Igitur interceptis Anteii literis, furatus etiam libellos, quibus dies genitalis eius et eventura secretis Parmenis occultabantur, simul repertis, quae de ortu vitaque Ostorii Scapulae composita erant, scribit ad Principem, magna se et quae incolumitati eius conducerent allaturum, si brevem exsilii veniam impetravisset: quippe Anteium et Ostorium imminere rebus et sua Caesarisque fata scrutari. Exin missae liburnicae advehiturque propere Sosianus. Ac vulgato eius indicio, inter damnatos magis quam inter reos Anteius Ostoriusque habebantur, adeo ut testamentum Anteii nemo obsignaret, nisi Tigellinus auctor exstitisset. Monitus prius Anteius, ne supremas tabulas moraretur: atque ille, hausto veneno, tarditatem eius perosus intercisis venis mortem approperavit.

1. *C. Suetonio* Paulino, *L. Telesino coss.* „Nomen ei L. Pontius Telesinus ex Velleio. Laudat eum ut philosophum et insignem virum

Philostratus 4, 13. 40. 7, 5. II. 8, 12. eundemque exsulasse ea re sub Domitiano scribit." *Lipsius.* „Immo C. *Luccius* vel *Lucius Telesinus.* v. Gruter. p. 1102. Rupert. ep. 48. p. 447. Pagius Crit. Bar. ad h. a. Hinc crediderim, fuisse in Tacito *Lucio Telesino* et librarios, qui praenomen esse putarent, hinc dedisse *L. Telesino.* Praenomen ei *C*; unde Ryckius putat, Tacitum scripsisse *Caiis Suetonio, Lucio* vel *Luccio Telesino coss.*" *Ern.* Cf. ad 14, 1, 1. *Pontii Telesini* fuere duces Samnitium in bello Italico sive sociali; de quibus v. Vell. 2, 16. 27. Appian. B. C. 1, 88. 90. 93. 94. Plut. in Sulla p. 471. *Tilesino* ed. Spir. — *Antistius Sosianus — ut dixi* cet. v. 14, 48. 49. — *factitatis,* v. ad 14, 48, 1. — *mulctatus* edd. vet. *multatus* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. edd. Lips. Pich. sqq. Cf. ad G. 12. n. 7. — *inquies* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Lips. sqq. *inquietus* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. — *occasionum haud segnis,* negligens. cf. ad 5, 3, 2. 14, 23, 1. et G. 30. n. 7. — *Parmenem* vel *Parmenen* MSS. Harl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. *parmanem* ed. Spir. *Parmonem* MS. Bodl. *Pammanem* MS. Corb. *Pammenem* MS. Vat. edd. Lips. sqq. Hoc est nomen citharoedi ap. Xiphil. 63, 8. sed fortasse non verum huius exsulis fuit. Nostra lectio probabilior propter auctoritatem librorum, in quibus etiam MS. Flor. esse videtur. — *Chaldaeorum arte,* de qua v. ad 2, 27, 1. — *multorum amicitiis innexum* edd. Ern. sqq. e coni. Freinshemii et Lipsii. v. ad 6, 36, 2. *innixum* MS. Guelf. et edd. omnes ante Ern. etiam Beroaldina, ad quam tacuit Vict. *annixum* MS. Bud. *inmixtum* MS. Ies. fortasse verum. v. ad 3, 38, 1. — *consultationes non frustra* esse. Cf. ad 11, 7, 2. *Consultationes* astrologorum, auspicum, forsan et magicas; *Oberl.* „Verbum eius artis, ut c. 30. et ap. Iuvenal. 6, 574. *quae nullum consulit et iam consulitur.*" *Lips. consultationes* MSS. Flor. (teste Pich.) Corb. Harl. in marg. et edd. Spir. Pich. sqq. *consolationes* MSS. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. *consultatores* MS. Agr. ed. Ryck. — *simul* MSS. Corb. Bud. Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *simulque* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. — *annuam* in MS. Guelf. additum a m. sec. *nimiam* MS. Bud. *simul atque nimiam* MS. Bodl. — *a P. Anteio,* cf. 13, 22. *ab Anteio* ed. Spir. *a Ponteio* MS. Bud. ut deinde *Ponteium, Ponteii, Ponteius, Ponteii.* — *neque nescium habebat,* et non ignorabat. Cf. ad 1, 59, 3. — *opesque eius praecipuas,* praecipue idoneas. *eius* omissum in ed. Spir.

2. *libellos, quibus dies genitalis eius et eventura secretis Parmenis occultabantur,* et *quae de ortu vitaque O. S. composita erant,* v. ad 2, 27, 1. — M. *Ostorii Scapulae,* qui filius fuit P. Ostorii legati. v. Ind. I. — *magna se:* in ed. Spir. *se magna.* — *brevem exsilii veniam,* v. ad 12, 8, 2. — *imminere rebus* summis, affectare imperium. — *sua Caesarisque fata scrutari,* v. ad 2, 27, 1. *facta* MS. Guelf. et ed. Spir. — *inter damnatos magis quam inter reos A. O. habebantur,* v. ad 4, 28, 1. — *adeo ut testamentum Anteii nemo obsignaret,* obsignare vellet et obsignasset, *nisi Tigellinus* (de quo v. Ind. I.) *auctor exstitisset* iis, qui id nollent, ut obsignarent. Cf. ad 1, 35, 3. et Ind. III. v. *Verborum Modi* I, 1. „Testamentum a septem testibus obsignandum. Digest. lib. 37. tit. de bonorum possess. leg. 7. ex Iuliano: *Quum tabulae testamenti plurium signis signatae essent et quaedam ex his non parent, septem tantum signa maneant. Sufficit ad bonorum possessionem dandam, septem testium signa comparere, licet non omnium, qui signaverint, maneant signa.*" *Brot.* — *Monitus prius Anteius, ne supremas tabulas moraretur* MSS. et edd. omnes, nisi quod *monitus prius Anteio* in MS. Flor. est, si verum vidit Iac. Gronovius, et *exstitisset, monito prius Anteio* in MS. Agr. quod etiam coniecerant Acid. et probaverunt Ryckius, Freinsh.,

Iac. Gronovius et Lallem. Sed vulgatae lectionis eadem est sententia, quam recte cepit Ernestius et his verbis expressit: „*Tigellinus auctor exstiterat*, ut testamentum obsignaretur, negaveratque, periculum signatoribus fore; sed Anteium bene facturum, si nihil cunctaretur et ocius testamentum scriptum morte (voluntaria) ratum faceret: nam *supremas tabulas morantur*, qui non moriuntur, ut testamentum cognosci et ad effectum venire non possit.“ Testamenta eorum, qui morte voluntaria damnationem praevenerant, salva et rata erant, non damnatorum. v. ad 4, 30, 2. et 15, 64, 3. *Monitus* Anteius, opinor, ab amicis, quos Tigellinus secreto miserat, sperans hereditatis partem ex eo testamento; *Pick.* — *intercisis venis*, v. ad 4, 22, 2.

CAPUT XV.

Ostorius longinquis in agris apud finem Ligurum id temporis erat. Eo missus centurio, qui caedem eius maturaret. Causa festinandi ex eo oriebatur, quod Ostorius multa militari fama et civicam coronam apud Britanniam meritus ingenti corporis robore armorumque scientia metum Neroni fecerat, ne invaderet pavidum semper et reperta nuper coniuratione magis exterritum. Igitur centurio, ubi effugia villae clausit, iussa Imperatoris Ostorio aperit. Is fortitudinem saepe adversum hostes spectatam in se vertit, et quia venae quanquam interruptae parum sanguinis effundebant, hactenus manu servi usus, ut immotum pugionem extolleret, appressit dextram eius iuguloque occurrit.

1. *apud finem Ligurum*, in finibus Ligurum. Cf. Ind. II. v. *Apud.* Similiter *Ligurum extremo fine* dixit Livius 33, 37. et *finis* pro *fines* 2, 49. 4, 58. 9, 6. 10, 35. 35, 27. 38, 15. ubi v. Gron. et Drak. „Non aspernabilis fortasse coniectura nostra *apud Fanum Ligurum*, si contuleris Agr. 7. *in Templo (Liguriae pars est) hostiliter populatur.*“ *Lipsius.* „Sed Lipsius lectionem ibi corruptam enotavit. Ostorius autem *id temporis* erat non longe a Luna, primo Etruriae oppido, quod portu nobile est. v. Plin. 3, 5.“ *Brot.* — *id temporis*, cf. Ind. II. v. *Is* et Ind. III. v. *Genitivi iuncti pronominibus neutris.* — *Causa festinandi:* in MS. Corb. *c. maturandi.* — *ex eo oriebatur:* „Gruterus has voces abundare nec ab auctore manasse putat. Si velimus severi esse, totum illud *causa — oriebatur* abesse potest: sed Tacitus innumerabilibus locis legem brevitatis migravit.“ *Ern.* „Totum illud non est alienum a Taciti elocutione. v. ad 11, 4, 1.“ *Walth.* *exoriebatur* pro *ex eo oriebatur* MS. Agr. et ed. Spir. — *Ostorius multa militari fama* v. ad 3, 52, 2. — *civicam coronam apud Britanniam*, in Britannia, (cf. Ind. II. v. *Apud*) *meritus*, v. 12, 31. extr. et ad 2, 83, 1. — *ingenti corporis robore* edd. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *i. corporis corporis* MS. Flor. teste Furia. *i. corpori robore* ed. Spir. *ingenti corpore* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. — *ne invaderet* scil. *se*; *Ern.* Cf. ad 5, 5, 1. et Ind. III. v. *Ellipses* nr. 5. *ne invaderetur* edd. Put. 1. 2. *ne invaderet ut pavidum* coni. Freinsh. et *ne invaderet in pavidum* Bip. — *reperta*, detecta; *Ern.*

2. *iussa Imperatoris Ostorio aperit* MS. Corb. edd. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *iussa in p̄ Ostorio* MS. Flor. teste Iac. Gron. *iussa in P. Ostorio* MS. Reg. ed. Spir. *iussa inde Ostorio* MS. Bodl. edd. Put. 1. 2. *iussa inde post Ostorio* MSS. Harl. Ies. Guelf. *iussa inpost Ostorio* MS. Bud. *iussa P. Ostorio* MS. Agr. Sed huic Ostori-

praenomen *M* fuisse, non *P.*, e 12, 31. patet; *Ern.* *iussa mox* vel *post Ostorio ap.* coni. Rhen. — *Is fortitudinem saepe adversum hostes spectatam* MS. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. Walth. Bekk. 2. Ritt. nisi quod *in* ante *hostes* additum in ed. Spir. *Is fort. adv. hostes saepe sp.* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. et cet. — *hactenus manu servi usus*, v. ad 12, 42, 3. — *appressit dextram eius*, servi. Cf. ad 2, 21, 1. — *iuguloque occurrit*, admovit collum dextrae servi pugionem admoventis; *Ern.*

CAPUT XVI.

Etiam si bella externa et obitas pro re publica mortes tanta casuum similitudine memorarem, meque ipsum satias cepisset aliorumque taedium exspectarem, quamvis honestos civium exitus, tristes tamen et continuos aspernantium. At nunc patientia servilis tantumque sanguinis domi perditum fatigant animum et maestitia restringunt: neque aliam defensionem ab iis, quibus ista noscentur, exegerim quam ne oderim tam segniter pereuntes. Ira illa numinum in res Romanas fuit, quam non, ut in cladibus exercituum aut captivitate urbium, semel edito transire licet. Detur hoc illustrium virorum posteritati, ut, quomodo exsequiis a promiscua sepultura separantur, ita in traditione supremorum accipiant habeantque propriam memoriam.

1. *meque ipsum satias cepisset* MSS. Flor. (teste Vict.) Vatic. Lipsii et hinc edd. Lips. Grut. Pich. sqq. Sic *satias* 3, 30. 54. 6, 38. Cf. Drak. ad Sil. 4, 110. et Heindorf. ad Cic. N. D. 3, 38, 90. *satietas* MSS. Guelf. aliique a Brot. collati, edd. vet. ante Lips. Dein *aliorum taedium expectaret* ed. Spir. et *continuo*, ut MS. Guelf. a m. sec. — *At* omissum in MS. Guelf. et *patria* pro *patientia*. — *servilis*, cf. Ind. II. — *tantumque sanguinis domi perditum*, cf. Ind. III. v. *Participia perf. pass. pro substantivis abstractis* p. 829. — *neque aliam defensionem*, narrationis meae excusationem, veniam, *ab iis, quibus ista*, quae iam dixi et nunc dicturus sum, *noscentur, exegerim quam ne*, ut non, (v. ad 12, 32, 2.) *oderim*, odisse videri possim, *tam segniter pereuntes*, instar pecorum caedi se patientes, h. e. ut profitear, memoriam mortis eorum magis *maestitia*, quam *odio*, ira et increpatione *patientiae servilis*, qua perierint, mihi dignam videri: nam *ira illa numinum in res Romanas fuit*, culpa mortis in fatum potius et diram necessitatem, quam in ignaviam eorum conferenda. *oderim* MSS. Flor. Bud. Guelf. aliique et edd. omnes ante Bipont. quod revocarunt Bekk. in ed. 2. et Ritter. *oderint* MSS. Corb. Agr. edd. Bip. Oberl. Bekk. 1. Lün. Kiessl. Walth. „Huius scripturae sententia est: a lectore non exigimus, ut illorum servilem patientiam defendat aut excuset, sed hoc tantum, ne istos odio prosequatur; nam res fuit plane fatalis. Cf. Rhen. ad h. l.“ *Walth.* „Verius est *oderim*. Causam reddit, cur non *oderit*, h. e. non omiserit eorum mentionem. Non aliter me defendam quam ut rogem, concedant mihi non odisse et punire silentio ignaviam illorum. Nestor apud Ovid. Met. 12, 575. *Nec tamen ulterius quam fortia facta silendo Ulciscar fratres.*“ *I. Fr. Gronovius.* „Verissime: nam ista non foret *defensio* vel excusatio Taciti, quae hic desideratur. Nullo, inquit, alio nomine me ab iis excusatum haberi velim defendique institutum meum.“ *Ern.*

2. *Ira illa numinum in res Romanas fuit*; haec sententia est a Cicerone, qui bellum civile ita excusat; *Ern.* Cf. ad O. 40. n. 1. et Praef.

nostra ad Vol. I. p. XLIV. — *captivitate urbium*, v. ad 11, 23, 2. *in captivitate u.* ed. Spir. — *semel edito*, postquam semel editum, narratum de ea re est; *Walth.* Cf. ad 1, 46, 1. et Ind. III. v. *Participia perf. pass. in sexto casu absolute posita. edito* MSS. Flor. (test. Vict. et Furia) Corb. edd. Spir. Walth. *edicto* MS. Bud. *editam* (memoratam, traditam) MS. Guelf. et edd. cet. — *transire* silentio. — *Detur hoc illustrium virorum posteritati*, v. ad 1, 7, 8. *dentur haec* MS. Reg. — *a promiscua* (communi, vulgari) *sepultura* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Rhen. 2. 3. sqq. *a promiscua* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. omisso vocab. *sepultura*, quod additum est in marg Bodl. et Guelf. *ac promiscua sepulchra* edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *a proxima sepultura* MS. Bud. — *supremorum*, v, ad 1, 8, 1.

CAPUT XVII.

Paucos quippe intra dies eodem agmine Annaeus Mella, Cerialis Anicius, Rufius Crispinus ac C. Petronius cecidere. Mella et Crispinus Equites Romani dignitate senatoria: nam hic quondam praefectus praetorii et consularibus insignibus donatus ac nuper crimine coniurationis in Sardiniam exactus, accepto iussae mortis nuntio, semet interfecit. Mella, quibus Gallio et Seneca, parentibus natus petitione honorum abstinuerat per ambitionem praeposteram, ut Eques Romanus consularibus potentia aequaretur: simul acquirendae pecuniae brevius iter credebat per procurationes administrandis Principis negotiis. Idem Annaeum Lucanum genuerat, grande adiumentum claritudinis. Quo interfecto, dum rem familiarem eius acriter requirit, accusatorem concivit Fabium Romanum ex intimis Lucani amicis. Mixta inter patrem filiumque coniurationis scientia fingitur, assimilatis Lucani literis, quas inspectas Nero ferri ad eum iussit opibus eius inhians. At Mella, quae tum promptissima mortis via, exsolvit venas, scriptis codicillis, quibus grandem pecuniam in Tigellinum generumque eius Cossutianum Capitonem erogabat, quo cetera manerent. Additur codicillis tanquam de iniquitate exitii querens ita scripsisse: *se quidem mori nullis supplicii causis; Rufium autem Crispinum et Anicium Cerialem vita frui infensos Principi.* Quae composita credebantur de Crispino, quia interfectus erat, de Ceriale, ut interficeretur: neque enim multo post vim sibi attulit minore quam ceteri miseratione, quia proditam C. Caesari coniurationem ab eo meminerant.

1. L. *Annaeus Mella*, pater *Annaei Lucani* ac frater *Gallionis et Senecae*. Cf. ad 15, 73, 2. *Annaeus* edd. Lips. sqq. *Anneus* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Rhen. 2. 3. Ald. *Anneius* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Mela* MSS. Flor. (test. Vict. et Furia) Bud. edd. Spir. Brot. Bekk. 2. Ritt. *Mella* MS. Guelf. et edd. cet. — *Cerialis Anicius* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. ut 15, 74. in omnibus libris. *C. Anitius* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Sed paulo post *Anicium* MS. Guelf. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *Anitium* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Annitum* ed. Spir. — *Rufius Crispinus* edd. Ryck. Ern. sqq. *Ruffus C.* MS. Bud. edd. Spir. Put. 1. 2. *Rufus C.* MS. Guelf. edd. Ber. sqq. ad Ryck. Sic et paulo post *Rufium* edd. Ber. Rhen. 1. Ryck. Ern. sqq. Sed *Rufum*

edd. Rhen. 2. 3. sqq. ad Ryck. *Rufrium* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Guelf. ed. Put. 1. *Ruffrium* ed. Spir. *Ruffium* ed. Put. 2. Cf. ad 12, 42, 1. — *ac C. Petronius* edd. Rhen. 2. 3. sqq. ut cap. 18. princ. in omnibus libris. *ac Petronius* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1: absorpto fortasse *C* a praeced. litera. — *Equites Romani dignitate senatoria,* v. ad 1, 73, 1. et 3, 52, 2. — *hic quondam praefectus praetorii,* v. 11, 2. et ad 14, 3, 2. — *consularibus insignibus donatus,* v. ad 11, 4, 2. — *nuper crimine coniurationis in Sardiniam exactus,* v. 15, 71. et ad 1, 3, 6. *crimine,* cf. Ind. III. v. *Ablativi substantivorum absoluti.* *nuperrime* MS. Bud.

2. *Mella* iisdem *quibus Gallio et Seneca parentibus natus,* cf. nota 1. — *ut Eques Romanus consularibus potentia aequaretur,* v. ad 1, 73, 1. — *brevius iter credebat per procurationes administrandis Principis negotiis,* ad quas praefecturas soli Equites aut liberti Caesaris admissi; *Lips.* Cf. ad 4, 15, 2. et Ind. III. v. *Gerundia in dativo.* *credebat* omissum in MS. Ies. — *Idem Annaeum Lucanum genuerat grande adiumentum claritudinis, quo interfecto* cet. cf. 15, 49. 56. 70. — *dum rem familiarem eius acriter requirit:* „nempe *Fabius* ille videtur debuisse Lucano certis nominibus; quae dum nimis diligenter exigit, eius odium commovit. Debebat ille Mella in animo habere illud Verris apud Cic. Verr. 4, 48. in re adventitia et hereditaria non oportere nimis diligentem et attentum esse; *Ern.* „Eusebius in Chronico: *L. Annaeus Mella Senecae frater et Gallionis bona Lucani filii sui a Nerone promeretur.* Quae si vera lectio, opinandum, a fisco aut fiscalibus quaedam abrepta et retenta. Sed ego ambigo, neque censeo publicata bona, quia sua manu cecidit et damnationem praevenit. (v. ad 4, 30, 2.) Quod si est, bene in Eusebio corrigas *ob bona Lucani filii sui a Nerone perimitur.*" *Lips.* De Lucani divitiis v. Iuvenal. 7, 79 sqq. et Wernsdorf. poet. lat. min. T. IV. p. 41. sqq. — *fingitur* edd. Put. 1. 2. sqq. *finguntur* MSS. Flor. (test. Vict. et Furia) Guelf. *scientia.* *Finguntur literae assimilatis Lucani literis* ed. Spir. — *assimilatis Lucani literis,* in similitudinem earum effictis, subditis, adulterinis. *assimulatis* edd. vet. *adsimilatis* MSS. Flor. (teste Vict.) Guelf. Cf. ad 15, 49, 1. et G. 9. n. 6. Paulo post *ad eum ferri Nero iussit* ed. Spir. — *quae tum promptissima mortis via, exsolvit venas,* v. ad 4, 22, 2. — *scriptis codicillis,* (v. ad 1, 6, 6.) *quibus grandem pecuniam in Tigellinum* Neroni familiarissimum *generumque eius Cossutianum Capitonem erogabat,* iis legabat, *quo* (ut) *cetera* bona *manerent* heredibus. v. ad 2, 48, 1. *Consutianum* MS. Guelf. *Confusianum* ed. Spir.

3. *Additur codicillis* cet. „Coniunge: *Additur scripsisse ita* in *codicillis tanquam de iniquitate exitii querens.* Sic 2, 27. *defertur moliri res novas* et Herodot. 8, 137. *οἱ δὲ τὸν μισθὸν ἔφασαν δίκαιοι εἶναι ἀπολαβόντες οὕτω ἐξιέναι.* Hinc non legendum *querentem scripsisse,* quod volebat I. Fr. Gronovius. *Addit* (sc. Nero) MS. Agr. quod Ryckio placebat. Sed *additur* spectat potius ad acta publica, unde Noster hauriebat." *Walth.* Referri etiam potest ad scriptores huius aevi. *scripsisse* MSS. Harl. a m. pr. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. Oberl. sqq. *scripsisset* MSS. Reg. Corb. Harl. a m. sec. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. et cet. — *autem* MSS. et edd. paene omnes. *tamen* edd. Pich. Berneg. I. Fr. Gron. quod in MS. Flor. vidit Pich. Sed in eo exstare *aũ* h. e. *autem* contendit Iac. Gronovius. *aut* MS. Guelf. quod idem est adiecto puncto. — *composita,* ficta. Cf. ad 1, 1, 4. — *proditam C. Caesari coniurationem ab eo,* „scil. Aemilii Lepidi, de qua v. Suet. Cal. c. 24. et Dio 59, 22." *Lips.* „Sed Reimarus ad Dion. 59, 25. §. 257. docuit, haec spectare ad aliam coniurationem, de qua Zonaras p. 557 sqq. *τοῦτον δὲ τὸν τρόπον βιοὺς πάντως ἐπιβουλευθήσεσθαι*

ἔμελλε καὶ ἐφώρασε τὴν ἐπίθεσιν καὶ συλλαβὼν Νίκιον (Ἀνίκιον) Κερεάλιον καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Σέξτον Παπήνιον (Παπίνιον) ἐβασάνισε, καὶ ἐπεὶ μηδὲν ἐξελάλησεν, ἀνέπεισε τὸν Παπήνιον σωτηρίαν αὐτῷ καὶ ἄδειαν ὑποσχόμενος κατειπεῖν τινων ἢ ἀληθῶς ἢ ψευδῶς, καὶ ἐκεῖνον αὐτίκα καὶ τοὺς ἄλλους ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἀπέκτεινεν. Etenim quae Zonaras Papinio tribuit, debuisset cum Tacito tribuere Ceriali. Patet quippe, eandem plane rem Nostro in mente fuisse. Reimarus recte etiam dicit, in eo falsum esse Zonaram, quod Papinium Cerialis filium facit.“ *Walth.*

CAPUT XVIII.

De C. Petronio pauca supra repetenda sunt. Nam illi dies per somnum, nox officiis et oblectamentis vitae transigebatur, utque alios industria, ita hunc ignavia ad famam protulerat, habebaturque non ganeo et profligator, ut plerique sua haurientium, sed erudito luxu: ac dicta factaque eius, quanto solutiora et quandam sui neglegentiam praeferentia, tanto gratius in speciem simplicitatis accipiebantur. Proconsul tamen Bithyniae et mox consul vigentem se ac parem negotiis ostendit: dein revolutus ad vitia seu vitiorum imitationem inter paucos familiarium Neroni assumptus est elegantiae arbiter, dum nihil amoenum et molle affluentia putat, nisi quod ei Petronius approbavisset. Unde invidia Tigellini quasi adversus aemulum et scientia voluptatum potiorem. Ergo crudelitatem Principis, cui ceterae libidines cedebant, aggreditur amicitiam Scaevini Petronio obiectans, corrupto ad indicium servo ademptaque defensione et maiore parte familiae in vincla rapta.

1. *C. Petronio* omnes et MSS. et edd. „Quem viri docti eum censent, cuius fragmenta hodie purissimae impuritatis: de quo etiam nunc delibero, sicut et de praenomine, quod *Titus* est ap. Plinium 37, 2. 5. 7. et Plut. de discr. amici et adulat. c. 35. p. 60. quos loqui de hoc eodem res indicio est. Plinii verba sunt: *Titus Petronius consularis moriturus invidia Neronis Principis, ut mensam eius exheredaret, trullam murrhinam CCC HS. emptam fregit.* Plutarchi *ἢ τοὺς ἀσώτους καὶ πολυτελεῖς εἰς μικρολογίαν καὶ ῥυπαρίαν ὀνειδίζωσιν, ὥσπερ Νέρωνα Τῖτος Πετρώνιος.* Reperio et *Publium Petronium*, nisi fallor, hunc eundem, de quo vetus Schol. Iuvenal. ad 6, 638 sqq. *Pontia Publii Petronii filia, quem Nero convictum* (ita leg. pro *quam N. convictam*) *in crimine coniurationis damnavit, defuncto marito filios suos veneno necasse convicta, quum largis se epulis onerasset et veneno,* (fortasse *vino*) *venis incisis saltans, quo maxime studio oblectabatur, exstincta est.*“ *Lipsius.* De hac *Pontia* cf. Iuvenal. l. l. et Martial. 2, 33. de alia Tac. Ann. 13, 44. Nostrum autem *Petronium* fuisse *Petronium Arbitrum* scriptorem, suspicari possis, si fragmenta eius contuleris cum narratione Taciti et respexeris verba illa: *Neroni assumptus est elegantiae a r b i t e r.* Burmannus tamen editor Petronii hunc Claudii, et Valesii eum Antoninorum aetate vixisse opinabantur. „Vertranius perperam hunc *Petronium* confundit cum Petronio Turpiliano.“ *Ryck.* Cf. ad 14, 29, 1. — *pauca supra repetenda sunt* MS. Flor. (teste Iac. Gron.) edd. Spir. Put. 1. 2. Rhen. 1. Iac. Gron. sqq. *pauca super r. s.* MSS. Harl. Bodl. Guelf. in quo *sup* scriptum. Varietas scripturae nata e compendii similitudine. Cf. ad 3, 24, 1. *supra* non exstat in MS. Corb. *De C. Petronio supra. Pauca repetenda sunt* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. sqq. ad Lips. Male: nam *supra* nihil de eo; *Ern. supra pauca repet. sunt* edd. Lips. poster. et cet. ante Gron. — *Nam,* v. ad 2, 63. 1

Nam illi dies per somnum, nox officiis et oblectamentis vitae transigebatur: „vide verum hunc adversipedem et lucifugum, ut Latini appellant: dies illi nox erat et nox pro die. Pulchre omnino istos homines vere perversos describit et culpat Seneca ep. 123. (122.) quem locum ita distinguo: *Lucet? somni tempus. Quies* (nox) *est? nunc exerceamus, nunc gestemur, nunc prandeamus. Iam lux propius accedit? tempus est coenae.* Plura ibi vide et adde haec Lampridii in Heliog. c. 28. *Traiecit et dierum actus noctibus et nocturnos diebus, aestimans hoc inter instrumenta luxuriae, ita ut sero de somno surgeret et salutari inciperet, mane autem dormire inceptaret.*" *Lipsius. per somnium* MS. Flor. teste Furia et quidem *per somnium* ed. Spir. *transigebantur* MS. Agr. et ed. Spir. — *profligator*, cf. Ind. III. v. *Verba Tacito propria* p. 839. — *sed erudito luxu*: „Tacitus fortasse scripsit *eruditus luxu*, ut ap. Cic. or. pro Balbo c. 20. Marius dicitur *stipendiis et legationibus eruditus*, quare et mox *elegantiae arbiter* appellatur Petronius." *Cramer* ad Schol. Iuvenal. p. 271. Vulgatum tamen *habebatur erudito luxu* non est damnandum. Cf. Ind. III. v. *Ablativi qualitatis substantivorum et adiectivorum.* Germanice dixeris ein Mensch von studierter Schwelgerei. — *ac dicta factaque eius quanto solutiora*, cf. ad O. 18. n. 5. et Ind. II. v. *Solvere. ac* non est in MS. Bud. — *quandam sui neglegentiam praeferentia*, v. ad 2, 53. extr. et Ind. III. v. *Pronomen reciprocum. quadam sui negligentia preferentia* MS. Guelf.

2. *Proconsul tamen Bithyniae et mox consul:* itaque prius proconsul, deinde consul suffectus, quo anno, non inveni; *Ryck.* et *Brot.* v. ad 1, 74, 1. et Pigh. Annal. ad a. 813. — *vigentem* MSS. Corb. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *ingentem* MS. Reg. edd. primae et in his Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. Quae varietas scripturae est etiam 15, 53. H. 4, 66. et al. — *dein revolutus ad vitia seu vitiorum imitationem* MSS. Guelf. aliique et edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Lips. Pich. Ern. Kiessl. Walth. *imitatione* MSS. Flor. (si verum vidit Iac. Gronovius) Bud. Rhen. 2. 3. Ald. Bip. Oberl. Lün. Bekk. Ritt. „Ita sensus est, seu quia ad vitia revolutus est, seu quia imitabatur vitia. (Cf. Ind. III. v. *Ablativi substantivorum absoluti*) Sed hic mihi tamen accusativus melior: nam dubitat Tacitus, utrum *vitia* an *vitiorum imitationem* dicere debeat." *Ern.* — *Neroni*, a Nerone, *assumptus est*, cf. Ind. III. v. *Dativus subiectivus. familiarium Neronis* MS. Bud. — *elegantiae arbiter*, cf. nota 1. — *Ergo crudelitatem Principis, cui* (crudelitati) *ceterae libidines* et affectus *cedebant, aggreditur*, ut 2, 26. *acrius modestiam eius aggreditur*, 13, 37. *precibus aliquem aggredi* et H. 1, 78. *largitione aggredi animos.* In ed. Spir. *accendit*, e glossemate. — *amicitiam Scaevini*, de quo v. 15, 49 sqq. *Scęuinii amiciciā* MS. Guelf. — *maiore parte familiae*, v. ad 3, 14, 1. et 3, 53, 3. — *vincla*: in MS. Guelf. et ed. Spir. *vincula.*

CAPUT XIX.

Forte illis diebus Campaniam petiverat Caesar et Cumas usque progressus Petronius illic attinebatur. Nec tulit ultra timoris aut spei moras: neque tamen praeceps vitam expulit, sed incisas venas, ut libitum, obligatas aperire rursum et alloqui amicos, non per seria aut quibus gloriam constantiae peteret: audiebatque referentes nihil de immortalitate animae et sapientium placitis, sed levia carmina et faciles versus. Servorum alios largitione, quosdam verberibus affecit. Iniit et vias, somno indulsit, ut, quanquam coacta, mors fortuitae si-

milis esset. Ne codicillis quidem (quod plerique pereuntium) Neronem aut Tigellinum aut quem alium potentium adulatus est, sed flagitia Principis sub nominibus exoletorum feminarumque et novitate cuiusque stupri perscripsit atque obsignata misit Neroni, fregitque annulum, ne mox usui esset ad facienda pericula.

1. *Cumas usque progressus Petronius* scil. cum Caesare, eius comes. *Campaniam petiverat Caesar Cumas usque progressus. Petronius illic attinebatur, nec tulit — moras* coni. Huetius. — *illic attinebatur*, morabatur. Cf. Ind. II. — *praeceps*, cf. Ind. III. v. *Adiectiva pro adverbiis* p. 803. Coniectura Acidalii *per praeceps* elegans est; *Ern.* Neutiquam. — *ut libitum*: in MSS. Reg. Corb. Guelf. a m. sec. et ed. Spir. *ad libitum.* — *gloriam constantiae* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Walth. Bekk. 2. *constantiam gloriae* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *constantiae gloriam* MS. Harl. a m. sec. et edd. Rhen. 2. 3. sqq. usque ad Walth. ut 15, 67. et al. — *de immortalitate animae*, v. ad c. 34. n. 1. — *levia carmina*, levioris argumenti, ludicra, amatoria. — *faciles versus*, cf. ad 6, 15, 2. — *servorum alios*: in MS. Corb. *servos alios.*

2. *Iniit et vias* MSS. et edd. vet. *Iniit epulas* edd. Bip. Oberl. sqq. e coniectura Marklandi in ep. crit. ad Harium p. 89. *Inire vias* non convenit ingenio Petronii et huic tempori; *Ern.* „Nihil tamen in vetere scriptura est, quod displiceat. Quippe *iniit vias* non vult, Petronium viarum spatia ex uno oppido in aliud pedibus emensum esse, sed illum non mansisse intra parietes, processisse in publicas vias, quasi cuncta solita usurparet. Iniisse et epulas facile credideris: sed quum veteres libri de hac re nil addant, cur obtrudamus scriptori, profecto non video." *Walth.* — *ut quanquam coacta* MS. Reg. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *ut quam coacta* MSS. Flor. (teste Vict.) Corb. Harl. Bodl. Ies. Bud. *utque coacta* MS. Guelf. *ut quasi coacta* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Quae varietas nata e compendio scripturae *q̃*, quod est in ed. Spir. — *Ne codicillis quidem — perscripsit*, v. ad 1, 6, 6. et 2, 48, 1. Non defuere qui perperam opinarentur, hos *codicillos* fuisse libros XVI Satiricon Petronii. „Quomodo enim intra paucas horas librum scripsisset, longiorem etiam, quam ut codicillorum nomine appellaretur? Praeterea in Satirico nihil ferme occurrit, quod Neroni conveniat: pleraque Claudii imbecillitatem referunt." *Brot.* — *quod plerique pereuntium* sc. faciunt. Cf. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 20. — *Neronem — adulatus est*, ut H. 1, 32. Cic. in Pis. extr. Sen. de ira 2, 31. Colum. 7, 12. Quintilianus 9, 3. princ. annotavit, *adulari alicui* suo aevo dictum et *adulari aliquem* antiquiori. — *et novitate cuiusque stupri*, cf. Ind. III. v. *Ablativi substantivorum absoluti.* — *perscripsit*: in edd. Oberl. Weik. Naud. vitiose *praescripsit.* — *misit*: in MS. Guelf. *mittit.* — *annulum* signatorium. *anulum* MS. Guelf. edd. Spir. Bekk. 2. Ritt. ut 2, 2. *anulo* MS. et edd. omnes ante Oberl. Vera scriptura est dubia. Cf. ad G. 31. n. 6. Oudend. ad Suet. Ner. c. 20. Goerenz. ad Cic. fin. 5, 2, 3. Schneideri Gram. T. I. P. II. p. 422. Baumgarten-Crusius in clave Suet. — *ne mox usui esset ad f. p.*, „ut in assimilatis Lucani literis c. 17." *Oberl.*

CAPUT XX.

Ambigenti Neroni, quonam modo noctium suarum ingenia notescerent, offertur Silia matrimonio senatoris haud ignota et ipsi ad omnem libidinem ascita ac Petronio perquam familiaris. Agitur in exsilium, tanquam non siluisset, quae viderat pertu-

leratque, proprio odio. At Minucium Thermum praetura functum Tigellini simultatibus dedidit, quia libertus Thermi quaedam de Tigellino criminose detulerat, quae cruciatibus tormentorum ipse, patronus eius nece immerita lueret.

1. *Ambigenti Neroni*, ignoranti et quaerenti. — *noctium suarum ingenia*, libidines exquisitae, *Ern.* Cf. ad 3, 26, 1. et O. 1. extr. — *proprio odio*, cf. Ind. III. v. *Ablativi substantivorum absoluti.* „Ob odium non eius in Neronem, sed Neronis in illam: *tanquam* enim clare ostendit, hanc veram fuisse causam, illam certe fictam et obtentui." *Pich.* „Sic et locum accepit Ricklefs, ut Silia mulctata sit non ob secreta vulgata, sed proprio Neronis in illam odio. Perperam. Silia acta est in exsilium, *tanquam non siluisset proprio odio, quae viderat pertuleratque*, h. e. tanquam non loquacitate, ut fit, aut inducta ad proditionem a Neronis osore peccavisset, sed tanquam proprio in Neronem odio incitata illius flagitia patefecisset. Plane supervacanea est Freinshemii emendatio: *pertuleratque. Proprio odio hanc: Minucium* cet." *Walth.*

2. *Minucium Thermum* edd. Bip. Oberl. sqq. ex emend. Ryckii, qui recte annotavit, hunc fuisse e posteris Q. Minucii Thermae, sub quo in Asia praetore Caesar primus stipendia fecerit. Eius correctio firmatur tum scriptura nominis in optimis libris, tum eo quod *Thermus* fuit cognomen gentis *Minuciae.* Cf. 6, 7. Appian. in Pun. c. 36. in Hisp. c. 39. in Syr. c. 39. Liv. 30, 40. 32, 27. 29. 38, 41. 46. 49. 41, 8. Hinc et ap. Suet. Caes. c. 2. pro *M. Thermi* scribendum crediderim *Minucii Thermae* vel *Q.* (Minucii) *Thermi*, qui Asiae praetor fuit a. 701. sqq. et postea in gentem patriciam adoptatus dictusque C. Marcius Figulus. v. Cic. ep. ad div. 2, 17. 18. 13, 53. ad Att. 1, 1. 2. 5, 13. al. *Municium Thermum* MS. Flor. test. Iac. Gron. et Vict. *Munitium Thermium* MS. Corb. *Munitium Therinum* MS. Agr. ed. Spir. *Numicium Thermum* MSS. Bodl. Bud. edd. Rhen. 2. 3. sqq. usque ad Bip. *Numicium Termum* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Numicium Terinum* MSS. Harl. Ies. Guelf. — *praetura functum*, v. ad 2, 33, 1. — *Tigellini simultatibus dedidit*, v. ad 1, 7, 8. *Tigellini* edd. Lips. sqq. *Tigillini* MSS. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Lips. *Tigilum* ed. Spir. Cf. ad 14, 51, 2. *dedidit* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. a m. pr. edd. Put. 1. 2. sqq. *deditum* vitiose MSS. Flor. Reg. Corb. Bud. Guelf. a m. sec. Agr. ed. Spir. *dedit* coni. Acid. et *dedit reum* (concessit, permisit reum) Walther in Spec. II. obss. in Tac. p. 26. qui etiam *sibi poscere reum aliquem* ita accepit. Sed *dedere aliquem alicui* eodem sensu 3, 23. et 16, 10. dictum, quo *dare, praestare, tribuere, concedere, donare, condonare, largiri*; de quo v. ad 1, 7, 8. — *quia*: in ed. Spir. *quod.* — *patronus eius:* in MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. *patronus atrocius eius — lueret.* Acidalius et Lallemandus coni. *luere* h. e. *luerunt.* „Sed non opus est numero plurali, et optativus sic recte ponitur, non indicativus. v. ad 12, 45, 1. et 15, 46, 1." *Walth.* Cf. Ind. III. v. *Verborum Modi* II, 1. p. 844.

CAPUT XXI.

Trucidatis tot insignibus viris, ad postremum Nero virtutem ipsam exscindere concupivit, interfecto Thrasea Paeto et Barea Sorano, olim utrisque infensus et accedentibus causis in Thraseam, quod senatu egressus est, quum de Agrippina referretur, ut memoravi, quodque Iuvenalium ludicro parum exspectabilem operam praebuerat: eaque offensio altius penetra-

bat, quia idem Thrasea Patavii, unde ortus erat, ludis cesticis a Troiano Antenore institutis habitu tragico cecinerat. Die quoque, quo praetor Antistius ob probra in Neronem composita ad mortem damnabatur, mitiora censuit obtinuitque; et quum deum honores Poppaeae decernuntur, sponte absens funeri non interfuit. Quae obliterari non sinebat Capito Cossutianus praeter animum ad flagitia praecipitem iniquus Thraseae, quod auctoritate eius concidisset iuvantis Cilicum legatos, dum Capitonem repetundarum interrogant.

1. *Trucidatis* fortius quam *interfectis*. „Verbum hoc proprie dicitur de tauri caede, (*tauricidare*) deinde de vi manifesta, qua infirmiores inermesque a fortioribus et armatis instar pecoris mactantur.“ *Doederl.* lat. synon. I. p. 41. III. p. 189. — *ad postremum Nero* cet. Paucis tradidit Xiphil. 62, 26. quae prolixius Tacitus cap. 21 — 35. de accusatione et damnatione Bareae et Sorani, quorum brevis, sed summa laus continetur verbis *Nero virtutem ipsam exscindere concupivit interfecto Thrasea Paeto et Barea Sorano.* Ὁ δὲ δὴ Θρασέας καὶ ὁ Σωρανός, καὶ γένους καὶ πλούτου, τῆς τε συμπάσης ἀρετῆς τὰ πρῶτα ἀνήκοντες — ἀπέθανον δὲ καὶ αὐτοί ποτε, ὅτι τοιοῦτοι ἦσαν, non quia ipsi coniurationis participes fuerant, Xiphil. l. l. Pro *interfecto* coniicere possis *interfectis*. Sed v. ad 12, 45, 1. — *Thrasea Paeto et Barea Sorano* MSS. Flor. (test. Pich. et Vict.) Bud. edd. Spir. Pich. sqq. *Barea Sorano et Thrasea Paeto* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. ad Pich. *Thraseas* vel *Thrasea Paetus* Patavinus et Stoicus, virtutis, probitatis, *παῤῥησίας* et *verae gloriae exemplar* H. 2, 91. „Admirator fuit unicus Catonis, de cuius vita librum scripsit indicante Plutarcho. Laudes eius sparsae in Tacito, Arriano, Dione, sed ante alia egregium elogium de illo ipsius Neronis in Plutarchi libello *πολιτικῶν παραγγελμάτων* c. 33. T. II. p. 810. *Νέρων ὀλίγον ἔμπροσθεν ἢ κτεῖναι, τὸν Θρασέαν μάλιστα μισῶν και φοβούμενος, ὅμως ἐγκαλοῦντός τινος ὡς κακῶς κεκριμένου καὶ ἀδίκως, ἐβουλόμην ἄν, ἔφη, Θρασέαν οὕτως ἐμὲ φιλεῖν ὡς δίκαστὴς ἄριστός ἐστιν.* Salve, o salve, vir magne et inter Romanos sapientes sanctum mihi nomen: Tu magnum decus Gallicae gentis; tu ornamentum Romanae curiae, tu aureum sidus tenebrosi illius aevi. Tua inter homines, non hominis vita: nova probitas, constantia, gravitas, et vitae mortisque aequabilis tenor.“ *Lipsius.* De eo cf. Ind. I. Plut. Cat. c. 37. (*καὶ γὰρ αὐτὸς Μουνάτιος σύγγραμμα περὶ Κάτωνος ἐξέδωκεν, ᾧ μάλιστα Θρασέας ἐπηκολούθησεν.*) Plin. ep. 3, 16. 6, 29. 7, 19. 8, 22. Xiphil. 61, 15. 62, 26. 67, 13. — *Barea Soranus* consularis, qui in proconsulatu Asiae offensiones Neronis auxerat iustitia et industria. v. cap. 23. 12, 53. H. 4, 10. 40. „Thraseae Paeti praenomen *P.* ap. Xiphil. 61, 15. et *Valerium* gentile nomen fuisse suadet marmor vetus: *C. Domitio Dextro II. L. Valerio Messalla Thrasia Prisco Coss.* In alio lapide lego *Q. Marcio Barea T. Rustio Nummio Gallo Coss.* Si de isto Barea Sorano, habemus et huius viri celebris gentile nomen.“ Lips. ad h. l. et ad 12, 53. „Haec inscriptio est ap. Gruter. p. 107, 8. Sed ex alia ap. Gruter. p. 235, 10. patet, eos consules fuisse sub Tiberio et quidem, ut videtur Pighio, suffectos a. U. 778. Calvisio et Lentulo Gaetulico coss. ordinariis. Ceterum vel sic gentile nomen Barearum hinc cognoscitur.“ *Ern.* ad 12, 53. „Qui coniecturas sectantur, adeant Ursati monum. Patav. p. 155. et Reimar. ad Xiphil. 62, 26.“ *Brot.* — *quod senatu egressus est, quum de Agrippina referretur, ut memoravi,* sc. 14, 12. „Muretus, Acidalius et Pichena malebant *egressus esset*. Immo *egr. erat*, (nam mox *praebuerat*) si quid mutandum. Malim certe *est* quam *esset*, quum et indicativus sequatur, et paulo post hoc tempore *censuit obti-*

nuitque. Omnino Tacitus h. l. non est satis constans in temporibus." *Ern.* „Sed aoristus *egressus est* bene se habet, ut mox *censuit obtinuitque* et 1, 58. *scripsit,* 2, 62. *transtulit,* 6, 9. *patefecit,* 6, 30. *imposuit,* 12, 31. *restiterunt.* Quod Tacitus dein scripsit *praebuerat,* recte fecit: nam hoc non poterat narrari tanquam res certo quodam tempore facta; immo Thrasea ita se gesserat, ut parum expectabilem operam praeberet, vel talis erat, qui eam praebuisset. Quam eximiam Taciti in scribendo curam perperam inconstantiam nonnulli vocant." *Walth.* *referetur* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. *ferretur* MS. Flor. teste Furia et ed. Spir. — *iuvenalium ludicro,* de quo v. 14, 15. — *parum exspectabilem operam,* h. e. exspectationi non respondentem; *Ern.* *exspectabilem* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *et exspectabilem* MSS. Flor. Corb. *in exspectabilem* ed. Spir. *spectabilem* MS. Agr. *expetibilem* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. et dein omnes praeter Walth. „Per analogiam *exspectabilis* et *expetibilis* pari sunt fide; neutrum apud scriptores ante Taciti aetatem legitur. Ea tamen non est auctoritas MS. Bud., ut ceterorum librorum scriptura illius verbis cedat." *Walth.* „Aptior tamen h. l. est lectio MS. Bud. *Expetibilis* opera est, qualem Nero sociique *expetere* sive *exoptare* poterant, *exspectabilis,* qualem *exspectare* poterant. Sed vel illi nihil exspectare poterant, quo vir sanctissimus morum famam sui dehonestasset." *Ritter.* „Immo sensus est: *parum,* non, (ut 1, 19. H. 4, 60. 68.) *praebuerat operam exspectabilem,* h. e. exspectatam, id. qd. apud Xiphil. 62, 26. οὔτε ἐπεδείξατο οὐδὲν, Germ. er hatte nichts vorgezeigt, von sich nichts sehen und hören lassen; in Iuvenalibus praeter spem et exspectationem neque saltaverat, neque cecinerat, neque declamaverat. Adiectiva in *bilis* terminata saepe ponuntur pro participiis praes. et perf. tam activis quam passivis, et pro his etiam, si formata sunt a verbis, quae carent participiis praet. pass. Sic 6, 40. *intestabilis,* Germ. verabscheuet, (ut *detestabilis* ap. Suet. Tib. c. 63.) 12, 67. *cibus delectabilis,* quo quis delectatur, nostrum Lieblingsspeise, H. 2, 76. *desiderabilis,* qui desideratur, Germ. der zurück gewünscht wird." *Roth.* ad Tac. Agr. in Exc. XXIII. Cf. Ind. III. v. *Enallage.* — *eaque offensio altius penetrabat* animum Neronis, ut 1, 69. — *quia idem Thrasea Patavii — cecinerat,* καίτοι ἐν Παταουίῳ τῇ πατρίδι τραγῳδίαν κατά τι πάτριον ἐν ἑορτῇ τινι τριακονταετηρίδι ὑποκρινάμενος Xiphil. 62, 26. *Patavi* MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. — *ludis cesticis a Troiano Antenore institutis:* nam hic in Italiam venisse et Patavium condidisse fertur; quod notissimum ex Liv. 1, 1. et Virg. Aen. 1, 242 sqq. *ludis cesticis* vel *caesticis* edd. Put. 1. 2. et dein omnes praeter Bekk. 2. et Ritter. *cetastis* MSS. Flor. Vat. Reg. Corb. edd. Spir. Bekk. 2. Ritt. *cestatis* MSS. Harl. Bodl. Bud. Guelf. *testatis* MS. Ies. *cerastis* MS. Agr. Quaenam harum lectionum et utrum alia sit vera, dubium est. Ludi *cestici* vel *caestici* sic dici potuere, non a *cesto,* cingulo muliebri, v. c. Veneris, quod acu pictum erat, (κεστὸν ἱμάντα appellat Hom. Il. 14, 214. de quo v. Winkelman. Gesch. der Kunst T. I. p. 198. Alberti ad Hesych. et Broukh. ad Tibull. 1, 9, 5.) sed a *cestu* seu *caestu* pugilis, qui dextram manum loro clavis ferreis munito implicabat, ut eo fortius feriret; quale pugilum certamen praeter alios ludos Troianos Aeneas, relicta Carthagine vi tempestatis in Siciliam delatus et ab Aceste benigne exceptus, in honorem Anchisae patris apud tumulum eius instituisse perhibetur. v. Virg. Aen. 5, 69. 400 sqq. 420. „Quid autem caestibus cum cantu? Thraseas enim hic *cecinisse* dicitur, non manibus pugnasse. Sed crediderim, eos ludos, ut fit, tempore auctiores ornatioresque factos et ad caestus scenica etiam certamina adiecta." *Lipsius.* Sane etiam Romae in antiquissimis ludis, qui *Romani* deinde dicti, apud Liv. 1, 35. *pugiles* commemorantur; *Ern.* „Quid au-

tem vetat credi, spectaculum, de quo h. l. agitur, duplex fuisse, gymnicum et musicum? Tale fuit quinquennale Neapolitanorum, cuius meminit Strabo lib. V. p. 246. Aliud quinquennale ac triplex Capitolino Iovi institutum a Domitiano, musicum, equestre, gymnicum. v. Suet. Dom. c. 4. Quum vero antiquitus tantum aut praecipue *cestibus* in his ludis certaretur, ab his dictos adhuc *cesticos*, quanquam in illis et vocis periculum fieret, nihil absurdi. Ergo vulgata lectio non temere mutanda est.“ *Ryckius*. Cf. ad 14, 20, 1. Ex hac lectione *cesticis* natae videntur ceterae, primum *cestatis*, deinde *cetastis*, *cerastis* et *testatis*, e quibus nihil sani extrices. „Apud Livium 10, 2. navale certamen annuum est Patavii: sed nihil ad istud. Agon item Drepanitanus apud Sidonium in Abitaco suo ep. 2, 2. ad exemplar Troianae superstitionis; pariter nihil istuc. Dio hoc tantum monet, fuisse ἑορτὴν τριακονταετηρίδα, tricennale spectaculum.“ *Lips*. Grotio placebat *xysticis*, qui ludi in tecta porticu et praecipue pugilum erant; unde *xystici*, ξυστικοί, athletae, qui in *xysto*, porticu aut viridario, exercebantur. Cf. Suet. in Aug. c. 45. in Galba c. 15. Reines. inscr. cl. V. n. 44. Acidalius volebat *asticis*, qui ludi ἀστικοὶ vel propr. ἀστυκοὶ Graeci erant et in primis Athenis in ipsa urbe, (nam Athenae κατ᾽ἐξοχὴν dictae ἄστυ, ut Roma *Urbs*) non, ut alii, extra eam acti: v. intpp. Suet. Cal. c. 20. Pignorius in Origg. Patav. c. 8. coniecit *iselasticis* eosque ludos inde nomen accepisse censuit, quod hieronicae sive victores in ludis Olympicis, Pythiis, Isthmiis, Nemeis aliisque ad eorum similitudinem institutis, reversi in patriam consueverint more triumphantium εἰσελαύνειν, invehi in urbem quadrigis super deiecta murorum parte, quodque ludi ea occasione et spectacula acta videantur. v. Suet. in Cal. c. 20. in Ner. 25. Plin. ep. 10, 119. 120. Vitruv. IX. princ. Faber. agonist. 2, 9. 10. 17. „Si legamus potius *Selasticis*, ut in inscriptionibus fere est, sane conveniet valde codicum scripturae. In istis etiam Graecorum ludis paulatim omnis generis certamina poetarum, oratorum cet. instituta, quum in illo tanto conventu quisque artem suam ostentando inclarescere cuperet.“ *Ern*. Sed scriptura *Selastici* vitiosa est, neque ludi isti *a Troiano Antenore instituti*. — *habitu tragico:* in MS. Bud. frustra adiectum *ornatus*.

2. *Die quoque, quo praetor Antistius — mitiora censuit obtinuitque*, v. 14, 48. — *et quum deum honores Poppaeae decernuntur, sponte absens funeri non interfuit*: harum rerum mentionem praetermisit Tacitus supra cap. 6. 7. Sed de divinis honoribus Poppaeae habitis v. Xiphil. 63, 26. „Huius verba sunt: *καὶ ἐτρύφα καὶ τὸ τῆς Σαβίνης ἡρῷον ἐκποιηθὲν καὶ κοσμηθὲν λαμπρῶς ὡσίωσεν, ἐπιγράψας αὐτῷ, ὅτι Σαβίνῃ αὐτὸ θεᾷ Ἀφροδίτῃ αἱ γυναῖκες ἐποίησαν*, *itaque luxui ac deliciis nihilominus vacabat* Nero *et templum Sabinae*, quod *forte absolutum erat, magnificis ornatum donariis dedicavit inscripto hoc titulo: Sabinae Deae Veneri Matronae fecerunt*. Tristanus templum hoc in Lesbo erectum scribit; nescio quo fundamento.“ *Ryck*. „Exstant etiam duo numi aenei, in quibus hinc DIVA. CLAUD. NER. F. *templum rotundum, intra quod signum muliebre stans;* illinc DIVA. POPPAEA. AVG. *templum distylum, in quo mulier sedens, sin*. C. C. v. Eckhel. doctr. NN. vet. Vol. VI. p. 287. Cf. et Reimar. ad Dion. 63, 26.“ *Oberl*. *deum honores* MSS. Flor. (in quo est *dm*. teste Vict.) Bud. edd. Rhen. 2. 3. sqq. *divini honores* (ut *coelestes honores* 5, 1. 6; 18.) MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *deinde honores* MSS. Reg. Corb. Agr. ed. Spir. *decernuntur* MSS. Flor. (teste Furia) Harl. Bodl. Ies. Bud. edd. Spir. et cet. ante Ryck. quod revocarunt Kiessl. Walth. Ritt. *decernerentur* MSS. Guelf. Agr. edd. Ryck. Ern. Brot. Bip. Oberl. Lün. Bekk. Cf. Ind. III. v. *Verborum Modi* I, 2. et *Verborum tempora* I, β. p. 846. 847. *sponte absens*

h. e. nulla iusta de causa: quia abesse voluit; *Heins.* *non interfuit* MSS. Reg. Corb. edd. omnes ante Bekk. *non interfuerit* MSS. Flor. (test. Pich. et Vict.) Harl. Bodl. Bud. Guelf. *non interfuerat* MS. Ies. edd. Bekk. Ritt. „Quarum scripturarum nulla absurda est; diversam tamen quaeque habet rationem. *Non interfuit* rem ἀορίστως exprimit; *non interfuerat* respicit ad tempus funeris; *non interfuerit* enuntiat suspicionem vel coniecturam scriptoris, qua non dicit se reperisse id in actis, sed coniicere, Thraseam funeri non interfuisse, quia, quum honores Poppaeae decernerentur, sponte absens fuit." *Walth.* — *Capito Cossutianus* gener Tigellini lege repetundarum damnatus. v. 11, 6. 13, 33. 14, 16. 17. — *ad flagitia:* in MS. Corb. et ed. Spir. *ad flagitium.* — *iniquus Thraseae* MSS. Flor. (test. Pich. et Vict.) Reg. Corb. edd. Spir. Walth. *inimicus Thraseae* MSS. Bud. aliique et edd. cet. ex interpretamento margini adscripto. v. ad 3, 4. extr. — *auctoritate eius concidisset,* damnatus esset, ut cap. 29. Cf. ad 6, 14, 1. — *Capitonem repetundarum interrogant,* v. ad 1, 74, 1. et 13, 14, 1.

CAPUT XXII.

Quin et illa obiectabat: principio anni vitare Thraseam sollenne ius iurandum; nuncupationibus votorum non adesse, quamvis quindecimvirali sacerdotio praeditum; nunquam pro salute Principis aut coelesti voce immolavisse; assiduum olim et indefessum, qui vulgaribus quoque Patrum consultis semet fautorem aut adversarium ostenderet, triennio non introiisse curiam; nuperrimeque, quum ad coercendos Silanum et Veterem certatim concurreretur, privatis potius clientium negotiis vacavisse. Secessionem iam id et partes et, si idem multi audeant, bellum esse. *Ut quondam C. Caesarem,* inquit, *et M. Catonem, ita nunc te, Nero, et Thraseam avida discordiarum civitas loquitur. Et habet sectatores vel potius satellites, qui nondum contumaciam sententiarum, sed habitum vultumque eius sectantur, rigidi et tristes, quo tibi lasciviam exprobrent. Huic uni incolumitas tua, tuae artes sine honore. Prosperas Principis res spernit: etiamne luctibus et doloribus non satiatur? Eiusdem animi est, Poppaeam divam non credere, cuius, in acta divi Augusti et divi Iulii non iurare. Spernit religiones, abrogat leges. Diurna populi Romani per provincias, per exercitus curatius leguntur, ut noscatur, quid Thrasea non fecerit. Aut transeamus ad illa instituta, si potiora sunt, aut nova cupientibus auferatur dux et auctor. Ista secta Tuberones et Favonios, veteri quoque rei publicae ingrata nomina, genuit. Ut imperium evertant, libertatem praeferunt: si perverterint, libertatem ipsam aggredientur. Frustra Cassium amovisti, si gliscere et vigere Brutorum aemulos passurus es. Denique nihil ipse de Thrasea scripseris; disceptatorem senatum nobis relinque.* Extollit ira promptum Cossutiani animum Nero, adiicitque Marcellum Eprium acri eloquentia.

1. *principio anni vitare Thraseam sollenne iusiurandum,* v. ad 1, 7, 3. et Lipsii Exc. I. ad Ann. XVI. — *nuncupationibus votorum non adesse,* v. ad 4, 17, 1. et Lipsii Exc. II. ad Ann. XVI. — *quamvis quindecimvirali sacerdotio praeditum;* nam vota illa nuncupabantur a sacerdo-

tibus. De *quindecimviris* v. ad 3, 64, 2. — *nunquam pro salute Principis aut coelesti voce* eius *immolavisse*, cf. ad 14, 15 extr. et Xiphil. 61, 20. qui verba auditorum hanc vocem celebrantium expressit, ut accusatorum Cossutiano similium Philostratus in vita Apollonii 5, 7. *οὐκ ἦλθες ἀκροασόμενος Νέρωνος, ἢ παρῆσθα μὲν, ῥαθύμως δὲ ἠκροῶ, ἐγέλας, οὐκ ἐκρότησας, οὐκ ἔθυσας ὑπὲρ τῆς φωνῆς, ἵνα Πυθῶδε λαμπροτέρα ἔλθοι.* „Indignor, quum lego, immo non indignor, ut nunc aetas mea est et peritia ludibriorum in re humana. En summates illi viri, genere, dignitate, sapientia, titulum criminis accipiunt, quem pudeat memorasse." *Lips.* Paulo post *et adversarium* MS. Guelf. et *ostentaret* MS. Reg. — *triennio non introiisse curiam;* cf. tamen 15, 23. extr. *introiesse* MS. Guelf. edd. Walth. Bekk. Ritt. *introisset* ed. Spir. ut in princ. cap. *vitaret* et *adesset*, quanquam dedit *praeditum*. — *nuperrimeque:* in MS. Bud. *nuperrimae*. — *ad coercendos Silanum et Veterem*, v. cap. 7 sqq. et 10. — *clientium:* in MS. Agr. et ed. Spir. *clientum*. v. ad 2, 45, 1. — *Secessionem iam id et partes et — bellum esse*, v. ad 2, 38, 3. — *si idem multi audeant* MSS. Flor. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Iac. Gron. sqq. *si multi idem audeant* MS. Bud. edd. Rhen. 2. 3. et cet. ante Iac. Gron. *habeant* pro *audeant* MS. Bud.

2. *Ut quondam C.* (Iulium) *Caesarem* dictatorem, libertatis oppressorem, *et M. Catonem* Uticensem, eius vindicem, *ita nunc te, Nero, et Thraseam avida discordiarum civitas loquitur*, in ore semper habet et crepat tanquam iis similes eosdemque inimicissimos. An scribendum *Iul. Caesarem?* Nam *C. Caesar* dici solet vel nepos Augusti vel Caligula. De *Thrasea* et *Catone* v. ad cap. 21. n. 1. princ. — *Et* deest in MS. Flor. teste Furia. — *habitum vultumque eius sectantur*, exprimere cupiunt. — *rigidi et tristes*, morosi, duri et inexorabiles, Germ. trotzig und finster, quales tunc erant philosophi, praecipue Stoici, qui morum severitatem, arrogantiam et contumaciam ostentabant ac fronte praeferebant. Ita *Piso recta aestimatione severus, deterius interpretantibus tristior habebatur* et *Galbae tristitia simillimus* H. 1, 14. et 38. princ. Nunc *philosophi vultum et tristitiam et dissentientem a ceteris habitum pessimis moribus praetendunt* Quintil. prooem. lib. I. §. 15. *Triste supercilium durique severa Catonis Frons* Martial. 11, 2, 1. Cf. ad 13, 2, 2. Agr. 9. n. 4. Iuvenal. 2, 9. 11, 90. 91. Plin. ep. 1, 10. Ruhnk. ad Terent. Andr. 5, 11, 16. — *quo tibi lasciviam exprobrent* Pich. sqq. ex emend. Rhenani. *quod ibi* MSS. Flor. Reg. ed. Spir. *quod tibi* MS. Bud. *qui tibi* MSS. Harl. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. Quae varietas e simili scripturae compendio nata. *quasi tibi* coni. Acid. quod minori certe audacia de Nerone dictum videri potest. *Per silentium aut modice querendo* 15, 1.

3. *Huic uni incolumitas tua, tuae artes sine honore:* „prius membrum ad omissam votorum pro incolumitate Principis nuncupationem spectat, alterum ad id quod nunquam immolarit pro coelesti voce. Cf. prima huius cap. verba." *Lipsius. tuae artes sine honore* edd. Bip. Oberl. sqq. ex emend. I. Fr. Gronovii. Vitiose *sine arte, sine honore* MSS. et edd. vet. In MS. Flor. *artes* lectum a Pich., non ab aliis. *Huic uni inc. tua sine cura, artes sine honore* coni. Lipsius. Quae ratio mihi magis placet quam Gronoviana; *Ern.* Sed Gronoviana et primis huius cap. verbis et scripturae antiquae consentanea est. Minus probandum *sive artes sine honore*, quod volebat Iac. Gronovius. — *Prosperas Principis res spernit:* „haec ut per concessionem dicta accipi debent. Sed fortasse scripsit Tacitus *spernat*. In MS. Agr. deinde *etiamnum*, quod a Ryckio (et Bip.) praelatum. Male. Vulgatum verum et elegans est." *Ern.* — *luctibus et doloribus* Principis ob mortem Poppaeae (ab ipso interfectae) *non satiatur* ira Thraseae? — *Eiusdem animi est, Poppaeam divam non*

credere, v. ad cap. 21. n. 2. — *in acta divi Augusti et divi Iulii non iurare*, cf. nota 1. ad 1, 7, 3. et 13, 11, 1. — *Spernit religiones* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2 sqq. *Spernit legiones* MSS. Flor. Reg. Corb. Bud. Agr. ed. Spir. — *Diurna populi Romani per provincias, per exercitus curatius leguntur*, v. ad 3, 3, 1. *curatius* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Lips. sqq. Cf. ad 2, 27, 1. *curatium* MS. Reg. ed. Spir. *curantium* MSS. Corb. Bud. *accuratius* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Lips. quod glossema est. — *ut noscatur, quid Thrasea non fecerit*, quum tamen facienda essent, quid omiserit facere quidque perperam fecerit. „Qua in re Principi, senatui restiterit"; *Brot.*

4. *Aut transeamus ad illa instituta* sectae philosophorum, in primis Stoicae, quibus favet Thrasea. Cf. ad cap. 21. n. 1. *at transeamus* MS. Guelf. *aut transeamus illa inst.* ed. Spir. *in illa* MS. Agr. — *dux et auctor* synonyma. — *Illa secta* Stoicorum *Tuberones et Favonios genuit*, homines, quales fuere Tubero et Favonius. Cf. Ind. III. v. *Numerus plur. pro sing.* et de Stoicis illius aevi ad 14, 57, 2. ad Agr. 4. n. 6. et 8. Dio 66, 12. Q. Aelius *Tubero* Stoicus, cui avunculus fuit Scipio Africanus. v. Cic. Brut. c. 31. p. Mur. c. 36. or. 3, 21. ad Att. 4, 16. Plin. 33, 11. Valer. Max. 4, 4. 7, 5, 1. Gell. 1, 22. Plut. Lucull. c. 39. M. *Favonius*, Catoni similis et familiaris, de quo v. Cic. p. Mil. 9. 16. ad Att. 1, 14. 2, 1. ad div. 8, 9. 11. Suet. Oct. c. 13. Dio 38, 7. 47, 49. Plut. Brut. c. 34. Val. Max. 2, 10, 8. *Fabonios* MS. Guelf. ed. Spir. Cf. ad 11, 6, 1. — *veteri quoque rei publicae*, v. ad 1, 1, 3. — *libertatem praeferunt*, ostentant, eius studium iactant, sive, si mavis, imperio meliorem dicunt; *Ern.* Cf. ad 2, 53 extr. *preferant* MS. Guelf. *libertatem praeferunt: si perverterint* (sc. imperium), *libertatem ipsam aggredientur* MSS. Flor. Corb. Bud. edd. Pich. sqq. nisi quod *egredientur* est in MS. Bud. Verba *libertatem praeferunt*:. *si perverterint* omittunt MS. Reg. ed. Spir. et deinde *libertatem* ante *ipsam* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich. Causa in prompta est, cur talia exciderint; *Ern.* — *Frustra Cassium amovisti*, v. cap. 7. 8. 9. *admovisti* MS. Flor. teste Furia. *admonuisti* ed. Spir. — *Brutorum aemulos*, Thraseam et Soranum, similes Bruto et Cassio, ultimis Romanae libertatis vindicibus. — *Denique nihil ipse de Thrasea* eiusque damnatione *scripseris* ad senatum: qui Principum mos saepe memoratur. — *disceptatorem*: in MS. Reg. *decertatorem*. — *ira promptum*, cf. Ind. II. v. *Promptus*. In MS. Agr. *irae promptum*, quod malebat Heinsius. — *Marcellum Eprium*, v. Ind. I. et ad 3, 75, 1. — *acri eloquentia*, cf. Ind. III. v. *Ablativi qualitatis*.

CAPUT XXIII.

At Baream Soranum iam sibi Ostorius Sabinus Eques Romanus poposcerat reum ex proconsulatu Asiae, in qua offensiones Principis auxit iustitia atque industria et quia portui Ephesiorum aperiendo curam insumpserat vimque civitatis Pergamenae, prohibentis Acratum Caesaris libertum statuas et picturas avehere, inultam omiserat. Sed crimini dabatur amicitia Plauti et ambitio conciliandae provinciae ad spes novas. Tempus damnationi delectum, quo Tiridates accipiendo Armeniae regno adventabat, ut ad externa rumoribus intestinum scelus obscuraretur, an ut magnitudinem imperatoriam caede insignium virorum quasi regio facinore ostentaret.

1. *Baream Soranum*, v. ad c. 21. n. 1. — *iam sibi Ostorius Sabinus* edd. Lips. sqq. quia in omnibus libris cap. 33 extr. est *Ostorio* praeter

MS. Guelf. in quo *Ostrio* scriptum. *iam sibi Torius Sabinus* edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. et sic *Torius* c. 30. pr. in edd. vet. Idem in MS. Flor. legit Iac. Gronovius, sed *iam sibi torius savinus* et h. l. et cap. 30. Furia. *iam subitorius* MSS. Vat. Guelf. ed. Spir. *Sabinus* omissum in MS. Bud. *Obultronius Sabinus* coni. Bip. coll. 13, 28. — *poposcerat reum,* accusandum sumpserat, *ex proconsulatu Asiae,* v. ad 13, 52, 1. — *quia portui Ephesiorum aperiendo curam insumpserat,* cf. ad 6, 32, 1. et Ind. III. v. *Gerundia in dativo.* — *prohibentis Acratum Caesaris libertum statuas et picturas avehere,* v. ad 15, 45, 1. *Acratum* MSS. Flor. Guelf. edd. Put. 1. 2. Rhen. 2. 3. sqq. *Atratum* edd. Ber. Rhen. 1. *ac ratum* ed. Spir. *avehere* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. *se vehere* MS. Flor. (test. Vict. et Furia) et Spir. E praeced. voc. adhaesit *s* et *a* in *e* abiit; *Walth.* — *inultam* MSS. Flor. (teste Vict.) Vat. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Spir. Rhen. 1. 2. 3. sqq. *multam* edd. Put. 1. 2. Ber. *invitam* ed. Gryph. *in ultima* MS. Corb. — *amicitia Plauti,* de quo v. 14, 57. 58. 59. — *ad spes novas,* cf. Ind. II. v. *Novus* et ad 2, 78, 1.

2. *Tempus damnationi delectum, quo Tiridates accipiendo Armeniae regno adventabat,* cf. 15, 24. 29. 30. et Ind. III. v. *Dativus obiectivus* et *Gerundia in dativo. damnationis* MS. Bud. *accipiendae* MSS. Flor. (test. Vict. et Furia) Guelf. — *ad externa rumoribus,* ad Tiridaten directis. *Rumoribus* ad res externas Romae exsistentibus; *Pich.* „*Rumoribus,* qui exsisterent *ad externa.* Nam *ad* significat occasionem, in qua aliquid fit. Sic 2, 2. *laetantes ad nova imperia.*“ *Walth.* Sensus est: dum rumores et sermones hominum occuparentur externis. Sed modus loquendi est durior.“ *Ern.* Eum tamen Taciti stilo consentaneum esse docet Roth. ad Tac. Agr. p. 239. Cf. Ind. II. v. *Ad* et Ind. III. v. *Ellipses* I, γ. *ad externa rumorum* corr. Gruterus, *versis ad externa rumoribus* Acidalius et *ad externa ruentibus* Hiller. racem. 18. — *intestinum* (in Urbe patratum) scelus. cf. ad 4, 10, 1. — *an ut,* v. ad 14, 59, 1. princ. — *insignium virorum* MS. Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *illustrium v.* MSS. Bodl. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. — *regio facinore,* v. ad 11, 10, 3. *egregio facinore* MS. Guelf.

CAPUT XXIV.

Igitur omni civitate ad excipiendum Principem spectandumque regem effusa, Thrasea occursu prohibitus non demisit animum, sed codicillos ad Neronem composuit requirens obiecta et expurgaturum asseverans, si notitiam criminum et copiam diluendi habuisset. Eos codicillos Nero properanter accepit spe, exterritum Thraseam scripsisse, per quae claritudinem Principis extolleret suamque famam dehonestaret. Quod ubi non evenit vultumque et spiritus et libertatem insontis ultro extimuit, vocari Patres iubet. Tum Thrasea inter proximos consultavit, tentaretne defensionem an sperneret.

1. *ad excipiendum Principem* e Campania redeuntem (cf. cap. 19. princ.) *spectandumque regem* Tiridaten. — *Thrasea occursu prohibitus*: „quod signum scilicet Principis indignantis et a se atque aspectu suo spernentis. Tale Vespasiano factum ab eodem Nerone ap. Suet. Vesp. c. 4. *prohibitus non contubernio modo, sed etiam publica salutatione;* atque ut ibi ille salutatione prohibitus, sic Thrasea *occursu* regis.“ *Lipsius.*

Annotatum est, omni senatu Antium sub recentem partum Poppaeae *effuso Thraseam prohibitum* 15, 23. — *demisit* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *dimisit* MSS. Bud. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. — *codicillos*, v. ad 1, 6, 6. — *expurgaturum*, v. ad 14, 7, 2.

2. *spe exterritum Thraseam scripsisse:* in edd. Rhen. 2. 3. sqq. *spe*, sed *saepe* in MSS. et primis edd. *scripsisse* MSS. Flor. Reg. Corb. Agr. edd. Spir. Pich. sqq. *sensisse* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et edd. ante Pich. praeter Spir. quam lectionem I. Fr. Gronovius obss. 2, 4. p. 239. (p. 187. ed. Lips.) et in ep. ad Salmas. a. 1638. scripta (in Burm. Collect. T. II. p. 573.) defendit tanquam veram, doctam et e rhetorum scholis petitam pro: eos sensus concepisse, declarasse, ut *sensus incomptos, sed validos* 15, 67. *sensu docere* et *libere sentire* ap. Cic. ep. ad div. 1, 9. 10, 11. aliaque his similia. *inservisse* malebat Gruterus. — *claritudinem*: in MS. Corb. et ed. Spir. *claritatem*. — *Quod ubi non evenit* edd. Rhen. 2. 3. sqq. *quo dubie non venit* MS. Flor. (teste Furia) edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *quo dubiae non venit* MS. Guelf. — *vultumque et spiritus et libertatem*, v. ad G. 1. n. 1. *spiritus* edd. Put. 1. 2. sqq. Sic c. 26. 2, 43. H. 4, 85. ut *spiritus tumidi* 4, 12. et *spiritus altiores* H. 3, 66. *spiritum* MSS. Reg. Corb. ed. Spir. *et* ante *spiritus* deest in MS. Ies. — *ultro extimuit*, v. ad 3, 36, 1. — *iubet* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Bud. Guelf. Agr. edd. Spir. Ryck. Iac. Gron. sqq. *iussit* edd. cet. — *inter proximos*, v. ad 4, 12, 3.

CAPUT XXV.

Diversa Consilia afferebantur. Quibus intrari curiam placebat, *securos esse de constantia eius*, dixerunt: *nihil dicturum, nisi quo gloriam augeret. Segnes et pavidos supremis suis secretum circumdare. Aspiceret populus virum morti obvium, audiret senatus voces, quasi ex aliquo numine, supra humanas: posse ipso miraculo etiam Neronem permoveri. Sin crudelitati insisteret, distingui certe apud posteros memoriam honesti exitus ab ignavia per silentium pereuntium.*

1. *securos esse* scil. *se*. Cf. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 14. Sed fortasse excidit *se* post *sese*, quod etiam coniicere possis e MS. Flor. in quo est *securos et sese* teste Vict. — *Segnes et pavidos supremis suis* (v. ad 1, 8, 1.) *secretum circumdare*, v. ad 14, 53, 2. et Agr. 20. n. 1. *secretum circumdare* MSS. Flor. Reg. Corb. Bodl. in marg. Guelf. et edd. Spir. Lips. sqq. *secretum otium dare* MSS. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. *secretum otium circumdare* MS. Bud. — *virum morti obvium*, ad eam subeundam paratum, promptum.

2. *Audiret senatus voces quasi ex aliquo numine supra humanas*, humanis maiores augustioresque. *ex aliquo numine* MSS. Flor. (teste Vict.) Bud. edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *ex aliquo numinum* MS. Corb. *ex quodam numine* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *supra humanas* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. usque ad Bip. quod revocarunt Bekk. Kiessl. Walth. Ritt. *supra humanos* MSS. Flor. Reg. Corb. edd. Spir. Bip. Oberl. Lünem. „Quod blanditur, h. e. homines, humanum genus. v. intpp. Cic. ep. ad Att. 13, 21. et Iustin. 42, 3. Varr. ap. Non. Marc. 2, 98. „*Ryckius, Iac. Gron.* et *Oberl.* Cf. etiam Gron. ad Liv. 8, 9. et Gifan. Ind. Lucret. Sed *voces supra homines* nemo facile dixerit, et in MS. Flor. multa librariorum menda reperiuntur. „Caveamus ne ad absurda nos abducat huius codicis auctoritas, praesertim in tali re,

ubi error perfacilis fuit." *Walth.* Paulo post *etiam ipsum Neronem* MS. Guelf. et *promoveri* ed. Spir. — *Sin crudelitati insisteret* MSS. Flor. (teste Pich.) Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. Pich. sqq. Cf. ad 2, 21, 2. *si in crudelitati ins.* in MS. Flor. legit Iac. Gronovius. *si incredulitati ins.* MS. Reg. ed Spir. *si in incredulitate ins.* MS. Corb. *sin crudelitati persisteret* MS. Bud. *sin crudelitas persisteret* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. Grut. — *honesti exitus*, v. ad 2, 71, 1. — *ab ignavia per silentium pereuntium*, ita ut de morte eorum sileatur.

CAPUT XXVI.

Contra, qui opperiendum domi censebant, de ipso Thrasea eadem: *sed ludibria et contumelias imminere. Subtraheret aures conviciis et probris. Non solum Cossutianum aut Eprium ad scelus promptos; superesse, qui forsitan manus ictusque per immanitatem augusti * * etiam bonos metu sequi. Detraheret potius senatui, quem perornavisset, infamiam tanti flagitii, et relinqueret incertum, quid, viso Thrasea reo, decreturi Patres fuerint. Ut Neronem flagitiorum pudor caperet, irrita spe agitari, multoque magis timendum, ne in coniugem, in familiam, in cetera pignera eius saeviret. Proinde intemeratus, impollutus, quorum vestigiis et studiis vitam duxerit, eorum gloria peteret finem.* Aderat consilio Rusticus Arulenus flagrans iuvenis, et cupidine laudis offerebat, se intercessurum senatus consulto; nam plebi tribunus erat. Cohibuit spiritus eius Thrasea, *ne vana et reo non profutura, intercessori exitiosa inciperet. Sibi actam aetatem et tot per annos continuum vitae ordinem non deserendum: illi initium magistratuum et integra, quae supersint. Multum ante secum expenderet, quod tali in tempore capessendae rei publicae iter ingrederetur.* Ceterum ipse, an venire in senatum deceret, meditationi suae reliquit.

1. *opperiendum domi:* in MS. Bud. *opperiendum eum domi.* — *de ipso Thrasea* eiusque constantia *eadem* sc. dicebant quae alii cap. 25. Cf. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 5. *nihil de ipso Thrasea* MS. Agr. et deinde *subtrahere* MS. Guelf. et ed. Spir. — *qui forsitan manus ictusque per immanitatem augusti* omnes et MSS. praeter illum Agr. et edd. vet. quod, quia nihil pro certo dici potest, revocarunt Bekk. in ed. 2. et Ritter, hic autem adiectis asteriscis, ut verba *hominis vultui intenderent* vel similia exciderint. Id saltem probabilius est, quam quod Salinerius, Ryckius et Hiller racem. 18. sibi persuaserant, nempe h. l. ἀποσιώπησιν esse et Neronem dici *Augustum*, ut ap. Suet. Ner. c. 46. In MS. Agr. scriptum *per immanitatem Augusti intentarent* et in marg. *per imman. ingererent:* sed in hoc codice innumerae reperiuntur coniecturae et glossae. Ita et alii frustra h. l. ingenio indulserunt. Pro *augusti* Grotius substituendum censuit *auderent*, Boxhornius *ausuri*, (quod receptum est ab Oberl. Bekk. in ed. 1. Lünem. Kiessl. Walth., ut illud a Bipontinis) Acidalius *ausint* vel *ausuri sint.* Lipsius coniecit *ictusque parent. Immanitatem Augusti etiam bonos sequi.* — *Detraheret potius senatui, quem perornavisset, infamiam tanti flagitii*, scil. morte voluntaria ante damnationem, quae haud dubia sit, subeunda. *detrahere* ed. Spir. Post *quem* additum *totiens* in MS. Agr. punctis tamen subiectis. *semper ornavisset* legendum putabat Li-

psius. Sed v. ad 4, 34, 2. *infamiam* MSS. Harl. et Guelf. (a m. pr.) edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. I. 2. 3, sqq. *infamia* MSS. Flor. (teste Furia) Harl. et Guelf. a m. sec. Corb. Bud. ed. Spir. omissa a librariis lineola super ult. lit. — *fuerint*: in ed. Spir. *fuerant*. — *cetera pignera eius*, v. ad 6, 16, 1. et G. 7. n. 7.

2. *Rusticus Arulenus — plebi tribunus*, deinde praetor, historicus, philosophus Stoicus et vir egregius, iussu Domitiani occisus, *quod Paeti Thraseae et Helvidii Prisci laudes edidisset appellassetque eos sanctissimos viros*, Suet. Dom. c. 10. ut Dio 67, 13. dicit, ὅτι ἐφιλοσόφει καὶ ὅτι τὸν Θρασέαν ἱερὸν ὠνόμασεν. Cf. de eo H. 3, 80. Agr. c. 2. et 45. Plin. ep. 1, 5. et 14. Plut. de curiosit. p. 522. Antonin. de sua vita c. 1. „*Iunius Rusticus* nominatur a Suet. Dom. 10. *L. Iunius Rusticus philosophus Stoicus* in lapide vet. ap. Gruter. p. 426, 10. *Rusticus Arulenus*, a Tac. et Plin. ll. ll. ut omnino nomina illi fuerint *L. Iunius Arulenus Rusticus*.“ *Lips.* ad Agr. 45. De alio *Iunio Rustico* et fortasse cognato v. sup. 5, 4. pr. *Aruleius* MS. Guelf. a m. sec. — *plebi tribunus* MSS. Flor. (teste Iac. Gron.) Reg. Corb. *plebis tribunus* edd. Put. 1. 2. et dein omnes praeter illam Iac. Gronovii. v. ad 11, 24, 3. *pl. Tribunus* MS. Guelf. *plebis tribus* ed. Spir. — *spiritus eius*, v. ad c. 24. n. 2. *spem eius* MS. Bud. *Sibi actam aetatem*, a se peractam esse. Cf. Ind. III. v. *Dativus subiectivus*. „Eodem sensu moritura Dido ap. Virg. Aen. 4, 653. dixit: *Vixi et, quem dederat cursum Fortuna, peregi*, ut et Diodorus ap. Sen. de vita beata.“ *Freinsh.* — *et integra*, v. ad 3, 8, 1. et Ind. II. — *tali in tempore* MSS. Flor. (teste Pich.) Reg. Corb. edd. Spir. Pich. sqq. *tali tempore* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. usque ad Pich. Paulo post *an in senatum venire* ed. Spir.

CAPUT XXVII.

At postera luce duae praetoriae cohortes armatae templum Genetricis Veneris insidere. Aditum senatus globus togatorum obsederat non occultis gladiis, dispersique per fora ac basilicas cunei militares: inter quorum aspectus et minas ingressi curiam senatores. Et oratio Principis per quaestorem eius audita est. Nemine nominatim compellato, Patres arguebat, quod publica munia desererent eorumque exemplo Equites Romani ad segnitiam uterentur. Etenim quid mirum, e longinquis provinciis haud veniri, quum plerique adepti consulatum et sacerdotia hortorum potius amoenitati inservirent? Quod velut telum corripuere accusatores.

1. *duae praetoriae cohortes armatae templum G. V. insedere*, cf. ad Agr. 45. n. 1. *praetoriae* in MS. Guelf. a m. sec. additum in marg. — *templum Genetricis Veneris* a Caesare in foro suo et in VIII reg. Urbis conditum. v. Appian. B. C. 2, 68. 102. 3, 28. Suet. Caes. c. 61. 78. 84. *Genetricis* MS. Flor. (teste Iac. Gron.) edd. Ber. (ad quam siluit Vict.) Iac. Gron. Bip. sqq. ut in numis, inscriptt. et MSS. optimis. Cf. Oudend. ad Suet. ll. ll. Drak. ad Liv. epit. 116. Wagner ad Virg. Ge. 3, 363. *Genitricis* MS. Guelf. et edd. cet. In *templis* saepe senatus haberi legatique excipi solebant: quod notissimum e Cic. Catil. 1, 13. 2, 6. 3, 9. Virg. Aen. 1, 505 sq. 7, 192 sq. et aliis. — *insidere* MS. Flor. (test. Iac. Gronovio, Vict. et Furia) ed. Spir. *insedere* edd. rel. — *Aditum senatus globus togatorum obsederat non occultis gladiis*, v. ad H. 1, 38, 3. — *ba-*

silicas, v. ad 3, 72, 1. Forcellini. Lex. et Rom und Latium von Burton und Sickler T. I. p. 403. — *cunei militares*, v. ad 1, 51, 1. et Ind. II.

2. *Et oratio Principis per quaestorem eius* recitata et *audita est:* quemadmodum enim proconsulibus olim et imperatoribus dati quaestores, ita et Augustus ceterique Principes, quum ipsi proconsules essent et imperatores, usi sunt opera quaestorum, qui vel fiscum curarent rationesque conficerent, vel Principum orationes, libellos et epistolas in senatu recitarent. Hi dicebantur *quaestores candidati*, quod *in candida* toga *petebant, quum ceteri in competitorum grege laterent*, (Spartian. Hadr. c. 3.) et *quaestores candidati Principis*, quoniam a Principe commendabantur sine repulsa et ambitu designandi; (1, 15.) ut *praetores* et *tribuni candidati Principis*. A Constantino M. instituti deinde *quaestores palatii* dignitate maiores et Comites Consistoriani. Cf. Dio 54, 25. Suet. in Aug. 65. in Ner. 15. Vales. ad Ammian. Marc. 20, 9, 4. Ulpianus in Dig. l. 1. tit. 12. 13. de off. quaest. Masson. vit. Plin. p. 53. Guther. de off. dom. Aug. 2, 18. Campian. de off. et pot. mag. Rom. p. 201. 202. — *eorumque exemplo Equites Romani ad segnitiam uterentur*: „plane ut Agr. c. 18 extr. *nec Agricola prosperitate rerum in vanitatem usus* et initio eiusdem cap. *quum et milites velut omissa expeditione ad securitatem et hostes ad occasionem uterentur*." *Walth.* Cf. 14, 23 princ. *eodemque exemplo* MS. Bud. — *ad segnitiam* edd. Put. 1. 2. sqq. *ad segnitiem* MSS. Corb. Guelf. et Spir. — *uterentur* MS. Flor. (teste Furia) ed. Walth. *verterentur* alii MSS. et edd. omnes. — *quid mirum, e longinquis provinciis haud veniri* scil. Romam et in senatum, in rei publ. subsidium; *Brot.* De re ipsa v. ad 12, 23, 1. — *quid mirum est, longinquis* cet. MSS. Harl. Ies. Guelf. ed. Spir. *haud veniri* edd. Pich. e coniectura Lipsii. *had veniri* in MS. Flor. legit Pichena. *adveniri* MSS. Reg. Corb. Harl. Ies. Bud. Guelf. et edd. vet. ante Pich. *haud adveniri* coni. Acidalius et Hiller. racem. 18. (ubi *adveniri* de longo itinere adhiberi dicit a Cic. N. D. 3, 23.) *non adveniri* Grotius et Iac. Gronovius, *haud subveniri* Heinsius, *quid mirum, nec longinquis provinciis subvenire* et *adverti* Lipsius. — *hortorum potius amoenitati inservirent*, curam operamque impenderent quam rei publicae. — *quod velut telum corripuere accusatores*, quo Thraseam peterent. Cf. ad O. 5. n. 5. *velut* deletum in MS. Guelf. *sicut telum* MS. Corb. *corripuere* MSS. Flor. (teste Furia) Bud. ed. Spir. quod recepi. *arripuere* edd. cet.

CAPUT XXVIII.

Et initium faciente Cossutiano, maiore vi Marcellus, *summam rem publicam agi*, clamitabat: *contumacia inferiorum lenitatem imperitantis deminui. Nimium mites ad eam diem Patres, qui Thraseam desciscentem, qui generum eius Helvidium Priscum in iisdem furoribus, simul Paconium Agrippinum paterni in Principes odii heredem et Curtium Montanum detestanda carmina factitantem eludere impune sinerent. Requirere se in senatu consularem, in votis sacerdotem, in iure iurando civem, nisi contra instituta et caerimonias maiorum proditorem palam et hostem Thrasea induisset. Denique agere senatorem et Principis obtrectatores protegere solitus veniret, censeret, quid corrigi aut mutari vellet. Facilius perlaturos singula increpantem quam nunc silentium perferrent omnia damnantis. Pacem illi per orbem ter-*

rae an victorias sine damno exercituum displicere? Ne hominem bonis publicis maestum et qui fora, theatra, templa pro solitudine haberet, qui minitaretur exsilium suum, ambitionis pravae compotem facerent. Non illi consulta haec, non magistratus aut Romanam urbem videri. Abrumperet vitam ab ea civitate, cuius caritatem olim, nunc et aspectum exuisset.

1. *summam rem publicam agi* MSS. Flor. (teste Iac. Gronovio) Corb. edd. Ryck. Iac. Gron. Ern. sqq. *summam rei publicae* MSS. Harl. Bodl. Ies. Guelf. et edd. vet. *summam r. p.* MS. Bud. e quo compendio scripturae varietas lectionis orta. v. ad 12, 5, 2. — *clamitabat* in ed. Spir. post *Marcellus* positum. — *lenitatem imperitantis deminui,* cf. ad 6, 15, 2. *deminui* MS. Guelf. a m. sec. et edd. Spir. Lips. sqq. *diminui* MS. Guelf. a m. pr. et edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Cf. ad 1, 14. 2, 42. 3, 61. 13, 50. 58. et inpr. ad Agr. 9. n. 4. — *generum eius Helvidium Priscum, in iisdem furoribus* scil. versantem. Cf. ad 12, 49, 1. et Roth. ad Tac. Agr. p. 235. 236. De *Helvidio* v. Ind. I. ad H. 4, 5. et Xiphil. 66, 12. *Πρίσκος Ἑλουΐδιος ὁ τοῦ Θρασέου γαμβρὸς τοῖς τε Στωϊκοῖς δόγμασιν ἐντραφεὶς καὶ τὴν τοῦ Θρασέου παῤῥησίαν οὐ σὺν καιρῷ μιμούμενος.* — *Paconium Agrippinum paterni in Principes odii heredem*: „hic ille Stoicus, de quo Epictetus in Electis ap. Stob. serm. VII. (in Opp. Epicteti ed. Schweigh. T. III. fragm. 56.) *διὰ τοῦτο ἐπαινεῖν Ἀγριππῖνον δίκαιον, ὅτι πλείστου ἄξιος ἀνὴρ γενόμενος οὐδεπώποτε ἐπήνεσεν ἑαυτὸν, ἀλλ' εἰ καὶ ἄλλος τις αὐτὸν ἐπήνει, ἠρυθρία — καὶ ποτε μέλλοντι ἀριστήσειν αὐτῷ ἐπέστησεν ὁ λέγων, ὅτι φεύγειν αὐτὸν κελεύει Νέρων. καὶ ὃς ἔφη, οὐκοῦν, εἶπεν, ἐν Ἀρικίᾳ ἀριστήσομεν.* De eodem Arrianus 1, 1. *ἀπηγγέλθη αὐτῷ, ὅτι κρίνῃ ἐν συγκλήτῳ. ἀγαθῇ τύχῃ. ἀλλ' ἦλθεν ἡ πέμπτη·* (scil. hora, non dies) *ταύτῃ δ' εἰώθει γυμνασάμενος ψυχρολουτρεῖν. ἀπέλθωμεν καὶ γυμνασθῶμεν. Γυμνασαμένῳ λέγει τις αὐτῷ ἐλθὼν ὅτι κατακέκρισαι. Φυγῇ, φησίν, ἢ θανάτῳ; φυγῇ. Τὰ ὑπάρχοντα τί; Οὐκ ἀφῃρέθη. Εἰς Ἀρικίαν οὖν ἀπελθόντες ἀριστήσομεν.* Tacito ista lucem dabunt, dum c. 33. ait *pulsum eum Italia.* Sed cur Marcellus *paterni in Principes odii heredem* Paconium calumniatur? Quia pater maiestatis reus sub Tiberio periit. Cf. c. 29 extr. et Suet. Tib. c. 61.“ *Lipsius. Paconium* edd. Rhen. 2. 3 sqq. ut c. 33. edd. Put. 1. 2. sqq. *Ragonium* MSS. Flor. (teste Furia) Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. *Ragonum* ed. Spir. Infra c. 33. *Pachonius* MS. Guelf. et *Epachonius* pro *et Pac.* ed. Spir. — *Curtium Montanum detestanda carmina factitantem,* cf. cap. 29. 33. H. 4, 40. 42. Iuvenal. 4, 107. 136 sqq. Alius Votienus Montanus celebris ingenii vir 4, 42. — *factitantem,* v. ad 14, 48, 1. — *eludere impune sinerent,* v. ad 14, 62, 1. Ernestius putabat, Tacitum in animo habuisse verba Cic. p. Mil. c. 12. *se posse eludere rem publicam in istis suis cogitatis furoribus.* Sed Tacitus et *eludere* et paulo ante *furoribus* alio sensu dixit. *sineret* ed. Spir.

2. *Requirere se in senatu consularem — nisi — proditorem palam et hostem Thrasea induisset*: verba explicatu difficilia et varie exposita. „Tria haec spectant ad illa c. 22. princ. Sensus videtur: haec obiicerem et tanquam gravia flagitia disceptationi senatus proponerem, nisi Thrasea aperte hostem patriae ac proditorem profiteretur; quod omnia crimina excedit.“ *Pich.* „Immo vero: si Thrasea negare vult, se pro hoste patriae habendum esse, respondeat, cur in senatum non veniat, vota non suscipiat, in acta non iuret: quae omnia negligere hominem, qui senator, qui sacerdos, qui civis sit, non esse nisi proditoris.“ *Freinsh.* „Bona sententia, sed ea non in verbis, neque alium sensum hinc extrico nisi

quem edidit Pichena, ut *requirere se* dictum sit pro *requisiturum se*, quod verba *nisi — induisset* desiderant. Supra notavimus, ubi futura non usitata satis sint, praesentia poni.“ *Ern.* „Male. Sententia est: oportere *consularem adesse in senatu* cet. nec Thraseam officia sua deserturum fuisse, *nisi — induisset*. Nam talia intelligenda ante *nisi*, ut similia 1, 35. 4, 64. 6, 9. 12, 42.“ *Walth.* Sed hic dura est illa ellipsis et lenior alia aliis locis. Cf. Ind. III. v. *Ellipses* nr. 19. et *Verborum modi* 1, 1. „Callidissime accusator paulatim assurgit in criminando, a veris et levibus pertendens ad falsa et invidiosa: nam primum obiicit Thraseae, quod in senatum diu non venerit, tum quod nuncupationibus votorum haud affuerit, quamvis quindecimvirali sacerdotio praeditus, deinde illum principio anni sollenne iusiurandum vitare indignatur. Cf. cap. 22 princ. Iam pergit, haec omnia se *requirere*, h. e. desiderare vel desideraturum esse, (v. ad 3, 5, 1.) nisi satis appareat, Thraseam contemptis institutis et caerimoniis maiorum proditorem palam et hostem induisse. *Consularis* Thrasea appellatur, quod ortus ex familia, in qua consulatus honor fuit, vel quod ab Imperatore inter consulares allectus erat. De quo saeculi a Christo primi ac secundi loquendi usu conf. Marinius *Fratelli Arval.* T. II. p. 794. et p. 804. not. 9.“ *Ritter.* Eodem fere sensu et recte, opinor, haec cepit Pichena. An vero Thrasea vulgari potius sensu *consularis* sit dictus et consul, saltem suffectus, fuerit, non satis constat. — *contra instituta:* pro eo Bipontini scripsere *contemnens instituta* et more suo sapiunt. — *proditorem palam et hostem Thrasea induisset*, v. ad 14, 52, 2.

3. *agere senatorem* MSS. et edd. vet. praeter MS. Agr. in quo est *ageret*, quod recepere Bip. Oberl. Lün. Bekk. in ed. 1. Kiessl. „Recte *ageret*, ut deinde *veniret*, *censeret*: nam diu absens male diceretur *agere senatorem solitus*.“ *Oberl.* „Perperam. *Agere senatorem* est senatorem esse. v. ad 1, 4, 6. et 1, 68, 1. Iam hoc obiicitur Thraseae, quod senatorem agat, cuius sit *Principis obtrectatores* odisse, et nihilominus illos *protegat*. Copulae *et* inest vis adversativa. v. ad 1, 13, 2. I. Fr. Gronovius frustra coniecit: *denique agere senatorem, ut Principis obtrectatores protegeret, solitus veniret* cet.“ *Walth.* Proprio etiam sensu dici h. l. potuit *agere senatorem* pro eius partes agere, (ut histriones in scena solent) h. e. eius personam et speciem gerere, non re vera esse. Cf. Drak. ad Liv. epit. XLVI. Ern. et Wolf. ad Suet. Claud. c. 25 princ. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 86. Schwarz. ad Plin. pan. c. 15. — *perlaturos*: in MS. Guelf. *prelaturos*, in ed. Spir. *prolaturos*. — *increpantem:* in MS. Flor. *increpantium*, ut in ed. Spir., si Furiae, sed *increpatium*, si Victorio fides habenda. — *quam nunc silentium perferrent omnia damnantis:* „En calumniam! Viri boni silentio etiam apud tyrannum peccant. Audi illa apud Sen. Oed. v. 523 sqq. *CR. tacere liceat: nulla libertas minor a rege petitur. OED. Saepe vel lingua magis regi atque regno muta libertas obest.*“ *Lipsius.* — *Pacem illi per orbem terrae — displicere*: „Huc procul dubio trahendi numi Neronis, de quibus post alios egit Eckhel in doctr. num. vet. Vol. VI. p. 273. In eorum postica legitur *PACE. P. R. TERRA. MARIQ. PARTA. IANUM. CLUSIT.* item *PACE. P. R. UBIQ. PARTA. IANUM. CLUSIT.*“ *Oberl.* Cf. Suet. Ner. c. 13. ibique Ern. *pacis illi* ed. Spir. — *bonis publicis maestum:* in MS. Corb. *b. p. infestum*. — *et qui fora, theatra, templa pro solitudine haberet*, tam raro, non magis frequentaret, quam solitudo frequentari solet; *Huet.* et *Brot.* *pro sollicitudine* ed. Spir. — *Abrumperet vitam ab ea civitate*, in ea vivere desineret, *cuius caritatem olim*, dudum, *nunc et aspectum exuisset*, cf. ad 14, 52, 2.

CAPUT XXIX.

Quum per haec atque talia Marcellus, ut erat torvus ac minax, voce, vultu, oculis ardesceret, non illa nota et celebritate periculorum sueta iam senatus maestitia, sed novus et altior pavor manus et tela militum cernentibus. Simul ipsius Thraseae venerabilis species obversabatur; et erant, qui Helvidium quoque miserarentur innoxiae affinitatis poenas daturum. *Quid Agrippino obiectum nisi tristem patris fortunam, quando et ille perinde innocens Tiberii saevitia concidisset? Enimvero Montanum probae iuventae neque famosi carminis, quia protulerit ingenium, extorrem agi.*

1. *per haec atque talia:* cf. verba Schol. Iuvenalis 5, 36. infra in nota 2. ad cap. 35. adscripta, quibus alia damnationis causa continetur. — *ut erat torvus* edd. Pich. sqq. Cf. 1, 41. extr. „In MS. Flor. pro *ut erat* Pichena legit *uteret*, at Victorius *ureret*. Num fuit *fureret?* Sed *vinceret* MSS. Reg. Corb. Guelf. Agr. ed. Spir. *verteret* MS. Bud. quod recepere Bipontini, ut sit pro *verteretur* sc. in speciem torvi. Nemo imitabitur. *inveheretur* MSS. Harl. Bodl. Ies. edd. Put. 1. 2. et cet. ante Pich.“ *Walth.* „Brevitatem orationis voluerunt explicare, qui *vinceret* vel *inveheretur* addidere. Sensus enim est: quum his atque talibus inveheretur atque ea vehementia, ut ardor animi e vultu et oculis eluceret.“ *Ern.* — *ac minax* MS. Flor. (test. Vict. et Furia) edd. Spir. Walth. Bekk. 2. *et minax* MS. Guelf. et edd. rel. — *celebritate* MSS. et edd. vet. quod restituere Ryckius, Ern. sqq. *crebritate* edd. Berneg. et Gronoviorum auctore Freinsh. Sed illud exquisitius esse et eodem sensu dici Cic. ep. ad div. 7, 2. Plin. 33, 12. s. 54. Quintil. 1, 2, 29. ut *celebritas viae* H. 2, 64. pro frequentia, iam monuerunt Ryck. Ern. et alii. Cf. Ind. II. — *iam* deest in MS. Corb. — *maestitia* sc. fuit. Cf. Ind. III. v. *Ellipses* 1, *a*. — *novus et altior pavor*, ut *altius animis maerere* 2, 82. et *altius metuere* 4, 41. *altior* omnes edd. et in his Ber. ad quam siluit Vict. *ulterior* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. — *manus et tela militum cernentibus*, cf. cap. 27. princ.

2. *Helvidium* Priscum, Thraseae generum. Cf. c. 28. et 35. — *poenas*: in MS. Guelf. *poenam*. — *Quid* Paconio *Agrippino obiectum nisi tristem patris fortunam, quando et ille perinde* (cf. Ind. II.) *innocens Tiberii saevitia concidisset*, v. ad c. 28. n. 1. *Tiberi* MS. Flor. teste Vict. *concidisset*, v. ad c. 21. extr. — *Montanum probae iuventae neque famosi carminis*, cf. ad 3, 52, 2. et Ind. III. v. *Genitivi qualitatis*. „Durior genitivus *famosi carminis* mollior fit per appositionem, ut ap. Sall. Cat. 5. et 7. *alieni appetens, sui profusus* et *laudis avidi, pecuniae liberales*. Similia audacioris et ellipticae appositionis exempla sunt 2, 63. (*dato rege Vannio, gentis Quadorum*) 4, 21. 6, 31. 15, 13. (*pro Armeniis, semper Romanae ditionis*) H. 2, 64. 3, 5. 3, 48. 4, 49. Agr. 4. et similia apud Ciceronem.“ *Roth.* ad Tac. Agr. §. IX. p. 141. 142. *probae iuventae* MSS. Flor. (teste Vict.) Vat. Lipsii et Guelf. (in quo *probe*) edd. Spir. Lips. sqq. *probe viventem* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. *probe vivente* MS. Corb. *neque famosi carminis*, de quo v. ad c. 28. n. 1. *non famose c.* MSS. Corb. Guelf. — *quia protulerit ingenium* e tenebris quasi in lucem. Specimen doctrinae atque eloquentiae ediderit; Gron. ad H. 4, 5. „Poeticam facultatem ostendisset, ut *proferre artem* et *studia sua* ap. Suet. Ner. c. 25. princ. et Plin. ep. 1, 13.“ *Ern.* Cf. Cic. acad. qu. 4, 1. et Broukh. ad Tibull. 1, 10, 1. *sed quia prot. ing.* MS. Reg.

CAPUT XXX.

Atque interim Ostorius Sabinus Sorani accusator ingreditur orditurque de amicitia Rubellii Plauti, quodque proconsulatum Asiae Soranus pro claritate sibi potius accommodatum quam ex utilitate communi egisset alendo seditiones civitatum. Vetera haec; sed recens et quod discrimini patris filiam connectebat, quod pecuniam Magis dilargita esset. Acciderat sane pietate Serviliae, (id enim nomen puellae fuit) quae caritate erga parentem, simul imprudentia aetatis, non tamen aliud consultaverat quam de incolumitate domus et an placabilis Nero, an cognitio senatus nihil atrox afferret. Igitur accita est in senatum steteruntque diversi ante tribunal consulum, grandis aevo parens, contra filia intra vicesimum aetatis annum, nuper, marito Annio Pollione in exsilium pulso, viduata desolataque, ac ne patrem quidem intuens, cuius onerasse pericula videbatur.

1. *Ostorius Sabinus Sorani accusator, — de amicitia Rubellii Plauti,* v. ad c. 23. n. 1. — *accusator ingreditur* scil. curiam, senatum: erat enim Eques modo exspectabatque foris, dum tempus esset; *Ern.* Acidalius malebat *accusationem ingreditur.* Cf. ad 6, 4, 1. — *Rubellii Plauti,* v. Ind. I. *Rubelli* MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. in qua etiam *Plautique.* — *quodque proconsulatum Asiae Soranus — civitatum,* cf. cap. 23. *proconsulatum* edd. Pich. sqq. quod suaserat Lipsius. *procos.* vel *proconsul* MSS. et edd. vet. *pro claritate* (v. ad 4, 72, 1.) *sibi potius accommodatum — egisset,* accommodate, ex sua utilitate, *quam ex utilitate communi,* v. ad G. 7. n. 1. — *alendo seditiones,* cf. Ind. III. v. *Gerundia in dativo.*

2. *Vetera haec* crimina erant, propr. criminationes, accusationes. Cf. cap. 23. — *recens et quod discrimini patris filiam connectebat* MS. Agr. edd. Rip. Oberl. sqq. In MS. Flor. Pichena et Victorius invenerunt *recens et quot* h. e. *et quod,* ut paulo post *aliut* pro *aliud:* nam *d* et *t* ibi saepe permutantur; *Walth. recens discrimini* MSS. Guelf. aliique et edd. vet. *recens discrimen patris in filiam connectebat* MS. Bud. *id quod* coni. Freinsh. *et quo* Iac. Gronovius, quod placebat Ernestio, ne *quod* bis, etsi sensu diverso, positum sit. *Vetera haec, sed recens, et discrimini patris filiam connectebat* prorsus Taciti esse putabat I. Fr. Gronovius verbo substantivo in duobus prioribus orationis membris intellecto. — *quod pecuniam magis dilargita esset,* quasi par eos scrutari voluisset fata et mortem Neronis. Cf. 12, 22. 52. 59. 68. et ad 2, 27, 1. Ceterum alii accusatorem huius filiae et ipsius Sorani, alii testem falsum fuisse dicunt P. Egnatium Celerem philosophum Stoicum, Sorani clientem et magistrum. Cf. cap. 32. H. 4, 10. Dio 62, 26. Iuvenal. 3, 116 sqq. et Scholiastes Iuvenalis 1, 33. 3, 116. et 6, 552. Huius verba sunt: Philosophus Egnatius Celer Bareae Sorani magister, *qui ipsum apud Neronem detulit et damnavit et ipse postea sub Vespasiano, ipsum Musonio Rufo accusante, damnatus est. — Detulit Stoicus Imperatori discipulum suum Baream dicens, quasi in eius perniciem cum ceteris coniurasset. — Egnatius philosophus filiam Bareae Sorani, quam, quum ipsius ad magicam descendisset hortatu,* (ita Lipsius correxit mendosa *quam, quum ipse ad magicam descendisset, hortatus*) *detulit Neroni: ob quam rem mori cum patre iussa est a Nerone. — puellae,* v. ad 14, 64, 1. — *consultaverat,* cf. ad cap. 14.

n. 1. — *steteruntque diversi*, cf. ad 2, 10, 1. 2, 60, 1. et 15, 56, 1. *sterxuntque d.* ed. Spir. — *vicesimum*: in MS. Corb. *vigesimum*. — *marito Annio Pollione in exsilium pulso viduata*, v. 15, 71. *viduata* abest a MS. Flor. teste Vict. — *desolataque*, v. ad 1, 30, 3. *est* additum in ed. Spir. et *ne* ante *patrem* omissum in MS. Guelf. — *onerasse pericula*, v. ad 1, 69, 3.

CAPUT XXXI.

Tum interrogante accusatore, an cultus dotales, an detractum cervici monile venum dedisset, quo pecuniam faciendis magicis sacris contraheret? primum strata humi longoque fletu et silentio, post altaria et aram complexa, *nullos*, inquit, *impios deos*, *nullas devotiones*, *nec aliud infelicibus precibus invocavi quam ut hunc optimum patrem tu, Caesar, vos, Patres, servaretis incolumem. Sic gemmas et vestes et dignitatis insignia dedi, quomodo, si sanguinem et vitam poposcissent. Viderint isti antehac mihi ignoti, quo nomine sint, quas artes exerceant: nulla mihi Principis mentio nisi inter numina fuit. Nescit tamen miserrimus pater, et, si crimen est, sola deliqui.*

1. *an cultus dotales*, v. ad 1, 10, 6. *an* pro *annon* dictum censebant Ern. et Brot. Sed v. ad 1, 5, 3. — *venum dedisset*, v. ad 4, 1, 2. Amara est interrogatio hominis turpissimi, directa ad supplicantem lugentemque, quae vestes mutasse videtur, ut miserationem moveret. v. ad 2, 29, 1. Ipsa tamen paulo post profitetur, cur *gemmas et vestes et dignitatis insignia dederit*, venum dederit. Ex quo simul intelligitur, quantum magis et Chaldaeis datum sit. — *quo* (ut) *pecuniam faciendis magicis sacris contraheret*, cf. ad cap. 30. n. 2 et Ind. III. v. *Gerundia in dativo*. — *altaria et aram*, „utrum Victoriae, quae ante curiam? an Veneris Genetricis, in cuius templo nunc senatus?“ *Lips.* Hoc verum. Cf. c. 27. Ara autem in προνάῳ erat. Cf. Heyne ad Virg. Aen. 6, 124. *Altaria* et *ara* synonyma, ut ap. Plin. pan. 1. „Emphasis causa duo nominantur, quae coniuncta erant. Nam *altare* est superior pars *arae*, in qua sacra adolentur. Hinc *altaris aram* dixit Prudentius in Cathem. 7, 203. et Peristeph. 10, 49.“ *Walth.* Cf. Serv. ad Virg. ecl. 5, 66. et Aen. 2, 515. 6, 124. cuius verba sunt: *Altare ab altus, quia proprie significat suggestum a terra exaltatum, in quo diis tantum superis sacra fiunt: quare differt ab ara, quae humilior est et tum inferis tum superis diis convenit. Praeterea in ara aut supplicatur aut libatur tantum, in altari victima adoletur. Ad haec altare deorum esse dicitur, ara mortuorum.* *aram complexa*: nam precantes iurantesque aram tangere solebant. *complexa*, cf. Ind. III. v. *Participia perf. verborum deponent.* ἀορίστως *posita pro part. praes.* — *impios deos*, qui in perniciem alterius, praecipue Principis, implorantur, ut in magicis sacris; *Ern.* Cf. ad c. 30. n. 2. — *devotiones*, v. ad 2, 69, 2. — *nec aliud*: in MS. Guelf. *nec aliquid — quam*. Vix abstineo quin reponam; *Walth.* Cf. ad 1, 4, 6. — *infelicibus precibus*, v. ad 2, 75, 1. — *vos, patres* MSS. Flor. Reg. Corb. Agr. edd. Spir. Ryck. Brot. Walth. Bekk. Ritt. *et vos, patres* MSS. Bud. Guelf. et edd. cet.

2. *Sic gemmas — dedi, quomodo*, quemadmodum, ut Agr. 34. O. 36. 39. 41.) scil. dedissem. — *et dignitatis insignia* „appositio vel *et* ἐξηγητικόν, (v. ad 1, 33, 2.) synonymae autem voces *sanguinem* et *vitam*, ut ap.

Cic. p. Rosc. Am. c. 3." *Roth.* de synon. ap. Tac. p. 8. et 46. Cf. Ind. III. v. *Appositio.* — *Viderint isti* sc. magi et Chaldaei. Paulo post *mihi* ante *ignoti* omissum in MS. Reg. *modo* pro *mihi* et *artis* pro *artes* in MS. Guelf. *mentio principis* in ed. Spir.

CAPUT XXXII.

Loquentis adhuc verba excipit Soranus proclamatque: *non illam in provinciam secum profectam, non Plauto per aetatem nosci potuisse, non criminibus mariti connexam: nimiae tantum pietatis ream separarent, atque ipse quamcunque sortem subiret.* Simul in amplexus occurrentis filiae ruebat, nisi interiecti lictores utrisque obstitissent. Mox datus testibus locus, et quantum misericordiae saevitia accusationis permoverat, tantum irae P. Egnatius testis concivit. Cliens hic Sorani et tunc emptus ad opprimendum amicum auctoritatem Stoicae sectae praeferebat habitu et ore ad exprimendam imaginem honesti exercitus, ceterum animo perfidiosus, subdolus, avaritiam ac libidinem occultans. Quae postquam pecunia reclusa sunt, dedit exemplum praecavendi, quomodo fraudibus involutos aut flagitiis commaculatos, sic specie bonarum artium falsos et amicitiae fallaces.

1. *non illam* filiam *in provinciam secum profectam,* in Asiam. Cf. cap. 23. et 30. — *non* Rubellio *Plauto per* (propter) *aetatem nosci potuisse,* cf. cap. 30 princ. Plautus trucidatus a. U. 815. (v. 14, 59.) et filia Sorani intra vicesimum aetatis annum erat. v. cap. 30. *Plautio* MS. Flor. (teste Furia) et ed. Spir. — *criminibus mariti* Annii Pollionis. Cf. cap. 30 extr. — „*nimiae tantum pietatis ream,* causam eius a sua, *separarent, atque ipse quamcunque sortem subiret,* tum se facile ac libenter omnes poenas toleraturum. Observanda elegantia in *atque,* ut in illo archimimi ap. Suet. Vesp. c. 19. *centum sibi sestertia darent ac se vel in Tiberim proiicerent.*" *Ern.* *separarent atque ipse qu. s. s.* MSS. Flor. Reg. Corb. Harl. (a m. sec.) Agr. edd. Spir. Ryck. sqq. *ipse* omissum in MSS. Harl. (a m. pr.) Bodl. Ies. Bud. Guelf. *separarent a se quamcunque s. s.* edd. Put. 1. 2. et cet. ante Ryck. — *ruebat, nisi int. lictores utrisque obstitissent,* cf. ad 1, 35, 3. et Ind. III. v. *Verborum modi* I, 1. *obstitissent utrisque* MS. Guelf.

2. *quantum misericordiae* MSS. Flor. (teste Vict.) Vat. Lipsii, Reg. Corb. edd. Spir. Lips. sqq. *quantum nunc* MSS. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. et edd. cet. *nunc* natum ex concisa ratione scribendi *mtae*; *Lips.* — *permoverat,* cf. ad 1, 21, 2. *promoverat* ed. Spir. — *tantum irae P. Egnatius occultans,* cf. ad cap. 30. n. 2. *tantum irae P. Egnatius:* in ed. Spir. *tantum in repu. Egnatius,* in MS. Agr. *tantum invidiae Egnatius.* — *auctoritatem Stoicae sectae praeferebat,* v. ad 2, 53 extr. — *habitu et ore ad exprimendam imaginem honesti exercitus, ceterum animo perfidiosus — occultans.* Ita MS. Agr. edd. Pich. sqq. e coniectura Lipsii, quae firmatur loco simill. 15, 45. *hic Graeca doctrina ore tenus exercitus animum bonis artibus non induerat.* Cui loco respondet ille Quintiliani in Prooem. lib. I. inst. or. §. 15. *Veterum quidem sapientiae professorum multos et honesta praecepisse, et, ut praeceperunt, etiam vixisse facile concesserim; nostris vero temporibus sub hoc nomine maxima in plerisque vitia latuerunt: non enim virtute ac studiis, ut haberentur philosophi, laborabant, sed vultum et tristitiam et dissentientem a ceteris habitum pessimis moribus*

praetendebant. Cf. ad 14, 57, 2. *honesti et exerciti* MSS. cet. et edd. vett., etiam Beroald. ad quam siluit Victorius. „Veterem lectionem defendit I. Fr. Gronovius obss. 2, 4. p. 183. (234.) et explicat cuius is habitus, ea frons, quae praeferat *imaginem honesti* hominis et firmi atque *exerciti* philosophi. Quam rationem adversus Ryckium defendit late Iac. Gronovius. Mihi illud durius dictum videtur nec ullo modo concoquo *os et habitum ad exprimendum aliquid.* Clarum est, ut opinor, Tacitum voluisse alio modo dicere, quod 15, 45. dixerat. *Imago honesti,* ut ap. Ciceronem saepe *species, simulacrum honesti, virtutis.*" *Ern.* Cf. ad 3, 17, 2. *habitu et ore,* v. ad 1, 10, 6. Philosophorum tunc singularis erat arrogantia superbiaque, quam in primis in ore, fronte et supercilio adducto alteque sublato prodebant; unde dicebantur *ἀνατείνειν, ἀνάγειν, ἐπαίρειν, ἀνασπᾷν, ὑπεραίρειν τὰς ὀφρῦς.* Cf. Sen. de const. sap. c. 3. Luciani Timon §. 54. et dial. mort. X, 6. et 9. Heyne ad Epict. c. 22. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 373. et ad Aristoph. Plut. v. 756. — *subdolus* MSS. Flor. Harl. Bodl. Ies. Bud. Guelf. edd. Ern. Brot. sqq. *et subdolus* edd. Spir. Ber. et cet. ante Ern. quod restituere Bekk. et Ritter. *et subdolus* omissa in edd. Put. 1. 2. Deinde *et libidinem* MS. Corb. edd. Spir. Brot. — *Quae postquam pecunia* sc. accepta ad opprimendum amicum *reclusa sunt,* h. e. ne amplius occultaret; *Walth.* Similiter *si recludantur tyrannorum mentes* 6, 6. — *quomodo,* ut, quemadmodum, *fraudibus involutos,* ut *fraudis plenus* ap. Plaut. Rud. 3, 2, 37. — *aut:* in MS. Guelf. *ac.* — *sic specie bonarum artium falsos,* fallentes; *Ern.* Cf. ad 1, 7, 1. *sic e specie* ed. Spir. — *et amicitiae* sc. specie *fallaces,* nisi *fallaces* referendum ad adiectiva relativa genitivis obiecti iuncta, de quibus v. Ind. III. p. 803.

CAPUT XXXIII.

Idem tamen dies et honestum exemplum tulit Cassii Asclepiodoti, qui magnitudine opum praecipuus inter Bithynos, quo obsequio florentem Soranum celebraverat, labentem non deseruit, exutusque omnibus fortunis et in exsilium actus aequitate deum erga bona malaque documenta. Thraseae Soranoque et Serviliae datur mortis arbitrium. Helvidius et Paconius Italia depelluntur. Montanus patri concessus est, praedicto, ne in re publica haberetur. Accusatoribus Eprio et Cossutiano quinquagies sestertium singulis, Ostorio duodecies et quaestoria insignia tribuuntur.

1. *Cassii Asclepiodoti,* quem Caspium Asclepiodotum Nicaenum appellat et a Galba ab exsilio revocatum tradit Xiphilinus 62, 26. *δύο γὰρ ἀνδρῶν συνόντων αὐτῷ, Κασπίου τε Ἀσκληπιοδότου Νικαέως καὶ ἐκείνου Βηρυτίου, ὁ μὲν Ἀσκληπιόδοτος οὐχ ὅπως κατεῖπέ τι αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον καλοκαγαθίαν οἱ προσεμαρτύρησε· καὶ διὰ τοῦτο τότε μεν ἔφυγεν, ὕστερον δὲ ἐπὶ Γάλβου κατήχθη.* *Cassii Asclepiodoti* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Rhen. sqq. *Cassii Asclepiodoci* edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *Cassii Asclepiodici* MS. Guelf. *classii Asclopiodoti* ed. Spir. — *Bithynos* edd. Ber. Rhen. 1. 2. 3. sqq. *Bythinos* MS. Guelf. *Bithinos* edd. Put. 1. 2. *Bithinios* ed. Spir. — *obsequio,* studio, pietate, animi inclinatione. — *labentem* MSS. Bud. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. sqq. *Labeantem* ed. Spir. *labantem* MSS. Reg. Corb. Agr. edd. Ryck. Lall. Brot. „Verum est *labentem,* quod bene opponitur *florenti,* non *labantem.* Sic domus *labens* ap. Virg. Aen. 4, 318. i. e. ruens ad interitum." *Ern.* Flos prius *floret,* deinde *labitur* vel *cadit;* *Walth.*

— *aequitate deum erga bona malaque documenta*, cf. ad 1, 38, 1. et Ind. III. v. *Ablativi absolute positi*. „Quicquid dicant, ἐπιχουρίζει Tacitus aut patitur sensus, qui pios etiam et divinae providentiae assertores saepe turbarunt, quum viderent, scelus praemia, virtutem supplicia sequi. *Aequitatem* vocat indifferenter aliquid ferre, nihil ad id commoveri, vel nihil discriminis facere, ut Cicero Agrar. 1, 5. *quantum tibi agri vendet, ut alios omittam, socer tuus! et si ego eius aequitatem animi novi, non invitus.*" *Gron.* obss. 4, 17. Designatur potius *aequitas* divina, qua non mala tantum exempla (v. c. Egnatii) ostenduntur, sed et bona, ut Cassii, et illa his compensantur; *Freinsh.*, *Bip.* et *Hiller* racem. 14. „Eadem *aequitas deum*, quum simul Nero ac senatus flagitiis, Thrasea, Soranus, Servilia aliique virtutibus clarescerent. Mala bonis mixta semper exhibet Tacitus. Cf. H. 1, 3. extr." *Brot.* v. ad 6, 22, 1.

2. *Thraseae S. et Serviliae datur mortis arbitrium*, v. ad 4, 30, 2. — *Helvidius et Paconius Italia depelluntur*, v. ad cap. 28. n. 1. et H. 4, 5. — *Montanus patri concessus est*, v. ad 1, 7, 8. — *praedicto*, v. ad 1, 46, 1. et 13, 36, 1. — *ne in re publica haberetur*, esset, (v. Ind. II.) ut Romae quidem esse ei liceret, sed procul ab honore omni et publicis muneribus vitam ageret privatam; *Lips.* P. Faber de magg. Rom. c. 1. (ap. Sallengre T. III. p. 1121.) Montano patri *praeceptum* putabat, ne filium in *re publica* h. e. in Urbe haberet, sed rus relegaret, et ita Vell. 2, 45. et Sall. Cat. c. 19. dici a *re publica* (i. e. Urbe) *relegari* et *procul abesse*. „Utrumque inesse puto unumque ex altero sequi. Nam stricte *urbs* (h. e. moenia tectaque urbana) *res publica* significatu Romano dici nequit: valet id verbum omnino de institutis civitatis, quorum tamen sedes erat urbs." *Walth.* — *quaestoria insignia*, ut 11, 38.

CAPUT XXXIV.

Tum ad Thraseam in hortis agentem quaestor consulis missus vesperascente iam die. Illustrium virorum feminarumque coetus frequentes egerat, maxime intentus Demetrio Cynicae institutionis doctori, cum quo, ut coniectare erat intentione vultus et auditis, si qua clarius proloquebantur, de natura animae et dissociatione spiritus corporisque inquirebat, donec advenit Domitius Caecilianus ex intimis amicis et ei, quid senatus censuisset, exposuit. Igitur flentes queritantesque, qui aderant, facessere propere Thrasea neu pericula sua miscere cum sorte damnati hortatur, Arriamque, tentantem mariti suprema et exemplum Arriae matris sequi, monet, retinere vitam filiaeque communi subsidium unicum non adimere.

1. *in hortis agentem*, v. ad 1, 68, 1. *mortis ag.* ed. Spir. *consilia mortis agentem* MS. Agr. — *quaestor consulis missus*: „Consulum ergo proprius aliquis quaestor? Apparet e Dione 48, 43. ubi in actis a. U. 716. dicit, Ap. Claudio et C. Norbano consulibus primis binos quaestores fuisse: οἷς πρώτοις δύο ἑκατέροις ταμιείαι συνεγένοντο. Si id non sit, scribam *quaestor consuli missus* i. e. a consule. Quod fieri solere observamus in iis, qui damnati a senatu: nam consul eius caput, administer autem consulis quaestor. Dio 58, 4. de Geminio Rufo: καὶ μαθὼν τὸν ταμίαν ἐπὶ δικαιώσει αὐτοῦ παρόντα, αὐτός τε ἑαυτὸν ἔτρωσε καὶ ἐκείνῳ δείξας τὸ τραῦμα, ἀπάγγειλον, ἔφη, τῇ γερουσίᾳ, ὅτι ἀνὴρ οὕτως ἀποθνήσκει." *Lipsius*. — *Demetrio Cynicae institutionis*, sectae, philosophiae, *doctori*: „De eo

Philostratus vita Apollonii 4, 25. *Δημήτριος ἀνὴρ ξυνειληφὼς ἅπαν τὸ ἐν Κυνικῇ κράτος*, Seneca ep. 20. *non praeceptor veri, sed testis*, ep. 63. (62.) *Demetrium virorum optimum mecum circumfero et relictis conchyliatis cum illo seminudo loquor, illum admiror*, de benef. 7, 8. *Demetrium mihi videtur rerum natura nostris temporibus tulisse, ut ostenderet, nec illum a nobis corrumpi, nec nos* (omnino scribo *et nos*: ita enim concludit verbis ultimis) *ab illo corripi* posse: (Alii: *nec nos ab ullo corrigi posse*) *virum exactae (licet neget ipse) sapientiae firmaeque in his, quae proposuit, constantiae, eloquentiae vero eius, quae res fortissimas deceat, non concinnatae nec in verba sollicitae, sed ingenti animo, prout impetus tulit, res suas prosequentis. Huic non dubito quin providentia et talem vitam et talem dicendi facultatem dederit, ne aut exemplum saeculo nostro aut convicium deesset.* Vox eius magni animi ad Neronem apud Arrianum 1, 25. *ἀπειλεῖς μοι θάνατον, σοὶ δ' ἡ φύσις.*" *Lipsius.* Cf. H. 4, 40. *Cynicorum* autem et Stoicorum idem auctor erat Antisthenes eademque paene dogmata. *Stoica dogmata a Cynicis tunica distantia* Iuvenal. 13, 122. Utrique pallio utebantur, sed sub eo tunicam gerebant Stoici, leviores interulas sive tuniculas lineas Cynici, qui inde *ἀχίτωνες* dicebantur. „Nudius et inverecundius Cynici, quae velant et tegunt leviter Stoici." *Lips.* v. Diog. Laert. lib. VI. Arriani diss. Epict. Iacobs ad Anthol. Gr. II, 2. p. 472. Boettiger über den Raub der Cassandra p. 58. not. 56. et ei. Sabina p. 311. ed. pr. Buhle Gesch. der Philos. T. I. p. 402—411. Tiedemann's Geist der specul. Philos. T. II. p. 60 sq. — *ut coniectare erat*, v. ad G. 5. n. 9. et Stallb. ad Ruddim. inst. Gramm. T. II. p. 227. — *intentione*, ex intentione; nisi est ablativus absolutus, de quo v. Ind. III. p. 800. *Suspicatus ex ipsa intentione singulorum, altiorem inter eos esse sermonem*, O. 14. — *auditis* MSS. Flor. Corb. Bodl. Bud. Agr. edd. Spir. Bip. Oberl. sqq. *auditus* MSS. Harl. Ies. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. *auditu* edd. Rhen. 2. 3. sqq. ad Bip. *audita* MS. Reg. — *si qua*, v. ad O. 36. n. 5. — *de natura animae et dissociatione spiritus corporisque*, cf. ad c. 19. n. 1. H. 5, 5. G. 27. n. 7. Agr. 46. n. 1. Praef. nostra Vol. I. p. XLIV. nota 15. et 19. *animae*, ut c. 19. H. 5, 5. Agr. 46. princ. Itaque Tacito synonyma sunt vocabula *animus* et *anima*, quanquam proprie distinguuntur, ut *πνεῦμα* et *ψυχή*, רוּחַ et נֶפֶשׁ.

2. *queritantesque* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. Ber. (ad quam siluit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. Ald. Ern. sqq. *querentesque* MSS. Reg. Agr. ed. Spir. *quiritantesque* edd. Lips. sqq. usque ad Ern. Multis veterum auctorum locis est varietas scripturae, et viri docti dissentiunt. Nonnulli putant, *queritare* sive *queritari* non probum esse *vocabulum* idque vel ex eo patere, quod syllaba secunda verbi *quiritari* producatur in versu Lucilii ap. Nonium 1, 78. *Concursans ut arenarius clareque quiritans*; alii, *queritari* esse frequentat. verbi *queri* et tum h. l. tum ap. Plin. ep. 6, 20, 14. (*infantium queritatus*) significari questum, *quiritari* autem dici eum, qui *Quiritium fidem* (civium auxilium) *clamans imploret*; (ita Varro de L. L. 5, 7.) alii, hanc esse unice rectam verbi formam et vim propriam, quae deinde ad miserabilem questum, clamorem ploratumque translata sit. Cf. Drak. ad Liv. 39, 8. 40, 9. Gesner. et Cort. ad Plin. ep. 6, 20. Schwarz. ad Plin. pan. c. 29. Gesneri et Forcellini Thes. — *facessere — hortatur*, v. ad 11, 1, 2. *facessere* sc. se, (cf. Ind. III. v. *Ellipses* n. 14.) h. e. abire, recedere, ut ap. Liv. 1, 47. 48. 4, 58. 6, 17. al. — *miscere* MSS. Bud. Guelf. edd. Spir. Put. 1. 2. Ber. (ad quam tacuit Vict.) Rhen. 1. 2. 3. et cet. ante Bip. et post hanc Walth. Bekk. Ritt. *miscerent* MS. Agr. edd. Bip. Oberl. Lün. „Nimirum *neu* videbatur poscere eam formam. Sed in verbis precantium oratione obliqua exhibitis particula

seu optime quoque ponitur cum infinitivo. cf. ad 1, 35, 1. Quodsi vis tamen *miscerent*, necessario cum Heinsio scribendum erit *facesserent.*" *Walth.* — *tentantem mariti suprema*, mortem, (v. ad 1, 8, 1.) *sequi*, cum marito mori cupientem. — *exemplum Arriae matris*: „haec uxor fuit Caecinae Paeti, qui in partibus Furii Camilli Scriboniani contra Claudium et ideo ad mortem actus. (Cf. Ind. I. v. *Furius*.) Sed praeivit uxor aeterno et inaudito exemplo semet feriendo extractumque pugionem marito porrigendo cum voce *Paete, non dolet.* v. Plin. ep. 3, 16. et Martial. 1, 14. In Zonara 11, 9. et Dione 60, 16. eadem narratio, sed corrupta verba ἰδοὺ, καὶ οὐκ ἀλγῶ. Scribe ἰδοὺ, Παῖτε, οὐκ ἀλγῶ. Hanc Arriam Scholiastes in vita Persii notat fuisse poetae illi cognatam. *Ipse Persius*, inquit, *decem fere annis summe dilectus a Paeto Thrasea est*, (nam ita corrige scripturam MS. Vulcanii *apethithrasea est* et vulgatam *apud Thraseam est*) *ita ut peregrinaretur quoque cum eo aliquando, cognatam eius Arriam uxorem habente.*" *Lipsius.* „Exstat Romae in hortis Ludovisiis par signorum e marmore ipsam cum Paeto repraesentans, ut videtur, licet alii ad Pyramum et Thisben referant. v. Perrier segm. nobil. stat. n. 32. *Oberl.* Cf. ad 14, 51, 1.

CAPUT XXXV.

Tum progressus in porticum illic a quaestore reperitur laetitiae propior, quia Helvidium generum suum Italia tantum arceri cognoverat. Accepto dehinc senatus consulto, Helvidium et Demetrium in cubiculum inducit, porrectisque utriusque brachii venis, postquam cruorem effudit, humum super spargens, propius vocato quaestore, *Libamus*, inquit, IOVI LIBERATORI. *Specta, iuvenis! et omen quidem dii prohibeant; ceterum in ea tempora natus es, quibus firmare animum expediat constantibus exemplis.* Post lentitudine exitus graves cruciatus afferente, obversus in Demetrium *****

1. *a quaestore* consulis. Cf. ad cap. 34. princ. — *laetitiae propior* vultu et gestu; *Ern.* Cf. Ind. III. v. *Comparationis usus* 2, δ. — *Helvidium generum*, v. Ind. I. — *Demetrium*, v. cap. 34. — *porrectisque* MSS. Flor. (teste Pich.) Guelf. aliique, edd. Ber. (ad quam siluit Vict.) Pich. sqq. *porrectis* sine copula edd. Put. 1. 2. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. Grut. *productisque* MSS. Reg. Agr. ed. Spir. Viri docti frustra coniecere *prosectisque*, *perictisque*, *perruptisque*. Paulo post *fudit* MS. Agr. ed. Spir. *effundit* MS. Guelf. quod non displicebat Ernestio. *humum super* (cf. Ind. III. v. *Praepositiones* nr. 1.) *spargens* sc. cruorem. *super aspergens* MS. Agr. *superaspergens* MS. Guelf. *superspergens* MS. Bud.

2. *Libamus, inquit, Iovi Liberatori*, cf. ad 15, 64, 3. Xiphil. 62, 26. extr. et Scholiastes Iuvenalis ad Sat. 5, 36. cuius verba sunt: *Thrasea, Nerone in senatu de nece matris agente, quum quasi parricidium damnans e curia se proripuisset, etiam ex Urbe discessisset, accusatus crimine maiestatis defendi se noluit secandasque venas praebuit conversusque ad Demetrium Cynicum: Nonne (inquit) tibi libare videor Iovi Liberatori? Atque singulis amicis oscula offerens exanimatus est. Libamus* MSS. Flor. (teste Vict.) Corb. Bodl. (a m. sec.) Bud. edd. Spir. Walth. *libemus* MS. Guelf. edd. Put. 1. 2. sqq. „Verum non patet, quid sibi velit coniunctivus; nil enim exhortationis inest. Immo illa ipsa sanguinis unda Thrasea libat Iovi Liberatori. Cf. verba Xiphilini 62, 26 ex-

ἐντεμὼν οὖν τὴν φλέβα ἀνέτεινε τὴν χεῖρα καὶ ἔφη, Σοὶ τοῦτο τὸ αἷμα, ὦ Ζεῦ Ἐλευθέριε, σπένδω.“ Walth. Iobi Lib. MS. Flor. teste Vict. v. ad 11, 6, 1. — *omen quidem* MS. Flor. (teste Vict.) edd. Spir. Rhen. 2. 3. sqq. *omen quod* MS. Ies. edd. Put. 1. 2. Ber. Rhen. 1. Quam varietatem scripturae peperit simile eius compendium, quale est in MS. Guelf. *omen di prohibeant* MS. Corb. — *expediat* MSS. et edd. vet. quod e MS. Flor. restituit Pichena. *expedit* edd. Lips et Grut. — *constantibus exemplis,* fortibus, aut constantiae; *Ern.* — *lentitudine exitus,* v. ad 15, 64, 2. *lentitudinem ex.* MS. Guelf. et ed. Spir. in qua etiam *gravis* pro *graves.* — *obversus* MS. Flor. (teste Vict.) et ed. Walth. *obversis* MSS. et edd. cet. nisi quod *conversis* est in MS. Reg. et ed. Spir. — „Multa et libro huic et Neronianae historiae deesse clarum. Duo anni dicendi supersunt, in quibus de adventu Tiridatis, de coniuratione Viniciana, de motu Vindicis, de morte Neronis aliaque digna quae a magno auctore tradita legeremus, si fatis ita visum fuisset.“ *Lipsius.*

IUSTI LIPSII
EXCURSUS
AD
ANNALIUM LIBRUM I. *)

I. ad Cap. VII.

Excubiae, arma, cetera aulae, principatus insignia. Quae haec *cetera?* Puto lictores, fasces laureati et si quid praeterea tunc receptum Principi distinguendo. Neque enim adhuc illa principatus insignia, *ignis, diadema, purpura,* quae reperta sequenti aevo et ad exemplum regum. *Ignis* originem nescio, nisi quod antiquum video et a temporibus Antoninorum. Herodianus sane meminit, ut rei vulgatae, ignis Lucillae sorori Commodi, et Pertinaci in senatum venienti, nec tamen Marciae Commodi concubinae, praelati 1, 20. 40. 2, 9. Nec ambigimus de more. Illud tamen mirum, bis mirum, non alium e Graecis Latinisque exprimere tam insignitam rem. Quis tamen iste *ignis?* non e carbonibus aut ligno, nec qualis ille apud Horatium *prunae batillus:* lampas tantum fuit. Rem adhuc ignotam doceo, firmoque ex M. Antonino in libris suae vitae 1, 17. *Ὅτι δυνατόν ἐστιν,* inquit, *ἐν αὐλῇ βιοῦντα μήτε δορυφορήσεως χρῄζειν, μήτε ἐσθήτων σημειωτῶν, μήτε λαμπάδων καὶ ἀνδριάντων τοιῶνδέ τινων, καὶ τοῦ ὁμοίου κόμπου.* Describit recensetque insignia omnia principatus, *et posse,* ait, *eum, qui in aula vivat, carere stipatoribus, carere veste insigni purpuraque, item lampadibus et certis statuis similique luxu.* Ut ergo in deorum cultu adhibitae lucernae facesque, ut docui in Electis I, 3. sic Imperatorum. Opinor autem, Romam traductum morem e Persis. Illorum enim regi praelatus ignis. Xenophon Cyrop. 8, 3. *καὶ πῦρ ὄπισθεν τοῦ ἅρματος ἐπ' ἐσχάρας μεγάλης ἄνδρες εἵποντο φέροντες:* et post ignem illum secutus Cyrus. Imo et Asiaticis, si recte capio Ammianum 23, 6. *Feruntque etiam, si iustum est credi, ignem caelitus lapsum apud se sempiternis foculis custodiri: cuius portionem exiguam ut faustam praeisse quondam Asiaticis regibus dicunt. Diadema* autem primus Romanorum Principum usurpavit Aurelianus, uti in vita eius Victor; etsi alibi male id refert ad Caligulam. *Purpuram* quis primus sumpserit, adhuc quaero.

II. ad Cap. X.

Nuptiis sororis, Octaviae ex Ancharia; de quo instabili coniugio mire foedatus locus Senecae Suas. I. *Quum Antonius vellet se Liberum patrem dici et hoc nomen statuis subscribi, occurrerunt venienti ei Athenienses cum coniugibus ac liberis et Dionysium salutaverunt. Bene illis cesserat, si nasus Atticus ibi substitisset. Dixerunt, despondere ipsos* (malim *ipsi*) *in matrimonium Minervam Musam suam et rogaverunt, ut duceret, et Antonius ait ducturum, sed dotis nomine imperare se illis mille talenta. Tum ex Graeculis quidam ait.........a) Huic quidem impune fuit, sed Atheniensium sponsalia mille talentis aestimata sunt. Quae quum exigerentur, multi contumeliosi libelli propositi sunt, sicut ille, qui sub-*

*) Subiunctae sunt notae Ernestii a) b) c) et Oberlini α) β) γ).

scriptus est statuae eius, quum eodem tempore Octaviam uxorem haberet et Cleopatram: Hoc tu evita, restituas, tibi habe. Primum offendimus in *Minerva Musa,* quoniam neque Dio nominat in hac historia, Ἀθηνᾶν dixisse contentus, nec cognomen nostrarum dearum scio alias adhaesisse Minervae. Itaque inducta ea voce scribo, *Minervam suam;* nata fuit ex confusa repetitione literae vocisque sequentis. β) In summa discrepat idem Dio, qui ἑκατὸν μυριάδας imperatas pro dote ait, id est Romano ritu HS. quadragies. Mille autem talenta Senecae paulo minus faciunt ducenties quadragies, sexto tanto immaniore summa. Tamen non muto. Graeculi iocum, cui spatium vacuum, doleo abesse; et Latinum commode restituo, *Octavia, res tuas tibi habe.* γ) Quicunque ille, comiter iocatus est ex divortii Romani forma. Quum enim Cleopatram amaret haberetque Antonius, ecce subscripsit iste quasi nomine Antonii Octaviam repudiantis, *Octavia, res tuas tibi habe.* Quae sollennia in libello repudii verba fuisse, iam notum. Appuleius Met. 5. post med. *Tu quidem ob istud* (ita emendo) *tam dirum facinus confestim thoro meo divorte tibique res tuas habeto.*

In Senecae loco mente nunc et manu amplector sententiam Iani Grotii reponentis: *Minervam Musicam.* Inter nobiles Athenis statuas fuit Minerva hoc cognomento; sic dicta, *quoniam dracones in Gorgone eius ad ictus citharae tinnitu resonant.* v. Plin. H. N. 34, 8. (19, 15.)

α) Bene lacunam e vet. libro complevit Covarruvias teste Andr. Schotto: Κύριε, ὁ Ζεὺς τὴν μητέρα σου Σεμέλην ἄπροικον εἶχε. Cf. ed. Gron. Senecae.

β) Idem sic visum Harduino ad Plin. l. l. et P. Fabro Sem. 2, 15.

γ) P. Ciacconius ita legit: Ὀκτάβια καὶ Ἀθηνᾶ τῷ Ἀντονίῳ, *Res tuas tibi habe.*

III. ad Cap. X.

Nec viri solum ad sacerdotium adscripti magni huius divi, sed, quod rideamus, feminae. Adeo proiecti in adulationem tunc mores. v. Grut. p. 101, 3. et p. 320, 10. Exemplum huius rei a Livia, quae miro exemplo sacerdos sui viri et quidem ex decreto senatus. Dio LVI. extremo: Τότε δὲ ἀθανατίσαντες αὐτὸν, καὶ θιασώτας οἱ καὶ ἱερὰ καὶ ἱέρειαν τὴν Λιουΐαν ἀπέδειξαν. Quod noto eo libentius, ut lux inde affulgeat tenebricoso Ovidii loco de Ponto 4, 9, 105 — 108. ubi *natus pius* est Tiberius et *coniux sacerdos* Livia. Puto ad haec sacerdotia, quae cum ambitu et sumptu affectabant in provinciis passim, pertinere Arriani locum elegantem de sermonibus Epicteti 1, 19. Cf. ad Ann. 1, 10, 4.

IV. ad Cap. XIV.

Primus Praetor Romae institutus a. U. 383. Furius Camillus. Livius 7, 1. et Suidas in voce Πραίτωρ. Additus alter a. 510. cui cognomen datum Peregrini, quod plerumque inter cives ius diceret et peregrinos. Epit. Liv. XIX. Additi duo alii a. U. 520. Sicilia et Sardinia in provinciam redactis, qui illuc cum imperio mitterentur. Liv. Epit. XX. Iterum duo victis Hispaniis a. 557. Ita in universum ad id tempus Praetores sex, e quibus duo iuri dicundo praeerant, reliqui in provincias mittebantur expertes iudiciorum. Id mansit, donec quaestiones perpetuae constitutae, a. U. 605. L. Censorino, M. Manilio Coss. Patribusque tunc visum, ut in totum magistratus sui annum Praetores in Urbe manerent, e quibus duo more prisco ius dicerent, reliqui quatuor publicis iudiciis praeessent; iidem omnes, exacto anno, sorte in provincias praetorias mitterentur. Cornelius deinde Sulla Dictator auxit quaestio-

num publicarum numerum, pariterque Praetorum; non tamen eatenus, ut, quot quaestiones essent, totidem Praetores; (errat largiter Pomponius de orig. iur. D. 1. tit. 2. qui id sensit, quia plures saepe quaestiones apud eundem Praetorem exercitas constat) sed in universum addidit duos. Ita non plures octo Praetores ad Ciceronis aevum; idque ex variis eius scriptis clarum: non decem, ut voluit Iurisconsultus. Oppressa mox rep. C. Caesar dictator primus instituit decem, quo pluribus bellorum sociis honorem eum gratificaretur. Cf. Dio 42, 51. qui Pomponium refellit disertim. Sed nec in eo numero stetit Caesar, creavitque biennio post XIV. iterumque anno post XVI. idque, ut Dio idem 43, 49. ait, in multos annos. At Augustus, re publica et imperio potitus, pariter varium se in hac creatione gessit. Anno U. 731. minuit Caesarianum numerum retraxitque ad decem. v. Dio 53, 32. et Velleius 2, 89. Anno U. 764. creavit XVI. propter turbam competitorum; ita tamen (ait Dio 56, 25.) ut posterioribus deinceps multis annis XII. duntaxat crearet. Atque hoc est quod hic Tacitus de duodenario numero tradito ab Augusto asseverat; vere et recte, si respicias instituta eius extrema. Nam ad prima adiecit oculos Pomponius, qui XVI. Praetores constituit sub Augusto, et in tempore saltem errat. At quod Tiberium iurasse Tacitus ait, *se numerum XII. non excessurum*, quis pontifex periurio eum solvet? Nam ego manifesto hominem teneo ex Dionis testimonio, qui 58, 20. affirmat, Tiberium a. U. 736. XV Praetores creasse, additque, *hoc in plures annos factum, ita ut interdum sedecim, alias uno duobusque plus aut minus crearentur.* Imo Claudius Imp. alias XIV. alias XVIII. creavit; interdum medio inter hos numero. Cf. Dio 60, 10. (De Neronis instituto v. Ann. 14, 28.)

V. ad Cap. XV.

Iulius Caesar ius creandi magistratus non totum a populo tulit, cruda adhuc servitute, sed cum eo divisit. v. Dio 43, 47. in actis a. 709. et Suet. Caes. c. 41. ubi vides, Consulibus exceptis, in ceterorum suffragia aequale ius Principi fuisse cum plebe. Nam Consules quidem, summi imperii olim nomen, et ipse et secuti Principes seposuerunt senatui sibique. Augustus deinde *comitiorum pristinum ius reduxit* Suet. c. 40. quo loco *pristinum ius* non vetus illud accipio, quod integra libertate, sed hoc idem, quod a patre eius Iulio institutum. *Pristinum* tamen ideo, quia per bella civilia et impotentem Triumviratum abolitus Caesarianus mos; quem reduxit longo intervallo nunc Augustus. Eum Suetonii sensum (nam interpretes silent aut vacillant) adstruo ex Dione 53, 21. *Populus autem ad comitia iterum conveniebat; etsi nihil tamen fiebat, quod Augusto displiceret. Nam et ipse quosdam futuros magistratus designabat, alios populo et conventui ex more prisco eligendos permittens: id modo curabat ne qui indigni, neve per coitiones aut ambitum designarentur.* Aliquid tamen plebi etiam cum consulum comitiis fuisse, videtur colligi ex Dione 54, 6. in actis anni 732. (Cf. tamen Tac. Ann. 1, 81.) Tiberius primus, animis Quiritium fractis iam et ad servitium factis, ius omne sibi et senatui sumpsit, populi nullo loco. Quod Tacitus his verbis voluit, *comitia e campo ad Patres translata.* Sed in Consulibus quid eius aevo fuerit, Tacitus ipse effari non potest fine huius libri; potest Dio l. 58, 28. qui videtur omnem consulum renuntiationem ad Tiberium referre, aliorum magistratuum ad senatum, commendatis a Principe candidatis sine repulsa et ambitu (petitione) designandis. Tac. Ann. 1, 15. Ex eo tempore expers suffragiorum populus, donec Caius *tentavit, comitiorum more revocato, suffragia populo reddere,* ait Sueton. c. 16. scilicet Tiberii instituto omisso, Augusti revocato: sed idem illa

omisit. Tiberianumque morem apud secutos Principes valuisse deinceps, clarum ex memoriis rerum.

VI. ad Cap. XVII.

Originem et progressum stipendii Romani docui in Electis 1, 2. et vere. Aureus in mensem fuit, i. e. deni in diem asses, ut hic milites fatentur. Quomodo ergo iidem milites statim denarium petunt, quasi ad stipendium augendum? *Ut singulos denarios mererent,* et *ut denarius diurnum stipendium foret.* Nonne enim, inquiunt, denarius idem quod deni asses? Et Aemilius Ferrettus quidem post multum aestum haesit in hoc vado. Locos eos pugnantes sic conciliat, quasi milites petant, inquit, duplicari stipendium, i. e. alios denos asses praeter illos datos. Vir optimus non didicit conciliaturas. Quod Suetonius Tib. c. 25. dicit, voluisse eos *aequari stipendio praetorianis,* (ii autem binos denarios capiebant) de Germanico milite dixit, non de Pannonico, ut censet ipse et post eum vir doctus. (Sed v. ad Tac. Ann. 1, 17, 1.) Dio de hac seditione nimis clare 57, 4. *Et universe neque supra decimum sextum annum militare volebant, et drachmam diurnum stipendium habere, et praemia statim in ipsis castris accipere.* Non ergo duas, ut volunt illi. Sed quid alludo? res sic se habet. Aliud illo aevo denarius, aliud deni asses. Per bella videlicet civilia (et sentimus etiam nunc) creverat auri pretium et argenti. Itaque denarius XVI. primo assibus, (et pro ratione sestertius item assibus quatuor, quod ex Maeciano et Vitruvio 3, 1. disco) tandem aestimari XII. coepit; in eoque stetit Augusti et sequentium aliquot Principum aevo. Quo argumento? Claro quidem, e loco Suetonii, ut nos eum emendavimus, orchestrae non dubio consensu, in Domit. c. 7. Ex quo clarum, aureum Romani militis stipendium fuisse in menses. At si aureus, ergo non plus XXV. denariis. Abi nunc ad mensularios et reduc denos in diem asses, ita ut mensis dies habeat triginta, ad denarios XXV: reperies denarium ipsum planissime valuisse duodecim asses. Quid ergo miraris, si milites pro denis assibus denarium petant? ut quinque scilicet denarios in mensem faciant lucri. At acriter in hanc sententiam pugnat Plinius 33, 3. qui ait, *in militari stipendio semper denarium pro decem assibus datum.* Pugnet, ego eum tam tranquillum reddam, quam alcedo olim mare. Nam Plinius quidem plane a me est. Ea, inquit, severitas disciplinae militaris fuit, ut, quanquam denarii pretio saepius aucto, miles tamen nihil inde commodi senserit, sed proinde illi in stipendium denarius processerit, quasi si esset tantum assium denum. Ea Plinii mens: aut si alia, de prisca re publica sensit, non de hac Augustaea. Simile prorsus ante annos paucos vidimus in urbe urbium ocello. Hispani militis in petulanti illa seditione praecipuum postulatum fuit, ut aureos in solutum acciperet prisca aestimatione, non hac grandi, quae obtinebat. Nec impetravit; fecitque lucri in auri pretio fiscus, quod olim in argenti re publica Romana. Porro, quod ad modum hunc stipendii attinet, scire licet, eundem propemodum fuisse Graecis. Daricum enim in menses accipiebant, id est XX. drachmas: in expeditione Cyri sesquidaricum extorserunt, tantum non per seditionem. v. Xenophon de exp. Cyri 1, 3, 21. Et similis de Darico menstruo locus 7, 6, 1. Melior ergo conditio militis Romani.

VII. ad Cap. XVII.

Suetonius id quoque ab Augusto esse ostendit, sed obscurius, cap. 49. *Quicquid ubique militum esset, ad certam stipendiorum praemiorumque formulam adstrinxit, definitis pro gradu cuiusque et temporibus militiae et commodis missionum, ne aut aetate aut inopia post missionem sollicitari*

ad res novas possent. Nam *commoda missionum* hanc pecuniam accepit. Sed clarissime Dio 55, 23. summa etiam praemii expressa: *Quum milites praemiorum tenuitatem ob bella tunc exorta aegre ferrent, nec facile quisquam extra definitum militiae tempus arma sumere vellet, decretum est, ut Praetorianis quinque millia drachmarum, postquam sedecim annos, reliquis tria millia darentur, postquam viginti militassent.* Ex quo loco pronum mihi eluere vetustam Suetonii maculam Cal. c. 44. *Ceterorum increpita cupiditate, commoda emeritae militiae ad sexcentorum millium summam recidit.* Haec praemia enim haud dubie intelligit. At quomodo constat immanis illa sexcentorum millium summa, si ex Dione verissimum est, τρισχιλίας δραχμὰς tantum, id est, Romano more, duodeua millia numum destinata iis fuisse? Caligula autem de ea ipsa summa aliquid recidit. Scribe igitur: *ad sex millium summam.* Ea enim veritas; et Caligula dimidium imminuisse putandus est praemii militaris. Pretium operae est sane, haec loca inter se conferri, et non per caliginem ultra sciri rationem militiae sub Augusto. Haec pecunia alio nomine *emeritum* dicta; quia scilicet emeritis debebatur. Modestinus de re mil. l. 3. *Qui militiae tempus in desertione implevit, emerito privatur,* et: *ut veteranus restituetur et emerita accipiet.* Menander Arrius ib. l. 5. *Et praemia et emeritum capiet.* Sueton. in Aug. c. 24. *Alias legiones immodeste missionem postulantes citra commoda emeritorum praemiorum exauctoravit;* ubi malo *emeritorum et praemiorum.* α) Commoda iustae militiae idem scriptor dixit Vitell. c. 15. *Delectum ea conditione in Urbe egit, ut voluntariis non modo missionem post victoriam, sed etiam veteranorum iustaeque militiae commoda polliceretur.* Dio 54, 25. asserere videtur, eam pecuniam attributam pro agris, his verbis: Καὶ διέταξε (Augustus) τά τε ἔτη ὅσα οἱ πολῖται στρατεύσαιντο, καὶ τὰ χρήματα, ὅσα παυσάμενοι τῆς στρατείας, ἀντὶ τῆς χώρας, ἣν ἀεί ποτε ᾔτουν, λήψοιντο: *annos, quot cives in legionibus militarent, definivit, et pecunias, quas soluti militia pro agris, quos semper petebant, acciperent.* Cui ambigo an assentiar, quia non semel hic in Tacito et pecuniae mentio et agrorum.

α) Verba *emeritorum praemiorum* ut glossam *commodorum* reiecit Ern. et *praemiorum* uncis inclusit Wolf.

VIII. ad Cap. XX.

Praefecti castrorum munus nescio an antiquum fuerit: mentionem quidem eius ante Principes nondum inveni. Describit Vegetius 2, 10. *Erat enim castrorum praefectus licet inferior dignitate, tamen occupatus non mediocribus causis. Ad quem castrorum positio, valli et fossae destinatio* (nescio an *designatio*) α) *pertinebat. Tabernacula vel casae militum cum impedimentis omnibus nutu ipsius curabantur: praeterea aegri contubernales et medici, a quibus curabantur, vehicula, sagmarii, nec non ferramenta, quibus materia secatur vel caeditur, item ligna vel stramina, arietes, onagri, ballistae; ceteraque genera tormentorum procurabat aliquando ne deessent. Is post longam probatamque militiam legebatur, ut certe* (potius *recte*) *doceret alios, quod ipse cum laude fecisset.* Quae verba ad lucem huius loci pertinent et plurium infra, in quibus de castrorum praefecto. Cuique autem legioni suus castrorum praefectus fuit, si tamen tenderet seorsum. Colligo ex Tacito Ann. 14, 37. *Poenius Posthumus praefectus castrorum secundae legionis;* et Velleio 2, 119. *At e praefectis castrorum duobus, quam clarum exemplum L. Eggius, tam turpe Ceionius prodidit.* Supra tribunos militum collocare eos visus noster H. 2, 89. in pompa Vitelliana. *Ante aquilam praefecti castrorum tribunique et primi centurionum candida veste.* P. Faber in Semestribus

suis 1, 2. perperam censuit, hunc eundem esse cum praetorii praefecto, et Vespasiani avum etiam auget hac dignitate, quoniam Suetonius Vesp. 1. scripserit: *Polla patrem habuit Vespasium Pollionem, ter tribunum militum praefectumque castrorum.*

α) *aestimatio* malebat Stewech.

IX. ad Cap. XXIV.

Rebus laetis et militia prospera obviamque itionibus ornari signa mos fuit lauru, floribus, unguentis. v. Claudian. 10, 187. Suet. Claud. 13. et Oros. 7, 6. Cui rei adhibita etiam unguenta. Plinius 13, 3. (4.) *Aquilae certe ac signa, pulverulenta illa ac custodiis horrida, inunguntur etiam festis diebus: utinamque dicere possemus, quis primus instituisset. Ita est: hac mercede corruptae terrarum orbem devicere aquilae.* Nec aliud est, quod noster hic appellat *insignium fulgorem.* Ita Ann. 15, 29. et Liv. 28, 14. etsi paullo aliter id accipio de fulgore argenti, pulvere deterso; quia nondum illo aevo notus luxuriae mos. Contra in tristitia et rebus arctis signa horrida et incompta. v. Tac. Ann. 3, 2. 15, 16. H. 4, 62. Nec plura mihi notata de hoc parum cognito adhuc militiae ritu. Illud addo, manasse videri a statuis deorum, quas melioribus diebus unguentis perfundebant quasi in cultum et honorem. Aquilae autem nonne dii militares? Cicero in Verr. 4, 35. *Omnes Segestanas matronas et virgines convenisse, quum Diana exportaretur; unxisse unguentis, complesse et coronis et floribus.* Arnobius I. p. 22. *Si quando conspexeram lubricatum lapidem et ex olivi unguine ordinatum*; ubi malim *odoratum.* α) Apuleius Florid. 1. pr. *lapis unguine delibutus.* Seneca Fragm. de superst. ap. August. de civ. Dei 6, 10. *Alius fictor est, alius unctor.* Lapis vetus Romae: (ap. Grut. p. 124.) *Deinde coronis illatis signisque unctis.* Vide, quae notavi Elect. 2, 18.

α) Forsan *sordidatum.* Cf. Heraldi obss.

X. ad Cap. XXXI.

Census Galliarum actus, ut ex modo census tributum penderent et vectigal. Quod cum in aliis provinciis servabatur, (apud ICtos titulo toto de censibus) tum in Gallia potissimum, ditissima provinciarum. Res initium habuit non a Iulio Caesare, ut famam esse video, sed ab Augusto. Nam Caesar quidem tributi nomine HS. quadringenties imposuit Galliae victae, uti apud Suet. Caes. c. 25. et Eutrop. 6, 17. in melioribus libris legi: censendi provincialem rationem non ipse, non priores instituerunt ante Augustum. Ille auctor rei. Cf. extrema verba orationis, quam Claudius in senatu habuit Censor: (v. Exc. ad Ann. XI.) ubi clare ait: *quum ad census* (nescio an *a censu*) *novo tum opere et inadsueto Galliis ad bellum avocatus esset* Drusus. Rem insignem epitoma Livii non tacuit libro CXXXIV. *Quum Augustus conventum Narbone ageret, census a tribus Galliis, quas Caesar pater vicerat, actus.* Idque accidisse ex Dione 53, 22. disco septimo Augusti consulatu. Huius autem census duplex modus. Videntur enim tributum et in capita contulisse, et in agros, lacus, pecudes aliasque facultates. Prius illud eleganter ab Ammiano suggestum 16, 5. ubi de Iuliano Caesare verba: *Quam profuerit anhelantibus extrema penuria Gallis, hinc maxime claret, quod primitus partes eas ingressus pro capitibus singulis tributi nomine vicenos quinos aureos reperit flagitari, discedens vero septenos tantum munera universa complentes.* Tertullianus Apolog. 13. *Sed enim agri tributo onusti viliores; hominum capita stipendio censa ignobiliora: nam hae sunt notae*

captivitatis. Eumenius in laudibus Constantini c. 11. *Septem millia capitum remisisti, quartam amplius partem nostrorum censuum*; et statim: *Remissione ista septem millium capitum, viginti quinque millibus dedisti vires, dedisti opes, dedisti salutem*; iterumque c. 12. *Certe et tum liberi parentes suos cariores habent, et mariti coniuges non gravate tuentur, et parentes adultorum non poenitet filiorum, quorum onera sibi remissa laetantur*: quae postrema non est ut ullo modo transferas ad *capita*, quae vocabant, agrorum. Alias non sum ignarus illud ipsum tributum, quod pro modo agrorum penderent, *capitationem* dictam a Iurisconsultis et Salviano Massiliensi 5, 8. *Plerique pauperculorum atque miserorum spoliati resculis suis et exterminati agellis suis, quum rem amiserint, amissarum tamen rerum tributa patiuntur; quum possessio ab his recesserit, capitatio non recedit*, scilicet a numero iugerum et capitum, quibus agri coluntur. Sed persevero, ut Galli in capita contulerint etiam humana. De agris autem, lacubus aliisque, quae obnoxia tributo, habes apud Iurisconsultos de censibus et Panegyristem illum ipsum c. 5. *Iacebat illa civitas non tam innixa* a) *Romanis quam virium defectione prostrata; ex quo eam novi census exanimaverat acerbitas. Nec tamen iuste queri poterat, quum et agros, qui descripti fuerant, haberemus, et Gallicani census communi formula teneremur, qui fortunis nemini possumus aequari*. Utrique censui olim praepositi ex prima nobilitate viri, ut Drusus ab Augusto, Germanicus hic a Tiberio. Videturque ea non exigua dignitas fuisse, ex Tacito Ann. 14, 46. In lapide (ap. Grut. p. 431, 6.) *Q. Manilio C. F. Cordo. T. Leg. XXI. Rapac. Praef. Equit. Exact. Tribut. Civitat. Gall. Fac. Cur. Certus Lib*. i. e. *Exactori tributorum civitatum Galliae*. Hi census in tabulis perscripti. Dio 59, 22. in vita Caligulae: *Κυβεύων δέ ποτε καὶ μαθὼν, ὅτι οὐκ εἴη τὸ ἀργύριον, ᾔτησέ τε τὰς τῶν Γαλατῶν ἀπογραφὰς, καὶ ἐξ αὐτῶν τοὺς πλουσιωτάτους θανατωθῆναι κελεύσας* etc. Unde *Tabulae censuales* in codice Theodos. et Iustiniani l. 4. de Agric. et censit. et alibi *Paginae censuales*. Actique videntur singulis lustris; (Eumenius l. l. c. 12. *Quinque annorum nobis reliqua remisisti. O lucrum* α) *omnibus lustris felicius!*) aut etiam singulis annis. Nam ecce in Tacito anno post P. Vitellius et Scantius (C. Antius) mittuntur ad census Galliarum Ann. 2, 6. Tributum tamen ipsum videtur olim descriptum fuisse in singulos menses. Docet factum Licinii procuratoris apud Dionem 54, 21. qui, ut ait, eo malitiae pervenerat, ut, quoniam singulis mensibus tributum erat Gallis pendendum, quatuordecim definiret anni menses. Vide rem non iniucundam apud optimum scriptorem, quod quidem ad ritus priscos attinet.

a) *Puto legendum* invisa. α) Lege *lustrum*.

XI. ad Cap. XLI.

Suetonius Cal. c. 8. non spernit solum sententiam hanc, sed longa et acri disputatione evertit. Cui manus ego nondum do. Quid enim? an vulgus eius aevi (nam versiculi illi Caligula Principe statim divulgati sunt) nesciit Imperatoris sui solum genitale? tam impudenti mendacio ludere ius fuit? Non Plinius et Tacitus ea quae Suetonius perviderunt? Scilicet iis cura non fuit inspiciundi Acta? logi. non copia? nugae. At enim, inquit, natus est Caius patre suo et C. Fonteio Coss., pater autem consulatum eum anno toto gessit, et quidem in Urbe. Non igitur nasci potuit in castris, quoniam pater demum exacto consulatu in Germaniam est missus. Primum, Suetoni, quod tu sumis ut datum, fieri potest, ut quis illorum iubeat te reponere; ambigo, inquam, utrum illae meae partes consentiant consciscantque, natum eo anno Caium esse. Video enim dissentire alios in numero annorum, quos dicitur vixisse. Et quid si

paulo ante natus sit, quum pater in Germania esset? quid si paulo post? Deinde, mi homo, quaeritur, quando natus Caligula sit, non quando satus. Nonne ipso patre consule, ut tu vis, nasci potuit in castris? Nec enim opus, credo, eam ad rem praesentia patris. Nam Germanicum constat ex Dione 57, 18. statim a clade Variana continenter in Germania mansisse ad hunc usque consulatum. Suspicari autem probabiliter possum, uxorem, quae tumida et vicina partui, relictam ab eo in Germania, donec uterum posuisset. Nam circumduci in longo itinere feminas, ut prisci dicebant, incientes, non ex more, non ex usu. Potuit ergo nasci in castris et tamen in consulatu patris. Sed in Actis reperio, ais, natum eum Antii. Quid si nomen tibi imponit et Acta de alio quopiam Caio, filio pariter Germanici, senserunt? Non enim Caligulae cognomen discriminis causa, opinor, apponi potuit Actis, quoniam professio apud Acta nato statim puero fieri solita, cognomen autem illud postea in castris illi datum a veste. Denique contra tabulas Actorum Plinii pagina est et hic noster fidelissimus senex, mihi quidem testis ἐκ τῶν Διὸς δέλτων. Addis amplius, ex Augusti epistolis liquere bimulum demum perductum in castra; non ergo ibi natum. Batuis tu, non pugnas; rude, non gladio feris. Quid enim obstat, Agrippinam peperisse in Germania, rediisse in Urbem mariti sui consulatu; deinde ipsam et infantem in Germaniam revertisse? Quod Antium praetulerit omnibus secessibus Caius, quin tu hoc argumento Tiberium Capreis genitum dicis, Tibure aut Lanuvii Augustum? Itaque quicquid Suetonius conetur, me quidem iudice, haec pars adhuc, ut in formula senatoria est, maior esse videtur. Cui praeter consulares illos subscribunt pedanii senatores, Sex. Victor et Athenaeus 4, 12. p. 148.

XII. ad Cap. LXXVI.

Provinciarum divisio a Caesare Augusto in sexto consulatu facta duplex. Aliae populo datae, aliae Caesari. In eas, quae populi, proprie dicti Proconsules mittebantur; in Caesaris Legati aut Propraetores, qui interdum tamen et Praetores dicti aut coniunctim Legati Propraetores, ut in lapidibus plerumque. Rectorum et Praesidum nomen generale est, etsi Praeses Praesidialesque provincias de Caesarianis reperies etiam, significatione arcta. Discrimen inter Proconsules Legatosque multum. Primo, quod ii in populi provincias missi, quae fere inermes; hi in Caesaris, quae copiis instructae. II. quod illorum annua tantum administratio: (unde in Taciti Ann. 3, 58. flamen ait, *quanto facilius se abfuturum ad unius anni proconsulare imperium?* Et Appuleii Florid. I. p. 347. *Quid nobis cum istis proconsulum vicibus? quid cum annis brevibus et festinantibus mensibus?*) horum longior contractiorve, ut Caesari visum. III. Proconsules sorte missi: (eoque Suetonius Aug. c. 47. *ceteras provincias Proconsulibus sortito permisit*; et Tacitus Ann. 3, 32. *eoque etiam Asiae sorte depellendum incusavit*) at Legati Caesaris dilectu, ἀκληρωτεί, ut ait Dio 58, 25. a) Statius Silv. 1, 4, 92. *quum tanti lectu rectoris habenas, Gallice, fortuna non admirante subisti.* IV. Proconsules statim egressi Urbe insignia imperii sumunt, (τὰ τῆς ἀρχῆς ἐπίσημα ait Dio 53, 13.) puta lictores, fasces; nec deponunt nisi ingressi iterum Urbem: at Legati non antequam provinciam attigerint, et in ipsa provincia deponunt. V. Proconsules pacato habitu b) et gladio non accincti fuerunt, (ex instituto quidem Augusti, quod tamen postea mutavit:) Legati τὴν στρατιωτικὴν στολήν, id est paludamentum, gestarunt et gladium, ut quibus ius esset militis animadvertendi. VI. Proconsules sex lictoribus fascibusque usi; quinque duntaxat Legati, qui consulatum nondum gessissent. Dio auctor 53, 13. Proconsuli tres Legati fuere, Legato unus.

Dio 53, 14. Atque haec discrimina. Sed ex iis nihil eruas, cur provinciarum Caesaris conditio (quod tamen hic ex Tacito clarum) melior pensiorque. Nisi id tamen in bonum provincialium vertit, quod utraque provincia uni credita Legato, ideoque minus onerum in alendo ipso et canibus illis, qui tribunal lambunt. Clare Tacitus Ann. 5, 10. *Is Macedoniae tum intentus Achaiam quoque curabat.*

a) Coniungit utrosque Tacitus *Ann.* 2, 43. *qui sorte aut missu provincias tenerent.*

b) Statium hinc intellige Silv. 5, 57. ad Crispinum: *Mille urbes Asiae sortito rexerit anno, Imperium mulcente toga.*

XIII. ad Cap. LXXVII.

Lucar s. *lucare* aes et *lucaris* pecunia dicebatur merces histrionum a *lucis*, qui multi circa Urbem, quorum reditus destinati ad ludos. Festus: *Lucar appellatur aes, quod ex lucis captatur, et lucaris pecunia, quae in loco dabatur*, et Plut. quaest. Rom. Opp. T. II. p. 285. C. *Διὰ τί τὸ τελούμενον εἰς τὰς θεὰς Λοῦκαρ καλοῦσιν; ἢ ὅτι πολλά ἐστιν ἄλση, περὶ τὴν πόλιν ἀνειμένα θεοῖς, ἃ καλοῦσι λούκους, καὶ τὴν ἀπὸ τούτων πρόσοδόν εἰς τὰς θεὰς ἀνήλισκον;* Sed quis olim, quaeso, modus *lucaris?* omnia enim aut pervadit aut tentat nostra curiositas. Vulgaris actoris videntur fuisse denarii quinque. Seneca ep. 80. (81.) *Ille, qui in scena elatus incedit et haec resupinus dicit*, Imperito Argis, *servus est, quinque modios accipit et quinque denarios.* Aut certe septem, ut apud Lucianum in Icaromenippo c. 29. in loco, qui re et verbis Senecae illi par: *Ἐοικότες μάλιστα τοῖς τραγικοῖς ἐκείνοις ὑποκριταῖς, ὧν ἢν ἀφέλῃς τὰ προσωπεῖα καὶ τὴν χρυσόπαστον ἐκείνην στολὴν, τὸ καταλειπόμενόν ἐστι γελοῖον ἀνθρώπιον, ἑπτὰ δραχμῶν ἐς τὸν ἀγῶνα μεμισθωμένον: Similes maxime tragicis illis histrionibus, quibus si personas auferas et auratam illam vestem, quod relinquitur, ridiculus homuncio erit, septem drachmis ad certandum agendumque conductus.* Mutata tamen saepius res, quum vulgus editoresque multa adderent histrionibus famosis praeter morem. Ideo Tiberius ap. Suet. c. 34. *Ludorum ac munerum impensas corripuit, mercedibus scenicorum recisis;* et M. Antoninus Imp. ap. Capitol. 11. *Temperavit scenicas donationes, iubens, ut quinos aureos scenici acciperent; ita tamen ut nullus editor decem aureos egrederetur.* Magno tamen corruptis moribus incremento, si pro quinque denariis ventum ad aureos quinque. Sed Seneca, fortasse et Lucianus, de diurna mercede agunt, Capitolinus de menstrua aut certe productione tota. Aut denique merces tam ampla ad principes scenae pertinet, non ad pueros histrionum. Quod ait de *editore*, video labi virum doctum. Hoc iubet Imperator, ut nemo editor, id est praetor aut magistratus, qui ludos praebet, suggerat iis supra decem; estque quasi correctio in capite eiusce legis. Sed unde haec pecunia? saepe ab editoribus, saepe a fisco. Ideo Glossae: *Lucar μισθὸς ἀπὸ φίσκου.* Alias *lucar τὸ θεατρικόν.* Plutarchus *τὸ τελούμενον εἰς τὰς θέας.*

ADD. Notavi e Capitolino, quinque aureos statam mercedem fuisse scenicorum. Adde Lamprid. in Alex. Severo c. 33. et Schol. Iuvenalis in illud 7, 243. — — *victori populus quod postulat aurum. Ut in theatro*, inquit, *solent petere quinque aureos: nam non licebat amplius dare.*

LIPSII EXCURSUS
AD
ANNALIUM LIB. II.

I. ad Cap. I.

Parthorum reges, qui innexi rebus Romanis: ulteriora mihi non sunt curae.

I. ORODES, Iustino 42, 4. Herodes: Plutarcho in Crasso 33. Ὑρώδης, qui vicit Crassum. α)
- PACORUS, a P. Venditio victus caesusque. Dio 49, 19. seq. et alii.
- PHRAATES, Plutarcho in M. Anton. c. 37. Phraortes.

II. PHRAATES, cum quo M. Antonius bellum gessit. Teridates eum regno pepulit; sed ipse brevi pulsus, Phraate restituto: cui legitimi filii quatuor
- SARASPADES,
- CEROSPADES,
- PHRAATES,
- VONONES. — MEHERDATES eius filius.

Unus ex concubina Romana muliere, Thermussa, genitus, qui astu matris in Parthis remansit, de quo Ioseph. 18, 3. (2.)
- PHRAATACES, nothus.

III. PHRAATACES, patris interfector, maritus matris; brevi pulsus facinorum odio, moritur. Idem Iosephus 18, 3.

IV. ORODES, Iosepho l. l. Herodes, β) nescio cuius proles: coetu popularium facto caesus in sacrificio vel venatu ob crudelitatem. Ioseph.

V. VONONES: de quo hic Tacitus et loco dicto Iosephus.

VI. ARTABANUS: non ex recta priorum regum stirpe, tamen Arsacides et Medorum antea rex, ait Iosephus 18, 4. Contra eum rex missus a Tiberio Phraates, (de quo supra) Vononis frater: sed in via periit. Postea Teridates, (nescio cuius proles, nepos tamen Phraatis) qui pepulit Artabanum, iterumque ab eo pulsus. Regnum tenuit ad Claudii principatum.

Eius filii
- ORODES, qui Armeniae rex. Tacit. Ann. 6, 33.
- DARIUS, qui Vitelliano foedere cum Artabano obses missus Romam. Iosephus 18, 4. Is est, quem nominat Suet. Calig. c. 19.

VII. GOTARZES, Artabani frater, qui necem ipsi filiisque maturavit. Tacit. Ann. 11, 8. 10.

VIII. VARDANES, item Artabani frater: pepulit Gotarzem. Tacit. Ann. 13, 7. Vide et Philostratum 1, 21.

IX. GOTARZES iterum, mortuo fratre. Contra eum submissus MEHERDATES, filius Vononis, imperante Claudio. Frustra: victor praelio Gotarzes.

X. VONONES (ignoro stirpem) antea Mediae rex, lectus accitusque a Parthis, sed brevi et inglorio regno. Tacit. Ann. 12, 14.
- VOLOGESES,
- TIRIDATES, sub Nerone Armeniae rex.

XI. VOLOGESES vel, ut Graeci, VOLOGAESUS, Vononis huius filius per tempus Neronis. Vixit ad Vespasiani imperium, ut liquet ex Taciti Histor. 4, 51.

α) Ἡρώδης ap. Plut. M. Anton. c. 37. β) Ὀρώδης in ed. Haverc.

II. ad cap. II.

Moris Romani, ut domi supellex penusque omnis *annulo* signatorio s. sigillaricio, qui haberet *χαρακτῆρα*, signaretur, ne quid negligentia aut furto periret. v. Plaut. Cas. 2, 1, 1. et in Persa 2, 3, 15. Plin. 33, 1. s. 6. Martial. 9, 88. 93. 94. Vopisci Aurel. c. 50. Luciani Hermot. §. 11. Clemens paedag. l. 3. p. 245.

Annulos eiusmodi signatorios (ferreos tamen, ut appareat servorum fuisse aut vulgarium militum) complures erutos ipsi vidimus in Batavis cum adiuncta clavi: ad duplicem scilicet usum, signandi aperiendique; magnitudine minutissimi digiti. α) Plinius Iliacis temporibus ignotum annulorum usum fuisse docet 33, 1. (4.) *quoniam conditas arcis vestes vasaque aurea et argentea, et ea colligata nodi non annuli nota Homerus indicat.* Versus Homeri, quos respexit, sunt Odyss. 8, 424. 443. 447. Ad eosdem annulos pertinere velim locum Valer. mem. 7, 8, 4.

α) Cf. Museum. Schoephlin. p. 122. tab. 13.

III. ad Cap. XVII.

Aquilae (reges avium) *Romanae aves, propria legionum numina* et signa a C. Marii aevo. Exemplum credo esse a Persis, quibus in militia aquila praecipuum et regale signum. Xenophon de Exped. Cyri 1, 10. *Καὶ τὸ βασίλειον σημεῖον ὁρᾷν ἔφασαν, ἀετόν τινα χρυσοῦν ἐπὶ πέλτης α) ἐπὶ ξύλου ἀνατεταμένον*, et Paedia Cyri 7, 2. *Ἦν δὲ αὐτῷ τὸ σημεῖον ἀετὸς χρυσοῦς ἐπὶ δόρατος μακροῦ ἀνατεταμένος. Καὶ νῦν δὲ ἔτι τοῦτο τὸ σημεῖον τῷ Περσῶν βασιλεῖ διαμένει.* Sed diversa tamen ea paulum ab aquila Romanorum. Nam haec non aliud quam modica ex argento aquila, quae summae hastae insistebat, alis expansis, pede fulmen aureum tenens. Ita, praeter M. Antonii numos, etiam Dio 43, 35. describit de prodigiis ante pugnam Mundensem: *Οἱ δὲ δὴ ἀετοὶ τῶν στρατοπέδων αὐτοῦ τάς τε πτέρυγας σείσαντες καὶ τοὺς κεραυνούς, οὓς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν τινὲς χρυσοῦς ἔφερον, ἐκβαλόντες, ἐκείνῳ τε* (Pompeio) *τὸ κακὸν ἄντικρυς ἐνέσκηπτον, καὶ αὐτοὶ πρὸς τὸν Καίσαρα ἀπεπέτοντο.* Dixi modicam fuisse: collige ex his Flori verbis 4, 12. *Tertiam aquilam signifer, prius quam in manus hostium veniret, evulsit, mersamque intra baltei sui latebras gerens in cruenta palude delituit.* Neque enim baltei latebris tegi potuisset aquila admodum magna. Vide librum nostrum de Mil. Rom. 4, 4.

α) Legendum *ἐπὶ παλτοῦ*, et *ἐπὶ ξύλου* glossam sapit.

IV. ad Cap. XXVI.

Deportare lauream est id. qd. triumphare. Triumphantes enim ascendere Capitolium soliti et laurum, quam manu tenebant quaeque in fascibus lictorum, deponere in gremio Iovis, arbitri sc. victoriae et auctoris: quem ritum clare exponunt Dio 54, 25. et Iul. Obsequens c. 123. *C. Antonius, quum in agro Pistoriensi Catilinam vicisset, laureatos fasces in provinciam tulit. Apparuit, eum hostibus portendisse victoriam, quum ad eos laurum victricem tulerit, quam in Capitolio debuerat deponere.* Recte ergo in Plinio scriptum 15, 30. (40.) *Fasces imperatorum laurus decorat: ex his in gremio Iovis optimi maximi deponitur, quotiens laetitiam nova victoria attulit,* nec recte mutavit e libro vetere, ut ait, vir doctus: *ex hinc in gremio.* Cf. Sil. 15, 119. et Stat. Silv. 4, 1, 41. Senecam turpi nota deformavit quicunque nebulo ignarus huius ritus, Consol. ad Elbiam c. 10. *Scilicet minus beate vivebat Dictator noster, qui Samnitum legatos audiit, quum vilissimum cibum in foco manu sua versaret illa, qua tam saepe hostem percusserat lancemque in Capitolini Iovis gremio reposuerat, quam Apicius nostra memoria vicit, qui etc.* et molestiam obiecit quaerendae *lancis*, quam nunquam invenies. Libri ali-

quot *lanceamque*. Emendo, *laureamque*: verissime ad hunc triumphi morem. Sequentia etiam scribe *quam Apicius nostra memoria vixit*, non *vicit*, et sententia omnis clara. Ne haereas, simillimus de hisdem Fabriciis locus Pacati in Laudat. Theodosii c. 9. *Curii, Coruncanii, Fabricii, quum induciae bella suspenderant, inter aratra vivebant; et, ne virtus quiete languesceret, depositis in gremio Capitolini Iovis laureis, triumphales viri rusticabantur.* Sed laurea etiam in Capitolium lata et Iovi missa sine iusto triumpho. v. Suet. Ner. 13. et Domit. 6.

V. ad Cap. XXVII.

L. SCRIBONIUS LIBO, qui consul cum Antonio a. U. 719. Uxor incerta. Ex his	SCRIBONIA, quae nupsit SEX. POMPEIO, filio Magni, per bellum Siculum. v. Dio et Appian. B. Civ. 5, 53. Ex his	POMPEIA, quae desponsata M. MARCELLO, pignus pacis cum Triumviris initae, sed non deducta. Nupsit, ut coniicio, post SCRIBONIO LIBONI. Ex quis	L. SCRIBONIUS LIBO, qui consul a. U. 769. (Tac. Ann. 2,1.) SCRIBONIUS LIBO DRUSUS, de quo hic: qui tantum Praetor.

SCRIBONIA, eius soror, uxor OCT. AUGUSTI. Ex his	IULIA, cui maritus VIPSANIUS AGRIPPA. Ex his	CAIUS, LUCIUS, Caesares. IULIA, nupta L. Paulo. AGRIPPINA, nupta Germanico.

SCRIBONIUS LIBO, de quo nihil legi.	SCRIBONIUS, de quo nihil.	SCRIBONIUS LIBO, quem volo maritum Pompeiae fuisse.

Priores duae lineae huius generis verae et ex historia Dionis 48, 16. et Appiani b. civ. 5, 139. collectae. Tertia a sola coniectura est. Sed aliter de amita Scribonia explicari a me non potest. L. Scribonium Libonem, qui consul fuit hoc ipso anno, quo damnatus adolescens, non patrem eius fuisse sed fratrem, ex narratione Taciti liquet. Patrem enim nusquam nominat: nominat fratrem. Hunc fuisse arbitror, a quo Scribonia lex denominata: quem Iac. Raevardus in libello singulari ad eam legem imperite confudit cum isto, qui nunc reus.

VI. Ad Cap. XXX.

Actor publicus Ann. 2, 30. et 3, 67. non alius quam publicus sive servus sive libertus; proprio tamen munere, qui res rationesque rei publ. administrabat. Graeci διοικητάς, πραγματευτάς vertunt. Itaque fere cum procuratoribus aequiparantur; sic tamen ut minus late vagetur eorum potestas. Plinius in Pan. c. 36. *Dicitur actori atque etiam procuratori tuo, In ius veni, sequere ad tribunal.* Idem ep. 3, 19. ad Calvisium: *Deinde, quod non minus utile quam voluptuosum, posse utramque eadem opera, eodem viatico invisere, sub eodem procuratore ac paene iisdem actoribus habere.* Salvianus Massiliensis 4, 3. *Pavent quippe actores, pavent silentiarios, pavent procuratores, prope ut inter istos omnes nullorum minus servi sint quam dominorum suorum.* In marmore prisco (ap. Grut. p. 45, 12.) *Herculi Defensori pro itu et reditu D. Clodi. Septimi Albini Caesaris D. Clodius D. L. Felix Actor Caes. N. D. D.* id est: *Actor Caesaris nostri dedicavit.* Sic *Actores praedicorum* l. 16. C. de procuratoribus. *Actores rerum* l. ult. de offic. praesid. et in Suetonii Domit. c. 11. *Actorem summarum* rite fortasse reposuit Torrentius. Certe enim pecuniae recipiendae et expendendae praeerant. Apuleius Met. 2. p. 126.

ed. Elmenh. *Philodespotum requirit actorem* (ita e codice scripto Giselini nostri legimus, quum male adhuc *auctorem.*) *eique praecipit, bono custodi redderet sine mora praemium.* Ut ergo Actores in privata familia, (Verwalter, Hofmeister, qui ceteris praeerant servis) sic et in re publica. (Staats-Rechnungsführer) De his Plinii locum correctum imputo iuventuti, Epist. 7, 18. ad Caninium: *Equidem nihil commodius invenio quam quod ipse feci: nam pro quingentis millibus numum, quae in alimento ingenuorum promiseram, agrum ex meis longe pluris exactori* (corrigo, inquam, *actori*) *publico mancipavi, eundem vectigali imposito recepi, tricena millia annua daturus.* Quibus verbis nihil clarius potest ad Taciti mentem. Ut enim ibi ager Actori publico mancipatur, sic hic servi. Vide quae de reip. servis scripsi libro Electorum 1, 22. et adde (quod tunc me fugit) de appellatione eorum a magistratibus Varronis insignem locum, quem secius accepit vir doctus, de L. L. 7, 41. *Nomina habent plerique liberti a municipio manumissi: in quo, ut societatum et fanorum servi non servarunt proportionem et rationem, et Romanorum liberti debuerunt dici, ut a Faventia Faventinus, a Reate Reatinus, sic a Roma Romanus; ut nominantur libertini a libertis orti* α), *et e publicis servis populi Romani, qui manumissi, ante quam sub magistratuum nomina, qui eos liberarunt, succedere coeperunt.* Dicit Varro: servi publici manumissi dicti sunt liberti populi Romani, uti reapse erant; manumissi quidem, prius quam ambitiosa haec consuetudo invalesceret nominandi a magistratibus. Nam ecce coeperunt a consule quopiam aut peaetore Corneliani dici, Gelliani, Clodiani. Et adde istis, quae notavi ibi. Ille amicus noster ad successiones refert et testamenti factionem. Acute: sed quo tam acute?

α) Lege: *a libertinis orti publici servi Romani.* Paulo post Popma legit: *sub magistratu in nomina* (eorum) *qui.*

VII. ad Cap. XXXII.

Facta et de Mathematicis Magisque Italia pellendis SCta. Immo repetita potius. Anno U. c. 614. *M. Popillio Laenate, Cn. Calpurnio Coss. C. Cornelius Hispallus Praetor edicto Chaldaeos intra decimum diem abire ex Urbe atque Italia iussit, levibus atque ineptis ingeniis fallaci siderum interpretatione quaestuosam mendaciis suis caliginem iniicientes,* ait Valerius Max. 1, 3, 2. Anno U. 721. M. Agrippa Aedilis τοὺς ἀστρολόγους καὶ τοὺς γόητας ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασεν: *astrologos et vates urbe eiecit;* auctor Dio 49, 43. Iterum anno a. U. 761. ab Augusto interdictum severe omni vaticinio ac praedictione; quod notat idem Dio 56, 25. Sed serio in primis et cum cura ea res habita hoc anno. Senatusconsulti formam et verba certo reperi in Fragmentis Iurisconsultorum, quae dedit nuper doctissimus P. Pithoeus (libro, cui titulus: *Collatio Mosaic. legum et Rom. tit. XV.*). α) Ait ibi Ulpianus lib. VII. de offic. Procons. *Praeterea interdicta est* (ita legit Pithoeus) *Mathematicorum callida impostura et obstinacitate persuasio. Nec hodie primum interdici eis placuit, sed vetus haec prohibitio est. Denique exstat S. C. Pomponio et Rufo Coss. factum, quo cavetur, ut Mathematicis, Chaldaeis, ariolis et ceteris qui similem incertum fecerunt,* (Pithoeus *similem artem*: ego legerim *similem cestum* sive *quaestum*) *aqua et igni interdicatur, omniaque bona eorum publicentur; et sic aeternus gentium qui si id fecerit, in eum animadvertatur.* Dico, Domitium intelligere Sc. hoc ipsum. At enim ille refert ad Pomponium et Rufum Coss.; hoc autem anno Taurus et Libo Coss. fuerunt. Non hoc novum, ut inter scriptores anni unius discrimen sit. Caelius enim Rufus et L. Pomponius Consules fuerunt sequenti hunc anno. Addit Ulpianus alia, quae ad cognitionem istam: *Saepissime denique interdictum*

est fere ab omnibus Principibus, ne quis omnino huiusmodi ineptiis se immisceret, et varie puniti sunt hi, qui id exercuerunt, pro mensura scilicet et consultationis (legerim *sceleris et consultationis*, vel inducta copula *scilicet consultationis*). *Nam qui de Principis salute, capite puniti sunt vel qua alia graviore poena affecti.* Non omittam oraculum nostri vatis de his vanis vatibus Tac. H. 1, 22. *Mathematici genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax; quod in civitate nostra et vetabitur semper et retinebitur.*

α) Dedit et Schulting. in iurispr. anteiustin. p. 785.

VIII. ad Cap. XXXII.

More prisco advertere extra portam Exquilinam: nam supplicia pleraque apud Romanos sumi solita extra portas; credo, ne frequenti sanguine et caede contaminari oculi civium aut delibari videretur libertas. Plautus mil. glor. 2, 4, 6. *credo ego istoc exemplo tibi Esse eundum actutum extra portam, dispessis manibus, Patibulum quom habebis.* Itaque et carnifex domicilium habuit extra Urbem. Cicero pro Rabirio perduellionis reo c. 5. *Sed moreretur prius acerbissima morte millies Gracchus, quam in eius concione carnifex consisteret; quem non modo foro, sed etiam caelo hoc ac spiritu Censoriae leges atque Urbis domicilio carere voluerunt.* Ideo Plautus Pseud. 1, 3, 97. *extra portam Metiam currendum est prius. Lanios inde accersam duo cum tintinnabulis.* Intelligit enim carnifices, quorum extra eam portam domus, ad sollennem suppliciis locum. Imo et coriarii ac vispelliones Urbe submoti a pari causa: morticina enim tractant. Artemidorus 1, 53. *Τὸ δὲ βυρσοδεψεῖν πᾶσι πονηρόν· νεκρῶν γὰρ ἅπτεται σωμάτων ὁ βυρσοδέψης, καὶ τῆς πόλεως ἀπῴκισται.* Sed quid est quod Tacitus hic diserte nominat *Esquilinam!* Non temerarium est, nec facile reperies, ut ego censeo, ubi supplicii res, nominari portam aliam; nisi tamen Metiam, ut iterum apud Plautum Cas. 2, 6, 2. *Illum aedepol videre ardentem te extra portam Metiam Credo ecastor velle.* Sed profecto, quae Metia Plauto, eadem est cum Esquilina. Argumento loci de suppliciis, tum numeri situsque portarum Urbis. Idque ante me censuisse audio Octavium Pantagathum, virum magnum. Non, inquam, reperies aliam nominatam ab istis, nisi forte Collinam in Vestalium morte: quod aliud a supplicio vulgato. Facit ad portam Esquilinam, quod Suetonius in Claudio c. 25. scripsit: *Civitatem Romanam usurpantes in campo Esquilino securi percussit*, quod Horatius anus illas lapidatas in Esquiliis abiicit Epod. 5, 97. Itaque et puticuli ibi, quo vilium damnatorumque hominum cadavera proiiciebantur. Varro 4, 5. Festus aliique. Ibidem locum fuisse, qui Sestertius diceretur, infra docebo ad Ann. 15, 60.

IX. ad Cap. XXXIII.

Ne vestis serica viros foedaret. Distincta olim genera vestium byssina, bombycina, serica. *Byssina* e lino, bombycina e verme, serica ex arborum lana confectae. Bombycina eadem est cum Cea sive Coa, (nihil enim interest) manetque hodie: reliquarum nihil superest praeter nomen. Byssum cum Serico imperite confundit Philostratus 2, 20. et vult ex arbore Indica nasci, quae altitudine populos aequet, foliis salici non absimilis. a) Sericum debuisset dicere. Nam Byssus e terra gignitur, ut linum, circa Elidem praecipue, Achaiae urbem. Eadem imperitia bombycinam Isidorus 19, 27. facit sericam; si tamen imperitia est, et non recepta opinio inferioris aevi. Nam et Zonaras in Iustiniani vita scribit, *eius temporibus telam sericam a Romanis* (id est Graecis Byzantinis) *texi coeptam, quum antea a Persicis mercatoribus tantum impor-*

taretur, nec Romani scirent, fila illa esse vermium. Et addit, duos monachos ova illa vermium ex India attulisse et mori foliis aluisse et inde sericum confecisse. Otho item Frisingensis in historia Friderici 1, 33. ait, Rodericum (Rogerium) Siculum expugnatis in Graecia Athenis, Corintho, Thebis, opifices, qui sericos pannos texebant, deduxisse captivos et in Siciliae urbe Palermo collocasse. Inde factum, ut, quam textrinam prius soli Graeci inter Christianos habuerint, cum Romanis communicata sit ingeniis. Nec abhorrent ab hac sententia Pausanias 6, 26. Pollux 7, 17. Servius ad Virg. Georg. 2, 121. At magis veteres discriminant clare, et lanam arborum esse Sericum volunt apud Seres Indos. Virgilius l. l. *Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres.* Plinius 6, 17. (20.) *Seres lanicio silvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem.* Seneca poëta Hippol. v. 389. *Quae fila ramis ultimi Seres legunt.* Marcellinus 23, 6. *Apud Seras sublucidae silvae, in quibus arborum fetus aquarum asperginibus crebris velut quaedam vellera mollientes, ex lanugine et liquore mixtam subtilitatem tenerrimam pectunt, nentesque subtemine conficiunt sericum.* De his Seneca de ben. 7, 9. *Video sericas vestes, si vestes vocandae sunt, in quibus nihil est, quo defendi corpus aut denique pudor possit, quibus sumptis mulier parum liquido nudam se non esse iurabit. Haec ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersuntur, ut matronae nostrae ne adulteris quidem plus sui in cubiculo quam in publico ostendant.* Pellucebant enim *tenerrima*, ut Ammianus loquitur, *subtilitate.* Ideoque, quotiens pellucidam vestem, pellucentem togam taliaque legis, capito de Serica aut Coa. Iuvenalis 2, 77, *Acer et indomitus libertatisque magister, Cretice, pelluces:* quod ceperim de serica. Tibullus de Bombycina 2, 3, 53. *Illa gerat tenues vestes, quas femina Coa Texuit auratas disposuitque vias*; et Horatius Serm. 1, 2, 101. *altera nil obstat Cois tibi.* Serica quando venerint in usum, planissime non scio: suspicor Iulii Caesaris aevo, (nam ante non invenio) qui etiam ludis theatrum totum velis contexit sericis, ut ex quorundam fide Dio refert 43, 24. Eam vestem etiam Medicam dictam, scriptum reliquit Procopius de bello Pers. 1, 20. Genera eius facta postea holoserica, subserica, ususque primus holoserica Elagabalus, de quo adi Lamprid. c. 26.

a) v. Pollux 7, 17. Byssinas vestes in Aegypto repertas tempore Semiramidis, vult Clemens Stromat. I. p. 307.

X. *ad Cap. LIX.*

Pedibus intectis et pari cum Graecis amictu, crepidatus *palliatusque,* ἀνυπόδητος καὶ ἀχίτων. Quod ait *pedibus intectis,* non plane verum est, sed in comparatione cum calceis Romanis, qui altiusculi non solum imos pedes, sed tibias velabant crure tenus. Horatius Serm. 1, 6, 27. *nigris medium impediit crus Pellibus.* Titinnius in Setina ap. Festum v. *mulleus*: *Iam cum mulleis te ostendisti, quos tibiatim calceas.* Tertullianus de Pallio 4. *Impuro cruri purum aut mulleolum inducit calceum.* Et exstat exemplum hodie in calceis Turcarum Pannoniorumque. At crepidae, soleae plantarum calces tantum imas tegebant, ceteris fere nudis. Ideo bene noster *pedibus intectis.* Hunc sensum firmat ipse, dum subdit: *P. Scipionis aemulatione, quem eadem factitavisse apud Siciliam accepimus.* Scipio autem ibi crepidatus. Livius 29, 19. *Ipsius etiam imperatoris non Romanus modo, sed ne militaris quidem cultus iactabatur; cum pallio crepidisque inambulare in gymnasio.* Quod tamen molle et effeminatum censebatur; et Manilius delicatos insignit hac nota 5, 152. *Femineae vestes, nexae sine tegmine plantae;* ut Scaliger emendavit, etsi vetus lectio *nec insunt tegmina,* ex qua tentabam *nec in usum tegmina.*

Dionem etiam non aliter exaudio, de Caligulae ludis 59, 7. *καὶ ἐξῆν καὶ ἀνυποδήτοις βουλομένοις θεάσασθαι, νομιζόμενον μέν που ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου, καὶ δικάζειν τινὰς ἐν τῷ θέρει οὕτως, καὶ πολλάκις καὶ ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου ἐν ταῖς θεριναῖς πανηγύρεσι γενόμενον, ἐκλειφθὲν δὲ ὑπὸ τοῦ Τιβερίου. Volentibus etiam discalceatis spectare permissum, quod usitatum olim; ut etiam quidam* a) *iudicia hoc habitu aestatis tempore exercuerint, et ipse Augustus ita saepe spectarit aestivos ludos: omissum tamen a Tiberio.* Ubi *ἀνυποδήτους* vere verteris soleatos aut crepidatos; quomodo etiam convivia frequentabant Romani, calceis, qui inter forensia censebantur, omissis. In omni ergo remissione, per convivia, per ludos, per otium, Romani soleati. Nota etiam Ciceronis increpatio in Verrem, qui in litore soleatus, et in Antonium, qui Gallicis indutus.

a) Intelligit Catonem, de quo Plutarch. in eius vita c. 44. p. 260. *ἀνυπόδητος καὶ ἀχίτων πολλάκις ἐπὶ τὸ βῆμα προσερχόμενος, καὶ θανατικὰς δίκας οὕτω βραβεύων* etc. Cf. Gell. 13, 20. intpp. Hor. od. 3, 20, 11. Suet. Dom. 4. et Cic. p. Rab. Post. 10.

XI. ad Cap. LXX.

Germanicus *componit epistolas, quibus amicitiam renuntiabat* Pisoni. Mos, qui publice obtinebat privatimque. Publice, Livius 36, 3. *Consulti feciales M. Acilio consule, num prius Aetolis renuntianda amicitia esset quam bellum inferendum.* Idem 42, 25. *Legati ad res repetendas in Macedoniam renuntiandamque amicitiam regi missi.* Privatim, infra 6, 29. *Morem fuisse maioribus, quotiens dirimerent amicitias, interdicere domo eumque finem gratiae ponere;* et 3, 24. *quanquam non ultra foret saevitum quam ut amicitia Caesaris prohiberetur.* Suetonius Aug. c. 66. *Cornelio Gallo ob ingratum et malevolum animum domo et provinciis suis interdixit.* Idem in claris Grammat. c. 14. de Curtio Nicia: *Pompeium offendit, domoque ei interdictum est.* Sic Badius Campanus apud Livium 25, 18. palam omnibus renuntiat hospitium Crispino. Atque hoc est quod Cicero *inimicitias denuntiare* ait, pro L. Flacco 1. *Etenim quum a clarissimis viris iustissimas inimicitias saepe cum bene meritis civibus depositas esse vidissem, non sum arbitratus, quenquam amicum patriae novas huic inimicitias nulla accepta iniuria denuntiaturum.* Seneca epist. 76. (77.) *Inimicitias mihi denuntias, si quicquam ex iis, quae cottidie facio, ignoraveris.* Idem quod *indicere inimicitias* Seneca de ira 3, 42. *Quid iuvat tanquam in aeternum genitos iras indicere et brevissimam aetatem dissipare?* Unde inimicitiae indictae, ut indictum bellum. Sidonius lib. VII. *Inimicitias indictas honeste exercet, tarde credit, celeriter deponit.* Item *inimicitiae testatae,* quasi quae literarum testimonio signatae: Valerius 4, 1, 12. *Acerrime cum Scipione Africano Macedonicus dissenserat, eorumque ab aemulatione virtutis profecta contentio ad graves testatasque inimicitias progressa fuerat.* Nec aliud censeo, quum legimus *inimicitias ex professo.* Huic aperto mori utinam his moribus locus! Sed, ut omnia vitia nostro aevo, sic fraus, simulatio, dolus succrevit, et pessimum amicitiae venenum blanditiae fallaces. Novimus nos eiusmodi stelliones, qui amicos, quibus arrident, mox arrodunt, et quibus nulla spes famae est nisi in labe famae alienae. Datum est nobis grande *exemplum praecavendi, quomodo fraudibus involutos aut flagitiis commaculatos, sic specie bonarum artium falsos et amicitiae fallaces,* ut vere dixit noster vates Ann. 16, 32. Veteri illa et simplici vita receptum, amicitiam et inimicitiam promptam habere in fronte et in ore.

XII. ad Cap. LXXV.

Luctum laeto cultu mutavit, quasi in gratulatione aut quasi voti damnata. v. Festus in verbis *Minuitur luctus.* Quid vero vocat *laetum cultum?* Vestemne albam, posita nigra? an aurum et ornamenta, quae in luctu ponebant feminae eoque finito recipiebant? Non tam proclive id statuere propter veteres scriptores', qui hac in re sententiis diversi. Dionysius 8, 62. nigram vestem feminis attribuit. *Γυναῖκες Ῥωμαίων, ἃ νόμος ἐστὶν αὐταῖς ἐπὶ τοῖς ἰδίοις καὶ ἀναγκαίοις ποιεῖν κήδεσιν, ἀποθέμεναι χρυσόν τε καὶ πορφύραν καὶ τὸν ἄλλον κόσμον, μέλασιν ἀμφιασμοῖς χρώμεναι τὸν ἐνιαύσιον ἐπένθησαν χρόνον.* Apud Suidam incertus scriptor de Marcii funere: *Καὶ αἱ γυναῖκες ἀποθέμεναι χρυσὸν καὶ τὸν ἄλλον κόσμον, καὶ μέλασιν ἀμφιασμοῖς χρησάμεναι, καὶ πενθήσασαι ἐνιαύσιον χρόνον.* Et Varro clare lib. III. de vita populi Romani, *ut, dum supra terram esset, ricinis lugerent; funere ipso, ut pullis pallis amictae.* Ibidem: *propinquae anthracinis, proximae amiculo nigello, capillo demisso sequerentur lectum.* Valerius 1, 1, 15. de Cannensi clade: *Itaque matres ac filiae coniugesque nuper interfectorum, abstersis lacrimis depositisque doloris insignibus, candidam induere vestem et aris dare tura coactae sunt.* At alii ecce consensu albam Herodianus in funere Severi 4, 3. *Αἱ γυναῖκες λιτὰς ἐσθῆτας λευκὰς ἀμφιεννύμεναι σχῆμα παρέχουσι λυπουμένων.* Statius in lacrimis Etrusci Silv. 3, 3. *Huc vittata comam niveoque insignis amictu Mitibus exsequiis ades.* Assignat, ut vides, niveam vestem, quia mulier. Sed clarissime Plutarchus Quaest. Rom. p. 270. *Διὰ τί λευκὰ φοροῦσιν ἐν τοῖς πένθεσιν αἱ γυναῖκες ἱμάτια καὶ λευκοὺς κεκρυφάλους;* et vide apud eum causas. Quid statuemus in dissensu tam aperto? pacem, quam facile conficio ex temporum ratione. Variatum scilicet hac in re apud Romanos fuit. Priscis temporibus, dum res publica vixit et libertas, nigrae vestes etiam feminis in luctu. Id docent ii scriptores, qui omnes consentiunt in narratione moris, qui illo aevo. At sub Imperatoribus re publica exstincta, in usum venerunt lugubrium albae. Docent ii alterius classis testes, qui non id referunt nisi de temporibus secutis. Hoc nisi tenes, nunquam erit ut solvas eum nodum. Sed quae causa huius mutationis? Credo, divitiae et luxus. Matronis antiquis color albus et niger cogniti; iisque solis vel praecipuis usae. At post sericam traductam vestem et vulgatam Coam, post galbanam, caeruleam, amethystinam et tot genera reperta colorum rarus dignioribus feminis albi usus. Spretus, inquam, (quod ex poetis facile disces) contemptusque color albus, adeo ut nota luctus fuerit superbo sexui, eum induisse. Hoc constanter censeo. Movet me leviter Appuleii locus, qui Met. II. post med. p. 125. inferiori illo aevo *matronam flebilem fusca veste contectam* describit, non, ut debuit, alba; nec tamen demovet, quia aut priscum ritum in animo habuit, ut solet, Appuleius, aut aliud in provinciis fuit, ubi id gestum, more Graeciae videlicet retento, apud quos feminae in luctu nigrae.

ADD. Pro veste nigra Tibullus clare est 3, 2, 17. *Pars quae sola mei superabit corporis, ossa Incincta nigra candida veste legant.* At Livius suspicionem facit, nihil in veste mutatum, sed duntaxat in muliebri mundo. Valerii certe Tribuni in legem Oppiam verba apud eum sunt 34, 7. *Mulieres quid aliud in luctu quam purpuram atque aurum deponunt? quid, quum eluxerunt, sumunt?* Nam, quod Festus tradidit (v. *Minuitur luctus*) lugentes in pellibus fuisse, *αἰνιγματῶδες* est. *Pellem,* inquit, *habere Hercules fingitur, ut homines cultus antiqui admoneantur. Lugentes quoque diebus luctus in pellibus sunt.* Nihil tale reperio, nisi consentis mihi, magne Festi interpres, (te, Scaliger, appello) ut accipiam de laneis vittis; quas mulieres in luctu sumpsisse, e variis scriptorum locis certum. An hoc mavis, insititium istud emblema a Pari-

esse? qui respexerit scilicet ad barbaricum morem sui aevi, quo etiamnunc apud nos receptum, pelles extremis oris vestium assui in luctu. Tu nos doce.

XIII. ad Cap. LXXXIII.

Imagines dicebantur *clypei*, quia, ut censeo, instar militaris clipei rotundae, ex aere, auro, argento. Plinius 35, 3. s. 4. *Scutis, qualibus ad Troiam pugnatum est, continebantur imagines,* (insculptae vel caelatae) *unde et nomen habuere clypeorum,* (ἀπὸ τοῦ γλύφειν) *non, ut perversa Grammaticorum subtilitas voluit, a cluendo* h. e. pugnando. Scuta autem apud Homerum forma orbis. Livius 25, 39. in cetera praeda Hasdrubalis clypeum argenteum repertum ait cum imagine ipsius. Suetonius Domit. 23. *Senatus adeo laetatus est, ut, repleta certatim curia, scalas etiam inferri clupeosque et imagines eius coram detrahi et ibidem solo affigi iuberet.* Capitolinus in Antonino c. 3. *Ceteris honoribus refutatis, clipeum Hadriano magnificentissimum posuit, sacerdotes instituit.* Trebellius in Claudio c. 3. *Illi clypeus aureus, vel, ut Grammatici loquuntur, clupeum aureum, senatus totius iudicio in curia collocatum est, ut etiam nunc videtur.* Quod ait Plinius, Grammaticos malle *clupeum*, verum est, et puto in Capro (ap. Putsch. p. 2242.) legisse: *Clupeum imago, Clypeus ἀσπίς.* (Cf. Charis. inst. gram. 1. p. 59.) Sed et Livius Grammaticis paruit 40, 51. *Ab his columnis, quae incommode posita videbantur, signa amovit, clypeaque de columnis et signa militaria affixa dempsit.* In monumento prisco (ap. Grut. p. 374.) *Huic decuriones funus publicum, statuam equestrem, clypeum argenteum, locum sepulturae decreverunt.* Nec tamen semper hi clypei cum effigie: saepe sine ea, cum nudo nomine ponentis et cui ponebantur, sive etiam cum ponendi causa. Philo Iudaeus egregie de legat. ad Caium (p. 1033.): *Πιλάτος ἦν τῶν ὑπάρχων ἐπίτροπος ἀποδεδειγμένος τῆς Ἰουδαίας. Οὗτος, οὐκ ἐπὶ τιμῇ Τιβερίου μᾶλλον ἢ ἕνεκα τοῦ λυπῆσαι τὸ πλῆθος, ἀνατίθησιν ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἱερόπολιν Ἡρώδου βασιλείοις ἐπιχρύσους ἀσπίδας, μήτε μορφὴν ἐχούσας μήτε ἄλλό τι τῶν ἀπαγορευομένων, ἔξω τινὸς ἐπιγραφῆς ἀναγκαίας, ἣ δύο ταῦτα ἐμήνυε, τόν τε ἀναθέντα καὶ ὑπὲρ οὗ ἡ ἀνάθεσις.* a) Nec vero publice solum hos clypeos, sed et privatim sibi quisque ponebat. Plinius 35, 3. *Suorum vero clypeos in sacro vel publico privatim dicare primus instituit Ap. Claudius, qui consul cum Servilio fuit anno Urbis* CCLIX. et quae sequuntur; reperioque exemplum clypei privati in lapide veteri: (ap. Grut. p. 441, 7.) *Nestori Aug. Nepete Hic Ludos Fecit Et Dedicatione Statuae Patroni Quam Ipse Posuit Et Clupei Sui Iterum Municipibus Nepesinis Epulum Dedit.*

a) At Philonem hic non audiendum, sed effigies in his clypeis fuisse, et a Philone rem tantum oratorie extenuari, docent Scaliger ad Euseb. p. 187. et Wesseling. Observ. I, 17. p. 64.

XIV. ad Cap. LXXXV.

Vistilia licentiam stupri apud aediles vulgaverat. Huius moris minus expressa apud alios vestigia, quae hic in Tacito clara. Apparet autem, in stupra matronarum ordinis primi aut secundi graviter semper animadversum ad servandum publicum decus; non tam graviter in libertinarum aut e plebe, quibus haec militia Venerea moribus tantum non permissa, quod vel ex Horatio, Ovidio aliisque liquere potest. Sic et illud patet, cuivis feminae licitum fuisse vulgare corpus, modo apud aediles id profiteretur. Cui professioni consequens, ut iure cederet et dignitate matronali, etiam, ut opinor, ornamentis, censereturque inter

togatas. Quod adstruo ex verbis Suet. Tib. 35. *Feminae famosae, ut ad evitandas legum poenas iure ac dignitate matronali exsolverentur, lenocinium profiteri coeperant:* (sc. ad amittendum ius matronarum, ut hic stuprum eodem fine) *quas, ne quod refugium in tali fraude cuiquam esset, exsilio affecit.* Quae tamen professio irrita facta postea ex nova lege; eleganterque ad hanc rem Papinianus l. X. de adult. *Mulier, quae evitandae poenae adulterii gratia lenocinium fecit, aut operas suas scenae locavit, adulterii accusari damnarique senatus consulto potest.* Sed apud *aediles* cur ea professio? non apud censores aliosque? Quia comperio, ab antiquo aedilibus curam fuisse fornicum, popinarum, locorum eorum, in quibus Honos non colitur aut Virtus; itemque personarum, quae saepius in iis locis, quam in templo Mariano. Ideo Seneca de vita beata c. 7. eleganter, ut solet *Invenies voluptatem circa balnea et sudatoria ac loca aedilem metuentia*, i. e. fornices et popinas. Et illuc alludens Iustinus scribit 21, 5. Dionysium *apud aediles adversus lenones iurgari* solitum. Itaque aedilibus curae, nosse publica scorta, habere ea in tabulis, ut sic dicam, et albo; et, si quam vulgantem se extra eum numerum nacti, mulctabant. Livius 10, 31. *Eo anno Q. Fabius Gurges consulis filius* (is autem tunc Aedilis) *aliquot matronas ad populum stupri damnatas pecunia mulctavit.* Nec pecunia solum, sed et exsilio. Idem 25, 2. *L. Villius Tappulus et M. Fundanius aediles plebei aliquot matronas apud populum probri accusarunt; quasdam ex eis damnatas in exsilium egerunt.* Deducebantque iidem in iudicium etiam hoc crimine viros, ut in Livio 8, 22. *Data a M. Flavio visceratio. Erant qui per speciem honorandae parentis meritam mercedem populo solutam interpretarentur, quod eum die dicta ab aedilibus crimine stupratae matrisfamilias absolvisset.* Pertinere ad hanc rem Laberii versum puto, ut ego eum restituo apud Gell. 16, 7. *Cocionem pervulgate dicit, quem veteres arilatorem dixerunt. Verba Laberii haec sunt: Duas uxores, hoc hercle plus negotii est, inquit Cocio: sex aediles viderat.* Scribo: *Duas uxores? hoc hercle plus negotii est, inquit Cocio: sed aediles viderint.* a) Non alia Laberii scriptio aut mens. Duasne uxores ille habet? inquit. Hercle satis negotiosum negotium homini, ut ait Cocio: verum id aediles viderint, quorum haec cura. Dixi, eiusmodi infames feminas cessisse dignitate matronali, etiam ornamentis. De dignitate, liquet ex Suetonio, de ornamentis, ex Tertulliano de cultu 2, 12. *Quid minus habent infelicissimae illae publicarum libidinum victimae? Quas si quae leges a matronis α) et matronalibus decoramentis coercebant, iam certe saeculi improbitas β) honestissimis quibusque feminis usque ad errorem dinoscendi coaequavit.* V. eundem in Apol. c. 6. Censeo autem, posuisse eas institam, stolam, vittas; immo sumpsisse meretriciam togam. Inducor a Iuvenali 2, 69. *Carfinia talem Non sumet damnata togam;* qui de matrona aliqua stupri damnata sentire videtur, cui ex more sumenda toga. De ea satis dictum aliis et praesertim M. Antonio Mureto. Unum addo, manasse videri morem eum ab Atheniensibus, apud quos scorta pariter veste a matrona discreta, idque ex lege. Suidas v. ἑταιρεῖν: νόμος Ἀθήνησι, τὰς ἑταίρας ἄνθινα φορεῖν. Idem Artemidorus notat 2, 3.

a) Proverbialis forma est: *Hoc plus negotii est, inquit Cocio.* Et Ociones saepe in vulgi dicto veniebant, ut Plauti Asin. 1, 3, 51. illud: *Vetus est, nihili Cocio.*

α) Al. *a maritalibus.* β) Leg. *improbitas quotidie insurgens.*

XV. ad Cap. LXXXVII.

Increpuit eos, qui ipsum Dominum dixerant; rectissime, facta tantum suppetissent dictis. Nam *domini* vox proprie non nisi in servos aut

etiam coniunctos. Tamen reperio Augusti aevo et infra, a liberis patres appellatos *dominos* et a fratribus blandientibus fratres. Quod tamen Augustus in sua domo vetuit. Suetonius 53. *Dominum appellari se ne a liberis quidem aut nepotibus suis vel serio vel ioco passus est; atque huiusmodi blanditias etiam inter ipsos prohibuit.* Tangit ecce utrumque morem, et vellem id interpretes monuissent. Quod patres *domini*, etiam ex Diadumeni Caesaris epistola (ap. Lamprid. in eius vita c. 10.) cognosco, ad matrem: *Dominus noster et Augustus nec te amat nec ipsum se, qui inimicos suos servat.* Et clare ex illo Martialis 1, 82. *E servo scis te genitum blandeque fateris, Quum dominum appellas, Sosibiane, patrem.* Quod fratres sic dicti, locus elegans Senecae epist. 104. (105.) *Illud mihi in ore erat domini mei Gallionis, qui, quum in Achaia febrim habere coepisset, confestim navim conscendit, clamitans, non corporis esse sed loci morbum*: nam loquitur de fratre Iunio Gallione. Itemque coniuges inter se eo nomine usi. Virgil. Aen. 4, 214. *dominum Aeneam in regna recepi.* Sueton. Claud. 39. *Occisa Messallina, paulo postquam in triclinio decubuit, cur domina non veniret, requisivit.* Virgil. Aen. 6, 397. *dominam Ditis thalamo deducere adorti*; ubi Servius: *De Graeco tractum est, qui uxorem δέσποιναν dicunt.* Apud Iurisconsultos de Legat. *Peto abs te, domina uxor.* Epictetus c. 40. *Αἱ γυναῖκες εὐθὺς ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίαι καλοῦνται.* Uti et adversum amicas, passim in poetis. Sed et obvios vulgo *dominos* vocabant. Idem Seneca ep. 3. *quomodo obvios, si nomen non succurrit, dominos salutamus.* Lusit eleganter in eo more poeta Graecus (Pallada Alex.) in Anthol. 1, 42. ed. Frf. 1600. (Palat. 2. p. 293. et in Brunckii Anal. T. 2. p. 413.)

Ἢν ὁ φίλος τι λάβῃ, Δόμινε φράτερ εὐθὺς ἔγραψεν.
Ἢν δ' αὖ μή τι λάβῃ, τὸ Φράτερ εἶπε μόνον.
Ὤνια γὰρ καὶ ταῦτα τὰ ῥήματα. Αὐτὰρ ἔγωγε
Οὐκ ἐθέλω Δόμινε· οὐ γὰρ ἔχω δόμεναι.

I. LIPSII EXCURSUS

AD

ANNALIUM LIB. III.

I. ad Cap. IV.

Collucentes per campum Martis faces dixit ad morem priscum, quo ii, qui funus prosequebantur, cereos manibus gestabant, candelas, funalia, faces; quod Donatus obtinuisse eo censet, quia noctu olim cadavera sòlita efferri. Mos adeo tritus, ut Isidorus 12, 2. *funus dictum a funibus accensis* velit, *quos ante feretrum papyris circumdatis ferebant.* Ambrosius de viduitate 1, 15. *vel cum accensis funalibus mox ducitur, nonne pompae funebris exsequias magis putat quam thalamum praeparari?* Alludit Ambrosius illuc, quo saepe poetae, ut *viximus insignes inter utramque facem.* Appuleius Florid. 2. post init. *comoediam eius prius ad funebrem facem quam ad nuptialem venisse.* Calpurnius Flaccus Declam. XXIX. *Facem nubenti filiae praeferam, an rogum iacentis accendam?* Quod Isidorus ait, funes papyro circumdatos, non a se habet, sed a prisco scriptore, nec errat. Plinium ita capio 16, 37. (70.) *Nec in fruticum nec in veprium genere scirpi fragiles palustresque, e quibus detracto cortice candelae luminibus et funeribus serviunt.* Cortex ille non aliud quam similitudo Aegyptiae papyri, quem utebantur fortasse homines tenuiores. Faces

autem candelasque in funeribus plerumque adultorum reperias, in puerorum, id est acerbis immaturisque, cereos fere: ut appareat, quod interpres vetus Persii ad Sat. 3, 103. monuit, pueros ad cereos solitos efferri, facibus tamen immixtis. Senecae aliquot loca sunt, quae id pervincunt, ut epist. 122. (123.) *Isti mihi vero defunctorum loco sunt. Quantulum enim a funere absunt, et quidem acerbo, qui ad faces et cereos vivunt?* de tranq. vitae c. 11. *Totiens in vicinia mea conclamatum est, totiens praeter limen immaturas exsequias fax cereusque praecessit.* de brev. vitae cap. ult. *Quidam vero disponunt etiam illa quae ultra vitam sunt, moles magnas sepulcrorum et operum publicorum dedicationes et ad rogum munera et ambitiosas exsequias. At mehercule istorum funera, tanquam nimium vixerint, ad faces et cereos deducenda sunt:* ubi scribi sententia vult; *tanquam minimum.* Pertinet ad funebres faces etiam locus Suet. Aug. 98. *Masgabae tumulum quum ex triclinio animadvertisset magna turba multisque luminibus celebrari* etc. qui tamen ad parentationem annuam spectat, non ad funeris deductionem.

II. ad Cap. XXII.

Carcer triplex est, (ait vetus interpres Iuvenalis ad Sat. 6, 560.) urbanus, rusticus, castrensis: urbanus, ut sunt turres; rusticus, ut ergastula; castrensis, quando captivi trahuntur catenati. Sed potuit, immo debuit paulo distinctius. Nam in Urbe ipsa triplex ratio asservandi captivos. Aut enim in carcere habebantur locoque concluso, sine ullo milite, ut vere servitia et capita viliora, aut in custodia militari, aut in aedibus magistratuum. Custodia militaris frequentissima et Romae et in provinciis; eiusque modus, ut is, qui in noxa esset, catenam manui dextrae alligatam haberet, quae eadem militis sinistram vinciret custodiae eius praefecti. Satis aperte Seneca de tranq. an. c. 10. *Sed quid refert? eadem custodia universos circumdedit, alligatique sunt etiam qui alligaverunt: nisi tu forte leviorem in sinistra catenam putas.* Idem epist. 5. *Quemadmodum eadem catena et custodem* (emendo *custodiam*: ita enim ipse captivus dicebatur, ut mox docebo) *et militem copulat, sic ista, quae tam dissimilia sunt, pariter incedunt.* Et optime Athenaeus 5, 13. p. 213. ubi Athenion res Mithridatis extollit: *Ῥωμαίων δὲ στρατηγὸς μὲν Παμφυλίας Κουίντος ὁ Ἵππιος παραδοθεὶς ἀκολουθεῖ δέσμιος. Μάνλιος δὲ Ἀχύλλιος ὁ ὑπατευκὼς, ὁ τὸν ἀπὸ Σικελίας καταγαγὼν θρίαμβον, συνδέτην ἔχων ἁλύσει μακρᾷ Βαστάρνην πεντάπηχυν, πεζὸς ὑπὸ ἱππέως ἕλκεται,* i. e. *E Romanis vero praetor Pamphiliae Q. Oppius* (male enim in Graeco Ἵππιος) *deditione acceptus sequitur in vinclis. Manius autem* (ita corrige, non *Μάνλιος*) *Aquilius consularis, qui de Siculis triumphavit, colligatum secum habens longa catena Bastarnam quendam quinque cubitorum, pedes ab equite trahitur.* Simile est, quod Iosephus narrat A. I. 18, 13. de captivo Agrippa rege: *centurionem illi satis benignum appositum et militem, cum quo vinciretur, humanum.* Augustinus in Psalm. 128, 2. *Ligantur duo et mittuntur ad iudicem, latro et colligatus; ille sceleratus, iste innocens, una catena ligantur et longe sunt a sese.* Addo, duos saepe milites uni reo datos maiori custodiae. In Apostolorum Actis 12, 6. de D. Petro: *dormiebat inter duos milites duabus alligatus catenis,* (Cf. Act. 28, 16. et Suet. Ner. 36.) Catenae autem eiusmodi, uti ex Athenaeo clarum, longiusculae erant, ut ambulare, incedere pariter non incommode possent. Ad quas item pertinet, quod Suetonius in Domit. c. 14. scribit: *Nec nisi secreto atque solus plerasque custodias, receptis quidem in manu catenis, audiebat.* Ubi iterum *custodiae* pro iis ipsis qui custodiuntur, ut Plinio 21, 3. (9.) *Inde eductam custodiam bibere iussit.* Ita veteres: male vulgo *eductum e custodia*; emendandusque ita Suetonius Nerone c. 31. *Quorum operum per-*

sciendorum gratia, quot ubique essent custodiae, in Italiam deportari iussit. Vulgata lectio et interpretes turbant. Paulus in Sentent. 5, 31. de poen. mil. *Si pecunia miles custodiam dimiserit, capite puniendus est.* Haec de custodia militari: de ea, quae apud magistratus, opportunius dicam ad Tac. Ann. 6, 3.

III. ad Cap. XXV.

Fas mihi, ut cum Tacito hic leviter exorbitem et, quae faciunt huic legi, collecta a me et digesta proponam: non subtiliter omnia; (cui enim bono?) sed ea saltem capita, quae ad usum historiae priscae. Romanis semper coniugiorum sobolisque magna cura. Ideo censoria illa sollennis quaestio: *ex animi tui sententiae, tu uxorem habes?* Ideo Ciceroni de leg. 3, 3. ficta lex: *Caelibes esse prohibento.* Cf. oratio Metelli ap. Gell. 1, 6. Nec ignominiae solum caelibatus, sed poenae erat. Ita apud Valerium 2, 9, 1. *Camillus et Postumius censores aera poenae nomine eos, qui ad senectutem caelibes pervenerant, in aerarium deferre iusserunt.* Et Festus auctor, *uxorium pependisse dici, qui, quod uxorem non habuerit, aes populo dedit.* Exemplum videtur ab Spartanis petitum, apud quos *ζημία* et *γραφὴ ἀγαμίου* immo *ὀψιγαμίου καὶ κακογαμίου*, ut notat Pollux 3, 3. 3, 48. 8, 40. Nec tamen lege aliquid cautum reperio, nisi quod C. Caesar post bellum Africanum, vehementer exhausta Urbe, praemia proposuit multitudini liberorum, idque praefectus morum et quasi censor. Dio 43, 25. *Ἐπειδή τε δεινὴ ὀλιγανθρωπία διὰ τὸ τῶν ἀπολωλότων πλῆθος, ὥς ἔκ τε τῶν ἀπογραφῶν (καὶ γὰρ ἐκείνας τά τε ἄλλα ὥσπερ τις τιμητὴς ἐποίησε) καὶ ἐκ τῆς ὄψεως αὐτῆς ἠλέγχετο, ἦν, πολυπαιδίας ἆθλα ἐπέθηκεν.* Primus Augustus a. U. 736. certam legem posuit, et praemia poenasque distinxit. Ea dicta *Iulia de maritandis ordinibus;* quam tamen prae multitudine recusantium perferre non potuit nisi adempta lenitave parte poenarum. Cf. Suet. Aug. 24. et Liv. Epit. LIX. Hanc Propertius intellexit 2, 6. et Horat. carm. saec. v. 17 seq. ubi Schol. vetus: *Lex marita dicitur, quae de maritandis ordinibus lata erat, quae et Iulia dicta est. Caesar enim post bellum legem tulit, ne quis aut caelebs esset aut vidua nubilis, quo posset iactura iuvenum reparari, quae bellis civilibus contigerat. Nam prope octoginta millia armatorum interierant.* Et de eadem in actis eiusce anni Dio 54, 16. *Ὁ δ' Αὔγουστος τά τε ἄλλα ἐνομοθέτησε, τοῖς τε ἀγάμοις καὶ ταῖς ἀνάνδροις βαρύτερα τὰ ἐπιτίμια ἐπέταξε, καὶ ἔμπαλιν τοῦ τε γάμου καὶ τῆς παιδοποιΐας ἆθλα ἔθηκεν.* Cf. etiam Suet. Aug. 3. 4. et Liv. epit. 59. Ex Dionis verbis clarum, etiam ante curam eam fuisse Augusto: ait enim *βαρύτερα τὰ ἐπιτίμια*, et addit *ἔμπαλιν ἔθηκεν*. Et non dubie aliquid super ea re latum in eius sexto consulatu, annis decem ante. Suadet Tacitus Ann. 3, 28. *Sexto demum consulatu Caesar Augustus potentiae securus, quae triumviratu iusserat, abolevit; deditque iura, quis pace et Principe uteremur. Acriora ex eo vincla; inditi custodes; et lege Papia praemiis inducti etc.* Sed latum imperfecte. Capita legis Iuliae fuerunt: uti libertinas ducere liceret omnibus praeter senatores: uti sponsiones pactionesque nuptiales non ultra biennium differri ius esset: uti divortiorum certus esset modus; aliaque, quae postea in legem Papiam mixta et inserta. Iulia ergo tempore a Papia distincta: praecessit enim XXV. solidis annis; et hallucinati concinnatores legum, qui confuderunt. Dico *Iuliam:* verius fortasse *Iulias*, quia non semel tot annorum intervallo eadem de re latum ac relatum. Ideoque proprie locutum Tacitum censeo, quum hic *πληθυντικῶς* scripsit, *Papiam latam post Iulias rogationes.*

Lata autem Papia a. U. 762. sene iam Augusto; et lata per senatum. Itaque et nomen a consulibus illis, M. Papio Mutilo et Q. Poppaeo Se-

cundo. Dicta enim *Papia Poppaea*. Isidorus 5, 15. *Sub Octaviano Caesare suffecti consules Papius et Poppaeus legem tulerunt, quae a nominibus eorum Papia et Poppaea nominatur, continens primum* (censeo emendandum *patrum*, quum scriptum concise fuerit *prūm*) *praemia pro suscipiendis liberis*. Causa iterum ferendae e Tacito duplex: *incitandis caelibum poenis et aerario augendo*. *Incitandis poenis*, i. e. augendis; sincera modo lectio sit. Ambigo enim, et possit rescribi *incitandi caelibes poenis*, sive *intendendis caelibum poenis*, sensu clariore. Capita legis Iuliae confusa cum istius; ideoque passim scripta Iurisconsultorum laudata *Ad legem Iuliam et Papiam*, ita inquam, ut Papia, quae plenior acerbiorque, aboleverit et velut absorbuerit Iulias leges. Latam dixi per Senatum, et verum est: eoque Paulus libro V. ad legem Iuliam et Papiam (*l.* 71. *de hered. instit.* et *l.* 44. *de ritu nupt. l. capite de ritu nupt.*) auctorem senatum nominat. *Sed illud quaeri potest*, inquit, *an idem servandum sit, quod senatus censuit, etiamsi in aliam personam captionem direxerit.* Capita eius legis pluria fuerunt, adeo ut XXXV. laudet alibi Marcianus l. 19. de ritu nupt. Ea ut distincte proponam, ab homine me exiget nemo homo: confuse quaedam recensebo, et uti dabunt se sub manum.

CAPUT de *enuptione extra gentem ordinemque*, uti omnibus ingenuis libertinas uxores ducere ius esset, senatoribus exceptis. Concepta capitis eius verba apud Paulum lib. 1. ad hanc legem l. 44. de ritu nupt. Lege Iulia ita cavetur, *qui senator est, quive filius neposve ex filio proneposve ex filio nato, cuius eorum est, erit: ne quis eorum sponsam uxoremve sciens dolo malo habeto libertinam aut eam, quae ipsa cuiusve pater materve artem ludicram facit, fecerit: neve senatoris filia neptisve ex filio proneptisve ex nepote filio nato nata libertino eive, qui ipse cuiusve pater materve artem ludicram facit, fecerit, sponsa nuptave sciens dolo malo esto: neve quis eorum dolo malo sciens sponsam uxoremve eam habeto.* Et e lege quidem Iulia recenset Paulus: sed insitam in Papiam fuisse, clare docet Celsus. *Lege Papia*, inquit, *cavetur omnibus ingenuis, praeter senatores eorumque liberos, libertinam uxorem habere licere.* Meminit et Dio eiusce capitis 54, 16. *Ἐπειδὴ δὲ πολὺ πλεῖον τὸ ἄῤῥεν τοῦ θήλεος τοῦ ἐυγενοῦς ἦν, ἐπέτρεψε καὶ ἐξελευθέρας τοῖς ἐθέλουσι, πλὴν τῶν βουλευόντων, ἄγεσθαι, ἔννομον τὴν τεχνοποιΐαν ἀυτῶν εἶναι κελέυσας.* Ubi tamen interpretis supina *μετεωρία* vertentis: *Ac quoniam masculi* a) *patricii generis numerum patriciarum feminarum multo anteibant, liberum fecit, ut, qui vellent (modo senatores ne essent) libertas etiam* (cautius et verius *libertinas*: b) *ἐξελευθέρας* enim Dio dixit, non *ἀπελευθέρας*. *Ἐξελεύθεροι* autem *οἱ τῶν ἠλευθερωμένων ὑιοί*, ait Hesychius) *ducere possent, eorumque liberos legitimos esse iussit.* En, *τὸ εὐγενὲς patricium* ubique vertit: at *ingenuum* debuerat, ex vi verbi legisque. Meminit iterum Dio 56, 7. in persona Augusti: *Καὶ ἐξελευθέρας τοῖς γε ἔξω τοῦ βουλευτικοῦ οὖσιν ἄγεσθαι συνεχώρησα.* Et eodem errore ibi interpres *τὸ βουλευτικὸν patricios* vertit, quum *senatorios* vere posset. Latum hoc caput matrimoniis frequentandis, ut, si quem digniorem amor aut voluntas traxisset ad impar iugum, lege iungi liceret: nam antea vetitum. Neque decemvirali lege patricio cum plebeia, neque ingenuo cum libertina connubii ius. Prius abolitum: meminitque Livius 4, 1. et 4. in oratione Canuleii tribuni, et 10, 23. ubi matronae patriciae Virginiam, quod e Patribus enupsisset, sacris arcuerunt. Mansit posterius ad hanc legem. Vide, quae Cicero Antonio de Fadia obiecit Phil. 2, 2.

a) Mirum et praeter id, quod philosophis visum usuque doctum: nam praepollet fere sexus sequior.

b) Tamen ex ritu eius aevi *libertini* iidem cum *libertis*, uti notum.

CAPUT subnexum forte priori de *connubio patronorum cum libertabus*. Verborum partem Ulpianus appendit libro III. ad legem Iuliam

et Papiam D. l. 45. de ritu nupt. in eo iure quod dicit *invito patrono libertam, quae ei nupta est, alii nubere non posse, patronum accipimus* etc. Et idem iterum l. 11. De divortiis: Quod ait lex *divortii faciendi potestas libertae, quae nupta est patrono, ne esto, quamdiu patronus uxorem eam esse volet.* Vide interpretem eumpse Ulpianum et adde l. 1. De concub.

CAPUT de *sponsalibus, quando et qua fini contrahenda.* Sumptum e Iulia de maritandis ordinibus, indice Suet. Aug. 34. *Quumque,* inquit, *immaturitate sponsarum et matrimoniorum crebra mutatione vim legis eludi sentiret, tempus sponsas habendi coarctavit.* Sponsalium enim olim licentia, aspectu nullo aetatis. At Augustus, quum quidam immaturas plane virgines desponderent et mariti essent non mariti, arcendae huic fraudi tempus definiit aetatemque sponsionum, ita ut non ante decimum annum sponsa quaequam esset. Clare Dio 54, 16. *Ὡς δὲ οὖν βρέφη τινὲς ἐγγυώμενοι τὰς μὲν τιμὰς τῶν γεγαμηκότων ἐκαρποῦντο, τὸ δὲ ἔργον αὐτῶν οὐ παρείχοντο, προσέταξε μηδεμίαν ἐγγύην ἰσχύειν, μεθ' ἣν οὐδὲ δυοῖν ἐτοῖν διελθόντων γαμήσει τις· τουτέστι δεχέτιν πάντως ἐγγυᾶσθαι τόν γέ τι ἀπ' αὐτῆς ἀπολαύσοντα· δώδεκα γὰρ ταῖς κόραις ἐς τὴν τοῦ γάμου ὥραν ἔτη πλήρη νομίζεται,* i. e. *At quum quidam pueros desponderent et praemia nihilominus ferrent maritorum, rem opusque mariti non praestarent, statuit, nullam sponsionem firmam esse, postquam biennio exacto nuptiae non sequerentur; hoc est, ut omnino decennem despondere opus esset, si quis sponsionis eius vellet fructum. Puellis enim duodecimus annus plenus ad nuptias definita aetas censetur.* Xylander Dionis mentem plane hic non cepit. Facit huic capiti quod Caius lib. I. ad Iuliam et Papiam l. 17. de sponsalibus scripsit: *Saepe iustae ac necessariae causae non solum annum vel biennium, sed etiam triennium et quadriennium et ulterius trahunt sponsalia; veluti valetudo sponsi sponsaeve, vel mortes parentium, etc.*

CAPUT de *aetate eorum, qui ducerent quaeve nuberent.* Eo capite cautum, ne mulier quinquaginta annis minor sexagenario nuberet, neu vir minor sexaginta quinquagenariam duceret. Lactantius 1, 16. Senecae verbis: *Quid ergo est, quare apud poetas salacissimus Iupiter desierit liberos tollere? utrum sexagenarius factus est, et illi lex Papia fibulam imposuit? an impetravit ius trium liberorum?* Et Appuleio in Apol. post. med. in iudicio obiectum, quod Pudentilla *ei anno aetatis sexagesimo ad libidinem nupsisset,* videlicet contra legem Papiam. Huic tamen capiti Claudius abrogavit, ut Suetonius c. 23. notat. *Capiti,* inquit, *Papiae Poppaeae legis a Tiberio Caesare, quasi sexagenarii generare non possent, edicto abrogavit.* Legerim *addito* vel *edito*. Edictum certe Claudii non fuit, sed senatus consultum. Ulpianus in Fragm. tit. 16. *Sed SC. Claudiano maior sexagenario, si minorem quinquagenaria duxisset, perinde habebatur ac si minor sexaginta annorum duxisset uxorem.* Causae, quae Tiberium, quae Claudium moverint, in aperto. Ille, quod plurimum fieri solet, spectavit; hic, quod per naturam potest. Adeo autem amare et virum exercere sexagenarius potest, ut sint octogenarii senes iidemque patres inter exempla. At mulier quinquagenaria maior vix est ut impleatur.

CAPUT de *libertate coniungendi;* quod tamen XXXV. in ordine fuit. Marcianus l. 19. de ritu nupt. *Capite trigesimo quinto legis Iuliae, qui liberos, quos habent in potestate, iniuria prohibuerint ducere uxores vel nubere, vel qui dotem dare non volunt ex constitutione etc.* Simile in libertis, etiamsi iuraverint, l. 7. de operis libert.

CAPUT de *intervallo temporis a morte coniugis vel divortio ad coniugium novum.* Neque enim probata Iuliis legibus monogamia, sed ad matrimonia compulsi iterum vidui aut diparati. Discreparunt in tem-

pore Iulia et Papia. Nam, ut Ulpianus notat tit. 14., feminis lex Iulia a morte viri anni vacationem tribuit, a divortio mensium sex. At Papia clementior a morte biennium indulsit, a repudio annum et menses sex. In Suetonio Aug. 34. *triennium* leges; nec id te turbet. Exsolvit eum nodum Dio in oratione Augusti ad caelibes 56, 7. *Καὶ οὐδὲ ἐς ταῦτα μέντοι κατήπειξα ὑμᾶς, ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον τρία ἔτη ὅλα πρὸς παρασκευὴν ὑμῖν ἔδωκα, τὸ δὲ δεύτερον δύο, nec ad ista festinanter impuli vos, sed primum tres integros annos ad apparatum rei concessi, deinde binos.*

CAPUT de *praemiis maritorum patrumque*; quod in ordine septimum fuisse, colligas ex Agellii 2, 15. Praemiis enim invitandi fuerunt ad matrimonia et prolem frequentandam. Praemia duorum generum, honores et commoda. Quae largiora utraque apud patres; quaedam tamen seorsim data etiam maritis: veluti honestior in spectaculis locus. Suetonius Aug. 44. *Militem secrevit a populo; maritis e plebe proprios ordines assignavit.* Et ad eam sententiam accipio, quod poeta Hispanus facete scribit 5, 42. *Spadone quum sis eviratior fluxo, Theatra loqueris et gradus et edicta Trabeasque et Idus fibulasque censusque. Sedere in equitum liceat an tibi scamnis Videbo, Didyme; non licet maritorum.* Praecesserunt item mariti in magistratu et in fascibus. Agellius l. c. *Capite septimo legis Iuliae priori ex consulibus fasces sumendi potestas est, non qui plures annos natus est, sed qui plures liberos quam collega aut in sua potestate habet aut bello amisit. Sed si par utrique numerus liberorum est, maritus, aut qui in numero maritorum est, praefertur. In numero maritorum*, id est, opinor, sponsus, vel etiam, qui ius habeat ab Imperatore mariti. Id enim quoque dari solet, pariter ac ius liberorum. Didici ex unico Dionis loco 60, 24. de Claudio: *Τοῖς στρατευομένοις, ἐπειδὴ γυναῖκας οὐκ ἐδύναντο ἔκ γε τῶν νόμων ἔχειν, τὰ τῶν γεγαμηκότων δικαιώματα ἔδωκε, militibus, quoniam ex legibus uxores ducere iis non licebat, iura maritorum concessit.* Sed et plura maritis privilegia in sorte, in administratione provinciarum: quae hauries ex praemiis patrum statim, ne eadem iteranda sint. Patribus certe, ut praedixi, praemia uberiora et pleno velut dimenso legum. Idque non solum e Iulia aut Papia, sed more Rom. prisco. *Lex sociis ac nominis Latini, qui stirpem ex sese domi relinquerent, dabat, ut cives Romani fierent*, ait Livius 41, 8. Item a censoribus *in quattuor urbanas tribus* (eae autem minus honestae) *descripti erant libertini, praeter eos, quibus filius quinquenni maior ex SC. esset*, ait idem 45, 15. Iulius Caesar *agrum Campanum divisit extra sortem XX. millibus civium, quibus terni pluresve liberi essent*, ut notat Suetonius c. 20. et Appian. Civil. 2, 10. p. 433. et exempla reperies fors sit plura. Sed Augusto in primis ea cura; non lege Papia solum, ut censent quidam haud e vulgo, sed iam diu ante. Quod clarum ex iis, quae Dio scribit 53, 13. de praesidibus provinciarum, et 55, 2. ante Papiam latam. Fateor tamen, quod Papia praesertim. *Praemia πολυπαιδίας* ex ea lege, non absurde fecero, si ordine proponam. *Primum*, ut in petitione candidati praeferantur, quibus liberi plures. Tacitus Ann. 2, 51. *Contra plerique nitebantur, ut numerus liberorum in candidatis praepolleret, quod lex iubebat.* Lex non alia, quam haec Papia. *Secundum*, uti praeferantur proletarii in sorte provinciarum, et easdem diutius obtineant. Prius membrum e Tacito firmo Ann. 15, 19. *Percrebruerat ea tempestate pravissimus mos, quum propinquis comitiis aut sorte provinciarum plerique orbi fictis adoptionibus adsciscerent filios, praeturasque et provincias inter patres sortiti statim emitterent manu, quos adoptaverant.* Alterum e Dione 53, 13. *Praesides*, inquit, *annuos et sorte lectos esse voluit, πλὴν εἴ τῳ πολυπαιδίας ἢ γάμου προνομία προσείη, nisi si cui multitudinis liberum aut nuptiarum causa privilegium esset.* Quanquam id ad sortem tantum referri fortasse par est, non etiam ad

mansionem. *Tertium:* praecant emineantque in omni magistratu. Colligas ex Agellii 2, 15. verbis, quae supra. Et ab hoc exemplo est, quod, qui plures liberos habet, in curia vel collegio primus sententiam rogatur, in albo et processu ceteris praefertur. l. 9. C. de decur. *Quartum:* in honoribus petendis gratia fit annorum, qui liberos habent, et quidem pro numero liberorum. Exempli causa minores XXV annis ad honores non admittuntur, nisi beneficio prolis. Qui ergo quinque habent, anno vigesimo admittuntur, qui tres, vigesimo secundo, et sic deinceps. Vide l. 2. de minoribus, quae ad hanc sententiam clara. Et Plinii locum ep. 7, 16. eodem traho, praeter meam supra aliorumque mentem. *Calestrium Tironem familiarissime diligo. Simul quaestores Caesaris fuimus. Ille me in tribunatu liberorum iure praecessit, ego illum in praetura sum consecutus, quum mihi Caesar annum remisisset.* Ubi vides, remitti etiam annos beneficio Caesaris solere, quasi liberos haberent. *Quintum:* qui plures liberos habet, i. e. in Urbe tres, in Italia quatuor, in provinciis quinque, a cura, tutela ceterisque muneribus personalibus immunis est l. 2. de excusationibus l. 1. C. Qui num. liberor. *Sextum:* damnatorum liberi plures assem accipiant, e constitutione Hadriani l. 7. de bonis damnat. Et ab ea mente Dio 69, 23. scripsit, Hadrianum mitiores poenas reis irrogasse liberos habentibus: quod Cuiacius notavit pridem. Et plura, quae facile colliges ex iis quae dicam de mulctis. Ex his ortum celebre illud *ius trium liberorum,* (*auctoritatem trium liberorum* Tertullianus dixit contra Valentinianos c. 18.) quod orbis pro beneficio Princeps dabat. Plinius ep. 2, 13. *Nuper ab optimo Principe trium liberorum ei ius impetravi; quod quanquam parce et cum dilectu daret, mihi tamen, tanquam eligeret, indulsit.* Idem ad Traianum ep. 10, 2. *Exprimere, Domine, verbis non possum, quantum mihi gaudium attulerit, quod me dignum putasti iure trium liberorum.* Cf. Martial. 3, 95. et 9, 67. *α*) Origo eius e lege Iulia, uti discas ex Dionis apto ad hanc rem loco, 55, 2. *Ἡ δὲ δὴ Λιουΐα ἐς τὰς μητέρας τὰς τρὶς τεκούσας ἐσεγράφη. Οἷς γὰρ ἂν τὸ δαιμόνιον εἴτ' οὖν ἀνδρῶν εἴτε γυναικῶν μὴ δῷ τοσαυτάκις τεκνῶσαι, τούτων τισὶν ὁ νόμος πρότερον μὲν διὰ τῆς βουλῆς, νῦν δὲ διὰ τοῦ αὐτοκράτορος τὰ τῶν γεγεννηκότων δικαιώματα χαρίζεται, ὥστε σφᾶς μήτε τοῖς τῆς ἀπαιδίας ἐπιτιμίοις ἐνέχεσθαι, καὶ τὰ τῆς πολυπαιδίας ἆθλα, πλὴν ὀλίγων τινῶν, καρποῦσθαι,* id est: *Livia in numerum matrum, quae ter peperissent, adscripta. Quibus enim seu viris seu feminis fatum aliquod proventum tot liberorum negavit, iis lex, antea quidem per senatum, nunc autem per Principem, iura gratificatur natorum, ita ut neque poenis orbitatis obnoxii sint, et praemia omnia multitudinis liberorum consequantur, paucis saltem exceptis.* Ubi vides et feminis tribui solere id beneficium; quod primo et ex lege Iulia a senatu petebatur, postea a Principe: quanquam ea verba perperam in longe aliam sententiam abduxit interpres. Plutarchus in Numa c. 10. p. 144. de Vestalibus notat, eas sine tutore aut curatore res suas administrasse, *ὥσπερ,* inquit, *αἱ τρίπαιδες.* At quod id solus Princeps dederit, clare Martialis 2, 91. et 92. Hoc idem Iuvenalis 9, 87. *iura parentum* appellat: *Iura parentis habes, propter me scriberis heres;* et Tacitus hic *privilegia parentum.* Alii simpliciter etiam *ius liberorum.* In fragmento iuris veteris, quod evulgavit doctissimus Pithoeus: *Mulier sine auctoritate tutoris manumittere potest, si ius habeat liberorum.* Et Paulus lib. 4. Sentent. ad SC. Tertullianum plus semel. Ius liberorum tamen propria quadam et alia significatione capi in Ulpiani Fragm. titul. 16. et l. 1. C. de iure liber. non vane notat nostri aevi Iurisconsultus ad Fragmenta ea ipsa, et nodum, quem Duarenus ligaverat Disput. 1, 40. docte solvit. Iubeo lucem huic rei mutuari te ab illo sole, in eapse Fragmenta. *β*) Sed et quatuor liberorum ius fuit; quod pertinuit (nisi in aliena regione aberro) ad liber-

tinas, non ingenuas: certe ita distinguit SC. Tertullianum, de quo vide Paulum l. 4. tit. 9. Quod tamen ius vetustius est illo SC. et mentio eius in Suetonii Claudio c. 19. ubi Princeps *feminis* (quae naves scilicet mercaturae causa fabricarent) *ius tribuit quatuor liberorum.* De praemiis ista.

α) Similia in lapidibus ap. Grut. p. 1081. (*Statia Irene i. l. h.* i. e. ius liberorum habens) et p. 631, 2.

β) Apud Grut. p. 322, 8. *ius commune liberorum* concessum dicitur, et Scaliger in indice 18. iungit verba praec. *a plebe urbana.* Verum bene monet Schulting. ad Ulpiani tit. 16. in Iurispr. ante Iustin. p. 612. non nisi a summa potestate concedi potuisse. In lapide ipso quoque inter illa verba aliquot linearum lacuna est et in ea comparent haec: *cui Imp.* Porro Heineccius in Synt. Ant. Rom. p. 243. legendum putat *ius communium liberorum,* ob quod solidum capiebant inter se coniuges.

CAPUT *de poenis mulctisque caelibum et orborum* quae etiam in lege Iulia fuerant: sed Augustus, ut ipse apud Dionem fatetur, intendit auxitque. Poena prima et maxima: uti caelibes ex testamentis nihil caperent nisi e proxime iunctorum; orbi, non nisi dimidium. Melior ergo conditio orborum, et iure, quia mariti saltem. Sozomenus Eccles. hist. 1, 19. discrimen hoc bene notat: *Νόμος ἦν Ῥωμαίοις παλαιός, ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν τῶν ἴσων ἀξιοῦσθαι κωλύων τοὺς ἀγάμους τοῖς μὴ τοιούτοις, περὶ ἄλλα τε πολλὰ καὶ τὸ μηδὲν κερδαίνειν ἐκ διαθήκης τοὺς μὴ γένει ἐγγυτάτῳ προσήκοντας, τοὺς δὲ ἄπαιδας ζημιῶν τὸ ἥμισυ τῶν καταλελειμμένων.*

Caelibes ergo nihil capiunt, adeo ut scripserit Ulpianus tit. 17. de caducis, *caelibi relictum legatum caducum fieri, nisi legi intra centum dies paruerit.* Et respexit ad has poenas Plutarchus *περὶ φιλοστοργίας* p. 493. *Ῥωμαίων πολλοί,* inquit, *γαμοῦσι καὶ γεννῶσιν, οὐχ ἵνα κληρονόμους ἔχωσιν, ἀλλ' ἵνα κληρονομεῖν δύνωνται.* Nec vane imputat adulter marito ap. Iuvenal. 9, 87. *propter me scriberis heres, Legatum omne capis, nec non et dulce caducum.* Tertullianus de Monogam. c. 16. *Aliud est, si et apud Christum legibus Iuliis agi credunt et existimant, caelibes et orbos ex testamento Dei solidum non posse capere.* Ideo toties apud Iurisconsultos de solidi captione lectum quaesitumque, ut l. 72. l. 77. de her. inst. l. 6. de vulg. et pupil. substit. l. 13. §. fin. de iure fisci. Quae omnia proprie ad orbos spectant patresque solitarios. Quicquid autem hoc modo praeter legem legatum aut relictum, caducum fiebat ibatque in fiscum: ideoque *caducaria lex* Iulia dicta alibi Ulpiano tit. 28, 7. de posses. dand. Tacitus Ann. 3, 28. *Lege Papia praemiis inducti, ut, si a privilegiis parentum cessaretur, velut parens omnium populus vacantia teneret,* id est, aerarium publicum bona, quibus dominus non esset, occuparet. Ea enim mens; nec audio Vertranium emendantem, *ne, si a pr. par. ces. v. p. o. populus vacantia teneretur:* quae emendatio frigidior est, ut ille ait, Gallica nive. Ferrettum potius audio de corruptione et defectu loci vere iudicantem. Prior enim pars ad praemia delatorum attinet; quibus sequentia filo orationis non respondent. Raevardus noster ad l. 208. de reg. iuris ex his Cornelii verbis efficit, lege Papia discrimen nullum fuisse inter caelibes orbosque, et pariter omnes ab hereditatibus legatisque submotos; discrimina, quae deinde reperta, esse a Tiberio, qui legis eius nexus multos exsolvit et nodos. Ambigo. Illud scio, ex Ulpiani tit. 13. totum hoc *ζήτημα* definiri potuisse, integer exstaret modo. At nunc nihil praeter indicem est: *de caelibe, orbo et solitario patre.* Et quidem, si caelibes nihil acceperint, uti certum, orbos semessem habuisse, solitarios patres maiorem aliquam portionem, ratio consentit.

CAPUT *de iis, quae coniuges inter se capiunt,* affine priori. Ulpianus tit. 15. *Vir et uxor inter se decimam matrimonii nomine capere possunt. Quod si ex alio matrimonio liberos superstites habeant, praeter decimam, quam matrimonii nomine capiunt, totidem decimas pro numero liberorum accipiunt.* Vide eundem Ulpian. tit. 16. *de solidi capacitate inter virum et uxorem.* Causae enim sunt, e quibus solidum interdum coniuges capiunt; quas omnes clare ibi recenset Iurisconsultus. Respexit huc orator vetus: *Placet ergo, o leges diligentissimae pudoris custodes, decimas uxoribus, quartas meretricibus dari?* Decimaria ea lex sublata. l. 2. C. de inf. poen. cael. et orb.

CAPUT *de bonis libertorum.* Vide Ulpianum tit. ult. et inst. l. 3. c. 3. tit. 8. de success. libert. Caput item de liberatione operarum; cuius verba l. 37. de operis libert.

CAPUT *de divortiis*, quo modus impositus eorum crebritati. Clare Suetonio traditum in Aug. c. 34. Iuvat aliquid Quinctilianus, qui de quinquennio suggerit in sterilitate, themate Declam. 151. *intra quinquennium non parientem repudiare liceat.* Eodem capite iniusti divortii poenae; et ut dotem amittat, cuius culpa divortium factum. Eoque de dote multa in Comment. Iurisconsultorum ad Papiam legem. vide l. 64. Soluto matrimonio. Plura capita omitto sciens volensque, quia ad subtilitates potius iuris pertinent, quam cognitionem antiquitatis.

Ego si quid in his humanitus omisi, commisi, adde, corrige, ignosce. Illud moneo, in veteri Pandectarum Graecanico indice Iuliam et Papiam *κατ' ἐξοχὴν* et, quia in iure plurimi usus, appellari ἁπλῶς leges. Ita invenies *Μαυρικιανοῦ ad Leges βιβλία ἕξ, Τερεντίου Κλήμεντος ad leges βιβλία εἴκοσι, Μαρκέλλου ad leges βιβλία ἕξ, Γαΐου ad leges βιβλία δεκάπεντε, Παύλου ad leges βιβλία δέκα, Οὐλπιανοῦ ad leges βιβλία εἴκοσι.* Et cave aliter acceperis, quam ad Iuliam et Papiam leges. Argumenta clara, quoniam et numerus librorum fere convenit, et nusquam ii scriptores in Pandectis simpliciter ad leges laudantur, sed ad Iuliam et Papiam saltem. Scies et illud, valuisse has leges ad Severi Imp. aevum, qui non abrogavit quidem, sed imminuit, maxime ea parte, qua fuit de gignendis liberis. Tertullianus Apol. c. 4. *Nonne et vanissimas Papias leges, quae ante cogunt liberos suscipi quam Iuliae matrimonium contrahi, post tantae auctoritatis senectutem heri Severus constantissimus Principum exclusit?* Caelibatus deinde poenas sustulit Constantinus propter Christianos παρθενίαν καὶ ἀπαιδίαν διὰ θεὸν ἀσκοῦντας. Euseb. in vita Constantini 4, 2, 6. et Sozomenus hist. eccles. 1, 9. carpsit Papiam et in parte Theodosius, ut habes l. 1. C. de iure liberorum; et Principes secuti. Sed nos satis exspatiati ad lineas redeamus, quod dicitur, et in gradum.

IV. ad Cap. XXIX.

Ut quinquennio maturius quam per leges quaesturam peteret Nero. Idem de Tiberio et Druso a Dione 53, 28. 54, 10. et paulo post a Tacito traditur de Germanico et a Suet. Cal. 1. de Iuliano a Spartiano in Iul. c. 1. Vides ergo quam aberret vir doctus et Italiae suae suada, qui negat, legitimam ullam aetatem quaesturae fuisse. Sed quaenam illa? Opinor, Augusti et deinceps aevo fuisse annum vigesimum quintum, sed incipientem. Vigesimus quartus, inquam, expletus sufficiebat. Argumento, quod *Tiberius Quaestor fuit, undevicesimum annum agens,* ait Velleius 2, 94. atque ille ipse non nisi *quinquennio maturius quam per leges*, ut Dio 53, 28. et Tacitus statim notat: ergo ille legitimus annus. Certe non intra. Argumento Quinctiliani verborum 12, 6. *Calvus, Caesar, Pollio multo ante quaestoriam omnes aetatem gravissima iu-*

dicia susceperunt. Atqui anno *uno et vigesimo Caesar Dolabellam, altero et vigesimo Asinius Pollio C. Catonem, non multo aetate antecedens Calvus Vatinium iis orationibus insecuti sunt, quas hodieque cum admiratione legimus,* traditur in dial. de orat. 34. Nec multum citra, quia reperio Catonem anno XXIX aetatis, Gracchum XXVII. quaesturam gessisse. Plinii locus est, qui XXII. adstruere videatur ad Traianum ep. 10, 80. (83) *Cautum est, Domine, Pompeia lege, ne quis capiat magistratum neve sit in senatu minor annorum XXX. Secutum est dein edictum Divi Augusti, quo permisit, minores magistratus ab annis duobus et viginti capere.* Sed quum is ad provincias et proprie ad Bithyniam spectet, nihil muto. Quod vero diserte finierim vigesimum quintum, inducit me Dio lib. 52, 20. qui ex decreto Maecenatis (quod secutus haud dubie Caesar, aut, ut melius dicam, accommodata a Dione tota oratio illa ad formam reip. Augusteae) senatoriae aetati definit annum XXV. Quaestura autem primus gradus in senatum: illa ergo etiam quaestoria aetas. Colligas et non obscure idem ex l. 1. de minoribus.

V. ad Cap. XXXI.

. *Mancipes* hic, qui vias publicas reficiendas quaestus sui causa redimebant. Hyginus: *viae publicae et curatores accipiunt et per redemptores muniuntur.* Lapis Romae ap. Grut. p. 622, 2. *Cn. Cornelio Cn. f. Sab. mancipi viae Appiae.* Sed qui *magistratus?* Credo minores i. e. curatores viarum, qui ab Augusto. Olim Censoribus viarum cura. Cicero de Legibus 3, 3. *Censores Urbis templa, vias, aquas, aerarium, vectigalia tuentor.* Deinde *Quatuorviri* instituti, quorum proprie id munus. Pomponius de origine iuris §. 30. *Eodem tempore et Quatuorviri, qui curam viarum gererent, constituti.* Tempus intelligit post creatum praetorem peregrinum, qui fuit annus Urbis DX. Ii videntur a Varrone L. L. 4, 32. non inconcinne dicti *viocuri. a)* Antiqui ergo *Quatuorviri viarum:* sed, non sufficientibus iis, additi duo factique Seviri, uti docebo mox ex Dione. Etiam *Curatores* extra ordinem reperti, quos destinabant singulis viis. Ita Caesar Curator viae Appiae Plutarcho dicitur in eius vita c. 5. Thermus Flaminiae Ciceroni ad Att. 1, 1. Augustus deinde, *quo plures partem administrandae reip. caperent,* (ait Suetonius c. 37.) *nova officia excogitavit, curam operum publicorum, viarum, aquarum.* Sed quomodo *nova,* si iam ante Quatuorviri viarum, si Curatores? Silent scholiastae; sed vera dicam ego. Curatores ante Augustum, fateor, sed nec perpetuum id, nec certum munus. Fecit utrumque Augustus. Quod ad IV. viros, scito, discretum a Curatoribus eorum munus. Quatuorviri vias Urbis curabant; Curatores eas, quae extra urbem. Docuit me hoc Dio 54, 26. de Vigintiviris, ubi clare scriptum, e Seviris viarum amotos ab Augusto duos, qui vias curabant extra muros, (τοὺς, ait, ἔξω τοῦ τείχους ὁδοὺς ἐγχειριζομένους) retentos quatuor, qui in Urbe. Ergo sub Augusto et Curatores viarum et Quatuorviri, quorum munera locis regionibusque distincta. Et digniores sane Curatores, quia in vias illas grandes extra Urbem sumptus et moles maior. Ideo Plinius gratulatur Cornuto de eo munere ep. 5, 15. *Recesseram in municipium, quum mihi nuntiatum est, Cornutum Tertullum accepisse Aemiliae viae curam. Exprimere non possum, quanto sim gaudio affectus et ipsius et meo nomine.* Cf. Statius Plotium dilaudans Silv. 4, 9, 17. Et in lapidibus passim inter alios honores insculptum CURATORI VIARUM aut plurimum CURATORI VIAE APPIAE, Salariae, Flaminiae etc. nominibus expressis, quia fere Curatores dabantur certis viis, uni pluribusve. Et hos quidem Curatores fuisse censeam, a quibus mancipes redimebant, et quorum negligentia hic culpata.

a) In Varr. legitur *Publilius vicus et Cosconius vicus, quod ab hei-*

viretis (Aedilibus) *dicuntur aedificati.* Sed Turnebus in ant. cod. invenit *ab his viocuris,* quod Scaliger reposuit.

VI. ad Cap. XXXVI.

Graeci moris fuit, ad vim iniuriamque arcendam confugere ad templa, statuas, aras. Eo genere tutelae frequenter supplices utebantur, frequentissime servi. Hinc Eurip. Suppl. v. 267. Ἔχει γὰρ καταφυγὴν θὴρ μὲν πέτραν, δοῦλοι δὲ βωμοὺς θεῶν, servulus ap. Plaut. Mostell. 5, 1, 45. *Ego interim hanc aram occupabo,* et Tibullus alludens 4, 13, 23. *Et Veneris sanctae considam victus ad aram.* Et bene *considam,* quia supplicum sedere. Nec aliis modo is honos, sed etiam heroibus quibusdam, ut Theseo Athenis. Plutarchus in Thes. c. 36. p. 35. Κεῖται μὲν ἐν μέσῃ τῇ πόλει, παρὰ τὸ νῦν γυμνάσιον· ἔστι δὲ φύξιον οἰκέταις καὶ πᾶσι τοῖς ταπεινοτέροις καὶ δεδιόσι κρείττονας. Itemque regibus, uti Decium Magium, Cyrenas tempestate delatum, ad statuam Ptolemaei regis confugisse Livius tradit 23, 10. Romae haud ita frequens ille mos; nec libera re publica quicquam reperio praeter Romuli asylum. Initium ei fuit a templo Iulii Caesaris, quod Triumviri exstruxere cum hoc iure, ut perfugium in eo cunctis esset. Dio 47, 19. Ἀπηγόρευσαν δὲ μηδένα ἐς τὸ ἡρῷον αὐτοῦ καταφυγόντα ἐπ' ἀδείᾳ μήτε ἀνδρηλατεῖσθαι μήτε συλᾶσθαι, ὅπερ οὐδενὶ οὐδὲ τῶν θεῶν, πλὴν τῶν ἐπὶ τοῦ Ῥωμύλου γενομένων, ἐδεδώκεσαν, id est: *Edixere etiam Triumviri, ne quis, qui impunitatis causa in templum D. Iulii confugisset, inde eiici vel abripi posset: quod ante ne Deo quidem cuiquam concessum, exceptis iis, quae ad Romuli asylum pertinent.* Quae postrema Dionis caute lege. Vereor enim ut erret. Nam praeter Romuli asylum etiam Dianae in Aventino monte templum idem ius habuit; quod clare notat Dionysius Halic. Antiq. 4, 26. Sed sub Imperatoribus tamen maxime invaluit; nec templa solum, sed statuae eorum imaginesque passim perfugium servis. Seneca de clem. 1, 18. *Servis ad statuam licet confugere. Quum in servum omnia liceant, est aliquid quod in hominem licere commune ius animantium vetat.* Ulpianus in Pithoeanis Fragmentis: *Ideoque cognosce de querelis illorum, qui ex familia Iulii Sabini ad statuam confugerunt, et, sive durius habiti quam aequum, vel infami iniuria affectos cognoveris, venire iube, ut in potestatem Sabini non revertantur.* Etiam ingenuis iniuria affectis. Sueton. in Aug. 17. *Antonium iuvenem simulacro Divi Iulii, ad quod post multas et irritas preces confugerat, abreptum interemit.* In Tiberio c. 53. de Agrippina: *Novissime calumniatus, modo ad statuam Augusti, modo ad exercitus confugere velle.* Resque eo evasit, ut non periculi solum fuga imago Imperatoris esset, sed calumniae occasio. Ea arrepta inferre iniuriam licebat, non solum vitare. Vides hic in Tacito; et eleganter Philostratus vita Apoll. 1, 15. *Erat,* ait, *apud Aspendios asylum Tiberii, statuaeque sanctiores illis in locis venerabilioresque quam Iovis Olympii simulacrum habebantur, ita ut impietatis damnatus quidam fuerit, quod servum suum verberasset, qui drachmam argenteam Tiberii imagine signatam gestabat.* Itaque subvenerunt mox leges, et *ne ad statuas vel imagines quis confugiat, senatus censuit eumque, qui imaginem Caesaris in invidiam alterius praetulisset, in vincla publica coerceri Divus Pius rescripsit,* ait Callistratus l. 28. de poenis. Sed et statuae deorum eodem iure. Itaque quibusdam adscriptum *a servo non tangi,* ut Lavinii marmoreae basi ap. Grut. p. 57, 2. *Mavortio Sacr. Hoc Signum A Servo Tangi Nefas st.* Cf. ad Ann. 3, 60, 1.

VII. ad Cap. XXXVII.

Liceat ἐν παρέργῳ lucem facere Dioni 57, 13. Τῷ δὲ Δρούσῳ τῷ

υἱεῖ καὶ ἀσελγεστάτῳ καὶ ὠμοτάτῳ, ὥστε καὶ τὰ ὀξύτατα τῶν ξιφῶν Δρουσιανα ἀπ' αὐτοῦ κληθῆναι, ὄντι καὶ ἤχθετο, καὶ ἐπετίμα καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ πολλάκις. Qui *gladii* illi *Drusiani?* Ego non alios censuerim, quam illos, quibus usi gladiatores. Mos enim, priusquam paria committerentur, ut sicae sive gladii, quibus pugnaturi, editori publice exhiberentur, satisne essent acuti. Suetonius in Tito c. 9. de coniuratis duobus: *Ceterum ipsos non solum familiari coenae adhibuit, sed et insequenti die, gladiatorum spectaculo, circa se ex industria collocatis oblata sibi ornamenta pugnantium inspicienda porrexit.* Ad quem locum nihil videre interpretes, (quod per gratiam eorum dicam) scio. Intelligit Suetonius hos ipsos gladios ex more iam dicto: ideoque Victor *petisse eum gladium dicit, quasi ad explorandam aciem.* Sed apertius ipse Dio in Nerva 48, 3. de Calpurnio Crasso: *Παρεκαθίσατο δὲ αὐτοὺς ἔν τινι θέᾳ ἀγνοοῦντας, ὅτι καταμεμήνυνται, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ξίφη, λόγῳ μὲν, ἵν' ἐπισκέψωνται αὐτὰ, ὅπερ εἴωθε γενέσθαι, εἰ ὀξέα ἐστὶν, ἔργῳ δὲ ἐπιδεικνύμενος, ὅτι οὐδὲν αὐτῷ μέλει* etc. *Collocavitque eos in spectaculo quodam iuxta se, ignaros quod proditi essent, iisque gladios tradidit, verbo quidem, uti inspicerent, (quod fieri solitum) satisne acuti essent, re autem vera, ut ostenderet etc.* Causa ergo huic quasi proverbio, quod, quum Druso crebro edenti gladiatores gladii explorandi offerrentur, non admittere solitus nisi acutissimos sit. Iure ergo ille sanguinarius: lenissimus contra M. Antonius, qui gladios acutos iis non permisit, sed hebetes duntaxat et obtusos.

VIII. ad Cap. XLIII.

Rhenanus in oratione Eumenii rhetoris c. 14. qua est: *Merentur et Galli nostri, ut eorum liberis, quorum vita in Augustodunensium oppido ingenuis artibus eruditur etc.* contra veterem editionem rescribere audet *Augustoclivienesium*, itaque edidit. Os hominis! Scilicet tota ea oratio in Cliviensium scholis instaurandis occupatur; quarum memoria (nisi apud hunc dormitatorem) nusquam aut nomen. Assero tibi tuam gloriam, Augustodunum, vel uno ictu, quem vitabit ipse. Scriptum ibi enim c. 4. *civitatem istam et olim fraterno populi Romani nomine gloriatam.* Qui autem e Gallis fratres populi Romani praeter Aeduos, quorum haec urbs caput? At enim ibidem scriptum (id nuper homo amicus mihi obiiciebat) *latrocinio eam Bataviae rebellionis obsessam fuisse;* quod vix convenire putabat in Aeduos, qui a Batavis siti longo intervallo. Sed vito facile petitionem eius, et discedo latere tecto. Nam corruptus locus, scriboque: *Bagaudicae rebellionis.* Batavi latrones nunquam ad ea penita loca; nec latrocinii Batavici mentio in mediterraneis sub id aevum. At de Bagaudis auctores credendi, qui res scripserunt Diocletiani. Victor c. 39. *Namque ubi comperit, Carini discessu Aelianum Amandumque per Galliam excita manu agrestium ac latronum, quos Bagaudas incolae vocant, populatis late agris, plerasque urbium tentare, Maximianum Imperatorem ... iubet.* Salvianus de Gubernat. Dei 5, 5. *Itaque passim vel ad Gothos vel ad Bagaudas vel ad alios ubique dominantes barbaros migrant, et migrasse non poenitet.* Vide et Orosium 7, 25. ubi tamen *Baticadas* in manuscr. codice, qui apud me est, legitur, (in aliis MSS. *Baucadas, Baugaudas, Vacaudas*) sicut et *Baccharidae* in Eusebii Chronicis ad Ol. 266. Spernimus ergo *Augustoclivienses*, Rhenani colonos novos; et *Maeniana* illa *Augustoduni* constituimus, ut hic ex Tacito vides, vetustissima post Massiliam bonarum artium sede. α)

ADD. Ergone certamen mihi novum pro veteribus *Maenianis?* novum et magnum cum viro magno; tecum, Stephane Pighi, qui in Hercule Prodicio nuper, ipso aditu tui operis, ita acriter et multis machinis eas oppugnasti, ut nesciam, an sim repugnando. Tamen quia

causae bonitas, nisi fallor, a me est, nitar pro veritate: disponam hanc stili aciem, manus tecum conseram; sed ut cum amico, plane amice, ut non solum sine plaga pugna haec sit, sed sine sugillatione aut morsu, sicut decet mitium dearum alumnos. *Ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι.* Quisquis haec leges, affectum in me aut pro me pone, *μικρὸν φροντίζων τοῦ Λειψίου, τῆς δὲ ἀληθείας πολὺ μᾶλλον.* Dixi ego, nobiles illas oratione Eumenii scholas (Maenianas ipse appellat) Augustoduni in Celtica fuisse. Tu, Pighi, Augusto-Clivii eas collocas in extrema Belgica ad Rhenum. Ita toto solo et caelo, quod dicitur, dissidemus. Tua argumenta praevidebo, subseram mea. Ais primo, niti te sacra Constantii Caesaris epistola, (ea Orationi inserta est) in qua Augusto-Cliviensium oppidum diserte nominatur. Verba: *Merentur et Galli nostri, ut eorum liberis, quorum vita in Augusto-Cliviensium oppido ingenuis artibus eruditur, et ipsi adolescentes, ut eorum indoli consulere cupiamus.* Hoc, Pighi, affers? Vide, ne lunam hanc, quod Graeci dicunt, in te detrahas, aut, quod Latini, asciam tuis ipse cruribus illidas. Nam ita quidem Rhenanus vulgavit, fateor; sed, quod scire te tua interest, aliter et a mea mente diu ante illum Cuspinianus, (in Panegyricis ed. Viennae 1513.) in quo reperies *Augustodunensium oppido* clare. Utri credendum magis? ego huic censeam, non solum, quia vir simplicissimae probitatis, sed magis, quia libris probis et vetustis usus, (tota editio docet, infinitis partibus illa Rhenani melior, immo et auctior) quos alter habuisse in ipsa praef. fatetur nullos. Igitur hoc telum anceps, aut tibi adversum; ideoque validiore iam pugnas. Exstat ipsius Eumenii, inquis, Clivii etiamnunc statua, monumentum et scholae olim et eius doctrinae. Commovisti me eo argumento, quum legi, fateor; sed idem facile in gradum reposuisti descriptione, quam addis. Qui enim evincis, aut illam talem statuam Eumenii esse aut prisci omnino aevi? *Stat*, inquis, (nam verba tua usurpo) *in vestitu sui temporis, tunica videlicet talari tectus, et calcei ex aluta pedem ac talos cingunt, et supra pedem exsecti atque fenestrati sunt. Comam in fronte et cervice decurtatam aequaliter constringit vitta, sicut ventrem latus baltheus atque bullatus. Dextra massam vel auri vel argenti in patera positam praesentare videtur: sinistra tenuit ferulam demissam, magisterii insigne.* Tuam fidem, Pighi. Haec insignia Eumenio Rhetori conveniunt? Baltheusne? qui militum esse solet; quod adeo magis apparet, quia bullatus. Vittane? quae sacerdotum. Ferula? quae paedagogorum, non istorum, (ne id nobis suadeas) qui publice et cum dignitate docebant. Iam coma illa sic decurtata, tunica illa ad talos et calcei nunquam a tam prisco habitu mihi videantur, quicquid afferat tua Peitho. Velim et illud bona venia quaesitum, an nomen Eumenii insculptum in hac statua sit? non enim dicis. Si est, aliquod pro te argumentum fateor, sed fluxum quia plures fuerunt Eumenii. Si non est quid urges nos ancipiti coniectura? Sed transis ab hoc musculo ad duplicem arietem; quos intorques verbis et viribus Eumenii, et moenia nostra valde quatis. Primum, inquis, Eumenius ipse docet, sentire se de Clivio, quum ait, *urbem suam latrocinio Batavicae rebellionis obsessam Romani Principis auxilium flagitasse.* Belle hoc in Rhenanos accolas convenit, qui vicini Batavis: in Augustodunenses qui potest? aut quis credat Batavos ab extremo Oceano, per tot sola terrarum, in mediam Celticam penetrasse? idque, quum tot oppida interiecta et praesidia ubique Romana. Ne ego quidem, mi Pighi, credo: sed arietem hunc tuum pridem haud incallide laqueo averti. Nam vitium hic verbi esse et *Bagaudicae* legendum, docui in commentario meo; quem peto legas. Aetolica haec audacia est, inquies. Non est. Vide tempora, vide historiam: optime de Bagaudis omnia conveniunt, haud aeque de Batavis, qui Romanis tunc fidi, qui fracti, et iniurias a bar-

baris varias acceperunt, non ipsi aliis intulerunt. Tu ipse haeres et ambigue obsidionem hanc ad Taciti Imperatoris tempora refers, sub quo Franci aliaeque Germanorum gentes Bataviam et Galliam vastarint. Sed qui doces, ipsos Batavos aliena tunc vastasse? Id enim necessum est, si proba verba *Bataviçae rebellionis*. Vocat etiam *latrocinium*, quod a me est, quia Victor aliique Bagaudas hos appellant *agrestes ac latrones*. Argumentum ultimum. Verba, inquis, Eumenii c. 18. ita clare et graphice Clivium et finitimae regionis situm describunt, ut trahi aliorsum nulla vi possint. Videamus: ponam ipsa pluscula. *Nisi forte non gravior Britanniam ruina depresserat quam si perfuso tegeretur* Oceano; *quae profundissimo poenarum* (ita Cuspinianus, quem sequor; nam *Poenorum* Rhenanus, et tu *Pictonum* legis) *gurgite liberata ad conspectum Romanae lucis emersit. Aut haec ipsa, quae modo desinit esse Barbaria, non magis feritate Francorum velut hausta desederat quam si eam circumfusa flumina et mare alluens operuisset*. En, velut in tabula, ut ais, depictam exponit Bataviam cum vicina Germania; quos ramis suis Rhenus circumfundit et Mosa alluit et Oceani sinus ubique tangunt. *Ubi autem Aeduis mare alluens? ubi circumfusa flumina?* Pax, mi Pighi! obiecto lanae sacco arietis huius ictum mollio et excipio. Aeduos non describi fateor; affirmo totam Galliam, in qua Aedui. Franci quae loca magis vastarunt, immo ceperunt sibi et insederunt quam Galliam? Itaque quum Francos nominet, vides, quam apposite et omnium historiarum eius aevi consensu ad Galliam id trahamus. Sed ubi mare, inquis, et flumina? conspicua et in aperto. Quid enim clarius, quam Galliam mari utrimque allui? quid certius, quam Rheno et Rhodano circumfundi et multis aliis fluminibus perfundi? Itaque, mi optime et doctissime Pighi, (talis re vera es) vide, ne, dum nimium pro gloria Cliviensium tuorum Principum (cui et nos ex animo favemus, sed vanis rerum eam non augemus) pugnas, veritatem deseras. Quam nos fulcimus his etiam argumentis.

Primum quaero, ubi aut a quo scriptore idoneo et veteri nominatum istud *Clivium?* Affers nullum. Nam quod Antoninus Clevum nominat, in Britannia scilicet id ponit, in hoc limite nusquam. Coniecturas aliquot recenses, et nescio quid ex vulgi fama de Iulio Caesare: sed obsecro, si tam vetustum hoc oppidum sive castrum, nonne mirum, silentio id ab omnibus superis, mediis, imis scriptoribus, quasi de compacto, praeteritum? Et ferrem, si in vili loco: sed urbem Maenianis istis celebrem, coloniam populi Rom. (nam hoc quoque Eumenius tradit) verbulo nusquam nominari, quae incuria vel potius iniuria est?

Deinde. Clivium tuum in Rheni limite situm est, in confinio tot barbarorum. Quis acri pectore tibi dabit, scholam institutam in officina illa Martis?

Tertio. Magna et ampla ea urbs fuit, de qua Eumenius agit; templa pulcherrima habuit, capitolium et aquaeductus et omnia more Romano. v. cap. 9. Cedo, ubi apud vos haec vestigia? Suspicione levi ea quaeris; sed re et veritate reperies Augustoduni. Eius *muros spatiosi ambitus* Ammianus 16, 2. appellat; *moenium Augustoduni magnitudinem vetustam* 15, 11. et clara indicia etiam nunc exstant, indice et teste Petro San-Iuliano, qui Burgundiam Gallice descripsit nuper.

Quarto. Scribit Eumenius, *civitatem istam et olim fraterno populi Romani nomine gloriatam*. Nonne verissimum et testatissimum illud in Aeduis? De Clivio ubi tale reperis? Perfugium quaeris in Batavis, et illi etiam, inquis, appellati fratres et amici populi Romani. Scio et Commentariis meis iam pridem inserui: sed hoc quoque scio, quod non vulgo; et si Batavi, non tamen ideo vicini Galli. Alia illorum causa est, qui tributorum immunes, semiliberi, arma tantum et viros imperio suppeditabant. Itaque iure socios se dixerunt, fratres, amicos. In vobis

quid simile? qui veri Galli et tributarii iam diu grave iugum ferebatis Romanae servitutis.

Quinto. Vetustissimae sunt illae Eumeniae *Maenianae*. Colligas vel ex his verbis c. 9. *Maenianae illae scholae quondam pulcherrimo opere et studiorum frequentia celebres*. Quod de Augustoduno certum, ubi scholam a nobilitate omni Gallica frequentatam Tacitus iam inde sub Tiberio agnoscit Ann. 3, 43. De Clivio nihil tale habemus praeter suspicari.

Sexto. Maenianas illas *inter Apollinis templum atque Capitolium* Eumenius ponit c. 3. Atqui Apollinis quoque templum in Flavia Aeduorum sive Augustoduno inclutum fuisse, alius panegyristes testatur in oratione Constantino dicta.

Postremo. Eumenius, c. 4. *artifices transmarinos et ex amplissimis provinciarum ordinibus incolas novos indultos suae civitati ab Imperatoribus* scribit. Alius orator in Panegyrico ad Maximinum α) *Civitas Aeduorum*, inquit, *ex hac Britannicae facultate victoriae plurimos, quibus illae provinciae redundabant, accepit artifices*. Nonne eadem de re palam atque urbe loquuntur? Et quid verba facio? Citius pili nascantur in hac manus vola quam opinio tua, Pighi, in mea mente: ex iis quidem, quae adhuc dixisti. Nam firmiora si affers, facile ego Plancus aut Deillius, nec morabor transfugii, dummodo in veritatis castra, ullam notam. Haec candide a me scripta, homo candidissime, sine ulla frontis nubecula, sic leges.

α) Immo Eumenius pan. in Constant. Chlorum Caes. c. 21.

IX. ad Cap. LIII.

Illa feminarum propria — lapides, gemmas, margaritas, electrum, in primis uniones, quorum feminis ad inaures creber usus. Seneca de ben. 7, 9. *Video uniones non singulos singulis auribus comparatos: (iam enim exercitatae aures oneri ferendo sunt:) iunguntur inter se et insuper alii bini supponuntur.* (forte *suppanguntur*; ed. Gron. *superponuntur*.) *Non satis muliebris insania viros subiecerat, nisi bina ac terna patrimonia singulis auribus pependissent.* Tertull. acute de cultu mul. 1, 9. *Graciles aurium cutes calendarium expendunt, et in sinistra per singulos digitos saccis singulis ludit.* Augustinus hoc amplius queritur, suo aevo insanisse in turpi isto aurium cultu etiam viros; quem vide, si lubet, Epist. 84. Eum luxuriae ritum referre quidam conantur ad aevum priscum, ex Valerii verbis 5, 2, 1. de Marcio Coriolano exorato a feminis: *In quarum honorem senatus matronarum ordinem benignissimis decretis adornavit. Sanxit namque, uti feminis semita viri cederent, confessus, plus salutis rei, publicae in stola quam in armis fuisse; vetustisque aurium insignibus novum vittae discrimen adiecit.* Legunt *inaurium insignibus*. Non probo; et fortasse nec notae quidem tunc Italiae gemmae. Scripserim *vetustisque crinium insignibus*. Crinibus enim posituque comarum matronae antiquitus discretae ab innuptis. Tertullianus de Virg. velandis c. 12. *Simulque se mulieres intellexerunt, vertunt capillum et acu lasciviore comam sibi inserunt, crinibus a fronte divisis apertam professae mulieritatem.* Plautus Mil. glor. 3, 1, 196. *Utique eam ornatam adducas matronarum modo, Capite compto; crines vittasque habeat*, et Mostellaria 1, 3. 69. *Soli gerundum morem censeo et capiundos crines*, id est nubendum. Festus: *Senis crinibus nubentes ornantur, quod etc.* Senis crinibus, id est sex crinium orbibus sive sertis. Implexi igitur capilli matronales, ut exemplum petere licet a statuis nummisque; virginum puerorumque cirri et cincinni. Ammianus 14, 6. *Et licet, quocunque oculos flexeris, feminas affatim multas spectare cirratas; quibus si nupsissent, per aetatem ter iam nixus poterat suppetere liberorum.* Cirratas capio innuptas,

uti Persius 1, 29. eodem epitheto de pueris, *Ten cirratorum centum dictata fuisse pro nihilo pendas?* Valerii ergo mens, praeter crinium discrimen adiectam illis et alteram vittam. De qua Capellam accipio de nupt. Philol. 1. p. 3. ed. Grot. *Iuno quoque ex purgatioris auri splendente vena addiderat crinibus sociale vinculum.* Propert. 4, 11, 34. *Vinxit et acceptas altera vitta comas*: ubi legi in vet. cod. *asperseas*; et placet, referoque ad aspersionem aquae nuptiis sollennem. De qua idem 4, 3, 15. *Et Stygio sum sparsa lacu, nec recta capillis Vitta data est.* (Cf. Plin. 12, 41. et Boettigeri Sabina II. p. 120 sq.)

LIPSII EXCURSUS
AD
ANNALIUM LIB. IV.

ad Cap. XLII.

Adulterii poenae quae olim, non in promptu. Recludam, qua potui, et tenebris prisci aevi radium aliquem novae lucis dabo. — Romuli lege matrona adulterii rea marito permissa cognatisque. Ii, uti visum, mulctabant, puniebant. (Cf. Tac. Ann. 2, 50. 13, 32. Dionys. 2, 25. Gell. 10, 23. Suet. Aug. 5. et Tib. 35. Liv. 39, 18. Valer. Max. 2, 1. 6, 3. Plut. Qu. Rom. VI. p. 32. Tertull. apol. c. 6.) Sed utrumne morte? Puto, verecunde contra virum doctum, licuisse. Ex Dionysio 2, 25. qui lege regia maritum constituit κύριον τοῦ μεγέθους τῆς τιμωρίας, *arbitrum magnitudinis poenae.* Ex iure ipso, quia mulier, quae iuxta sacratas Romuli leges nupta, ita in manu viri ut proles in patris. Ex Tacito Ann. 13, 32. apud quem *Plautius prisco instituto de capite famaque coniugis, propinquis coram, cognovit et insontem nuntiavit.* Ait *capite famaque.* Si in superstitionis crimine marito id iuris, credo et in adulterii. In eas, quae sacris Bacchanalium incestu usae, cognati maritique intra domos animadverterunt, aiunt Livius 39, 18. et Valerius 6, 3, 7 nec dubito, quin ea animadversio ad caput pertinuerit. Denique Egnatius quispiam uxorem, quod vinum bibisset, fusti interemit, idque factum non modo accusatore, sed etiam reprehensore caruit. v. Valer. Max. 6, 3, 9. Quidni idem iuris in graviori culpa sit? Argumentum a Catone non petam, qui ait: *In adulterio uxorem tuam si prehendisses, impune necares.* Vanum enim; et pertinere tantum videtur ad deprehensam. Tamen hoc fateor, eo severo iure perquam raro maritos usos; moribusque receptum videtur, ut adulteram apud cognatos convictam domo saltem exigerent mulctarentque dote. Id ius (sive mos fuit) Plautus indicat Amphitr. 2, 2, 219 seq. et clare Valerius 8, 2, 5. *Quum C. Titinius Minturnensis Fanniam uxorem, quam impudicam de industria duxerat, eo crimine repudiatam spoliare dote conaretur.* Porcius Latro in Sen. controv. 15. contra adulteram: *Illud, iudices, mihi tormento est, qnod notata iudicio vero: ut multiplicatam dotem perdat, plus tamen ex quaestu habet, plus habitura est quam quantum damnatae perdendum est.* Haec antiquitus obtinuisse videntur; quibus addo: Si mariti cognatique dissimulabant, aut, ut Livii 2, 5. verbis utar, idoneus in privato supplicii exactor nemo erat, non raro publico iudicio persequebatur id crimen magistratus et praesertim aedilis. Ac damnatos damnatasque apud populum reperio pecuniaria mulcta, immo exsilio interdum. Exempla adduxi supra 2, 85. de Vistilia; et nunc non repono. Adde e Valerio 6, 1, 8. de Cn. Sergio Silo, *cui promissorum matrifamiliae nummorum gratia dies ad populum dicta*

damnatusque. Nec plura reperio prisco aevo. Lex Iulia secuta est ferente Augusto. Poena eius in volumine Digestorum, quod miremur, non expressa; et ideo serram inter se reciprocant viri docti. Capitalem eam fuisse plures senserunt deterioresque, relegationem tantum pauci bonique. Et hercle non fuit mors. Ex Taciti verbis Ann. 3, 24. de Iulia filia neptique: *Adulteros earum morte aut fuga punivit*; statimque addit, culpans Augustum: *clementiam maiorum suasque ipse leges egrediebatur*. Nam intelligit Iulias leges. Ne exsilium quidem, ex eodem loco: sic enim interpretor *fugam*; et ex hoc, qui in manibus, ubi Tiberius contra legem Iuliam, severitatem pervicaciter amplexus, Aquiliam exsilio damnat. Exsilium intelligo perpetuum, quod sit vice deportationis. Esto igitur relegatio. Facit huc illud Taciti de Vistilia Ann. 2, 85. *eaque in insulam Seriphon abdita est*, id est in insulam relegata: et paulo clementius de Manlio Ann. 2, 50. relegatione simplici: *Adultero Manlio Africa atque Italia interdictum*. Iuvat aliquid illud Ovidii, qui ob adulterium damnatus, Trist. 2, 137. *Namque relegatus, non exsul dicor*. Et rationes quaedam ex iure scripto, quas pete a Cuiacio Observat. 6, 11. Nodus aliquis esse possit in Iurisconsulti verbis ad l. Iuliam: *Adulterii damnatam si quis duxerit uxorem, lege eadem tenetur*, quod tollere videtur relegationem. Et in verbis Porcii Latronis, quae supra; e quibus mulcta dotis saltem erui potest et infamiae nota. Porcius autem posterior Iulia lege. Dicam vere, parum certa res est: et exempla relegationis, quae in historia in personis eximiis, videri possunt a severitate Principum, non a lege; aliudque servatum fortasse i hominum vulgo. Ni fuisset, non illae tam frequentes essent de adulteriis apud scriptores id aevi querelae. Seneca audet scribere de ben. 3, 16. *Numquid iam ullus adulterio pudor est, postquam eo ventum est, ut nulla maritum habeat, nisi ut irritet adulterum?* Aliaque passim reperies in eam sententiam, parum probabilia, si relegatio et fuga adulterii poenae. Quicquid eius est, capitale postea id crimen factum, ut ex Apuleio notat idem Cuiacius l. l. cui adde Arnobium lib. IV. med. *Adulteria tamen legibus vindicant, et capitalibus afficiunt eos poenis, quos in aliena comprehenderint foedera genialis se lectuli expugnatione iecisse*. Et gladio animadverterunt non in adulteros modo, sed omnes impudicos stupratoresque, Wandalicae leges, ut legi apud Salvianum 7, 22. *Addiderunt quoque hoc ad libidinem comprimendam, severas pudicitiae sanctiones decretorum gladio impudicitiam coercentes.*

LIPSII EXCURSUS
AD
ANNALIUM LIB. V.

ad Cap. IV.

Acta Senatus vocabant commentarios, (ὑπομνήματα vertunt Graeci) quibus breviter inscriptum, quicquid apud Patres diceretur agereturque. Tantum apud Patres. Origo eorum, uti videtur, a Iulio Caesare: qui consul, *inito honore, primus omnium instituit, ut tam senatus quam populi diurna acta conficerentur et publicarentur*. a) Confectio mansit, publicatio abrogata ab Augusto. Suetonius cap. 36. *Auctor et aliarum rerum senatui fuit, in quis, ne acta Senatus publicarentur*. Conficiebat ea quispiam e senatu; scilicet ne arcana Patrum sciret non e Patribus. Colligimus ex Tacito hic, qui Iunium hunc Rusticum senatorem osten-

dit infra c. 5. *Quod fraude unius senatoris elusa maiestas imperatoria esset*: et Spartiano, qui Hadriano munus hoc tribuit post quaesturam c. 3. *Post quaesturam*, ait, *acta senatus curavit*. Eumque vocabant *a cura Actorum* vel *ab Actis Senatus*. Lapis vetus ap. Grut. p. 458, 6. C. PORCIO. C. F. QUIR. X. VIRO. STLITIB. IUDICAND. ADLECTO. INTER. QUAESTOR. AB. ACTIS. SEN. Conficiebat, dixi, senator, sive praeerat conficiendis: cui tamen adiuncti scribae censualesque, quos a re *Actuarios* item dicebant. Capitolinus SC. tacitum ita describit in Gord. 4. *ut non scribae, non servi publici, non censuales illis actibus interessent, senatores exciperent, senatores omnia officia censualium scribarumque complerent, ne quid forte proderetur. Censuales* illa aetas dixit *librarios, scribas tabellionesque*. Inde titulus 69. in Codice l. 10. conceptus *de tabulariis, scribis, logographis et censualibus*: inde et censuale officium haud absimili sensu l. 18. C. de testamentis. Eaque mente Tertullianus Apol. c. 19. *Graecorum censuales conferendi. Actuarii*, qui excipiunt scribuntque b), ut Suet. Caes. 55. Senecae epist. 33. *Non quidem haec, quae alienis verbis commodatur et Actuarii vice fungitur*: et Glossis Graecis ὑπομνηματόγραφος, *Actuarius, Memoralius*: qui non in Urbe solum, sed in provinciis militiaque. Actuarii in militia, l. 5. C. de erogatione militar. annonae. Et Spartianus de Victorino: *Ipse, quod matrimoniis militum et militarium corrumpendis operam daret, a quodam Actuario, cuius uxorem stupraverat, percussus est*. Quos eleganter et cum affectu describit Victor in Gallieno. *Actuarii*, inquit, *genus hominum nequam, venale, callidum, seditiosum, habendi cupidum atque ad patrandas fraudes velandasque quasi ab natura factum, annonae dominans, eoque utilia curantibus et fortunis aratorum infestum; prudens in tempore his largiendi, quorum vecordia damnoque opes contraxerit*. Satis de actis Senatus: venio ad populi. Ea dicta *publica acta* Suetonio in Tib. c. 5. et alias passim. Item *diurna*, quia in dies conficerentur, Tacito Ann. 16, 22. et 13, 31. Item *urbana*. Saepius etiam ἁπλῶς *acta*, κατ' ἐξοχήν. Iis continebantur res rationesque populi, iudicia publica, supplicia, comitia, aedificia, nativitates, illustres mortes, matrimonia, divortia. De iudiciis suppliciisque admonuit Ammianus 22, 3. *Et acta super eo gesta non sine magno legebantur horrore, quum id voluminis publici contineret exordium: Consulatu Tauri et Florentii, inducto sub Praeconibus Tauro*. Ubi et formam aliquam servabis conficiendorum actorum. De aedificiis Tacitus Ann. 13, 31. *Nerone* II. L. *Pisone Coss. pauca memoria digna evenere, nisi cui libeat laudandis fundamentis et trabibus, quis molem amphitheatri Caesar extruxerat, volumina implere; quum ex dignitate populi Rom. repertum sit, res illustres annalibus, talia diurnis Urbis actis mandare*. De nativitatibus Suetonius saepe, qui plerumque argumenta sibi sumit de die cuiusque Principis natali ex Actis, ut Tiber. c. 5. Cal. c. 8. Origo eius instituti a Servio Tullio, qui, ut numerum sciret nascentium, morientium virorum, adinvenit, uti propinqui nata prole certum aliquem numum in aerarium Iunonis Lucinae inferrent; iidem aliquo mortuo in Veneris Libitinae; et sumente quopiam virilem togam, in Iuventutis. Exolevisse is mos videtur, sed in pueris natis retraxit Augustus; eaque annotatio in Actis cum cura habita, utique post Iulias Papiasque leges. Iuvenalis 9, 84. *tu libris actorum spargere gaudes Argumenta viri*. Apuleius in Apol. p. 330. *Pater natum sibi filium ceterorum more professus est*. Scaevola l. 29. de probationibus: *Mulier gravida repudiata, absente marito filium enixa, ut spurium in actis professa est*. Capitolinus in Gordianis c. 4. *Filium Gordianum nomine Antonini et signo illustravit, quum apud Praef. aerarii more Romano professus filium publicis Actis eius nomen insereret*. Non fallet te idem Capitolinus in M. Aurelio c. 9. qui ita

hac professione disserit, quasi ille invenerit primus. *Inter haec*, inquit, *liberales causas ita munivit, ut primus iuberet apud Praefectos aerarii Saturni unumquemque civium natos liberos profiteri, intra tertium diem nomine imposito.* Quod aliter est; sed addidit quaedam immutavitque. De matrimoniis divortiisque clarum est in Acta relata fuisse propter praemia poenasque legum. Immo ètiam ante Iuliam Papiamque. Coelius ad Ciceronem ep. ad fam. 8, 7. *Paula Valeria* (scribo *Valerii*, id est coniunx) *soror Triarii divortium sine causa fecit. Nuptura est D. Bruto: nondum* c) *retulerat*, scilicet in acta. Seneca de Beneficiis 3, 16. *Quia vero nulla iam sine divortio acta sunt, quod saepe audiebant, facere didicerunt.* Et ad matrimonia pertinet versus Iuvenalis 2, 136. *Fient ista palam, cupient et in acta referri.* Haec acta a scribis tabellariisque confecta videntur et ad Atrium Libertatis in Tabulario asservata. Livius 43, 16. *Censores extemplo in atrium Libertatis* d) *ascenderunt, et ibi signatis tabellis publicis clausoque tabulario et dimissis publicis servis...* Cui vetus inscriptio ap. Grut. p. 237, 8. Curatores tamen quosdam assignat. *C. Calpetanus Statius, Sex. Metrobius, M. Perpenna Lurco, T. Satrius Decianus, Curatores Tabul. Publ. Fac. Cur.* At ex Taciti Ann. 13, 28. colligas, curam eam quaestoribus fuisse aut aerarii praefectis. *Princeps*, inquit, *curam tabularum publicarum a quaestoribus ad praefectos transtulit.* Eoque facit, quod M. Aurelius professiones infantium retulit ad aerarii praefectos. v. Capitol. c. 9. Tabularii mentio etiam Ciceroni or. pro Rabirio perduellionis reo c. 3. Virgilioque Georg. 2, 502. *aut populi tabularia vidit:* ubi Servius quaedam. Lampridius in Alexandro c. 33. referre videtur actorum confectionem ad Praefect. Urbis: *Fecit Romae*, inquit, *curatores urbis XIV. sed exconsulares viros*, α) *quos audire negotia urbis iussit, ut omnes aut magna pars adessent, quum acta fierent:* sed intelligit iudiciaria acta. Fuerunt et registra quaedam publica praeter haec acta, de quibus Vopiscus in Probo c. 2. *Usus sum etiam registris scribarum porticus Porphyreticae, actis etiam Senatus ac populi.* Perierant haec publica acta (γράμματα δημόσια appellat Dio) qua vetustate, qua incendio; sed reparavit primo principatu suo Tiberius, tribus senatoribus ad describendum conquirendumque dilectis. v. Dio 57, 16. in actis a. 769. Dixi ista uberius et praeter rem, ut constaret in parte iuventuti, quae essent illa acta, quorum testimonio totiens noster aliique in memoria rerum usi, quaeque habita semper historiae materia et seges.

a) v. Suet. Caes. c. 20. ibique intpp.
b) Inepte Velius Longus ap. Putsch. p. 2234. *Actuarii diversis actibus occupati: Actarii scriptores tantum dicuntur actorum.*
c) Fulvius tamen legit *mundum*; de quo etiam cogito.
d) Sive etiam *aedem Nympharum* ex Cicerone pro Milone c. 27.
α) Lege *ex consularibus viris.*

LIPSII EXCURSUS
AD
ANNALIUM LIB. VI.

ad Cap. II.

Olim qui damnati gravioris criminis, puta maiestatis, perduellionis, tyrannidis, non ipsi solum afflicti et perditi, sed nomen et memoria

eorum. Deterrere omnes a culpa simili volebant, non poenae modo, sed ignominiae metu. Itaque haec duo fere usurpata, ut nomen deleretur, ut effigies tolleretur. De nomine Cicero Philipp. 13, 12. quum Antonii nomen e fastis sublatum decreto senatus esset: *Cuius totus consulatus est ex omni monumentorum memoria revulsus.* Tacitus Ann. 3, 17. *Nomen Pisonis radendum fastis censuit.* Lampridius in Elagabalo c. 16. *Nomen Antonini erasum est senatu iubente.* Radebant igitur; sed et saepe contenti erant per dedecus oblinere aut lutare. Lampridius Elagab. c. 13. *Misit qui et in castris statuarum eius titulos luto tegerent, ut fieri solet de tyrannis.* Eusebius pulchre Eccl. Hist. 9, 11. de Maximino: *Γραφαί τε ὅσαι εἰς τιμὴν αὐτοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ παίδων κατὰ πᾶσαν ἀνέκειντο πόλιν, αἱ μὲν ἐξ ὕψους εἰς ἔδαφος ῥιπτούμεναι συνετρίβοντο, αἱ δὲ τὰς προσόψεις ἠχρειοῦντο, σκοτεινῷ χρώματι καταμελανούμεναι: Inscriptiones etiam et tituli, quicunque honori eius aut liberorum per singulas urbes positi erant, partim e sublimi in terram detracti confractique sunt, partim, ut videntibus inutiles fierent, obscuro quodam colore obducti et nigrefacti.* At de effigie fracta et abolita Ambrosius de Interpell. Dav. 4, 8. *Vide, quemadmodum in civitatibus bonorum Principum imagines perseverent, deleantur tyrannorum.* Capitolinus in Gordianis c. 9. *Statuas Maximini deiecerunt, imagines perfregerunt, nomen publicitus eraserunt.* Livius de Atheniensibus 31, 44. *Rogationem extemplo tulerunt, ut Philippi statuae, imagines omnes nominaque earum tollerentur delerenturque.* Iuvenalis 8, 18. *Frangenda miseram funestat imagine gentem.* Eusebius loco, quem dixi: *Ἀνδριάντες τε ὁμοίως, ὁπόσοι εἰς τὴν αὐτοῦ τιμὴν διανεστήκεσαν, ὡσαύτως ῥιπτούμενοι συνετρίβοντο, γέλως καὶ παιδιὰ τοῖς ἐνυβρίζειν καὶ ἐμπαροινεῖν ἐθέλουσιν ἐκκείμενοι: Statuae etiam, quotquot in honorem illius fuerant erectae, similiter deiectae et protritae sunt, ac ludibrio et irrisui expositae omnium, qui iniuria et ignominia afficere eas vellent.* Ratio autem ista abolendi duplex. Prior, ut modeste id fieret et per magistratum submoverentur e publico conspectu. Cicero in Verrem 2, 67. *Centuripinorum senatus decrevit populusque iussit, ut, quae statuae C. Verris ipsius et filii essent, eas Quaestores demoliendas locarent, dumque ea demolitio fieret, senatores non minus XXX. adessent.* Suetonius Domit. c. 23. *Senatus scalas inferri clypeosque et imagines eius coram detrahi et affligi solo iussit.* Altera, ut per impetum, et tota res permitteretur furori cuidam plebeio. Tum receptum, laqueos statuis altioribus iniicere atque ita detrahere. Iuvenalis 10, 58. *descendunt statuae restemque sequuntur.* Seneca, seu quis alius, in Octavia de statuis Poppaeae v. 797. *membra per partes trahunt Deducta laqueis.* Ita enim recte illic legimus, non *diducta.* Plinius graphice hoc totum depingit Paneg. c. 52. *Ergo istae quidem aereae et paucae manent manebuntque, quamdiu templum ipsum: illae autem aureae et innumerabiles strage et ruina publico gaudio litaverunt. Iuvabat, illidere solo superbissimos vultus, instare ferro, saevire securibus, ut si singulos ictus sanguis dolorque sequeretur. Nemo tam temperans gaudii seraeque* (velim scribi *serusque*) *laetitiae, quin instar ultionis videretur cernere laceros artus, truncata membra, postremo truces horrendasque imagines abiectas* (lego *obiectas*) *excoctasque flammis, ut ex illo terrore et minis in usum hominum ac voluptates ignibus mutarentur.* Mos autem hic damnandi imagines sane antiquus. Ex Cicerone colligo, pro C. Rabirio c. 9. *Sext. Titius, quod habuit imaginem L. Saturnini domi suae, condemnatus est.* Ubi et hoc vides, culpae fuisse, vel privatim damnatorum imagines habere. Qua mente illud Taciti scriptum Ann. 11, 35. *Ac primum in vestibulo imaginem patris Silii Sc. abolitam demonstrat.* Pulchre Ambrosius Officior. 1, 49. *Si tyranni aliquis imaginem habeat, nonne obnoxius est damnationi?*

LIPSII EXCURSUS
AD
ANNALIUM LIB. XI.

ad Cap. 24.

Ipsa Claudii oratio super civitate Gallis danda a. U. 801. in senatu habita tabulis aeneis duabus incisa est Lugduni erutis a. 1529. ad latus aedis S. Sebastiani. (Eam typis exprimendam curavere Lipsius h. l. et Grut. inscr. p. 502. sed accuratius Broter. ad h. l. Menetrier in *histoire civile ou consulaire de la ville de Lyon, Lyon 1696*. fol. et Iac. Sponius in *la recherche des antiquités et curiosités de la ville de Lyon* c. 8. p. 170 sq. a quibus Lipsiana hoc modo sunt emendata:)

In Pagina prima:

... mae rerum noster... sii..... Equidem primam omnium illam cogitationem hominum quam maxime primam occursuram mihi provideo. Deprecor, ne quasi novam istam rem introduci exhorrescatis, sed illa potius cogitetis, quam multa in hac civitate novata sint, et quidem statim ab origine urbis nostrae; in quot formas statusque res p. nostra diducta sit. Quondam reges hanc tenuere urbem: ne tamen domesticis successoribus eam tradere contigit. Supervenere alieni et quidam externi, ut Numa Romulo successerit ex Sabinis veniens, vicinus quidem, sed tunc externus, ut Anco Marcio Priscus Tarquinius propter temeratum sanguinem, quod patre Demarato Corinthio natus erat et Tarquiniensi matre generosa sed inopi, ut quae tali marito necesse habuerit succumbere, cum domi repelleretur a gerendis honoribus, postquam Romam migravit, regnum adeptus est. Huic quoque et filio nepotive eius (nam et hoc inter auctores discrepat) insertus Servius Tullius, si nostros sequimur, captiva natus Ocresia, si Tuscos, Caeli quondam Vivennae sodalis fidelissimus omnisque eius casus comes, postquam varia fortuna exactus cum omnibus reliquiis Caeliani exercitus Etruria excessit, montem Caelium occupavit, et á duce suo Caelio ita appellitatus (leg. *appellitavit*): *mutatoque nomine (nam Tusce Mastarna ei nomen erat) ita appellatus est ut dixi. Et regnum summa cum rei p. utilitate obtinuit: deinde postquam Tarquini Superbi mores invisi civitati nostrae esse coeperunt, qua ipsius, qua filiorum eius, nempe pertaesum est mentes regni, et ad consules, annuos magistratus, administratio rei p. translata est.*

Quid nunc commemorem dictaturae hoc ipso consulari imperium valentius repertum apud maiores nostros, quo in asperioribus bellis aut in civili motu difficiliore uterentur, aut in auxilium plebis creatos tribunos plebei! quid a consulibus ad decemviros translatum imperium solutoque postea decemvirali regno ad consules rursus reditum! quid imp.... uris distributum consulare

imperium tribunosque militum consulari imperio appellatos, qui seni et saepe octoni crearentur? quid communicatos postremo cum plebe honores non imperi solum sed sacerdotiorum quoque? Iam si narrem, bella a quibus coeperint maiores nostri et quo processerimus, vereor ne nimio insolentior esse videar et quaesisse iactationem gloriae prolati imperii ultra Oceanum: sed illoc potius revertar civitatem....

In Pagina secunda:

...... sane ..... novo ...... divus Aug.... no ..... lus et patruus Ti. Caesar omnem florem ubique coloniarum ac municipiorum, bonorum scilicet virorum et locupletium, in hac curia esse voluit. Quid ergo? non Italicus senator provinciali potior? Est. Iam vobis cum hanc partem censurae meae approbare coepero, quid de ea re sentiam, rebus ostendam. Sed ne provinciales quidem, si modo ornare curiam poterint, recipiendos puto. Ornatissima ecce colonia valentissimaque Viennensium quam longo iam tempore senatores huic curiae confert? ex qua colonia inter paucos equestris ordinis ornamentum L. Vestinum familiarissime diligo et hodieque in rebus meis detineo: cuius liberi fruantur quaeso primo sacerdotiorum gradu, post modo cum annis promoturi dignitatis suae incrementa. Ut dirum nomen latronis taceam, et odi illud palestricum prodigium, quod ante in domum consulatum intulit: α) quam colonia sua solidum civitatis Romanae beneficium consecuta est. Idem de fratre eius possum dicere miserabili quidem indignissimoque hoc casu, ut vobis utilis senator esse non possit.

Tempus est iam, Ti. Caesar Germanice, detegere te Patribus conscriptis, quo tendat oratio tua. Iam enim ad extremos fines Galliae Narbonensis venisti.

Tot ecce insignes iuvenes, quot intueor, non magis sunt paenitendi senatores quam paenitet Persicum nobilissimum virum, amicum meum, inter imagines maiorum suorum Allobrogici nomen legere. Quod si haec ita esse consentitis, quid ultra desideratis, quam ut vobis digito demonstrem, solum ipsum ultra fines provinciae Narbonensis iam vobis senatores mittere, quando ex Lugduno habere nos nostri ordinis viros non paenitet. Timide quidem, P. C., *egressus adsuetos familiaresque vobis provinciarum terminos sum; sed destricte iam Comatae Galliae causa agenda est. In qua si quis hoc intuetur, quod bello per decem annos exercuerunt Divom Iulium, idem opponat centum annorum immobilem fidem obsequiumque multis trepidis rebus nostris plusquam expertum. Illi patri meo Druso Germaniam subigenti tutam quiete sua securamque a tergo pacem praestiterunt et quidem cum ad census* (leg. *ab censu*) *novo tum opere et inadsueto Galliis ad bellum avocatus esset: quod opus quam arduum sit nobis nunc cum maxime, quamvis nihil ultra, quam ut publice notae sint*

facultates nostrae, exquiratur, nimis magno experimento cognoscimus. β)

α) Haec referenda ad L. Vestinum et scommata, quibus maledici eum insectabantur; *Brot.*

β) Verba extrema eo spectant, quod tum ob Claudii censuram, de qua iam supra actum, census in Galliis renovaretur; *Brot.*

LIPSII EXCURSUS
AD
ANNALIUM LIB. XII.

I. ad Cap. VI.

Quod proviso deum vidua iungeretur Principi: nam *vidua* Agrippina mortuo sub initia imperii Claudiani Crispo Passieno, cui post Domitium nupserat. v. Plin. 1, 16. Suet. Ner. 6. Idem tamen Passienus antea maritus Domitiae sororis Aenobarbi; quod colligas ex Quintil. 6, 2, 50. De eodem *Crispo Passieno* v. Sen. nat. quaest. 4. praef. Sed de eo lubet paulo amplius attexere, illustri cumprimis viro et oratore, et maxime ea, quae Scholiastes vetus Iuvenalis curiose retulit ad Sat. 4, 81. *Crispus,* inquit, *municeps Visellienis, tirocinio suo in senatu ita coepit: Patres conscripti et tu, Caesar.* a) *Propter quod simul oratione* (malim *orationem,* ut duplex causa laudis fuerit, et libertas et eloquentia) *plenissime a Tiberio collaudatus, plurimas sponte causas apud C. V.* (Centumviros) *egit: pro qua re in basilica Iulia eius statua posita est. Consulatus duos gessit. Uxores habuit duas, primam Domitiam,* (sororem Domitii Ahenobarbi) *deinde Agrippinam, illam amitam, hanc matrem Neronis Caesaris. Possedit bis mille sestertia.* (scribo *bis millies sestertium,* quia homo praedives, et Suetonius Ner. 6. ait, Neronem hereditate huius vitrici ditatum.) *Omnium Principum gratiam appetivit, sed praecipue Caesaris* (excidit nota praenominis C. id est *Caii*; nam hunc intelligit) *quem iter facientem secutus est pedibus. Hic, nullo audiente, a Nerone interrogatus:* (a Nerone? immo vero *a Caio,* in quem scelus hoc incesti competit; nisi mavis *Hic illo audiente, a Nerone inter,* ea mente, ut Caio praesente a quopiam Nerone, qui adularetur foedo Principi et simul huic insidiaretur, sit rogatus.) *Haberetne, sicut ipse, cum sorore germana consuetudinem? Nondum, inquit, quantumvis decenter et caute, ne aut negantem eum argueret, aut assentientem sibimet mendacio dehonestaret.* (Corrigo *ne aut negando eum arg. aut assentiendo semet dehon.*) *Periit per fraudem Agrippinae, quam heredem reliquerat, et funere publico elatus est.* Scita narratiuncula, quam tamen ego ad Passienum hunc traho, auctore eius valde invito. Nam ille (dormiit, an stertuit?) refert ad Crispum, qui sub Domitiano. Atqui Vibius ille nomine fuit: nec quadrant in eum re aut aevo, quae hic dicta. Mira μετεωρία Scholiastae alias docti. Sed et noster amicus cur rescribit *municeps Vercellensis?* Εὐλόγως ad Vibium illum, fateor; at non ad Passienum. Quanquam Viselliae municipium etiam mihi ignotum. An *Vitelliensis?* an *Vicelliensis?* quae loca Italiae reperies. De morte autem hominis, quod Hieronymus ecce Chronico eam Principe Caligula ponit, anno eius secundo, (*Passienus filius fraude hereditatis suae necatur*) sane falsum est: constat enim sub initia Claudii obiisse ex Suet. Ner. c. 6. Itaque traiectitia ea nota Hieronymi, ut in Chronico illo multa. Sed et emendanda sic:

fraude heredis suae. Agrippina enim illi heres, et *per eius fraudem*, ut diserte in Scholiastae extremis hic verbis legis, periit. Fuit et Passienus pater, Senecae nominatus Controv. 2, 5. sive 13. ad quem pertinere censeo Velleii verba 2, 116. *triumphalia ornamenta ex Africa* ei tribuentis, idque sub Augusto. b)

a) Praeposuit Patres Principi sane quam libere in servitute.
b) vid. etiam Ryckius ad Ann. VI, 20. qui nec laudat hunc excursum, nec tum videtur eius memor fuisse.

II. ad Cap. LX.

Vulgo hunc locum et comparem Suet. Claud. 12. referunt ad *Procuratores* rei familiaris in provinciis, quibus datum nunc ius volunt cognoscendi statuendique inter privatos et fiscum Caesaris in re pecuniaria: non enim criminum, argumento l. 2. C. si advers. fisc. l. 8. §. Transactiones. D. de transact. et l. 1. C. de iurisd. omn. iudic. Itaque Tacitum non aliud tam longa et querula oratione indignari putant quam iurisdictionem procuratoribus mandatam in re et causa fiscali pecuniaria, eorumque decreta firma a Claudio habita et rata. Sed Tacito et mihi alia mens est. — In provincias Caesaris olim Legati aut Propraetores missi; in provincias dico maiores. Nam quaedam minores nec tantae rei Procuratores saltem acceperunt. Quorum praecipuum ac proprium munus, ut reditus ac tributa colligerent aliaque, quae ad fiscum. Sed quoniam, nullo alio Praeside, res saepe cogebat, ius inter provinciales dici, etiam in re criminum; factum, ut iurisdictionem aliquam sibi sumerent Praesidum exemplo. Id Procuratorum genus, notae et discriminis causa, dicti passim in libris legum *Procuratores vice Praesidis* aut *cum potestate*, ut l. 2. C. de poenis, l. 3. C. ubi causs. fisc. l. 4. C. ad leg. Flav. de plag. Dixi *iurisdictionem sumerent:* revera enim non habebant, Equites quoniam erant aut liberti. Tacitus Agric. c. 4. *utrumque avum habuit procuratorem Caesarum, quae equestris nobilitas est.* Dio 53, 15. Καὶ τοὺς ἐπιτρόπους (οὕτω γὰρ τοὺς τάς τε κοινὰς προσόδους ἐκλέγοντας καὶ προστεταγμένα σφίσιν ἀναλίσκοντας ὀνομάζομεν) ἐς πάντα ὁμοίως τὰ ἔθνη, τά τε ἑαυτοῦ καὶ τὰ τοῦ δήμου, τοὺς μὲν ἐκ τῶν ἱππέων, τοὺς δὲ ἐκ τῶν ἀπελευθέρων πέμπει, id est: *Procuratores (ita enim appellamus eos, qui publicos reditus colligunt erogantque) in omnes provincias, tam suas quam populi, Caesar mittit, quosdam ex Equitibus, quosdam e libertis.* Itaque nec iudicia nec acta eorum rata, vocarique poterant ad disquisitionem Principis aut senatus, quoniam lege apud eos agi (ut ad rem et sollenniter loquar) nefas. Apud magistratum solum populi Romani prove magistratu actio legis fuit, ut Consules, Proconsules, Praetores, Propraetores, qui omnes e senatu. Apud Equites non fuit, multo minus apud libertos. Inter Equites excipio unum Praefectum Aegypti, apud quem, ut Tacitus notat H. 1, 11. lege agi permisit Augustus decreto quodam singulari. Attamen procuratores isti provinciis praeerant, et ius saepe in crimine et causa capitis dicebant. Exemplum in Pontio, qui Iudaeae procurator (non enim illi provinciae proprie Praeses) sententiam tulit de capite nostri capitis, Christi servatoris: exempla in Petronio, Cumano aliisque vulgo apud Iosephum. Idemque in ceteris minutis provinciis factum, quibus regendis solus Procurator: quarum aliquot Tacitus recensuit H. 1, 11. *Duae Mauretaniae, Raetia, Noricum, Thracia quaeque aliae Procuratoribus cohibentur.* Et praeter eas notabis Alpium maritimarum Procuratorem, item Ponti, Epiri a) pluresque. Haec clara satis et certa. Ad hos Procuratores Claudii, me iudice, accommodamus edictum, iubentis, ut in provinciis eorum decreta perinde rata sint, ac si ipse statuisset. Nam ad fiscum solum si aptas, quid fiet

communibus et late conceptis Cornelii verbis? *Rerum*, inquit, *a procuratoribus suis iudicatarum*. Pariterque indefinite extulit Suet. Claud. 12. *quae procuratores sui in iudicando statuerent*. Adde subsequentem omnem Taciti orationem: videbis, non aliud eum indignari, quam quod iurisdictio communicata cum Equitibus et libertis; de quo toties inter ordines olim certatum seditione aut armis erat. At procuratores, qui rei familiari tantum impositi, qui in provinciis Proconsulum aut Legatorum, plane privati erant b), et insigne in eos exemplum a Tiberio editum, de quo Dio 57, 23. *Τὸν Καπίτωνα, Τὸν τὴν Ἀσίαν ἐπιτροπεύοντα, εἰς τὸ συνέδριον ἐσήγαγε, καὶ ἐγκαλέσας αὐτῷ, ὅτι στρατιώταις ἐχρήσατο καὶ ἄλλα τινὰ ὡς καὶ ἀρχὴν ἔχων ἔπραξεν, ἐφυγάδευσεν. Οὐ γὰρ ἐξῆν τότε τοῖς τὰ αὐτοκρατορικὰ χρήματα διοικοῦσι πλέον οὐδὲν ποιεῖν, ἢ τὰς νενομισμένας προσόδους ἐκλέγειν καὶ περὶ τῶν διαφορῶν ἔν τε τῇ ἀγορᾷ καὶ κατὰ τοὺς νόμους ἐξ ἴσου τοῖς ἰδιώταις δικάζεσθαι.* Et Tacitus Ann. 4, 15. *Procurator Asiae Lucilius Capito accusante provincia causam dixit magna cum asseveratione Principis, non se ius nisi in servitia et pecunias familiares dedisse. Quod si vim praetoris usurpasset manibusque militum usus foret, spreta in eo mandata sua; audirent socios. Ita reus cognito negotio damnatur*. Plane ergo privati, tunc quidem. Nam postea ius acceperunt, de fiscali saltem pecunia c) cognoscendi, ut praemonui. Idque Dio etiam assignificans ait *οὐ γὰρ ἐξῆν τότε*. Hi posteriores Procuratores multi erant, et sparsi per provincias omnes; illi pauciores dignioresque. Dio excipere Proconsulum provincias videtur ab administratione Procuratorum. Addit enim ad verba 53, 15. quae supra, *πλὴν καθόσον τοὺς φόρους οἱ ἀνθύπατοι παρ' ὧν ἄρχουσιν ἐσπράσσουσιν*, quasi Proconsules reditus collegerint ipsi in provinciis suis. Fallacia verba, quae virum doctum nuper induxerunt, non me. Planissime enim in Proconsulum etiam provinciis procuratores. Dio ipse docet, *ἐς πάντα*, inquiens, *ὁμοίως τὰ ἔθνη τά τε ἑαυτοῦ καὶ τὰ τοῦ δήμου*, id est *in omnes gentes, tam quae Caesari, quam quae populo attributae*. Atqui provinciae omnes populi Proconsulum fuere. Ulpianus item l. 9. de off. procons. *Sane*, inquit, *si fiscalis pecuniaria causa sit, quae ad procuratorem Principis respicit, melius fecerit, si se abstineat*. Cuius vana et irrita monitio, si in Proconsulum provinciis Procuratores nulli. Quae ergo Dionis verborum vera mens? Non alia quam, Procuratorem in aliis quidem provinciis omnes reditus colligere, quia omnes Caesaris fiscique sunt, at in Proconsularibus non omnes, quoniam vectigalia d) quaedam vetera ipse Proconsul colligat in populi aerarium usumque mittenda. Dictum satis, si addo, Procuratores solius rei Rationales postea dictos, ut a prioribus illis distinguerentur, quoniam illi rem publicam etiam, hi solam privatam tractabant rationesque pecuniae principalis. Ceterum extrema cap. 60. verba *libertos, quos Claudius rei familiari praefecerat, sibique et legibus adaequavit*, iuvare videntur eos, qui Claudianum scitum ad rationales tantum referunt. Verum procuratores omnes primo rei familiari sive fisco praefecti, sed imago imperii quibusdam adiuncta.

a) De Epiri procuratore loco praesidis Arrian. in Epict. 3, 4. Vocat *ἄρχοντα καὶ ἐπίτροπον*.

b) Ante Claudium quidem: nam postea ampliatum et illorum ius.

c) Etiam de lege Fabia, de plagiariis; ex Consitut. Imp. M. Antonini. Ulpian. l. 9. de offic. Procons.

d) Quae tamen videtur sustulisse Theodosius et in fiscum suum vertisse. vid. Symmach. 10, 59.

LIPSII EXCURSUS
AD
ANNALIUM LIB. XIII.

I. ad Cap. II.

Signum s. tessera a consule, praetore eove, qui exercitui toti praeerat, semper *tribunis* data; at praetorii tribunis a solo Principe. v. Ann. 1, 7. Liv. 28, 24. 27. Formam dandae tesserae petendaeque in parte expressit Appianus Civ. 5, 46. *Καὶ ὁ Λεύκιος*, inquit, *ἔπεμψε τοὺς χιλιάρχους τὸ σύνθημα τῷ στρατῷ ληψομένους παρὰ τοῦ Καίσαρος. οἱ δὲ ἔφερον αὐτῷ τὸν ἀριθμὸν τοῦ στρατοῦ, καθὰ καὶ νῦν ἔθος ἐστὶ, τὸν αἰτοῦντα τὸ σύνθημα χιλίαρχον ἐπιδιδόναι τῷ βασιλεῖ βιβλίον ἐφήμερον τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ παρόντος.* Atque olim ea data videtur sine voce, inscripta vel insculpta brevi ligno; unde *tesserae* nomen: de quo Polybium adi 6, 33. Sub Impp. vocale id signum. Dabant autem plerumque nomina deorum aut heroum; etiam Graeci. Pausanias 10, 1. *Quum utrimque a ducibus de more militi tesserae darentur, fortuitu ad oraculi verba appositae datae sunt, a Thessalis Itonia Minerva, a Phocensibus gentis auctor Phocus.* Etiam Persae, si Xenophonti fides 7, 1. *Παιδείας* et 3, 3. ubi a Cyro tessera data *Ζεὺς σύμμαχος καὶ ἡγεμών* aut *Ζεὺς σωτήρ*. Suetonii loci bini non sani in hac re: alter Cal. c. 58. *Signum*, ait, *more militiae petisse, et, Caio Iovem dante, Chaeream exclamasse: Accipe ratum*, ubi restituo magnanimi viri vocem litera addita *Accipe iratum*: a) alter c. 56. *Solitus modo signum petenti Priapum aut Venerem dare, modo osculandam manum offerre formatam commotamque in obscenum modum.* Libri vett. *commitamque* aut *cammatamque.* Scribo *gammatamque.* Gammata manus, insertis commixtisque digitis ad formam eius literae; qui mos in Italia et nunc. Sic lapides gammati non solum qui insculptum Gamma habebant, sed qui literam eam exprimebant transversi. Scriptor Gromaticus (ap. Goes. p. 228. 255. 309.) *Solent termini occurrere, qui lapides tam longiores sunt, quam qui latiores sequendi, hoc est, aut si cursum dirigunt lineares, aut si gamma faciunt transversi.* Malo etiam in Suetonii verbis *obscenum nodum* quam *modum.* Facit ad lucem infamis huius signi Lampridii locus Elagab. 10. *Neque unquam verbis pepercit infamibus, quum et digitis impudicitiam ostentaret, nec ullus in conventu et audiente populo esset pudor.* Scies amplius, tu tiro, tesseram duplicem fuisse, unam quae ad excubias, alteram quae ad pugnam. De postrema Tacitus H. 3, 22. *Eadem utraque acie arma: crebris interrogationibus notum pugnae signum.*

a) Solemus enim, quibus male precamur cupimusque factum, *Iovem iratum optare.*

II. ad Cap. XXIX.

Olim aerario praepositi Quaestores: notum. Causa immutandi sub Iulio Caesare orta a. U. 709. Quia etiam absente Caesare Quaestores creati nulli, aerarii cura Aedilibus duobus commissa est; nec rediit post illa ad Quaestores. Dio diserte notat 43, 48. Aediles ergo praefuisse videntur (non enim immutationem reperio) per annos fere decem et septem, donec Augustus Praetorios substituit. Factum a. U. 726. Dio 53, 2. *Καὶ ἐπειδὴ χρημάτων τῷ δημοσίῳ ἐδέησεν, ἐδανείσατό τινα καὶ ἔδωκεν αὐτῷ· πρός τε τὴν διοίκησιν σφῶν δύο κατ' ἔτος ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων αἱρεῖσθαι ἐκέλευσε*, id est: *Quoniam aerarium publicum inops pecuniarum esset, quasdam mutuo sumptas in id contulit; et administrationi earum duos praetura functos in annos singulos electos praefici iussit.* Suetonius Oct. c. 36. *Auctor fuit, ut cura aerarii a Quaestoribus urbanis ad Praetorios Praeto-*

resve transiret. Tacitus hic. Ideo in monumentis id aevi historiisque *Praetores aerarii* inscripti passim. Mansit ad Claudium, *qui curam aerarii Saturni Quaestoribus reddidit, quam medio tempore Praetores aut utique praetura functi sustinuerant,* ait Sueton. Claud. c. 24. Ita tamen, ut honores iis extra ordinem permitteret, ait Tacitus, *ne metu offensionum segnius consulerent.* Quem Dio explicat in Claudio: 60, 24. *Τοὺς στρατηγοὺς τοὺς ἐπὶ τῆς διοικήσεως καταλύσας ταμίαις αὐτὴν κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐπέτρεψεν, οὐχ ὥστε καὶ ἐτησίους σφᾶς (ὅπερ ἐπί τε ἐκείνων πρότερον καὶ ἐπὶ τῶν στρατηγῶν μετὰ ταῦτα ἐγίγνετο) ἄρχειν, ἀλλ' οἱ δύο οἱ αὐτοὶ τρία ὅλα ἔτη αὐτὴν διῴκουν, καὶ οἱ μὲν στρατηγίας εὐθὺς ἐλάμβανον, οἱ δὲ καὶ μισθὸν ἔφερον, ὅπως ποτὲ καὶ ἔδοξαν ἄρξαι,* id est: *Praetores aerarii solvens Quaestoribus rursum antiquo more id tradidit, non tamen, ut annuum eorum munus esset, (quod antea et in ipsis et in Praetoribus factum) sed duo iidem tres annos continuos eam curam sustinebant; eisque exactis praeturas statim adipiscebantur, interdum et praemium mercedemque, proinde ac bene se gesserant.* Itaque *honores,* quos *extra ordinem* iis *permissos,* datos a Claudio dicit Tacitus h. l., sunt praeturae. Sed ipsum immutans rursum Nero rediit non ad Praetores, (non enim ita appellati amplius) sed ad Praefectos, quos e Praetoriis elegit. Itaque clare Tacitus *praetura perfunctos delegit,* non *praetores.* Ita enim in Tacito corrigendum. Per bella tamen civilia et Principe nullo Romae iterum Praetores praefecti videntur; innuitque Tacitus H. 4, 9. *Praetores aerarii (nam tunc a Praetoribus tractabatur aerarium) publicam paupertatem questi etc.* Insita enim admonitio facile ostendit, aliud fuisse Taciti id est Traiani aevo. Gellius 13, 24. Praefectum nominat: *Quod per Quaestorem dixi,* inquit, *intelligi nunc oportet Praefectum aerario: nam cura aerarii a Quaestoribus ad Praefectos* (ita legerim, non *Praefectum*) *translata est.* Praefuisse aute meos censeo biennium ex hac sanctione Neronis: certe quidem ita servatum sub Traiano. Plinius pan. c. 91. de se et Tertullo: *Nondum biennium compleramus in officio laboriosissimo et maximo, quum tu nobis consulatum obtulisti.* Et statim: *Nobis, Praefectis aerario, consulatum ante quam successorem dedisti.* In iure crebra mentio Praefectorum aerarii, ut l. 12. de his quae ut indignis, l. 15. et 42. de iure fisci.

III. ad Cap. XXXI.

Ampla populi Rom. vectigalia: nullum, censeo, amplius eo, quod e servis libertisque. Antiquissimum vectigal vicesimae reperio, quae ad libertos. Institutum a. U. 397. lege lata a Cn. Manlio cos. Patribusque auctoribus factum, quia ea lege haud parvum vectigal inopi aerario additum. v. Liv. 7, 16. Ea vicesima semper exhinc exercita ad tempora Principum inferiorum. Itaque non infrequens memoria in libris; et ab ea aurum vicesimarium derivo, quod in sanctiore aerario ad ultimos casus servabatur. v. Liv. 27, 10. Ad hanc *vicesimam* insignis locus Arriani dissert. Epicteti 4, 1. *Ὁ δοῦλος εὐθὺς εὔχεται ἀφεθῆναι ἐλεύθερος· διὰ τί; δοκεῖτε, ὅτι τοῖς εἰκοστώναις ἐπιθυμεῖ δοῦναι ἀργύριον; οὔχ, ἀλλ' ὅτι φαντάζεται* etc. In quo loco vide, ut caecutiat vir alias doctus. Nam vertit: *Servus in primis cupit se donari libertate. Quam ob causam! an, quia desiderat pro tessera vendentibus argentum numerare? Non, sed quia opinatur etc.* Et in notis ait, *εἰκοστώνην* esse, qui rem emit exhibito signo aut tessera; manumissos autem emere publice frumenta potuisse exhibita tessera: unde Persius 5, 74. *scabrosum tesserula far.* Somnia et nugamenta mera. Corrigo in Arriano *τοῖς εἰκοστώταις.* Glossae: *εἰκοστώτης ὁ τὰς εἰκοστὰς ἀπαιτῶν, vicesimarius* a). Verte igitur: *an quia vicesimariis argentum dare desiderat!* Idem Arrianus 2, 1. *Ὅταν οὖν στρέψῃ τις ἐπὶ στρατηγοῦ τὸν αὐτοῦ δοῦλον, οὐδὲν ἐποίησεν; ἐποίησε. τί; ἔστρεψε τὸν*

αὑτοῦ δοῦλον. Ἄλλο οὐδέν; ναί. καὶ εἰκοστὴν αὐτοῦ δοῦναι ὀφείλει, id est: *Quum quis servum suum verterit apud Praetorem, nihilne fecit? fecit. Quid? vertit suum servum. Numquid amplius? Certe vigesimam pro eo dependet.* Cicero ad Attic. ep. 2, 16. *Portoriis Italiae sublatis, quod vectigal superest domesticum praeter vicesimam?* Haec in manumissis. At in servis receptum, ut quoties venirent, vectigal pro iis penderet emptor. Id Tacitus fuisse ait *quintam et vicesimam;* lectio modo sit certa. Ambigas enim iure, quoniam de hac XXV. nihil alibi scriptum. Immo scriptum contra, Augustum, quum pecunia ad bellum et nocturnos vigiles ei opus, instituisse quinquagesimam venalium mancipiorum. Dio 55, 31. in actis anni 760. *Τὸ τέλος τὸ τῆς πεντηκοστῆς ἐπὶ τῇ τῶν ἀνδραπόδων πράσει ἐσήγαγε.* Et hercle, uti aliarum rerum venalium centesima fuit, (v. ad Tac. Ann. 1, 78, 2.) sic quinquagesima mancipiorum: ausimque in Tacito reponere *quinquagesimae* b). Alia quinquagesima est, de qua v. 13, 51. et Symmachi ep. 5, 62. et 65. Fuit et vicesima hereditatium, instituta ab Augusto ad aerarium militare; de qua Dio 55, 25. actis anni DCCLIX. *Τὴν εἰκοστὴν τῶν τε κλήρων καὶ τῶν δωρεῶν, ἅς ἂν οἱ τελευτῶντές τισι, πλὴν τῶν πάνυ συγγενῶν ἢ καὶ πενήτων, καταλείπωσι, κατεστήσατο.* Temperavit eam Nerva et magis Traianus; de quibus multa Plinius in pan. c. 37 seq. qui omnino videndus, si vim intelligere aves eius vectigalis: postque illos Antoninus Philosophus, de quo Capitolinus c. 11. *Leges etiam addidit* (sive *edidit*) *de vicesima hereditatum; de tutelis.* Videndus item Paulus Sent. l. 4. t. 6. lib. ult. C. de edicto D. Hadriani toll. De vicesimae legibus primus scripsit A. Ofilius, et post eum Macer libros duo. Invenio et in lapidibus PROCURATOR XX. HEREDITATIUM, item PROMAGISTER. XX. HEREDITATUM. (ap. Grut. p. 437, 3. et 426, 7.) Qui postremus titulus ab eo quod, uti e Plinio ep. 7, 14. discis, publicani colligebant hoc vectigal; quorum *magistri* et *promagistri.* Satis: nec enim Iurisconsultorum frugem demetere propositum nobis.

a) Perperam. *εἰκοστώτης* in Glossis est corrupte pro *εἰκοστώνης*, qui est conductor vicesimae, ut *τελώνης* publicanus.

b) At in libro de Magn. R. 2, 4. retractat sententiam et in Dione corrigit *πεντεικοστῆς*: quod etiam suspicatur in notula addita ad marginem in ed. ultima; et sic quoque Cuiac. Obs. 6, 28. Burmannus autem de Vectig. P. R. c. 5. p. 69. 70. 95. putat, sic Dionem cum Tacito conciliari posse, ut dicamus, primo quinquagesimam fuisse, procedente tempore auctum id vectigal et quintam et vicesimam factam forte ex instituto Caligulae. Lipsium etiam ex inscript., in quibus *Publicum* XX. *Libertatis et XXV. Venal.* et *Socii Publ. XXV. Venalium*, refellit Fabrettus in Inscr. c. 1. p. 36. Ceterum Pichena bene monet, *remissum* hoc vectigal emptoribus antea pendere solitis, qui plerumque cives Romani, et translatum in venditores, qui fere omnes extranei vel advenae et servis venditis in provincias redirent; *sed specie magis quam vi: nam venditor pendere iussus hoc vectigal*, carius mancipia vendebat.

LIPSII EXCURSUS
AD
ANNALIUM LIB. XIV.

I. ad Cap. II.

Medio diei Nero per vinum et epulas incalescebat. Romani ergo epulabantur die medio? Non vulgo quidem, non item viri serii, sobrii, sicci. Sed describit Tacitus Neronis convivium, adolescentis madidi, vere tempestivum. Tempus autem, ut tarde aliquando iuventus nostra discat, quid *tempestiva* convivia, quid *intempestiva*. Discat, et dediscat illa, quae nuper hausit a magnis magistris. Aiunt convivium *tempestivum* esse, quod *tempore* celebretur; verbo reque honestum: nec in vitio poni unquam, nisi in libris vitiatis. Ecce alii, qui *tempestivum* nihilum differre dicant ab *intempestivo*, et in culpa habitum utrumque. Tertium vidi, qui convivia tempestiva vellet esse, quae statis certisque temporibus praeberent sacerdotes. Inducunt et seducunt. Audite me, iuvenes, et cum bono Mercurio inite viam rectam. Legitima convivii hora apud Romanos priscos solis occasus. Salvianus 1, 2. *Numquid parcam illam tunc agrestemque vitam cum gemitu et dolore tolerabant, quum viles ac rusticos cibos ante ipsos, quibus coxerant, focos sumerent eosque ipsos capere nisi ad vesperam non liceret?* Itaque quia vespere coena, ideo proverbii forma in Plauto mil. glor. 4, 2, 5. *de vespere suo vivere.* Postea autem decima haberi coepta. Clare ex Cornificio ad Herennium, ubi describit hominem vane gloriosum 4, 51. Is ad eos, quos vocaverat ad coenam non in suas aedes: *Itane? eamus, inquit, hospites. Frater venit ex Salerno. Ego illi obviam pergo, vos huc decima venitote.. Hospites discedunt. Ille se raptim domum suam coniicit; illi decima, quo iusserat, veniunt.* Et ab ea mente Philippus Vulteium invitans apud Horat. epist. 1, 7, 71. *Post nonam venies.* Immo actuosi homines et forenses post decimam saepe, quoniam res et iudicia in foro exercita ad decimam horam, uti ex Miloniana Asconii discas. At labente imperio moribusque octava hora balnei haberi coepta, nona ipsa coenae. Plinius de Spurinna ep. 3, 1. *Ubi hora balnei nuntiata est, (est autem hieme nona, aestate octava) in sole ambulat nudus, lotus accubat.* Martialis praeter locos alios epigr. 4, 8. *Imperat exstructos frangere nona thoros.* Hanc horam qui praeveniebant, *tempestive* epulari dicebantur et praemature, et convivia eorum *tempestiva*. Qui in longum trahebant inque noctem intempestam, iure eorum epulae *intempestivae*. Qui de multo die, inquam, epulari incipiebant, in eos gulones haec nota et nomen. Plautus probrose in senem Asin. 4, 2, 16. *Cum suo sibi gnato unam ad amicam de die Potare.* Hinc apud Catullum 47, 5. *convivia lauta de die*, apud Horatium Sat. 2, 8, 2. *dictus here illic De medio potare die.* Suetonius de Nerone c. 27. *Epulas a medio die ad mediam noctem protrahebat.* Plinius in laudatione Traiani c. 49. *Non enim ante medium diem distentus solitaria coena, spectator annotatorque convivis tuis immines.* Livius 23, 8. de Hannibale Capuae lasciviente: *Coeperunt epulari de die, et convivium non ex more Punico aut militari disciplina esse.* Cicero de Pisone: *Qui nunquam solem orientem aut occidentem viderit:* culpatque eum vitii utriusque. (Cf. et de fin. 2, 8.) Ita et Silius Campanos 10, 41. *medioque dierum Regales epulae atque ortu convivia solis Deprensa.* Haec *tempestiva* convivia saepe usurpari solita diebus laetis festisque. Iuvenalis Persicum suum invitans 11, 204. *iam nunc in balnea salva Fronte licet vadas, quanquam solida hora supersit Ad sextam.* Vult ecce eum ad balneas ire hora

quinta, praeter morem, et ad epulas venire sexta septimave. Saturnalibus item vulgo convivia ordiebantur a multa luce. Tertullianus Apol. c. 42. *Non lavor diluculo Saturnalibus, ne et diem et noctem perdam: attamen lavor honesta hora et salubri.* Nam lautio semper ante cibum. Item nuptiis, Apuleius apol. 1. *Nuptiaene illae fuerunt, an aliud celebratum officium ac convivium tempestivum?* Ea sunt convivia, quae Catoni placita apud Ciceronem de sen. 14. *Ego vero propter sermonis delectationem tempestivis conviviis delector.* Item Claudio, de quo Tacitus Ann. 11, 37. *Claudius domum regressus et tempestivis epulis delinitus.* Quae epulae si media nocte fuissent, non potuit inter eas Messalina esse interfecta sine querela aut verbo historicorum. Alexandro: de quo Curtius 8, 1. *Iamque iter parare in postremum iussus sollenni et tempestivo adhibetur convivio.* Tamen haec convivia iure in vitio. Cicero ad Atticum 9, 1. *Audio, bonis viris hanc cunctationem nostram non probari, multaque et severe in me in conviviis quidem tempestivis disputari.* Ib. 13. *Quas eos caenas facere et obire scripsit ad me Sextius? quam lautas, quam tempestivas?* Idem in Verr. 3, 25. de Apronii coena in foro: *Statuitur Lollius in illo tempestivo gladiatorum convivio.* Et de ipso Verre 5, 10. ait, eum *diem conviviis, noctem stupris contrivisse.* Quinctilianus Declam. 331. *Neque enim senectutem affert summus dies, sed longus ordo vitae: nec ebrietatem facit illa potio, post quam concidendum est; sed tempestivum convivium et aviditas nimia.* Seneca de ira 2, 28. *Aliena vitia in oculis habemus, a tergo nostra sunt. Inde est, quod tempestiva filii convivia pater deterior filio castigat.* Addo Taciti locum H. 2, 68. *Discubuerat Vitellius Ticini, adhibito ad epulas Verginio. Legati Tribunique ex moribus Imperatorum severitatem aemulantur, vel tempestivis conviviis gaudent.* Qui vel solus locus sententiae meae firmandae. Cedo enim, si non de die illud epulum, quomodo subiungit de lucta inter milites? Quomodo *pulvis procul et arma aspiciebantur,* in tenebris? Sane iterum de Vitellio noster H. 1, 62. *medio diei temulentus*, et Xiphilinus 65, 2. τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς ἐδαπάνα. Diurnum ergo convivium (intelligo a meridie aut circiter) tempestivum, quia initum tempori nimis, nocturnum contra intempestivum. Describit Propertius 4, 6, 85. *Sic noctem patera, sic ducam carmine, donec Iniiciat radios in mea vina dies.* Suetonius Calig. c. 45. *Senatum populumque obiurgavit edicto, quod Caesare proeliante intempestiva convivia, circum et theatra et amoenos secessus celebrarent.* Cicero pro Murena c. 16. *Intempestivi convivii, amoeni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio.* Curtius 6, 2. *Intempestiva convivia et perpotandi pervigilandique insana dulcedo.* Et exempla plura: sed iis, qui cor habent, haec satis: μωρὸν autem οὔτε πεῖσαι οὔτε ῥῆξαί ἐστι, ait verbum vetus.

II. ad Cap. XV.

Ludi iuvenales privati et *per domum aut hortos* Neronis celebrati. v. 15, 33. Mansit nomen ludorum posteriori aevo, et Imperatores, quos in palatio ludos dabant Kalendis novi anni, (v. ad 4, 70.) *iuvenalia* videntur appellasse ab exemplo hoc Neronis. Sidonius in Narb. (carm. 23.) v. 307 sqq. *Ianus forte suas bifrons Kalendas sumendas referebat ad curules. Mos est Caesaribus, die bis uno (privatos vocitant) parare ludos. Tunc coetus iuvenum sed aulicorum Elei simulacra torva campi exercet spatiantibus quadrigis.* Et addit post descriptionem curulium ludorum v. 428. *iam vero iuvenalibus peractis;* ut videantur ii ludi, tunc quidem, scenicum nihil habuisse. Atque ita distinguit etiam, nisi fallor, Capitolinus in Gordianis c. 4. *Cordus dicit, in omnibus civitatibus Campaniae, Piceni, Umbriae de proprio illum per quatriduum ludos scenicos et iuvena-*

edidisse: quod notari volo. Neronis tamen aevo et instituto scenici: quod patet ex h. l. Taciti et Plin. 37, 2. 5. 7. qui ad hos ludos respiciens ait, Neronem *peculiari theatro in hortis primum cantasse et Pompeiano praelusisse.* Non praetereo locum Xiphil. 61, 19. ubi hos ludos institutos vult per causam positae a Nerone primae barbae. Et hercle ea nominis causa: dicta enim *iuvenalia,* quia, ut tirocinii die pueros exuebant, sic barba rasa iuventutem, transibantque tunc in viros; unde illud Domitiae amitae blandientis Neroni votum ap. Suet. Ner. 34. *simul hanc excepero, mori volo.* Itaque is dies Romanis pariter festus. De Octaviano Dio 48, 34. τὸν πώγωνα ὁ Καῖσαρ τότε πρῶτον ξυράμενος αὐτός τε μεγάλως ἑώρτασε, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι δημοτελῆ ἑορτὴν παρέσχε· καὶ ὁ μὲν καὶ ἔπειτα ἐπελειοῦτο τὸ γένειον, ὥσπερ οἱ ἄλλοι. — Sed et munera peti darique solent eo die ad barbam. Ammianus 17, 9. *Caesar quum petenti ex usu gregario cuidam, ut barbae detonderet, dedisset aliquid vile, contumeliosis calumniis appetitus est a Gaudentio.* Iuvenalis 3, 186. *Ille metit barbam, crinem hic deponit amati; Plena domus libis venalibus.* Quin etiam deo alicui sacrari solita, ut apud Graecos virginum puerorumque comae. Suetonius de Nerone c. 12. *Barbam primam posuit conditamque in auream pyxidem et pretiosissimis margaritis adornatam Capitolio consecravit:* ubi emendo *Capitolino,* Iovi scilicet, ex Dione 61, 19. Earinus apud Martialem 9, 17. primam lanuginem comamque *Pergameo posuit dona sacrata deo.* Tertullianus de anima: *Quis non exinde aut totum feli* (lego *filii*) *caput reatui vovet, aut aliquem excipit crinem, aut tota novacula prosecat, aut sacrificio obligat, aut sacro obsignat pro publica aut privata devotione?* Censorinus de die nat. c. 1. *Quidam etiam pro cetera bona corporis valetudine crinem deo sacrum pascebant.* Quando is mos Romae coeperit, (nam antiquos barbam aluisse satis constat) quaero. Livius eum agnoscere videtur sub a. U. 369. satis clare, ubi de Manlio Capitolino in carcerem coniecto 6, 16. *Satis constat, magnam partem plebis vestem mutasse, multos mortales capillum ac barbam promisisse.* Si in luctu promiserint barbam, ergo alias rasa. Refellit tamen eum Varro R. R. 2, 11. *Omnino tonsores in Italia primum venisse ex Sicilia dicuntur post* R. C. *a.* 454. *ut scriptum in publico Ardeae in literis exstat, eosque adduxisse P. Ticinium Menam. Olim tonsores non fuisse assignificant antiquorum statuae, quod pleraeque habent capillum et barbam magnam.* Nec ambigo, quin ex ritu sui superiorisque aevi aberraverit Livio mens et manus. Cicero certe pro M. Coelio etiam Ap. Claudium Coecum barbatum inducit, aliquot post notatum Varroni aevum annis. Bellis Punicis in usu crebro iam rasuram fuisse, docent Annalium prisca verba, quae de Scipione Gellius 3, 4. retulit et mirabundus parum cepit. α) Iuvenes ergo alebant barbam; et ideo a Cicerone ad Att. 1, 16. *comessatores coniurationis barbatuli iuvenes* appellati sine ulla lasciviae, ut volunt, nota; et pro M. Coelio l. l. ad iuvenes alludens, *Non hac barba, qua ista delectatur,* inquit; iuvenemque a barba descripsit Iuvenalis 6, 215. *Iam senior, cuius barbam tua ianua vidit.* Ponebant eam serius, citius, plerumque sub XXI. annum. Macrobius certe in Somn. Scip. 1, 6. *ter septenarium numerum requiri ad radendam barbam* affirmavit. Atque ita Neronem posuisse colliges ex Fastis annisque. Caligula tamen XX. anno posuit. v. Suet. c. 10. At Caesar Octavianus anno demum XXV. uti clarum ex Dione 48, 34. Natus enim M. Tullio C. Antonio Coss. posuit L. Marcio C. Sabino. Mutavit ab hoc more primus Romanorum Imperatorum Hadrianus, annotante Xiphilino 68, 15. et ostendentibus numis. Haec Romae. Apud Graecos quid? Barbam in pretio mansisse ad tempora Alexandri Athenaeus ex Chrysippo asserit 13, 2. p. 565. sub eo rege radi repertum. Inter philosophos primus barbam aluisse traditur Antisthenes Suidae in voce καθεῖναι. Haec propemodum aliena

a Tacito; sed per eum non absurde, ut spero, nec ingratiis tuis, lector, mihi nata.

α) Vitium in Gellio haerere legendumque *minorem L. ann.* notat I. Gron. Ceterum cf. Brouckh. ad Tibull. 2, 1, 34.

III. ad Cap. XXVIII.

Olim in populi libertate non frequens *appellationum* usus, non certe in causa civili; (nam provocationem ad populum in re maiori criminumque frequentem scimus) usus tamen. A Praetore enim appellatum reperio, alias ad collegam eius, alias ad tribunos. Ad Collegam, Cicero uno loco sed claro, in Verrem 1, 46. de praetura urbana: *L. Piso,* inquit, *multos codices implevit earum rerum, quibus ita intercessit, quod iste aliter atque ut edixerat decrevisset. Quod vos oblitos esse non arbitror, quae multitudo, qui ordo ad Pisonis sellam isto Praetore solitus sit convenire. Quem iste collegam nisi habuisset, obrutus in foro lapidibus esset.* Asconiusque ibi: *Intercedere, ut vides, etiam Praetor Praetori solet, ut Piso Verri, appellatione causae ad collegam facta.* Ad Tribunos appellatum, docet idem Cicero pro P. Quinctio c. 7. *Appellantur Tribuni, a quibus quum esset certum auxilium petitum etc.* Clarius infra c. 20. *cuius procurator a Praetore Tribunos appellare ausus sit.* Haec olim: nec appellatum reperio ad senatum. At Augustus imperium adeptus *appellationes quotannis urbanorum quidem litigatorum Praetori delegavit urbano:* (timide ambigo, num scrib. *Praefecto del. Urbis*) *at provincialium consularibus viris, quos singulos cuiusque provinciae negotiis praeposuisset,* ait Suet. c. 33. Quem ita intelligo, ut appellationes a minoribus magistratibus iudicibusque Romae ad Praetorem fierent, in causis duntaxat civilibus, e provinciis ad consulares. Nam quin Augustus ipse, firmandae dominationi et iure potestatis tribuniciae, graviorum rerum appellationes sibi servarit, ambigendum vix puto e Dionis verbis 52, 33. ubi Maecenas ad Augustum: *Δίκαζε δὲ αὐτὸς ἰδίᾳ τά τε ἐφέσιμα καὶ τὰ ἀναπόμπιμα ὅσα ἂν παρά τε τῶν μειζόνων ἀρχόντων καὶ παρὰ τῶν ἐπιτρόπων, τοῦ τε πολιάρχου καὶ τοῦ ὑποτιμητοῦ, καὶ τῶν ἐπάρχων, τοῦ τε τὸν σῖτον ἐπισκοποῦντος καὶ τοῦ νυκτοφυλακοῦντος ἀφικνῆται,* etsi quaedam ibi miscet, magis ex ritu sui aevi quam Augusti. Certe a senatu ad Principem appellatum. Tiberii imperio, sunt exempla in nostro scriptore, ut Ann. 6, 5. *iisque instantibus ad Imperatorem provocavit,* et alibi. Post eum Caius *magistratibus liberam iurisdictionem permisit,* ait Suet. c. 16. i. e. sine appellatione plenam priscamque: sed id non diuturnum fuit, non magis quam permissa ab eo comitiorum libertas. Dio mihi auctor 59, 18. sub Caio receptum, ut iudicia quaedam senatus tractaret, ita tamen, ut ab eo Princeps appellaretur. Sed appellatio Principis, ut apparet, non sine poena fuit. Poena dico in eos, qui temere appellassent. Quo exemplo nunc Nero auctum honorem senatus it, statuitque, ut eadem poena, qui illum temere a privatis iudicibus appellassent, tenerentur, qua qui Principem. Sententiam hanc satis capio: confirmationem quaero et exempla. Nihil enim prae manu mihi, quod istuc faciat, nisi forte quae de poena praeiudiciali eorum, qui a Praefecto Urbis appellassent, Symmachus scribit Ep. 10, 29. et 51. Quem tu, cupide lector, vide. Mihi a latere tragulam iniicit Tranquillus, qui hanc ipsam rem tangens Ner. c. 17. nihil eorum quae Tacitus; sed hoc tantum dicit, *cautum, ut omnes appellationes a iudicibus ad senatum fierent.* Haeret id spiculum et non evello.

LIPSII EXCURSUS
AD
ANNALIUM LIB. XV.

I. ad Cap. XLI.

Certa investigatio eius diei a clade Aliensi α) capi potest et debet, quam certum est anteriorem fuisse et fastis perpetuis traditam et signatam; ideoque et vulgo notam. Cicero ad Att. 9, 5. *Maiores nostri funestiorem diem esse voluerunt Aliensis pugnae, quam Urbis captae, quod hoc malum ex illo: itaque alter religiosus etiamnunc dies, alter in vulgus ignotus.* a) Quis igitur ille? Livius ex professo tradit 6, 1. *Diem a. d. XV. Kal. Sextiles duplici clade insignem, quo die ad Cremeram Fabii caesi, quo dein ad Aliam cum exitio urbis foede pugnatum.* Eadem Taciti nostri assertio H. 2, 91. de Vitellio, quem tradit *funesto omine de caerimoniis publicis edixisse XV. Kal. Augusti, die antiquitus infausto Cremerensi Aliensique cladibus.* Ergo eorum mente pugnae ille dies, sequens autem urbis captae et incensae: quod Livius item tradit. *Ingressi,* inquit, *postero die urbem, patente Collina porta.* Haec si ita vera, quis non videt XIV. Kal. ipsum incendii diem fuisse, et recte igitur hic ita in Tacito scriptum. At alii fortasse dissentiunt. Minime. Immo Agellius e Verrio Flacco refert 5, 17. quum causam quaerit, cur dies postriduani atri Romanis habiti, refert, inquam, *Q. Sulpicium Tribunum militum, ad Aliam adversus Gallos pugnaturum, rem divinam dimicandi gratia postridie Idus fecisse, et post diem tertium eius diei urbem a Gallis occupatam esse.* Quibus verbis si haec sententia est, ut velit, tres dies medios, et quarto demum pugnatum, profecto cum Livio sentit ac Tacito, et pugnae dies erit *decimusquintus Kalendarum.* Esse autem, ex ipso Livio dixeris, in quo pariter ita scriptum: *Quod postridie Idus non litasset Sulpicius et post diem tertium obiectus hosti exercitus Romanus esset.* At si quis aliter et velit, *post diem tertium* significare ipsum diem tertium, tum certe fateor, XVI. Kal. diem pugnae fuisse, quomodo in Viris illustribus (quocumque auctore) est scriptum c. 23. Sed vel sic ipse incendii dies XV. sit, non hercules XVI. Itaque nihil video, quod virum illum tegat, nisi forte Macrobius, qui describens Agelliana illa, ut solet, asserere videtur *die postero,* quam Sulpicius male sacrificasset, pugnatum fuisse. Sed hoc sane falsum, et improvide a Macrobio scriptum, sicut item a Plutarcho in Causis p. 269. Ὅτι μετὰ τὰς Κυϊντιλίας εἰδοὺς, ἃς νῦν Ἰουλίας καλοῦσιν, ἐξάγοντες οἱ χιλίαρχοι τὸ στράτευμα περὶ τὸν Ἀλίαν ποταμὸν ἐκρατήθησαν ὑπὸ Κελτῶν μάχῃ, *quod post Quinctiles Idus, quas nunc Iulias vocant, educentes Tribuni copias ad Aliam flumen victi sunt a Gallis.* Indefinite aut falso aio dictum. Quo argumento? certo, quod Livium eius rei auctorem dat, qui palam contra scripsit, ut iam ostensum. Nam Plutarchus ibi ὡς οἱ πλεῖστοι νομίζουσιν καὶ Λίβιος ἱστορεῖ. Ille vero hoc non scribit; et, quocumque rem vertas, XIV. Kalendarum incendii erit, imo XIIII. fortasse, (tanto longius a XVI.) si Plutarcho et Polybio credam. Ille in Camillo c. 22. p. 308. iste 2, 18. scribunt, non *postero,* ut Livius, sed *tertio denique die a pugna Gallos irrupisse.* Et consentit etiam, aut certe distinguit et conciliat Io. Zonaras Ann. 7, 23. *qui postera quidem die ivisse ad Urbem* vult, *sed, quum portas apertas viderent, substitisse insidias veritos, et tertia denique die ingressos.* Itaque, ut finiam, nihil erroris in Tacito: cum Livio sentit et priscis, quos adduxi.

a) Quia scil. non servabatur aut secernebatur.

α) Graeci Ἀλίαν ποταμὸν vocant. Servius ad Virg. Aen. 7, 717.

Sane Alia dicitur, cui propter metri necessitatem unum L addidit, ut Allia diceret, sicut relliquias et reliquias.

II. ad Cap. LXIX.

Decora servitia et pari aetate, existimo, paedagogia describit i. e. coetum elegantium puerorum, quos composita veste, facie, capillis in publico habebant, et plerumque una aetate. Sic dicta, quia sub paedagogo. Martialis 3, 56, 30. *paedagogo non iubente lascivi parere gaudent villico capillati. Paedagogia* Seneca describit epist. 95. (96.) *Transeo agmina exoletorum per nationes coloresque descripta, ut eadem omnibus levitas sit, eadem primae mensura lanuginis, eadem species capillorum.* Iulianus in Antiochico p. 350. *Οὐ κρεῖττον ἦν ὀδωδέναι μύρων τὴν ἀγορὰν βαδίζοντός σου, καὶ παῖδας ἡγεῖσθαι καλοὺς, εἰς οὓς ἀποβλέπουσιν οἱ πολῖται.* Hi pueri plerumque ad illicita dominis. Suetonius Ner. c. 28. *Super ingenuorum paedagogia et matronarum concubinatus.* Paedagogia enim non culpat, sed quod ex ingenuis. Tertullianus Apol. 13. *Quum de paedagogiis aulicis nescio quem cinaedum* (Antinoum intelligit) *deum facitis.* Notitia Imperii Sect. 11. *sub dispositione viri spectabilis Castrensis* collocantur *paedagogia, ministeriales dominici, curae palatiorum.* Plinius 33, 12. (54.) *Iam vero et paedagogia ad transitum virilitatis custodiantur argento:* quod de fibulis argenteis exaudio, Veneri arcendae. Usus etiam eorum ad mensam. Ulpianus l. 12. §. 32. de Instructo vel instrum. leg. *Si instructum fundum legasset, ea paedagogia, quae ibi habebat, ut, quum ibi venisset, praesto essent in triclinio, legato continentur.* Hos habebant in veste pretiosa. Seneca de vita beata c. 17. *Quare paedagogium pretiosa veste succingitur?* Immo aurata. Idem de tranq. c. 1. *Praestringit animum apparatus alicuius paedagogii, diligentius quam intra privatum larem vestita et auro culta mancipia et agmen servorum nitentium.* Ammianus 26, 6. *Tunica auro distincta, ut regius minister, indutus a calce in pubem in paedagogiani pueri speciem.* Nec aliud sensit quum de auro Plinius scripsit 33, 3. s. 12. *Honestius viri paedagogiis id damus, balineasque dives forma puerorum convertit.* Nescio an *convestit.* Seneca de puerorum istorum deliciis ep. 123. *Omnium paedagogia oblita facie vehuntur, ne sol, ne frigus teneram cutem laedat. Turpe est, neminem esse in comitatu puerorum, cuius sana facies medicamentum desideret.* Vides ergo, ubique paedagogia pro coetu et quasi collegio puerorum. Pro loco non accipio, nec apud Plinium quidem ep. 7, 27. *Puer in paedagogio mistus pluribus dormiebat*: rescriboque *puer e paedagogio.* Intelligit enim puerum paedagogianum. Ammianus 29, 3. *Adultus quidam ex his, quos Paedagogianos appellant, ad observandam venaticiam praedam, Spartanum canem retinere dispositus.* Res nomenque in parte mansit apud *Paigios* Gallorum Italorumque.

LIPSII EXCURSUS
AD
ANNALIUM LIB. XVI.

I. ad Cap. XXII.

Libera re Romana non iuratum scio in cuiusquam acta. Iuratum leges quidem; sed acta finito magistratu vocari poterant ad disquis

nem senatus. Is probabat aut rescindebat. Primi Triumviri, nisi fallor, Kalendis Ianuariis et ipsi iurarunt, et alios adegerunt, rata se habituros omnia acta divi Iulii. Inde secutis Principibus exemplum. Dio opportune 47, 18. *Ἔν τε τῇ πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ αὐτοί τε ὤμοσαν, καὶ τοὺς ἄλλους ὥρκωσαν, βέβαια νομιεῖν πάντα τὰ ὑπ' ἐκείνου γενόμενα· καὶ τοῦτο καὶ νῦν ἐπὶ πᾶσι τοῖς τὸ κράτος ἔχουσιν, ἢ καὶ ἐπ' αὐτοῦ ποτε γενομένοις, καὶ μὴ ἀτιμωθεῖσι γίγνεται*, id est: *Kalendis autem novi anni et ipsi Triumviri iurarunt, et alios iurare coegerunt, omnia acta Iulii rata se habituros. Quod et nunc usurpatur in omnibus, qui aut tenent imperium aut tenuerunt, nisi forte infamia ignominiaque publice notati sint*. Id accidit sub a. U. 712. Factum idem vivo Augusto; de quo idem Graecus 53, 28. *Ἐν δὲ τῇ νουμηνίᾳ ὅρκους ἡ βουλὴ βεβαιοῦσα τὰς πράξεις αὐτοῦ ἐποιήσατο*. Idque iuramentum semper abusque Divo Iulio repetitum ad Principem eius anni. Tacitus infra: *Eiusdem animi est Poppaeam divam non credere, cuius in acta Divi Iulii et Augusti non iurare*. Nisi tamen si quis sceleribus et flagitiis aliter meruisset. Dio 60, 4. de Caio: *Καὶ διὰ ταῦτα τὸ μὲν ὄνομα αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν αὐτοκρατόρων, ὧν μνήμην ἐπὶ τοῖς ὅρκοις καὶ ἐπὶ ταῖς εὐχαῖς ποιούμεθα, ὥσπερ οὐδὲ τὸ τοῦ Τιβερίου*. Iuratum vero non viritim, sed uno aliquo ex quoque magistratu verba praeeunte, reliquis assentientibus. Quem morem senatus adulatione nova transgressus est sub Tiberio, ut narrat idem Dio 58, 17. *Νομιζομένου συχνὸν χρόνον ἤδη, μηκέτι κατ' ἄνδρα τὴν βουλὴν ἐν τῇ νουμηνίᾳ ὀμνύναι, ἀλλ' ἑνός, ὥσπερ εἴρηταί μοι, προομνύντος, καὶ τοὺς λοιποὺς συνεπαινεῖν, οὐκ ἐποίησαν αὐτό, ἀλλ' αὐτεπάγγελτοι, μηδενὸς σφᾶς ἀναγκάσαντος, ἰδίᾳ καὶ καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος ἐπιστώθησαν, ὥσπερ τι παρὰ τοῦτο μᾶλλον εὐορκήσοντες*. Sed praeiurationem Claudius iterum reduxit, explicatque Dio 60, 25. *Κλαύδιος δὲ αὐτὸς μὲν πάντα τὰ εἰθισμένα διώμοσε, τοὺς δ' ἄλλους ἐκώλυσε κατ' ἄνδρα ὀμόσαι, καὶ οὕτως εἷς τις τῶν στρατηγούντων, ὥσπερ ποτέ, καὶ ἕτερος τῶν δημαρχούντων, ἀπό τε τῶν ἄλλων ὡς ἑκάστων εἷς ἐξῆρξε τῶν ὅρκων τοῖς ὁμοίοις. Καὶ τοῦτο ἐπὶ πλείω ἔτη ἐπράχθη*. Quam tamen abrogatam denuo esse reditumque ad singularia iuramenta, indicio sunt, quae hic et postea Thraseae obiiciuntur. Et Dionis sane verba ultima satis ostendunt, in aliquot annos duntaxat id servatum.

II. ad Cap. XXII.

Nuncupationibus votorum pro incolumitate Principis, quae a pontificibus ceterisque sacerdotibus concipi et in tabulis signari solita. v. Tac. Ann. 4, 17. Suet. Oct. 97. et Ner. 46. Plinius ad Traianum ep. 10, 44. *Sollennia vota pro incolumitate tua, qua salus publica continetur, et suscepimus et solvimus, precati deos, ut velint ea semper solvi semperque signari*. Concepta non Kalendis ipsis, sed III. Nonas Ian. Plutarchus in Cicerone c. 2. p. 441. *Τεχθῆναι Κικέρωνα λέγουσιν ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νέων καλανδῶν, ἐν ᾗ νῦν οἱ ἄρχοντες εὔχονται καὶ θύουσιν ὑπὲρ τοῦ ἡγεμόνος*. Capitolinus in Pertin. c. 6. *Tertio Nonarum die, votis ipsis*. Eunapius in vita Maximi extr. *ἡ τρίτη δὲ ἡμέρα τῶν καλανδῶν, ἃς αὐτὰς Ἰανουαρίας ἡμέρας Ῥωμαῖοι προσονομάζουσι, καὶ προσκυνήσαντες πάντες αὐτῶν ὑπέσχοντο τὴν εὐωχίαν*. Adde hunc Caii Icti locum de verbor. signif. *post Kalendas Ianuarias die tertio pro salute Principis vota suscipiuntur:* denique hunc Dionis clarum 59, 24. *καὶ τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ, τῇ τὰς εὐχὰς ἐχούσῃ, συνῆλθον μὲν* etc. Firma haec videbantur: tamen concutit nos nonnihil Tacitus Ann. 4, 70. *Caesar sollennia incipientis anni Kalendas Ianuarias epistola precatus*. Et subdit: *Quem enim diem vacuum poena, ubi inter sacra et vota ... vincla et laqueus inducantur?* Cf. et Tibullus ad Messalam 4, 1, 121 seq. Sed stamus, et ad Taciti locum aio, non ita districte verba capienda, quasi illo ipso die vota, sed quasi in propinquo: aut verius, etiam tunc vota

fuisse, sed ex ritu prisco, quae soli consules nuncupabant pro Imperii et populi salute. Haec autem pro Principe subtexta; et die quidem laetiore et augustiore pompa. Quod ipsum de Tibullianis illis censeo. Sane veteri re publica negari non potest, quin vota ipsis Kalendis. Omitto plures Livii locos: hunc do firmum 21, 63. extr. Consulem C. *Flaminium conscientia praeteritorum et Capitolium et sollennem votorum nuncupationem fugisse; ne die initi magistratus Iovis opt. max. templum adiret.* Fieri etiam potest, ut plures dies votorum fuerint, ille tamen tertius ante Nonas praecipuus. Concepta autem et in castris apud signa et in capitolio. Tertullianus de Corona c. 12. *Ecce annua votorum nuncupatio quid videtur? Prima in principiis, secunda in capitoliis. Accipe post loca et verba. Hunc tibi, Iupiter, bovem cornibus auro decoratis vovemus esse futurum.* Ubi et formulae pars; in qua tamen corrigo *esse facturum* a). Est enim eo exemplo dictum, quo illud Gracchi: *Credo ego inimicos meos hoc dicturum.* Dies hic publice laetus; ideoque *Aelius Caesar votorum causa ab Hadriano lugeri est vetitus.* v. Spartian. c. 24. Eundem etiam *sollennia* ἁπλῶς appellarunt b). Quod observo ex Tertulliani his verbis Apol. 35. *Verae religionis homines etiam sollennia Imperatorum conscientia potius quam lascivia celebrant. Grande videlicet officium, focos et choros* (nescio an *thoros*, ut ad lectisternia referatur) *in publicum educere, vicatim epulari, civitatem tabernae habitu abolefacere... Haeccine sollennes dies Principum decent, quae alios dies non decent? O nos merito damnandos! Cur enim vota et gaudia Caesarum casti et sobrii et probi expungimus?*

a) Ita poeta vetus: *Mars tibi voveo facturum bidente verre.*
b) Et Plinius supra: *Sollennia vota.*

STEMMA AUGUSTAE DOMUS A IUSTO LIPSIO IN SERIEM REDACTUM.

- *C. Octavius C. F.* qui Macedoniae praefuit. Ex Ancharia priore uxore
  - *Octavia* maior. (Immo minor.)
    - Ex priore marito C. Marcello
      - *M. Marcellus*, cui prima uxor Pompeia Sexti, altera Iulia Augusti filia. Ex neutra liberi. Obiit adolescens in Baiano.
      - *Marcella* maior. Ex I. marito M. Vipsanio Agrippa
        - liberi, ait Suetonius Aug. c. 63. sed nobis irreperti. Nam de Vipsania Tiberii uxore falsum.
      - Ex II. marito Iulo Antonio Triumviri filio, de quo Plut. in Antonio, et noster A. 3, 18.
        - *L. Antonius* qui Massiliae obiit A. 4, 44. Ex eo aut fratre aliquo, ut arbitror,
          - *Sex. Antonius Africanus*, de cuius nobilitate v. Ann. 14, 46.
      - *Marcella* minor, de qua silent.
    - Ex II. marito M. Antonio IIIviro
      - *Antonia* maior (minor. v. Ann. 4, 44. 12, 64.) Ex marito L. Domitio Ahenobarbo (A. 3, 44.)
        - *Domitia*, cui vir Crispus Passienus, uti suspicor ex Quintil. 4, 1, 50. 6, 1, 11. (Cf. ad A. 4, 44.)
        - *Domitia Lepida*. Ex I. marito M. Valerio Barbato Messala
          - *Valeria Messalina*, Claudii Principis uxor. v. ad A. 11, 37.
        - II. Ap. Iunius Silanus, qui tamen antea maritus fuisse videtur Aemiliae Lepidae proneptis Augusti. (v. ad A. 13, 1.) Ex iis fortasse
          - *L. Silanus* sponsus Octaviae.
          - *M. Silanus* proconsul Asiae.
          - *Iunia Calvina* Vitellii nurus, quaeque ad Vespasiani aevum supervixit. v. Suet. Vesp. 23.
        - *Cn. Domitius*, cui uxor Agrippina Germanici filia. (v. Ann. 4, 75.) Ex ea
          - Nero Imp.
      - *Antonia* minor: cuius stirpem ex marito Druso quaere infra.

Ex Attia II. uxore.

- ***Octavia*** **minor; de cuius coniugio aut stirpe nobis non lectum. (Immo Octavia maior. Cf. Suet. Caes. 27. Aug. 4.)**
- ***C. Octavius*****, qui postea C. Iul Caes. Octavianus Augustus. Ex Scribonia uxore**
  - ***Iulia*****, cui primus maritus M. Marcellus, tertius Tiberius Imperator. Sed uterque sine prole. Medius autem M. Vipsanius Agrippa. Ex hoc**
    - ***C. Caesar*****, cui uxor Livia soror Germanici. Ann. 4, 40.**
    - ***L. Caesar*****, cui destinata uxor Aemilia Lepida, postea P. Quirinii uxor. Ann. 3, 23.**
    - ***Agrippa postumus.***
    - ***Iulia*****, cui vir L. Aemilius Paulus Censoris F. Ex eo**
      - ***Aemilius Lepidus*****, cui Drusilla uxor. Ex Dione 59, 11. et Suet. Cal. c. 24.**
      - ***Aemilia Lepida*****, sponsa Claudii. Suet. Claud. c. 26. Nec scio an eadem, quae nupta Druso filio Germanici. v. ad Ann. 6, 40.**
    - ***Agrippina*****, cui vir Caesar Germanicus et ex eo**
      - ***Nero*****, cui uxor Iulia Drusi filia. Ann. 3, 29. 6, 27.**
      - ***Drusus*****, cui uxor Aemilia Lepida. Ann. 6, 40.**
      - ***C. Caligula*****, cuius matrimonia e Suet. pete.**
      - ***Agrippina*****, cui mariti tres, Cn. Domitius, Crispus Passienus, Claudius Imp.**
      - ***Drusilla*****, cui prior maritus L. Cassius, alter M. Aemilius Lepidus.**
      - ***Livia*** **sive** ***Livilla*****, Suetonio: quae eadem** ***Iulia*** **est Tacito Ann. 2, 54. 6, 15. et Dioni 60, 27. Nupsit M. Vicinio, Ann. 6, 15. Huic sive alteri e sororibus maritus antea Quinctilius Varus, quem generum Germanici vocat Seneca contr. 1, 3. Cf. Ann. 4, 66.**
      - **(Tres liberi ante patre mortui. v. Suet. Cal.**

Habes Augusti stemma, quod ad sanguinem quidem attinet. Superest uxoria stirps, quae affinitate primo, mox adoptione insita in domum Augustam. Eam lucis causa seorsum hic expressi.

- ***Ti. Claudius Nero,*** **cui uxor Livia Drusilla, postea Augusta. Ex hac**
  - ***Ti. Nero,*** **qui Imper. cui 1. uxor Vipsania Agrippina, M. Vipsanii Agrippae, ex Pomponia, Attici filia. Ex hac**
    - ***Drusus,*** **cui uxor Livia sive Livilla, soror Germanici. Ex hac**
      - ***Tiberius Gemellus,*** **quem Caius sustulit. Suet. c. 23.**
      - ***Gemellus,*** **alter, cuius nomen non proditum, qui periit quadrimus. Ann. 2, 84. 4, 15.**
      - ***Iulia,*** **cui vir post Neronem Germ. f. Rubellius Blandus. Ann. 6, 27. Ex hoc**
        - ***Rubellius Plautus,*** **quem Nero sustulit, cui uxor Pollutia. Ann. 16, 10.**
    - **II. Uxor Iulia Augusti F. Ex ea proles, sed infans exstincta.**
  - ***Drusus Nero Germanicus,*** **cui uxor Antonia minor. Ex hac**
    - ***Germanicus Caesar,*** **cui uxor Agrippina. Stirps posita supra.**
    - ***Livilla,*** **cui vir C. Caesar, dein Drusus frater patruelis: desponsa etiam postea Seiano. Ann. 4, 40.**
    - ***Claudius,*** **qui Imper. cui 1. uxor Plautia Urgulanilla. Ex hac**
      - ***Drusus,*** **cui desponsa Seiani filia. Ann. 3, 29. Suet. Claud. c. 27.**
      - ***Claudia,*** **quam abiecit.**
    - **II. Uxor Aelia Petina. Ex hac**
      - ***Antonia,*** **cui vir Pompeius Magnus, a Claudio interfectus: postea Faustus Sulla.**
    - **III. Uxor Valeria Messalina. Ex hac**
      - ***Octavia,*** **cui sponsus L. Silanus: postea maritus Nero Imp.**
      - ***Claudius Britannicus*** **a Nerone sublatus.**